



Opus
I.

1711

1788 30

1
231
Wt
cure

N. J. 2 VIII. 16

Scans

Scaffale

41
8
149

Manuscript
of Dates

DV 2537²/_{1,1}

JO. JACOBI
MANGETI,
MEDICINÆ DOCTORIS,
BIBLIOTHECA
MEDICO-PRACTICA,
SIVE
RERUM MEDICARUM
THESAURUS
CUMULATISSIMUS

Tomis Octo comprehensus.

JO. JACOBI

MANGETI

MEDICINAE DOCTORIS

BIBLIOTHECA

MEDICO-PRACTICA

SENE

REPERUM MEDICARUM

THEZAUROS

CUMULATISSIMUS

Tomis Octo comprehensus.

J. O. JACOBI
MANGETI,
MEDICINÆ DOCTORIS,
& Serenissimi ac Potentiff. REGIS PRUSSIÆ Archiatri,
BIBLIOTHECA
MEDICO-PRACTICA,

QUA
OMNES HUMANI CORPORIS MORBOSÆ
Affectiones, ARTEM MEDICAM propriè spectantes, ORDINE ALPHABETICO
explicantur, ac enodantur,

ET
PER DISSERTATIONES, CONSILIA, OBSERVATIONES,
ac CADAVERUM ANATOMICAS INSPECTIONES, tam hinc inde
propriam, quàm à variis, iisque præstantissimis AUTHORIBUS, VETERIBUS
& RECENTIORIBUS præcipuè petitis, abundè, imò & curiosè tractantur.

EDITIO ALTERA,

*In qua per novam adjectionem plurimorum TRACTATUUM, DISSERTATIONUM, EXPLICATIONUM,
CURATIONUM, &c. non tantum reparata fuere vacua enata ab excerptione Chirurgicorum omnium, in priori
resperforum; unde, cum non paucis aliis BIBLIOTHECA CHIRURGICA concinnata est: Sed etiam
Opus hoc vastius & uberius, sicque BIBLIOTHECÆ MEDICÆ titulo, multò quàm prius
dignius factum, jam exhibetur.*

TOMI PRIMI PARS PRIMA.



GENEVÆ,
Sumpt. HÆREDUM CRAMER & FRATRUM PHILIBERT.

M. DCC. XXXIX.



GENEROSISSIMO AC ILLUSTRISSIMO

HEROI, D. D.

ALEXANDRO A DHONA

S. R. I. COMITI AC BURGGRAVIO;

Magno Dynastæ in Wartenberg; Libero Baroni in Bralin & Gofschütz; Domino in Slohitten & Kleinheide; Domino hereditario in Slodien, Karvvinden, Borchertsdorff, Keichertsvvalde, & Lauck: SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS BORUSSICÆ Statuum Administratori Primario, Supremo Belli Duci, Fortalitii & Portûs Pillaviensis Gubernatori, Magni Ordinis Aquilæ Nigræ Equiti. &c. &c. &c.



NON diu mihi cunctandum fuit, ILLUSTRISSIME COMES, cui demum quicquid mea est opelle in hac concinnandâ atque adornandâ Bibliotheca Medico-Præctica consecrarem: Siquidem in Te, præter Virtutum ac Generis verè Heroici splendorem, Patronum habui non unò beneficiorum & benevolentia nomine venerandum. Munus reverà levidense, & tantò Virò minùs dignum, si ex propriis aestimetur vigilis, Tibi offero: At illud si licet maximè ex Præstantissimorum Virorum curis aestimare; quicquid Ars Alclepiadæ nobilius habet, coëgit; quicquid felicior Praxis Mystas suos edocuit, revelat; quicquid terrâ marique datum, aut etiam variò artificiò, multiplicique Chymistarum industriâ, tum ad sanitatem tutandam, tum ad eam cadivam restaurandam, ac restituendam, paratum, exhibet;

DEDICATIO.

bibet; quicquid denique solertior ac sagacior valuit Anatomia in ægritudinum & focus & causis retegendis, abunde complectitur, & sinû suò reconditum gerit.

At enim de opere ipsò quorsùm multis apud Judicem proloquar, qui Philosophica *ἀρετὴ* non minùs quàm Politicâ pollet, quique de librò non ex inscriptione, sed ex ejus diligenti evolutione sententiam ferre consuevit; imò qui Litteris omnibus Humanioribus, non tantùm leviter imbutus, ut solent plerique alii Magnates, sed in iis verè Doctus dici potest? Namque & à tenerioribus annis, dum illis & gnæviter, & felicissimè incumbebas, jam illa Virtutis fovebas seminia, quæ Martialibus spiritibus hæreditariò jure in Te corripvatis, & sedulò innutritis, maritata, in amplam illam maturuère segetem, quâ Bello Domique clarus, alter ab utròque Cæsar meritò audire posses.

Hic vastus se brationi meæ aperiret campus, si de Magnanimorum Avorum Tuorum gloriâ, ab ipsâ Domûs non minùs antiquæ quàm illustris origine, aliquid dicere animus esset. Ut enim taceam qui ex Ea priùs in Occitaniâ inclaruère, primum producerem ALOYSIUM illum de URPACH, qui Carolo Magno, virtutis æstimatori ac censori æquissimo, grandi suò meritò verè carus, & è terrâ patriâ in Germaniam adductus, ad fluvium Albim, ex Imperatoris jussû, sedem fixit, ac ex Ejusdem donò, non tantùm urbem Dhona possessit, quæ Genti nomen dedit, quæque adhucdum, cum Arcis suæ ruderibus, vix alterò à Dresdâ lapide, (prout ejus fert status præsens, ac conditio) superstes videtur; sed etiam COMITIS ac BURGGRAVII titulò, quem fortitudine heroicâ verè meruerat, condecoratus est. Hic Imperiû fines contra Wandalarum & Suecorum; barbarorum quidem, sed bellicosissimorum populorum, incursiones gnæviter tuitus est: Unde Caroli Magni successor Ludovicus Pius, donum ei concessum, Ejusdem hæredi CONRADO I. meritò confirmavit. Hic est ille Conradus qui insignis operis pontem super Albi, utramque civitatem Dresdensem conjungentem, extruxit, Familiæque veltigal ejus, vel saltem partem, acquisivit; quod demum ære Augustus Elector Saxonizæ redemit; unde etiam ad nostrum usque sæculum, eò ipsò in ponte, opere antiquò, Dhonanæ Gentis insignia bicornia insculpta permanserunt. Tertius ab Aloysto mihi celebrandus veniret HINCO ille, qui annò Christi xxiiii. c. cum Imperatoris Ottonis Vicarius esset, Boleslaum Bohemiæ Ducem cepit. Habere & WIGBERTOS, WILHELMOS, FRIDERICOS, HENRICOS, WOLFGANGOS, COLBATIO, ERNESTOS, JONAS, WERNEROS, CHRISTOPHOROS, STANISLAOS, ABRAHAMOS, CAROLOS HANNIBALES, OTTONES, IARISLAOS, NICOLAOS, ACHATIOS, FABIANOS & CHRISTIANOS; omnes rebus gestis verè claros, ac Christiano orbi caros, per quos COMITUM & BURGGRAVIORUM dignitas, quæ in aliis innumeris S. R. I. Familiis expiravit, masculâ virtute, ac pari gloria longè propagata est. Verùm si è tot Virorum illustrioribus facinoribus tantillum quidem delibare intenderem, grandia completerem volumina. Quod de uno Fabianò Seniore, ut & de Christophorò ejusdem ex Fratre Nepote fecerunt Celeberrimi juxta & Nobilissimi scriptores; de illò scilicèt latine, Gerardus Johannes Wossius, & de hoc gallicè, Fridericus Spanhemius; ambo istò etiam nomine, de Perillustri Domò bene meriti, at manifestè in eò lapsi quòd BURGGRAVII titulum latine per Vicecomitem reddiderint; nonnullorum hæc ratione errori ansam præbentes. Nam præterquàm quòd neminem latere potest quanti sit Burggraviorum titulus, qui noverit illum apud Serenissimos Principes, Brandenburgicum ac Saxonicum titulis etiam aliquot Ducum præponi; liceat hic, ne fucus publico ulterius fiat, vel unam laudare Bullam Auream, ab Augustissimo Imperatore Ferdinando III. annò MDCXLVIII. Dhonanæ Familiæ super hoc negotiò concessam, quâ constat Amplissimam Dhonanam Gentem, COMITUM ac BURGGRAVIORUM titulum ab ipsò Aloystiò semper obtinuisse, tantùmque abesse ut posterior, Burggraviorum nempe, titulus priori vel minimùm

DEDICATIO.

nimiam derogaverit; quin Familiam Illustrissimam ante plura secula ex Comitum dignitate ad Burggraviorum gradum evectam, ac promotam esse, expressis declaratur verbis, atque adeo Comites & Burggravi à Dbona, S. R. I. verè Comites ac Burggravi omnibus agnoscendi, hanc ipsam auream Bullam proponuntur & renunciantur.

At DHONANÆ FAMILIÆ, per matrimonia etiam Regibus, S. R. I. Electoribus & Principibus, toties, & vel novissime sanguine junctæ, gloriam quid ulterius rudiori oratione elevatum eo? Quidque tot Nomina ac ejusdem Gentis Decora, jam ab aliis celebrata, aternumque celebranda, hic cumulare tento? Dum in Te COMES ILLUSTRISIME, quicquid grande à totâ illâ Magnanimâ Gente actum est, compendio quasi comprehensum demiror, ac collucere video. In Te, inquam, qui Virtutis Avita vestigia firmo premens talo, jam à puerilibus annis, ingentes versans animos, bello, quod contra Suecos, lacessitus intentarat Augustissimus Heros Fridericus Wilhelmus Elector Brandenburgicus, verè Magnus, primum interfuisti, ibique Tuis gnaviter gestis per omnes militiae gradus ad Colonelli dignitatem ante decimum & septimum ætatis annum ascendere meruisti. Qui inde contra Turcas cum copiis Brandenburgicis in Hungariam profectus, in obsidione urbis Granæ, aliisque in periculis, non parum inclaruisti: Qui ex Hungariâ redux, aliò lauros rursus collecturus properans, in oppugnatione generali urbis Bonnæ, locum muris proximiorum, telisque hostilibus undique patentem totam noctem, duobus etiam sclopeti ictibus, at sine ullâ noxâ petitus, (quæ fuit Divina erga carum adeo pectus clementia) intrepidus obtinuisti. Nihil forem, si fortia alia facinora recenserem, quibus eò pervenisti, ut ab Augustissimò Electore Militiarum Generalem Præfecturam promeritus fueris, dignusque habitus sis qui Arci Pillaviensi, totius Borussiae clavi, præponeris.

Ut in Bellicis Rebus fortitudinem, ita in aliis maximis negotiis Celsitudini Tuæ commissis, industriam ac solertiam summam exhibuisti. Quis enim non stupebit Te adhuc dum juvenem, non tantum Serenissimo Electori à Sanctioribus Consiliis, sed etiam ab eodem in Poloniam Legatum dictum; solertiâ in rebus promptè conficiendis Viros grandævos, ac multiplicis experientia, longè superantem? Quapropter post aliquot annos, Serenissimi Friderici Wilhelmi Augustissimus Filius Electoratu potitus, Te continuo eodem, fœderum renovandorum causâ, remisit. Ibi Poloniæ Regi acceptissimus, brevi peregristi quæ alias Viros etiam consummatissimos, propter gravissimas lites subinde inter utramque Coronam enascentes, diu detinuerant; Indeque reportasti luculentissima sagacitatis ac scientiæ politicæ, aliarumque virtutum heroicarum, ab ipsò Sapientissimò & Fortissimò Rege testimonia, in aliâ ad eundem Legatione, eaque tertiâ, amplissime confirmata, & cumulata. Nec sola Polonia Te in magnis agentem Ministeriis mirata est, sed etiam Suecia: In eam quippe aulam delegatus, quid in rebus intricatissimis ac difficillimis prudentiâ & solertiâ tuâ valeres abundè ostentasti, & ab Augustissimò Rege, apud quem in magnò sanè nomine fuisti, profectus, ac per Daniam iter faciens, Monarchæ isti non minus quàm aliis commendatissimum Te præbuiisti. Atque, ut reliqua omnia unò complectar verbo: postquam mirâ morum suavitate, ingenii acumine, exquisitâ sapientiâ, ac pereximius rebus undique gestis, dignus visus es qui Minoritati Serenissimi & Potentissimi Regis, Prussis aliisque Gentibus, augustissime, ac felicissime, à pluribus jam annis imperantis, instituendæ & exornandæ præesses; ab Eodem ad maximas atque eminentissimas Pacis & Belli Dignitates, merito, summòque cum omnium Bonorum applausu, evectus es.

Verum, quid iniquiore stylo tanti Viri laudes detero, Virtutumque, quas tota Germania ac ipsa Regna adjacentia demirantur & suspiciunt, aliquid hic propalare adnitor? Imò, quid vim facio modestiæ singulari, quâ meritissima etiam encomia aversaris ac rejicis? Sisto itaque gradum, COMES GENEROSISISIME, ne dum partem eorum quæ surdissima etiam Posteritas debitis prædicationibus in Cælum delatura, ac immortalitate do-

DEDICATIO.

natura est, rudiori penicillo adumbrare satago, minus gratus accedam; Deumque T. O. M. humillimè & totò pectore precor, ut TE, Generosissimamque PROLEM, Nestoreos sospitet in annos; ad Aulæ Prussicæ, inò totius Germaniæ longum decus, & ut Virtutibus Christianis, Civilibus ac Heroicis diu omnibus præfulgeatis. Sic ex animo volebat.

ILLUSTRISSIME COMES.

CELSITUDINI TUÆ

*Dabam Geneva die Februarij
24. Anni 1725.*

*Addictissimus & obsequentissimus
J. J. MANGETUS.*



JOH. JACOBUS MANGETUS
LECTORI SUO SALUTEM.



ARS MEDICA in tantò fuit apud Veteres pretiò, ut de illà non satis se dignè loquutos arbitrarentur, ni originem à Diis ipsis, Apolline scilicet, ac Æsculapiò, ejusdem filio, repeterent. Unde non est quòd miremur si Hippocrates, qui vicesimus in Æsculapii Familià reputabatur, quique omnium primus dispersas Artis partes colligens, ac inde rationali methodò præcepta universalìa depromens, quorum octoginta nobis reliquit volumina; Athenientium decretò aureà coronà, in magnis mysteriis, jure Civitatis, victù, &c. fuerit donatus. Si Pæus, Magno Artaxerxi, Regum (ut ipsum appellabant) Regi, qui ab eò exquirebat Medicum cujus ope uti posset adversus pestilentiam castra sua atrocissimè vastantem; dum Hippocratem, genere Dorientem, Civitate verò Coùm indicat; divinum illum, ac divini ingenii Virum, divinis etiam honoribus consecratum; imò ab Atheniensibus iisdem quibus Hercules & Æsculapius muneribus cohonestatum, deprædicat. Sique, præterea ipse Hippocrates, qui tantam suà virtute sibi apud Græcos paraverat exillimationem, Histani, Helleponti Præfecto, Magni Artaxerxis jussu eum compellanti ut in Persiam confestim iret, ubi Optimatibus Perlis honore par futurus esset, divitiisque afflueret; continuò sic respondebat. Ad Epistolam quam misisti, à Rege venissè affirmans, Regi quæ respondeo quàm celerrimè rescribere: Nos victù, vestitù, domò, omnique re ad vitam necessarià frui: Persarum autem opibus uti, neque mihi fas est, neque Barbaros morbis liberare, qui hostes sint Græcorum. Temporibus quæ Hippocratis ætatem subsequuta sunt in minori dignitate non fuit Medicina, quæ etiam à Viris Principibus exulta est, ut abundè testantur historiæ; & aliis inferioris subsellii Medicis tantam commendationem conciliavit, ut apud Romanorum Magnates, ac ipsos Cæsares, amicorum nomine fuerint designati: quò titulò apud Magnum Pompeium, Asclepiades; apud Julium Cæsarem, Antistius; apud Augustum Cæsarem, Artorius cohonestati sunt. Ac præterea, Antonius Musa, eò quòd ex gravi morbo Augustum exemerat, ingentem primò pecuniæ vim; magnos deinde à Senatù honores; & universo demùm Medicorum Ordini immunitatem, vacationemque adeptus est: Imò statuam à Romanis, juxta Signum Æsculapii, ex ære collatò sibi erectam vidit. Pro nimietate vitandà hic specialius non memorabimus Aurelium Cornelium Celsum, Hippocratem Latinum denominatum, Scribonium Largum, Arcyona, & Chariclem, qui sub Augustò, Tiberiò atque Caligulà floruerunt; Xenophontem, & Alcontem, qui sub Claudiò; Statium Annæum, & Andromachum Seniore, Theriaces inventorem, qui sub Nerone Artem nobilitarunt; ut nec fastosum illum Thessalum, qui repudiatis antecessorum suorum, ac coævorum placitis, novæque in medendò insistenti methodo, se aliis omnibus superiorem deprædicavit, ac monumento suo *Jatronicen*, seu *Medicorum victorem* se inscripsit; item Crinam Massiliensem, Charmida, ejusdem Urbis Civem, Tryphonem, Megeum, Ammonium, Evelpistum, Archigenem, Ruffum, Soranum, Critonem, Hermogenem, Andromachum Juniore, Symmachum, ac Hermocratem, &c. quorum alii sub primis Cæsaribus, alii sub Galbà, Othone, Vespasianò, Titò, Domitianò, Nervà, Trajanò, ac Adrianò in maximà celebritate, & dignitate vixerunt: Imò nec Magnum Galenum, omnium Medicorum, post Hippocratem, verè Principem, & Antoninorum Archiatrum, qui in tantò apud Marcum Aurelium Antoninum, Imperatorum omnium justissimum, fuit pretiò, ut eum summis laudibus crebrò eveheret, Medicorumque præstantissimum, Virum ingenuum, ac summum Philosophum prædicaret.

Tacemus

P R Æ F A T I O

Tacemus hic præterea innumeros alios maximi nominis Medicos, tum Græcos, tum Latinos, tum Arabes; inter quos ultimos recensēbimus tantum unò verbò Rhafin, institutione, ac educatione Persam, Philosophum, ac Medicum sui temporis facilè primum reputatum, qui plurium Principum sanitati invigilavit; cujus Abi-Osbaia 226. Tractatus recenset; qui Almanfori Regi in Korasan, carissimus fuit; qui postquam octogenarius visum amisisset, aliquot post annis, omnibus æstimatissimus ann. Christi 932. obiit. Avicennam, vel Aboli Abiscenne, Hali filium, Bocharæ in Korasania A. Christi 980. natum, eminentissimi ingenii Virum; An. 1036. mortuum, & in urbe Amadani inhumatum; Medicinæ Principem, imò Regem aliquibus creditum. Qui Medicinam primum methodicè fecit, ac scriptis pluribus Arabicis non parum illustravit. Verùm si tacemus Medicos, tum Veteres, tum Recentiores totò Orbe celebratissimos, non itidem tacere possumus quantam auctoritatem, etiamnum hodie, habeat Medicina; apud Gentes, quantumvis summâ barbarie obductas, ut ejus professione cum fructu urantur apud Indos & Chineses, aliosque Populos Orientales, Missionarii, ut vocantur, ab Ecclesiâ Romanâ; imò & ab Anglis, Danis, ac Hollandis, summò studio pro fide Christianâ propagandâ deputati. Etenim illi Artis Curatricis beneficiò, facilè ab omnibus excipiuntur, ac excepti sementem Evangelicam spargunt, è quâ si non lætam messem parant, saltem plurimas spicas Christo educant, ac colligunt. Mirum itaque quòd aliqui, etiam eruditi Viri, ac præcipuè Galli, illam totis viribus deprimant; & ex eò quòd Plinius, Medicis non parum iniquus; dum quorundam inter illos vitia, ac fordidiorē, imò immodicum quæstum nimium exaggerat, & concludit iis societatem commodè carere posse, Populumque etiam Romanum plus quàm sexcentis annis iis caruisse; dumque præterea Catonem, Scientiarum omnium à Græcis depromptarum, ac inter ipsas Medicinæ maximum osorem, contra illam, in consiliis ad Marcum filium rusticiter declamantem introducit; continuò quasi de debellatâ Arte Iatricâ, triumphum, ut ita dicam, agunt. Sic famosus ille Henricus Cornelius Agrippa; Romani quondam, inquit, sub Catone Censoriò, Medicos omnes, & Urbe totâ, & totâ Italiâ pepulerunt. Sic etiam Thomas Lanfius, in Thubingenfi Scholâ Professor; Roma, ait, sexcentos stetit, & floruit annos, antequam Medicos tectò & hospitio excepit; quamprimùm verò periculò suò didicit, ciores se tantum latrones, & mansuetos tantum homicidas excepisse, eos iterum expulit. Sic Michael ille Montanus, in Librò quem Gallicè inscripsit, *Essais de Montagne*, qui quàm maximè omnibus Gallorum manibus, cum non mediocri oblectatione semper tritus fuit; cujusque tamen periculosissimam lectionem nervosissimè depingunt multi, interque ipsos præcipuè, Autor aurei illius Tractatûs, libris sex comprehensû, & cujus titulus est, *De inquirendâ Veritate*, Gallicè, *La Recherche de la Verité*. Ille, inquam, Montanus, inter alias sannas contra Medicos sparsas, non modicè exultans, hæc gallicè scripsit, iis quæ à Lanfio mox attulimus omnino analogæ. *Les Romains avoient été six cens ans avant que recevoir la Medecine; mais après l'avoir essayée, ils la chassèrent de leur Ville, par l'entremise de Caton le Censeur.* Unde alii non pauci inter Gallos, etiam Gravissimi Viri, occasionem arripuere de Arte Medicâ non parum contemptim garrere, ipseque Comicus de *Molière* tam sæpe eam in Theatrum suum irridendam, ac explodendam inducere. Quasi verò aliquid Artis nobilitati, ac utilitati derogaretur, ex eò quòd Populus ferox, ex prædonum, ac latronum collectione primitè constitutus, militiaeque, ac Dominationis suæ per plura secula propagationi, singulariter & totus addictus, Medicinam Rationalem, non minus quàm alias omnes Scientias, quas ab hostibus, Græcis scilicet, aut Ægyptiis repetiturus erat, maximè horreret; Empiricæque Medicinâ diu contentus, Servis pro eâ exercendâ, fatis magnò pretiò conductis, uteretur; donec tandem Archagatum, primis Catonis annis, tricesimò quippe quintò, sexti ab Urbe conditâ seculi annò, ex Peloponnesò, magnâ istius viri excitus famâ, accersens; crudelem nimis Chirurgum, potius quàm Medicum expertus, ipsum in tædiò habuit, & ejus carnificinam in secandò, atque urendò damnavit. Quid, quæso, narrante Pliniò, adulteria in Principum Domibus; Eudemi in Liviâ, Drusi Cæsaris, jam à Sejanò, & aliis corruptâ; item Vectii Valentis, in Messalinâ Claudii Imperatoris, impudicissimâ, ut omnibus notum, muliere? Quid, inquam, hoc Medicorum aliorum mores arguit, aut totius Ordinis pudicitati detrahit? Imò si plurimi etiam inter eos peccaverint, tum contra castimoniam, tum contra charitatem, (virtutem Ethnicis omnino ignotam) dum immensâ pretia pro curationibus suis exigebant; quid hoc Artis utilitati adimit? Si Charmis Massiliensis, Romæ suos ægros, quasi per iocum curans, damnatâ priorum Medicorum methodò, balineis frigidæque, etiam hibernis algoribus, levare persuasit; ac propterea eos merfit in lacus, unde videbantur Senes Consulares usque ad ostentationem rigentes, ut Plinii verbis utamur. Si tunc temporis Ars toties interpolis, quotidie immutabatur, prout ingeniorum Græciæ flatu variè impellebatur: Quid inde derogatur exquisitissimæ Hippocratis diligentiae, ac cæterorum

A D L E C T O R E M.

terorum ejus vestigiis insistentium, inter quos eminent Galenus? Quid inde minuitur gloria præstantissimorum Virorum, ex parte supra enumeratorum; & præterea Cælii Aureliani, Africani-Siccenfis, Medicinam Methodicam, ut constat ex ejus libris de Morbis Acutis & Chronicis, summâ cum attentione ac circumspèctione exercentis, & Plinii ævò, ut Doctis videtur, viventis? Aretæi Cappadocis, Alexandri Tralliani, non multò post Juliani Imperatoris tempora celebris; Pauli Æginetæ, Oribasii Sardiani, Aetii, Actuarii, Nicolai Myrepsi Alexandrini: Imò aliorum qui temporibus ætati nostræ proximioribus, ac etiam in eâ ipsâ vixerunt; Joh. v. g. Ferneli Ambiani, Julii Palmarii, Danielis Sennerti, Francisci de le Boë-Sylvii, Thomæ Willis, Thomæ Sydenham, Ricardi Morton, Francisci Rhedi, Marcelli Malpighii, Lucae Tozzi, Laurentii Bellini, aliorumque innumerorum, tum Gallorum, tum Germanorum, tum Hispanorum, tum Anglorum, tum Suecorum, tum Danorum, tum Itatorum, tum Helvetiorum, tum etiam Nostratium, qui vel felicissimâ Praxi, vel eximiis suis Scriptis totò Orbe inclaruerunt? Cùm itaque Medicina, obstrepentibus licet maledicis, in maximò semper honore fuerit, & ab innumeris gravissimis, præstantissimisque Viris exulta, ac etiamnum excolatur; Scripta ab iisdem Viris emanantia in tantam Voluminum immensitatem excreverunt, ut eorum numerò Artis perdiscendæ cupidus non solum oneretur, sed etiam quasi obruatur; nescius quò demùm se vertat pro selectione idoneâ sibi faciendâ; imò verè anxius pro magnis sumptibus in id impendendis. Quapropter illi nos gratificaturos credidimus, si in unum Corpus colligeremus quicquid apud Veteres ac Neotericos Autores, Galenicòs, ut vocant, & Chymicos, imò omnis Sectæ alios, non mediocri curâ evolutos, præcipuum reputavimus; interfertis subinde propriis tum morborum historiis, ac curationibus, tum consultationibus, observationibus, & exstispiciis, ad eosdem morbos pertinentibus: E quibus quatuor Volumina, Bibliothecam hanc conficientia, enacta sunt. Hinc autem, ut speramus, illi omnes qui Asclepiadæ Arti se addicunt, sine gravioribus, aut onerosioribus impensis, ac sine labore nimium improbò, abunde edocebuntur morborum naturam, ac ea omnia quæ praxi felicioribus, ac si ita loqui liceat, cum solidâ facti cognitione, exercendæ faciant: Dum scilicet sic habebunt genuinas omnium ægritudinum causas, variaque remedia iis expugnandis apta, eaque, tum per iterata experimenta, tum ratiocinationis beneficiò nota, tum à doctis, tum à vulgò & ignaris petita, imò & casu inventa. Ordo quem tenuimus, est alphabeticus, seu Dictionariorum; commodus admodum pro omnibus quæ exquiruntur momentò reperiendis: Et eò ordine, non tantum morborum tractationem sub nomine maximè usuale tradimus; sed etiam synonyma suò locò recensentes, inde ad proprium in quò morbus pertractatur locum remittimus; ita ut sub quòcunque tandem nomine ille exquiratur, non necessarium sit tempus in voluminis evolutione terere, dum continuò ad ejus explicationem Lector sic deducitur, quò etiam per usuale nomen superiori paginæ parti appositum, facillimum est incidere. In eò præterea alphabeticò ordine, alius etiam ordo in unâ quâque materiâ specialiter observatur, quem hic enarrare non pigebit. Primò locò, in quòcunque morbo, ejus descriptionem, causas, signa diagnostica, ac prognostica, indicationes, ut & curationem, quàm accuratissimè fieri potest, sive ex nobis ipsis, sive, & id multò frequentius, ex aliis, qui vel de universâ Medicinâ scripserunt, vel in aliquâ tantum ejus parte cum majori celebritate desudârunt, tradimus. Curationi generali, morbi descriptioni, & aliis mox indicatis, Curationes non paucas particulares, Curationibus Consultationes, Consultationibus Observationes practicas innumeras, & Observationibus tandem Cadaverum Inspectiones Anatomicas adjicimus. In Arthritide v. g. morbus definitur, ac historicè explicatur, pars affecta indicatur, differentiæ explanantur, causæ & immediatæ & remotæ proponuntur, signa tum diagnostica, tum prognostica fusè describuntur, & cura, tum præservativa, tum in ipsò paroxysmò adhibenda traditur. Quò peractò ad varias arthritidis Curationes, eaque præcipuè, ex Joh. Hartmannò, Thomâ Willis, Thomâ Sydenham, Ottone Tachenio, Hermannò Nicolaò Grimm, Theodorò Turquetò de Mayerne, & Wilhelmò Ten-Rhyne, petitas: Ex Curationibus ad Consultationes, ex Reinerò Solenandrò, Benedictò Sylvaticò, Raymundò Joh. Forti, Gregoriò Horstio, &c. exscriptas: Ex Consultationibus ad Observationes ex innumeris depromptas: Et tandem ex his ad exenterationem eorum qui sub tam atrocis morbi carnificinâ perierunt devenitur. Eademque planè methodus in aliis in universum morbis exquisitissimè observatur. Autores autem omnes, tum Veteres, tum Recentiores, ex quibus hoc opus compilatum est, recensere, nimii laboris foret, & ex hâc recensione, fastuosâ, potius quàm utili, nihil colligere posset Lector, quò paratior fieret in Bibliothecæ istius nostræ possessione sibi magis proficuâ reddendâ; quòd emolumentum commodius multò percipiet in ejusdem assiduâ evolutione; ac tum præcipuè cùm de aliquò morbo eloqui, aut consultare occasio
ipfi

PRÆFATIO AD LECTOREM.

ipsi occurret. Propterea aliis omnibus omiſſis, enarrabimus tantum quosdam ex iis qui manuſcriptis ſuis Diſſertationibus, Conſiliis, Obſervationibus, ac Extiſpiciis Bibliothecam noſtram locupletare non ſunt dedignati, quique amicitiam ſuam perhumaniter nos cohonestarunt: Præſtantiffimos ſcilicet, & omni laude majores Viros, Franciſcum Rhedi, Nobilem Aretinum, ac Magni Erruriæ Ducis Archiatrum; Marcellum Malpighium, venerandum fanè Nomen, omnibus probè notum; Lucam Tozzi, Summi Pontificis Innocentii XII. poſt Malpighii obitum, Archiatrum, & intimum Cubicularium; Joh. Jacobum Wepfferum, Medicum Scaffuſianum, & plurium Germaniæ Principum Archiatrum meritiffimum; Carolum Drelincurtium, in Univerſitate Leydenſi Medicinæ Profeſſorem Primarium, ac Decanum, &c. Atque hæc præcipuè dicta ſunt pro primâ Bibliothecæ hujus Medico-Præctiæ Editione; in quâ jam multa immutata reperiuntur: Chirurgica ſcilicet omnia, aliis materiis Medicis intermiſta, ſedulò inde excerptimus, unde cum multis aliis, hinc inde magnò ſtudio collectis, Bibliothecam Chirurgicam, quatuor Voluminibus comprehenſam conſarcinavimus, ut ex præfatione ei præfixâ patet. Cum autem ex ejuſmodi excerptione, vacua multa in Bibliothecâ Medicâ occurrerent, ea per novas Diſſertationes, Curationes, Conſultationes, Obſervationes Præcticas, Anatomicas Inſpectiones, & Tractatus integros, non tantum ſupplevimus; ſed etiam multò abundantiore fecimus. Illam præterea correctiore, & in Articulis ſuis, per adjectos Titulos innumeros, qui in priori deerant, non parum diſtinctiore, ac uſû commodioris tradimus; ut cuicumque eam pervolutanti abundè ſatis patebit, ſine noſtrâ ulteriori explicatione. Unicum itaque tantum adjiciemus, ſcilicet aliquos morbos ſub concinniori methodò, hic quàm priùs exhiberi, uti manifeſtum v. g. fiet, per ſolum Articulum de Febribus, qui totum Volumen ſecundum complet. Unò verbò Medicinæ Studioſus, Opus prorsus novum, ac Bibliothecam Medico-Præctam ſatis integram jam habeat, cujus portionem tantum per priorem Editionem poſſidebat.

ADMONTIO AD BIBLIOPEGUM

pro inferendis Secundæ Partis cujuſque Tomi Titulis.

TITULUS { *Secundæ Partis Tomi I. inferendus eſt ante Pag. 365. ubi incipit Liber Tertius & Littera C.*
— — — *Tomi II. ante pag. 461. ubi incipit Pars Altera Libri Sexti.*
— — — *Tomi III. ante Librum X. ubi incipit Littera L.*
— — — *Tomi IV. ante Librum XV. ubi incipit Littera R.*

JOH.



JOH. JAC. MANGETI M. D.
BIBLIOTHECÆ
MEDICO - PRACTICÆ
LIBER PRIMUS.

De Affectibus à Literâ A. incipientibus.

ABORTUS.

*De Abortu plura dedimus in Bibliothecâ nostrâ Chirurgicâ. Hic itaque tantum duas
rursus Consultationes ex Præclarissimò Franc. Ignatiò Thiermairiò Sereniss. Elector.
Bavar. olim Medicò Cubiculariò, excerptas, cum suis Scholiis, adjiciemus.*

ABORTUS,

Ejusque Præcautio.

PRO

MATRONA ILLUSTRISSIMA.



ILLUSTRISSIMA Matrona
ætatis suæ anno XXV. tem-
peramento totius corporis ca-
lido & humido ab ortu prædi-
ta, si uterum excipiamus sub-
frigidum, & caput destillatio-
nibus obnoxium; habitû aliàs
quadrato & carnosò, faciei co-
lore rubicundo & florido, cum
in Virginitate mensium malè coloratorum inordina-
tum & retardantem fluxum sæpè passa esset, Illustris-
simo Viro abhinc duobus annis in matrimonium col-
locata, conceptu naturali hucusque frustratur; ne-
que facillè ad credendum induci possumus cum Ma-
tronæ hujus elegantem, & bene coloratam faciem,
bonumque corporis habitum intuemur, ut in pri-
mariis ejus visceribus, vel insignem aliquam dyscra-
siam, vel aliquam aliam labem effatu dignam sibi
se suspicemur; sed potius quidquid vitii in corpo-
re ejus apparet, id in negligentiore vivendi ra-
tionem prægressam, præsertim in meri potentioris
crebriorem usum, referamus; unde non mirum, si in
hoc vitæ sedentariæ otio, sanguinisque redundan-

Tom. I.

tia, ac ciborum varietate, corpore præsertim exis-
tente delicato, crudorum & heterogeneorum hu-
morum miscella succrescat, quæ nec alvi fluxu (cùm
ut plurimum dura sit) nec vomitu repurgatur, sed
potius à jecore & renibus paulò calidioribus at-
tracta, ad uterum tanquam corporis cloacam præ-
cipitatur; quæ ubi venas uteri leviter obstruxerit,
nil mirum, si menses malè cedant, & tardè interdum
ad sex & septem hebdomadas protrahantur: inordi-
nati verò sunt, & decolores, quoniam, ut monebat
Gal. Comm. 5. Aph. 36. *Contingit in mulieribus,
quæ malos humores habent, non modò decolores
apparere menstruas purgationes, sed & tempus periodè
non servari, siquidem crassiore fuerint & difficiliùs flu-
tes, morando & longius tempus expectando; sin verò hu-
midiores aut flavabile coinquinati, consuetum terminum
anticipando.* quorum utrumque in Illustrissima Ma-
trona hætenus est animadversum; nam quos albos
menses appellant, id consentaneum est, esse ichoro-
sam sanguinis partem ad uterum demissam, quæ inter-
dum etiam priùs expurgatur, deinde per aliquot dies
cessat purgatio, donec materia crassa ac lenta aliquo
modo attenuata propelli possit; atque hinc men-
sium reciprocatio & stillicidium, à quibus meliùs
habet, sedatâ hæc turbatione & materiâ malignâ
evacuata. Interim licet Illustrissimæ Matronæ ute-
rus ita malè affectus & intemperatus sit, non ta-
men functio ejus omninò est ablata, quin po-
tius ab eo tempore, quo Illustrissimo Marito co-
habitavit, hinc conceptus, infirmos tamen & irri-
tos, habuit: unum Mense Maio nuper elapso,
cum abundantis sanguinis partim grumosi, partim
synceri, ex utero fluore & caruncularum quarundam
A infot:

informium membranarum projectione, idque sine dolore & virium ulla jactura: alterum vero mense Septembri, præeunte albicantis mucis stillicidi, subsequente vero impetuoso sanguinis fluxu cum substantiæ membranosa, instar particulæ secundinæ, rejectione, itidem sine dolore & virium lapsu.

Ut verò Illustrissima Matrona ab hoc malo vindicari, & conceptus naturalis promoveri possit, jam dudum causas horum affectionum præter naturam ex supra citato Aph. assignavimus, nempe quod seminis virilis vis & efficacia vitiosorum humorum in uterum influentium copia obruatur, & sic vera formatio factus impediatur. Causa igitur frustrati conceptus, est intemperies frigida & humida, quæ à perenni humorum variegatorum in ventriculo subfrigido & malâ concoctione genitorum illapsu fovetur, accidentibus quoque pravâ victus ratione, alvi stipticitate, & meracioris vini usu, quod vehiculi instar ad uteri imbecillioris vasa humores pituitosos, subinde etiam acres deducit; ac proinde victus regimen congruens & vini dilutionis potum hætenus inculcavimus, aliæque remedia proposuimus; cùm verò Illustrissima Matrona pharmacorum usum valde aversetur, & vix ulla admittere queat, quantumvis palato grata, nihilominus tamen ea hætenus excogitavimus, quæ & gratiora, & primam corporis aream aliquo modo eluerent; inter cætera verò Spec. Elefscoph. & Pulv. Mechoacæ in debita quantitate exhibuimus: humores coctioni rebelles herbaceis jusculis addito Tartari crystallini pauxillo, & Rad. Pastinacæ præparavimus: ac postmodum pro ulteriori expurgatione, vinum medicatum ex infusione Senæ, Turpethi, & Rad. Mechoacæ in vini Neccarici mensura aliquot diebus potreximus. Purgato sic per epicrasin corpore, pro uteri confortatione & aliquali exsiccatione infessum herbarum calefacientium, & jusculum pipionis junioris, cui ðij Sassafras limati per noctem infundebantur, ad aliquot dies matutino tempore exhibuimus; pessarium quoque uterum roborans & purgans propositum, sed non admissum, eodemque tempore vinum aquâ, cui pauxillum ligni Sassafras incoctum, dilutum ad partum bibit: infessum verò concinnavimus ex sequentibus simplicibus.

℞. *Herb. Salvia sylvestr.* Miiij.

hortensis.

Betonica aa. Miiij.

Artemisia,

Fol. Mori sylv.

Majoran.

Origani,

Serpylli,

Flor. Rosar. rub.

Balaust. aa. Mjß.

Rad. Ireos Myr. ʒj.

Tormentill.

Cyperii aa. ʒß.

Ejusmodi infessum quotidie manè & vespere à dimidia hora usque ad integram ascendendo, sex circiter dies, continuavit, quo finito suffitum ex troch. de Ladano, Moscho, Ambra, Zibetho concinnatum admisit: sæpe etiam propter alvi duritiem clysteribus usa est, inde quam plurima scybala etiam durissima cùm flatibus exierunt.

Hæc remedia ante annum circa finem Decembris adhibuimus, unde forsitan ob aeris ambientis intemperiem exoptato sine frustrati, licet postea de alijs quoque remedijs, nempe thermis calidis, Sulphure Nitro & Alumine imbutis, consilium cepimus; tamen nec tempus, nec occasio tulit, quicquam ulterius agendi; cùm semper in spem erecti fuerimus, fore, ut conceptus aliquis naturalis

subsequeretur: spe vanâ hætenus lætati ad ejusmodi thermas & aquas medicatas, tanquam ad sacram anchoram, nobis confugiendum esse duximus, quæ verò in ista sponte scaturientium aquarum classe sint seligendæ? tuum, Vir Clarissime, exposulamus iudicium, cujus in simili medicandi & promovendæ fecunditatis ratione laus & experientia à quibusdam sive dignis valde est decantata.

Quod ad Illustrissimum Maritum spectat, cùm nulla indicia malè constitutorum viscerum, vel seminis in se minus prolifici appareant, nisi quod aliquo modo melancholicum & flatuosum generet sanguinem; unde & varicibus infestatur, cætera alacris est, & in omnibus actionibus satis promptus, ita ut ex ipsius parte infecunditas nullâ ratione prodire videatur. Actum Monachii 12. Novembris 1613.

GEORGIUS GREMBSIUS,
& Collegæ.

RESPONSUM.

Quæ de statu ac dispositione valetudinis Illustrissimæ Matronæ à Clarissimo Viro ejusque Collegis Viris quoque Clarissimis consignata ad me transmissa sunt, rectè accepi, diligenter perlegi, studioseque perpendi. Ex quibus primùm intellexi, Illustrissimam Matronam hætenus sterile traduxisse conjugium: bis quidem concepisse, sed mox à scopo aberrasse, atque conceptum ejecisse.

Causæ rectè humidæ & frigidæ uteri dispositioni (unde reliqua mala sequuntur) adscribuntur. Nec dubium est, quin ventriculus etiam subfrigidus, & in concoctione iusto debilior, multas cruditates per viam indigestionis colligendo, materiam subministrat, ipsum uteri affectum, conceptionem, impediens, foveat, augeatque.

Decolor inordinatus & tardus mensium fluxus totius mali causam demonstrat: nimirum uteri debilem dispositionem, quæ plus humorum transmissorum acceptet, quam par est; & insufficientes eas consumendo atque expellendo, magnam sanguinis, ichorosarum ejusdem partium, ac reliquorum humorum copiam colligat; unde obstructions, mensium impedimentum, inordinatus fluxus & conceptionis impedimentum. Nec mirum est utero sic disposito conceptionem difficultari, vel conceptum non ritè formari & conservari: cùm frigida & humida uteri intemperies virile semen extinguat, suffocet, ac mox à coitu elabi sinat; unde abortus &c.

Quod ad prognosticum. Cùm Illustrissima Matrona alioquin sit boni habitus, color faciei rubicundus, ac in cæteris functionibus satis prompta & robusta, in ætate florida constituta, nec ulla suspicio adfit, quæ insignem aliquam discrasiam aut labem alicujus primarii visceris arguat, quæ conceptionem impedire possit; & insuper, quod conceptionem attinet, uteri actio non penitus sit abolita, sed saltem diminuta ac depravata; bene sperandum iudico, ac conveniente victus ratione, & medicamentorum tam intrinsecorum quam exteriorum diligente usu Illustrissimam Matronam eò posse redigi, ut brevi concipere, conceptum retinere, factum formare, & ad justum tempus gerere, tandemque parere. Mater salvæ proles fieri queat, minime dubito, Deo sic benedicente.

Curationem hujus defectus nobis Galenus in Com. 5. Aph. 36. præscribit, ubi per extenuantem victus rationem tales dispositiones sanare docet, item medicamenta, quæ incidunt, & crassos humores attenuant, obstructions tollunt, materiam peccantem educunt, & tandem pessos & suffitus aromatum ad corroborandum consulit.

Diligen.

Diligenter igitur ante omnia cor us erit evacuandum universaliter, & quia Illustrissima Matrona medicamenta difficulter assumit, & ferre potest, commodissime id in forma vini medicati fieri posse videtur, sicut jam ante factum esse percepi. Rhabarbarum reliquis adjunctum & sæpius repetitum multas ob causas prodesse non est dubium. Clysteres interim ob tarditatem alvi & ejusdem obstructionem sæpius repetere, ubi tamen leviores prætulere, hoc negotium egregie promovebit.

Universalibus ita peractis, injectiones uterinae uterum expurgantes, eluentes, deoppilantes simulque corroborantes maximopere conducent, quas ut Illustrissima Matrona admittat, diligenter erit admonenda ob insignem utilitatem, pessi, suffitus, emplastra & inunctiones etiam insignem præstabunt usum.

Succinum suffitu uterum siccit, pravos humores igni impedit, corroborat, & conceptionem adjuvat. Pessarium, colluto ore naturalium, cum decocto Artemisæ & Pulegii subsequens optime confert.

R. Gentiana,

Croc,

Fol. Myrti,

Aloës an. Partes æquales.

Cum Oleo Sesamini fiat pessarium. Cui etiam Fel Bubulum, Coagulatum Leporis, Castoreum & scobes Eboris addi possunt, ut fortius reddatur; ne autem erodat ejus usus, molli lanâ involvatur. Exterius inungatur sument oleo Lil. alb. oleo de Spica, Laurino &c. quibus additum parum quid olei Caryophyllorum destillati fortius & melius reddit unguentum.

Loco corroborantis Diacalamentum, Diambra, Diamoschu dulce &c. non inutiliter usurpantur, Mithridatum & Theriaca à plerisque etiam consulantur, quæ tamen adjunctis, quæ hepatis & renum calorem contemperant, commisceri possent.

Venæ Sectionis nullam factam fuisse mentionem, vel quæstionem miror, quam in tali corpore vegeto, plethorico, succi pleno locum habere omnino judico; utpotè quæ uterum purget, obstructions ejusdem tollat, menses promoveat, & calidam intemperiem hepatis renumque corrigat. Quare salvatellam in principio veris dexteræ manûs propè digitum minimum, primâ vice, paucis diebus post laphenam oppositi lateris incidendam judicari præmissâ evacuatione; ac magnam inde utilitatem sperarem.

Præter hæc singulari efficaciâ confert, & ad concipiendum promovet aqua destillata ex floribus Caryophyllorum hortensium, factâ prius infusione in vino Malvatico; cujus usu multas desperatas concepisse & feliciter peperisse scio. Eodem modo confert, & conceptum conservat aqua ista composita destillata, quam nostri *Kinderbalsam* appellant, cujus descriptio in libro medicamentario Wittenbergensi habetur. Est & mihi in usu spiritus singularis, quem omnibus aliis remediis in hoc casu feliciter & præsentiorum expertus sum: de quo primâ quaque occasione, si gratum fore intellexero, communicabo, quum opus erit. Usus harum manè jejuno ventriculo & vesperi ante somnum cochlear unum: fiat periculum, non peccabit, sat scio.

Adhuc unum celare nolim, quod rem egregie & utiliter adjuvat; usus rei veritatem comprobabit. Si nimirum virga Mariti ante congressum, insciâ uxore, inungatur recentu succo Absinthii, & statim coeat, quod quidem ad conceptionem parum facere videtur; at tamen per consequens hoc opus promovet; tantam enim uxori excitat delectationem, ut nihil supra, quam nec verbis nec gestibus celare possunt: quantum autem delectatio ad

Tom. I.

conceptionem conferat, & uterum disponat, nemini est obscurum.

Thermæ vel primas obtinere in difficili conceptione & ejusmodi uteri affectibus, præsertim frigida & humidâ dispositione, extra omnem est controversiam: quarum in numero nostræ Helveticæ prope oppidum Baden sitæ in Argoia maximopere commendantur; nec immerito, nullus enim præterlabitur annus, in quo non aliquot, antè steriles habitæ, postea salvâ prole exhilarentur: quæ propterea à multis & longè distantibus locis felici cum successu petuntur & usurpantur.

Thermæ hæc constant Sulphure multo & paulillo Aluminis, has Illustrissimæ Matronæ imprimis consulo; siquidem si aliis hujus generis in hoc casu non sunt superiores, certè nullis virtute cedunt. Amplissimum & Excellentissimum Collegium Medicum studiosè moneo, ut & ipsi consulant, non peccabit. Scio, D E O annuente, ex voto operaturas, & successum felicem præstituras.

Nec debet nos impedire calida hepatis & renum intemperies, ad quam contemperandam syrupi intus, extrinsecus localia &c. præscribi & usurpari possunt; præmissâ venæ sectio etiam conferet, & fervorem illarum partium mitigabit.

Commodissimum tempus foret in medio Maii illas inchoare. Est ibi diversorum & balnearum maxima commoditas, aiarumque rerum necessarium.

Quod si Illustrissima Matrona iis uti voluerit, & consultum judicabitur, maturè indicandum erit, tunc possumus habere delectum, & cum hospite contrahere, antequam aliis promittat. Coronidis loco moneadum duxi, quod in principio erat indicandum. Nimirum conveniente victus ratione neglecta omnia frustranea fore atque irrita; victus enim ratio, primum genus medendi, quod per se multum, & sine quo cætera nihil. Ventriculus multitudine & varietate ciborum si obruat, concoctio magis impediatur, & cruditates congeantur, omnia mala inde sequi necesse est. Primâ enim concoctione vitiatâ, cæteræ omnes pravæ sunt, nec subsequentes concoctiones prioris vitia & errores corrigere possunt, quod postmodum crudum superfluumque remanet, id ad uterum tanquam cloacam corporis & receptaculum transmittitur & acceptatur, fomentum totius mali.

Quare Illustrissimæ Matronæ diligenter & seridè erit inculcandum, hæc in re ut Medicis morem gerat, ac palato & appetitui, pravæ consuetudini, expectationem & desiderium Illustrissimi Mariti, totius Illustrissimæ familiæ votum præferat, magisque faciat. Si parebit, pariet, gratiam & favorem apud omnes impetrabit, & Deo auxiliante, brevi mater fiet prolis exoptatæ; quod ut fiat, sicuti spero, ita ex animo precor & exopto.

Illustrissimum Maritum bene esse dispositum, & nihil apparere, quod conceptionem impedire possit, gratulor, & eò firmius spero, si Illustrissima Matrona faciendâ admittere, & obedire vellet, omnes voti compotes futuros.

Quod quidam Magnates de me bene sentientes meam experientiam commendarint, illorum modestiæ & benevolentiae adscribo, ego nihil jacto: hoc tamen verè affirmare possum, intra paucos annos nonnullas magni nominis Matronas, quæ antea steriles judicabantur, Dei nutu & meo consilio, matres nonnullarum prolium fuisse factas. Idem DEUS opt. max. Illustrissimæ huic Familiæ benignè concedat.

Vinum generosum, quod serè oblitus fueram, mihi ratione frigida & humidâ intemperiei uteri & concoctionis diminutæ ventriculi non obesse videtur, parcè tamen sumptum. Hæc, uti mandatis parerem,

A 2

enarrare

errare volui. DEUS benedicat consilio. Scripti
Scaphusii raptim 18. Novembris Anno 1613.

GEORGIUS MEGHLINUS
D. M. Scaphusianus.

Scholium balnea artificialia uterum ad conceptionem disponenda, aliaque remedia aliquot describuntur. Deinde, quid sit Abortus? quam illius Causa? & quod ille subinde facile, subinde difficulter, aliquando nullis etiam violentis mediis procurari possit, diversis exemplis ostenditur.

Raymondus Mindererus Vir Medicus Augustae Vindelicorum in paucis celebris, cum ab hac ipsa Illustrissima Matrona de causis abortus, eoque imposterum praecavendo, interrogatus esset, proposuit ad corrigendam impuri uteri lubricitatem (hanc enim hinc praecedentis abortus causam fuisse credidit) balneum artificiale quadripartitum, sibi, ut asserbat, etiam in aliis diversisque mulierum affectibus (mutatis semper mutandis) longa & multiplici experientia comprobatum. Thermas quidem, ac praecipue Badenses, quas prioris Consilii author proposuerat, non improbat, dummodo, ab ipsorum fervore, calidior Illustrissimae Patientis temperies debite praemuniat; atamen cum tempus hyemale tunc similia Naturae auxilia non admitteret; artificiale, ut dixi, substituit balneum, herbarumque descriptionem sub quadruplici formula factam submitit. Prima, ajebat, uterum emollit, & humores ibi stabulantes praeparat; altera evocat; tertia uterum calefacit, atque ejusdem pituitosam colluviam exsiccat; quarta generationis partes omnes corroborat. Subdit postea idem Cl. Mindererus, quomvis similes infusus ex herbis & earum decocto parati, in Illustrissima Matrona, a Clarissimis Medicis ordinariis tentari fuisse scribantur, diu tamen non continuati, nec tali modo ad intentionum variationem instituti fuerunt.

Ceterum modum balneandi, parandique, proponebat illum. Purgato prius corpore, mensiumque fluore mox praegresso, dum uteri venulae etiamnum aliquo modo hiant, Patiens balneum incipiat: infusus fiat non ultra umbilicum, & sufficit, si primo die, tribus quatuorve horis in balneo commoretur: reliquis vero singulis diebus necessum est, ut quinque horis, hoc est mane tribus, post prandium duabus, omnino perduret infusus; ita tamen, ut Illustrissima Patiens nunquam incalcescat nimium, & aqua dum balneo egreditur, ad moderatum teporem reducta sit. Post egressum e balneo Illustrissima Patiens per medium horam lecto se committat, ut ex toto deserveat. Subinde etiam sumat loco tragaeae, de pulvere aliquid contra abortum, praecipue illius in *Dispensatorio Auguillano* descriptionis, quam Joannes Udalricus Rumberus Medicus Augustanus ibidem addidit, commiscendo species Cordiales temperatas, & de Gemmis frigidis. Dum vero paratur balneum, accipiatur sufficiens herbarum primae descriptionis quantitas, sacco lineo laxè inclusa, & in debita quantitate aquae communis coquatur: sacculus iste herbaceus ab aqua nunquam amplius eximitur, imò durante balneatione Illustrissima Patiens illi vel insideat, vel ad partes genitalis perpetuò admotum teneat: porro, si in ipso balneo aqua videatur tepidior, calefiat, non affundendo aquam calidiotem; sed sacculus cum suis herbis eximatur, immergatur aquae calidiori, ac rursus priori aquae commisceatur, partibus genitalibus uti dictum denuò applicandus. Post balneum aqua cum suis herbis non abijciatur, sed asservetur in usum ulteriorem, manente semper in aqua herbarum sacco; necessum

enim est, ut eadem aqua, semel cum una ex his quatuor herbarum speciebus decocta, inserviat per vires quinque, hoc est, per dies duos cum dimidio; quibus elapsis, balneum, cum succedentibus & descriptis speciebus, iterum novo sacco inclusis, renovetur, idem semper in singulis quatuor specierum descriptionibus observando. praescriptae formulae sunt istae.

R. Herbar. Mercurialis Mvj.

Betonica Miiij.

Verbasci cum flore,

Paralyseos cum flore,

Salvia sylvestris,

Melissa,

Origani,

Matricaria,

Flor. Chamomilla,

Meliloti, an. Mij.

Rad. Lilior. alborum ʒij.

Althaea,

Enula an. ʒj.

Incidantur grosso modo.

Signentur Species pro primo balneo.

R. Herb. Mercurialis Mvj.

Betonica,

Melissa,

Salvia sylv. an. Miiij.

Chamadryos,

Origani,

Artemisia,

Matricaria an. Miß.

Pulegii,

Calamintha,

Saturegia,

Flor. Chamomilla,

Meliloti an. Mj.

Rad. Ostruui ʒj.

Iridis Illyr.

Rubia tinctor. an. ʒß.

Incidantur grosso modo.

Signentur Species pro secundo balneo.

R. Herb. Mercurialis Mvj.

Betonica,

Salvia sylvestris,

Melissa an. Miiij.

Origani,

Serpylli,

Chamaepitys,

Hederae terrestris;

Agrimonia,

Majorana,

Rorismarini,

Fol. Lauri,

Spica Celtica,

Matricaria,

Fl. Chamomilla an. Mj.

Rad. Cyperi rotundi ʒij.

Rhodia ʒj.

Caryophyllata ʒij.

Incid. grosso modo.

Signentur Species pro tertio balneo.

R. Herb. Mercurialis Mvj.

Melissa,

Salvia sylv.

Betonica,

Paralyseos cum flore an. Miiij.

Rorismarini,

Rosarum rubr. an. Mij.

Spica Celtica,

Fol. Lauri,

Balaust. an. Mj.

Fragaria Mij.

Rad. Acori palust.

Caryophyllat. an. ʒij.

Penta

Pentaphylli ℥ss.

Incidantur grosso modo.

Signentur Species pro quarto balneo.

Hæ Raymundi Mindereri pro balneo species, illarumque modus adhibendi congruus est, & mihi per placet. Scio Parentem meum, p. m. simili artificiali balneo (quem aliquoties non sine fructu imitatus sum) plurimas matronas, ob humidum lubricumque uterum vel non concipientes, vel conceptum diu non retinentes, egregiè adjuviffe. Vivit etiamnum Matrona nobilis, quæ olim per aliquot annos sterilis, tandem hoc balneo usa, filium marito suo peperit septimestrem, vivum, & modò, dum hæc scribo, Virum pium & religiosum. Species pro balneo fuere sequentes.

℞. Beton.

Verbasci, cum flor.

Valerian.

Ruta mur.

Agrimon.

Fumar. an. Mij.

Majorana,

Salvia,

Melisse,

Rosarum rubr. an. Mj.

Verbena,

Origani,

Chamomill.

Serpill.

Mentha an. Mss.

Flor. Lavend.

Sum. Juniperi an. Pij.

Rad. Irid. Florent.

Cypero an. ℥j.

Galanga ℥ij.

Incisa grosso modo misce pro balneo.

Abortum, seu, si ita loqui liceat, matricis vomitum plura sunt, quæ præservant. Experimento muliebri, inquit Simon Pauli *Quadrip. Class. 2. contra abortum Millefolii decoctum commendatur, & novi quosdam, quæ se ab eo, hujus solius decocti beneficio præservarunt.* Hanc Pauli experientiam confirmat, quod de insigni vulnera glutinandi facultate in *Millefolio* latente recitat *Hollerius Lib. 2. Cap. 5. Instit. Chirurg.* ubi inquit, *Cuidam decisus nasus, quæ os in cartilagine desinit, rusticus propendentem partem alteram digitis conjunxit, herbam tusam & in vino nigro tritam, quod Millefolium appellant, impegit, rudius omnia colligavit, unde celeriter restitit sanguis, & vulnus pulchra cicatrice brevi coxit.* *Felix Platerus Lib. 3. Observ. mibi pag. 700.* Ceratum proponit & Tabulas, longâ experientia sibi probatas. Ceratum ferè cum sequenti, *Claudino* familiari, convenit. Tabulas tali modo componit.

℞. Sem. Coriandr. ppt. ℥ij.

Rad. Bistort.

Ros. Eboris,

Corallii rubr. an. ℥j.

Succini,

Cryballi an. ℥j.

Cocci infestorii ℥ss.

Sacchari dissol. in aqua Rosar. ℥iij.

Fiant Tabellæ pond. ℥j.

Mirè ad abortum præcavendum sunt utiles, capiendò unam alteram vel ternis diebus. Ceratum *Claudini* à descriptione *Plateri* non multùm differt, remedium optimum est, nobisque multâ experientia & usu familiarissimum, illius descriptio hæc est ex *Lib. Consultationum. Consult. 34.*

℞. Mastich. elect. ℥j.

Laudani ℥vj.

Bistorta ℥v.

Nucum Cupressi,

Hypocistidis,

Sanguinis Draconis,

Rosarum rubr.

Tom. I.

Santal. rubr.

Corallior. rubr.

Mentha sicca,

Coriand. ppt.

Gallia moschat.

Terra sigillat. an. ℥ij.

Olei olivarum,

Cera citrina,

Terebinth. clara,

Picis, an. qj.

M. fiat Ceratum.

Uteri regioni (prout vult *Claudius*, alii ad subos, vide *Mermannii nostri Consilia de Abortu*) admoveatur & ad octavam usque mensem gestatur. Pellis agni adhuc calens pulvere *Mastich. Rosar. & Myrtill.* aspersa foetum roborat, & sanguinem continet: idem præstat residentia destillationis rosarum, vulgo *Rosenzelten*, vino austero calido tincta cum eodem pulvere, ex *Francisco Ranchino de Morbis ante Partum.* Communissimum apud nos est remedium & optimum ad foetum confortandum, si accipiatur pasta mellita, *Nonnen Lebzellen*, vino generoso vel malvatico madefacta, coasperaque pulvere *Caryophyllorum & Nucis Moschatæ*, & demum calidè ad umbilicum adposita.

Cæterùm hæc dum de abortu recolligerem, Vir quidam Religiosus optimæ mentis ex me quæritabat, quid abortus? an arte à malis fœminis semper & ubique fieri ac effici possit, sine manifesta sanitatis noxæ huic respondi, ut sequitur.

Abortus, *Galeo* interprete, est imperfecta foetus emissio, seu immatura & violenta ejusdem excretio, utero malè affecto. Hunc efficiunt vel causæ internæ, vel externæ. Internæ triplicis potissimum generis sunt: siquidem uterus vel humorum pondere, quos supra vires obtinet, oppressus; vel morius humorum in eum effuso, ruptis iis, in quibus foetus continebatur, membranis; vel propter foetum patrem & saniosum irritatus abortum patitur. Cui etiam causæ accedit infantis vitiosa & inutilis moles, ante tempus perfectionis succrescens, quæ ampliùs, quàm par est, distendi uterum cogit, & ob id uterus lacessitus expellit; aut coarctata nimis uteri capacitas, ut in fœminis, quæ minuto sunt corpore, vel teneris annis concipiunt, item si quid præter naturam in utero creverit, quod ipsum distendi, quantum par sit, non permittat: velut mola, aut scyrtholus tumor utero adnascens, &c.

Externæ causæ variæ admodùm sunt, omnes tamen hoc proprium habent, ut si abortum facturæ sunt, priùs vincula & involucra foetus abrumpant: qualia sunt omnia illa, de quibus nobis præcipuè sermo: illa nempe, quæ, extrinsecus assumpta, dein intra corpus vel humores agitant & ad uterum præcipitant, ut sunt purgantia; vel qualitate aperienti uteri venas referant, laxantque, ut sunt diuretica, urinam & menses cientia, aperientia, emollientia; vel denique odore utero adversa, vel aliâ qualitate occultâ foetus exturbant. Reliquas causas externas, ut sunt varii motus animi & corporis, sanguinis missiones &c. hoc loci non tangimus; quia de illis tantùm, quæ per intus sumptionem abortum cient, ita requisiti, verba facimus. Quænam verò sint purgantia illa, quænam aperientia, emollientia, diuretica, evocantia, aut, quæ alia seu odore seu qualitate specificâ foetum exturbantia? plùs quàm satis nota sunt; & utinam iis, quæ Naturæ Opifex in bonum nostrum creavit, non tam facile abuti sciret humana malitia.

Interim ad ulteriorem superiùs factam quæstionem, an scilicet arte à malis fœminis, semper & ubique, sine manifesta sanitatis læsione, fieri & effici possit abortus? dico, non posse simpliciter & sine distinctione responderi, nam sicut ex prædictis mediis leviora in quibusdam uteris ad laxitatem dispositis facile abortum effectu sunt, non sine magno sanitatis de-

A 3 trimento;

trimento; ita in aliis robustioribus foeminis, aliquando absque magna sanitatis læsione, per generosa pel-
lencia abortus effici potest. Sciendum tamen est, si
mulier sit robusta, sana, uterus firmus, nulla un-
quam sæpe esse sufficientia, ad abortum promovend-
um, media. Audiamus hujus rei testimonia ab aliis
productis; domestica & magis nota recensere non licet.

Schenkius *Lib. 4. Observat. 150.* inquit: *Mala quæ-
dam femina juvenis biliosa & gracilis, cum se-
ptimi mensis fœtum in utero gereret, ob metum absen-
tis mariti abortum procurat, plurima auxilia parat,
assumit purgantia valida, applicat utero fortissima
unguenta, apponit pessaria violenta, & alia fœtum
enecantia medicamina per os devorat. Demum omni
prorsus destituta auxilio, exactissimâ inediâ, incassum
tamen corpus macerat; tandem quasi desperata, viri-
bus licet invalidis, ad saphenæ phlebotomiam terdecim
celebratam, & hirudines in sede ter applicatas se con-
vertit; sed nunquam voci sui compos evadere potuit; imò
geminos in nono mense obesos & ovantes (mirum dic-
tu!) edidit in lucem.*

Quin imò doctissimi Medici multi in propriis ux-
oribus decepti, & gravitationem ignorantes, frustra
variis remedium generibus matrem sine fœtibus in-
commodo defatigârunt, de quorum numero sunt Aben-
zoar, Rhafis, Avicenna, & alii, quos recenset Za-
cutus *Libro de Praxi Medica Admiranda Observat. 148.*
Ridiculum est, quod idem Zacutus l. c. de Me-
dico quodam subjungit. *Medicus quidam studiosus &
doctus in populosissima Lusitanie civitate Medicinam
faciens, propriæ uxoris menstruum suppressione, ut
ipse dicebat, laborantis salutem consulens, & gravi-
dam non esse ex lotii signis certò sciens, multoties il-
li venam secare jubet, alterantia propinat, deobstruen-
tia offert, & per triginta dierum spatium ebalybem
cum valido exercitio assumendum jubet, cerota & de-
obstruentia unguenta utero imponit. Denique omnia
ministrat proprio consilio, quæ ad viscerum uterique
obstructionem à Medicis falluari solent. Tandem
cum nihil proficeret (licet uterus in majorem molem
quotidie accresceret) ad humorem in utero impactum
vacuandum, & ad dolorem hæc ipsa de causa con-
tractum (urgebant enim jam calcitrante fœtu dolo-
res) venam in talo secandam imperat, postquam se-
ctionem, cum gravida nonimestris esset, irritata Na-
tura fœtum cum tanto impetu in vas aquâ & sangui-
ne plenum, in ipso sectionis actu [res mira!] ejecit,
ut exeunte è vena sanguine, & fœtu aquâ veluti suf-
focato, infans & mater, ob timorem & nimium san-
guinis fluxum, exanimis periclitarentur; sed constri-
cto foramine, & fœtu mox ab aqua extrahito, ipsa vi-
ni potu refocillata, ad se rediit, & Medicus sine du-
bio ad meliorem mentem. Magna hæc fuit Viri Me-
dici inscitia, & temeritas; longè tamen major fuit
astutia, & malitia foeminae illius, quæ apud Petrum
Borellum *Observat. 79. Cent. 4.* ut abortum simula-
ret se passam esse, & sic in carcerem conjiceret eum,
qui eam verberaverat, & pecunias ab illo extor-
queret, sanguinem & Leporis frustula in matricem in-
jecerat, ut obstertricem vocatam falleret, quæ testaretur
eam abortum passam esse. Ingens malitiæ mon-
stru, quod non nisi à petulanti hac foemina edi poterat.*

ABORTUS, MOLÆ,

Et Viscerum Dyscrasia.

Pro eadem Illustrissima Matrona.

Illustrissima Matrona, ætatis suæ annorum xxxvi.
temperamento totius corporis calido & humido,
ab ortu, prædita, si uterum excipiamus subfrigi-
dum & humidum, & caput destillationibus ob-

noxium, ventriculum similiter frigidum & laxum,
ob impensè calidam hepatis dyscrasiam adjacentem;
propter quam, sicut flamma major extinguit minorem,
ventriculus nonnullam labem contrahit; unde perpe-
tuis ructibus & flatibus obnoxius redditur, tunc præ-
fertim, quando doloribus nephriticis Illustrissima Ma-
trona affligitur, quibus jam ex duorum mensium inter-
vallo, bis, graviter laboravit, qui Illustrissimam Matro-
nam cum enormi vomitu tam pituitosorum, quam bilio-
forum humorum, lumborum & hypochondriorum dolo-
re, invadunt, febre synochâ non putridâ comite, co-
lore faciei & oculorum ad ictericam tendente, siti
molestissimâ, appetentiâ penitus dejectâ, & oris sic-
citate, alvi slipticitate perpetuâ, quæ vel clysteri-
bus vel suppositoriis solvitur; urinæ tunc temporis
prodeunt tinctæ, rufæ, ac postmodum materiam ru-
bicundam, farinaceam boli Armeni ritu, deponunt: quæ
ubi per linteum colatur, materia quædam rubra eidem
sabuli instar adhærescit; cessante verò vomitu macu-
læ pruriginosæ in toto corpore cum molestissimo pru-
ritu prorumpunt, latæ eæ quidem, & ex levissimo
afflictu albescunt; quibus iterum evanescentibus,
urinæ quoque paulatim ad naturalem & priorem sta-
tum redeunt.

Horum affectuum præter naturam causæ proca-
tarcticæ antecedentes & conjunctæ, meo judicio, sunt
investigandæ, si eorundem recidivam, periculo
haud vacantem, antevertere & præservare veli-
mus.

Inter causas procatarticas, dyscrasiam hepatis
augentes, est usus quotidianus vini meracioris, cum
Illustrissima Patiens ob ventriculi subfrigidi laxitatem,
leviora vina Neccatica ferre nequeat; sic magis de-
lectatur potid potentioribus jam assuetis; quæ tamen
in hac hepatis & renum intemperie valde suspecta
sunt; quin potius ob vim eorum diureticam crudos
succos in ventriculo genitos ad renes intempestivè
deducunt, ibidemque obstructionibus & infarcti-
bus occasionem præbent: ex quibus dolores isti ne-
phritici periodici suboriuntur. Hac eadem de cau-
sa, existente dyscrasia hepatis & ventriculi inæqua-
li, multi crudi & biliosi succrescunt humores sangui-
næ massæ commixti; quos Natura tanquam excre-
mentitios ad uterum, tanquam ad cloacam corpo-
ris, demandat: unde copiâ humorum genitura suffo-
catur. Quæ potissima causa est, cur Illustrissimæ Pa-
tientis uterus jam ternis vicibus munere suo defun-
ctus, accedente aliquâ animi passione satis gravi,
qualis est iracundia, abortum fecit: quemadmodum
jam tertia & ultima vice 22. Martii parvam vesti-
cam, cucumeris ritu, quâ dissectâ aqua cruenta
effluxit, nullis veræ genituræ propaginibus apparen-
tibus, prævio mensium stillicidio, sine dolore re-
jecit; qui primùm mucosi, post gramosi nigricantes,
post aliquot dies laudabilis sanguis, victiæ recens
mactatæ similitudine, copiosè stillavit; cui fluxui
immoderato tremor cordis successit, Illustrissimam
Patientem aliquot diebus affligens; & tandem par-
vam carunculam rejecit, quâ rejectâ stilla mensium
cessavit.

Ut verò Illustrissima Matrona ab his malis vindicari,
& non tantum conceptus naturalis promoveri,
sed etiam periodici isti dolores lumborum præcaveri
queant, ideo Doctissimorum Virorum Con-
silia postulatur. Et cum jam paulò antè dictum,
quod feminis virilis vis & efficacia à vitiosorum hu-
morum, ab intemperatis visceribus jecore & ventri-
culo genitorum, in uterum influentium copiâ, imò
ipso sanguine impuro & copioso obruatur, & sic for-
matio fœtus impeditur.

Cum igitur Illustrissima Matrona ætatem con-
sistentem nondum attigerit, ac jam quinque pro-
les, quatuor nempe masculas, & unam foeminam, feli-
citer pepererit; speramus cum Deo, sublatis hisce
impedi-

impedimentis, non tantum naturalem conceptum promotum, sed & nephriticos dolores sublatus iri.

Quapropter ante omnia victus ratio accurata instituta: omnis generis edulia & obsonia dulcibilibem generantia fugienda, & vini meacioris usus, quantum fieri potest, devitandus, ejusque loco Neccaricum offerendum; dein vero dyscrasie jecoris & ventriculi prospiciendum, remedio aliquo grato, quod jecur calidius contemperet, ejusdem obstructiones aperiat, & ventriculum roboret: in quem finem, præmissis præmittendis, acidulas Antonianas juxta Andernacum scaturientes, ac integris potest viribus hac deportari solitas, approbo; nec est, quod ex earum usu utero metuamus subfrigido & humido; experientia enim teste acidulæ ejusmodi frigida membra calefacere, & calida refrigerare possunt. Et cum Illustrissima Matrona temperamento sit sanguinea, habitu bono, corpore etiam obesiori, sic venæ sectionem in brachio haud parcam ante usum acidularum administrandam, eandem quoque, post primam mensium supputationem, salvo meliori judicio, eventativam saltem, ex sententia Clarissimorum Virorum DD. Mercurii p. m. & Holzaemii repetendam existimarem, sequentibus rationibus edoctus: si enim contingeret, conceptum fieri, ante quam menses fluere, tunc magna copia sanguinis, aliàs per uterum debito modo purgari solita, retinebitur; & cum conceptus quoad molem spatium unius mensis vix drachmam ponderet, tam copioso sanguine non indigebit; in secunda vero periodo iterum retinentur menses, qui à conceptu tunc temporis, vix sex drachmas ponderant, non absorbetur; hinc sequitur multum sanguinis non tantum in totius corporis venis, sed in utero quoque, aliàs subfrigido & multis ichoribus scatente, colligi; unde, ejusdem ore irritato & aperto, abortum sequi necesse est. Ex eadem mensium, in principio conceptus, retentione, isti crebriores vomitus & inappetentiæ originem duunt: cum enim mesenterium & jecoris venæ, copia sanguinis obruantur, nutrimentum ex venis & intestinis non exfugant, copia humorum in ventriculum regurgitat, concoctio labefactatur, & vomitus crebriores fiunt.

Quapropter rationi consentaneum videtur, si naturalem conceptum promotum, & dolores nephriticos sublatus velimus, dyscrasie hepatis & renum tempestivè occurramus, usu acidularum ad xx. circiter dies continuato; deinde, ad uteri intemperiem humidam tollendam, thermas in Bavaria juxta Benedicbeim frigide scaturientes, sulphure pauco, alumine, nitro, & sale imbutos (Hailbrunnenles vocant) xx. itidem diebus continuandas, puto; ut hac ratione uterus roboretur, & ad naturalem conceptum disponatur. Hæc tamen omnia aliorum Doctissimorum in Arte Virorum judicio & censuræ libenter subijcio. Actum Monachii 5. Aprilis 1625.

GEORGIUS GREMBSIUS
Medicus Electoralis.

Scholia de Sanguinis missione ad Abortum præcavendum sæpius repetenda. It. m., de modo balneandi in thermis Bavaricis Hailbrunnen-sibus, eorumque usu rectè observando.

Postquam Illustrissima Patiens [pro qua, Consilio etiam superiori, Medici fuerunt solliciti] variis auxiliis & thermis Badensibus, ni fallor, usa esset, voti sui compos facta, quinquies feliciter peperit; eâ tamen conditione, ut non tantum, antequam primò uterum gereret, aliquoties, sed etiam post primum partum semel atque iterum, tandem post

ultimum puerperium, spatio biennii circiter, tertium abortiret. ubi notandum erat, in abortu interdum Naturam in efformatione embryonis attentasse aliquid, verum aliquoties præter rudem molam, & sanguinem concretum, & levia rudimenta nihil fuisse conspectum; præterea post ultimum abortum plus sanguinis quam alias excretum esse. ita partim ex Consilio proximè præcedenti, partim ex notis Parentis mei p. m. Viri optimi, Medici doctrinæ & judicio exactissimi, qui præfenti Illustrissimæ Matronæ unâ cum alio Clarissimo Viri suo Consilio adfuit.

Quæsitum itaque fuit ulterius, de frequentioris abortus causa, & remedii. Clarissimus Georgius Grembsius præfatis Consilii & superioris instructionis auctor, Vir Germanæ fidei, doctissimus & in praxi felicissimus Medicus, de quo verè cecinit R. P. Balde Soc. Jesu satyrâ 6.

imis

*Exire illum fibris morbum quicumque latebat,
Trans caligantem projecit in aquora Thulen.*

acidulas pro contemperatione viscerum, & sanguinis certo tempore missiones, pro abortu præcavendo, ac tandem thermas Hailbrunnenles, pro corroboratione uteri suavit. Quæ remedia, sicuti prudentissimè & methodicè sunt proposita; ita ulterius in hoc scholio dilucidanda mihi sumpsi.

De acidulis remedio Germanorum utilissimo hoc loci non me distando, cum alibi de iis ex professo & fusius acturus sim; illud tamen hic addendum censui, quod Parentem meum p. m. auct Illustrissimam hanc Matronam non imprudenter movisse recrio, his verbis. *Acidulas ad hepatis & ventriculi dyscrasiam corrigendam rectè usurpatis, proficuas fore spero; quarum tamen usum quotidianum cum ordinario potu commixtarum adeò probare non possum: primò cum nihil et acutum; secundo cum, in tanta pituita viscida in ventriculo perpetuo existentis colluvie, aliquid cruditatis semper ad hepar & renes secum ferant, quæ postea nullo negotio utero communicantur, eunque ad fatum retinendum ineptum, debilem, magisque lubricum reddit. Hoc est, acidula quotidiana impuritates, quæ in similibus subjectis nunquam desunt circa ventriculum & mesenterium, ad uterum ferendo magis nocent, quam hepar alterando & corrigendo, quod præcavendi possit, juvant.* Quæ in re scio equidem, Principes Viros in Germania non solum ex longa consuetudine, sed etiam cum emolumento vino uti, acidulis ordinariè diluto; hoc tamen sceminis, quibus stomachus phlegmate repletus, & uterus impurus est, ob rationem à Parente meo insinuatam, rectè prohiberi, credo.

Porrò, quamvis prudentissimum fuerit Domini Consulens etiam de Sanguinis missione consilium, ratione & autoritate probatissimum, unum tamen dubitare mihi liceat: nempe, an ad præcavendum abortum, in corporibus adeò pleni succi & sanguineis, toto gravidationis tempore, una tantummodo sufficiat sanguinis missio? dein, an consultius sit, ut facta mensium supputatione, ante vel post illorum consuetam aliàs eruptionem, sanguis miti debeat? Clarissimus Consulens illam post primam mensium supputationem semel videtur suavisse; quia sanguinis evacuatio haud parca paulò ante usum acidularum præcessit, dein quoniam, ut suspicor, de actuali gravidatione in Illustrissima Matrona solliciti Archiatri vellebant prius esse certiores, prudenter. Ego repetitas in similibus corporibus sanguinis missiones aliquando esse necessarias judico, & quidem, post unum alterumve gravidationis mensum, ante consuetam aliàs mensium eruptionem institutas, ut confluentis ad uterum sanguinis motus maturè inhibeatur. Vidi hujus rei exempla; videre & alii similes experientias non paucas. *Vivunt adhuc Leodii, inquit Henricus ab Heers*

A 4

Obser-

Observat. Med. Lib. 1. Observ. 14. mulieres duæ, quæ cum quotannis abortirent, meo consilio, ter toto gestationis tempore, venâ sectâ, vitales fatus ediderunt. Primum mense tertio, quo fatus paucis eget alimento, ut qui mediocris pyri magnitudinem vix æquet, tres vel quatuor educebantur uncie; dein post medium quarti mensis, motante se jam embryone, aliæ quinque vel sex extractæ; demum sub finem septimi, tres emisse; mirantibus praxin illam dicebam, ut exigui in lampade lychni, nimio affuso oleo, extinguuntur, ita pueriles anima, in sanguineis matribus nimio alimento suffocantur; quod verissimum esse etiam in aliis experientia me docuit. Idem adnotavit Lazarus Rivertius *Observationum Centuria 1. Observat. 53.* qui gravidam, sexies sectâ venâ, eo profus tempore, quo menstruas purgationes pati consueverat extra graviditatem, quartò jam abortientem feliciter præservavit. Cæterùm à mola quoque impostero præservare poterat prædicta venæ sectio. Nam cum, ex sententia Doctorum (uti Antonius Vallerius apud Hollerium *Cap. de Mola* eruditè observat) mola ex semine paucis muliere interea multum sanguine menstruo concedente, fiant, hand dubiè sanguinis missio tēpestivè facta succurret.

Tertium præsidium, quod Clarissimus Consulens adduxit, fuerunt thermæ Hailbrunnenses, quæ foemina peculiariter salutares:

Fœmina, cui prolem Lucina novæ negarat, Sapius hinc gravido visa redire sinu.

Certum est; thermæ sunt utilissimæ: & habet Bavaria, quod de illis gloriatur, sibi que gratuletur vel proximè; quandoquidem illarum virtuti Serenissimam Bavaram Electoralem prolem debet. Juvat hoc loco inferere, quæ Cl. Malachias Geigerus Collega quondam noster, de thermis illis privatim annotavit; scripsit ille quidem libellum integrum de his aquis Anno M. DC. XXXV. editum; verùm cum postea de eadem materia, privatim, ut dixi, plures regulas annotasset, quæ post ipsius mortem ad manus meas pervenere, non abs re & utilitate, juniorum saltem Medicorum, fore speravi, si illas ex autographo transcriptas hic palam facerem. Regula

I. Consultum utile & bonum est, ut balneandi vel domi ante discessum, vel in principio balnei purgati, & per phlebotomiam evacuati sint; in iis tamen casibus, in quibus licitum est.

II. In principio modeste & lente balneandum, nec calidè aut profunde nimis aquis insidendum; sed pedetentim, graduatim, & de die in diem ascendendum est; quod etiam circa finem balnei pro descensu intelligendum est.

III. Ii, qui inter balneandum longius tempus insunt, melius agunt, quam qui festinant, hac opinione ducti, dummodo designatas centum viginti quatuor circiter horas complevisent, rem bene peractam esse. Considerent thermas has tam in siccitate, hoc est, extra aquas, quam in humiditate, vel in ipso balneo, vires suas edere: quemadmodum fructus terræ inter pluvias non multum augentur, sed tum primum, cum sunt in siccitate, quando nimirum à sole illuminantur & siccantur, vegetabilis & accretrix vis sursum trahitur, & in fructu sive arbore distribuitur: eodem modo, quando corpus humanum extra aquas est, & exercetur, tunc primum optima incipit operatio, balneumque vires suas demonstrat in siccitate.

IV. Melius erit, cui tempus & occasio suppediat, ut balneum in decresciente Luna incipiat, & in altera primum decrescencia finiatur, quod tamen tanquam necessaria lex non præscribitur.

V. In excoriatione nondum plenariè exsiccata & consolidata, non est desistendum à balneo; aliàs parum quietis habebit, & male balneatus erit, propter remanentem continuum pruritus cutis &c.

VI. Consultius est ante prandium jejunè balneari, & mane maturius insidere aquis; consuetudini tamen

& viribus corporis subinde aliquid dandum.

VII. Quò parcius comeditur & bibitur in Balneo, hoc est, tempore thermalis curæ, eò utilius & melius. Quandoquidem verò hætenus consuetudo fuerit, aquas thermales calidas inter balneandum jejunè bibendi; non improbo, quia vile esse observatum est, & erit duplex balnei operatio.

VIII. Necessarium est, præcipuè sub aere frigidiore, ut finita lotionè, cum se corpus ex aquis levat, id bene detergatur, & calidis linteaminibus involvatur; postea per mediam horam aut amplius se lecto committat, eumque Natura sudorem aut somnum molitur, eundem foveat: postmodum repetita detersione corporeque vestibus calidioribus bene munito, ante cibi assumptionem optime se exerceat & moveat. Siquidem quò plus inter usum thermalium se quis exercitat, eò meliorem operationem & effectum illorum sentiet.

IX. Prandium & cæna semper aequalibus horis, hoc est, una vice sicut altera instituatur: nec hodie maturius & cras serius.

X. Caveat, si lauta habeatur mensa, ab omnibus & singulis cibis manducare, sed potius contentus sit balneans tribus, aut ad summum quatuor bonis & exquisitis ferculis, quæ aequalis naturæ sunt. Nam carnes & pisces non conveniunt simul, neque bene concoquantur.

XI. Quodque in diæta præcipuè notandum est, melius semper erit cum appetitu cessare, & quasi parum famelicum è mensa surgere, quam diu accumbere, & cibis se implere.

XII. Quantum ad potum, esset optandum, ut lavantes aquam thermalem, aut coctam aliam bibere assuescerent, & ab imaginatione illa liberari possent, ac si aqua illis nociva & Natura contraria esset; sine dubio plures ad sanitatem redirent, si illis consuetudo hæc introduci posset. Hæc opinio dicitur quæda est, de aqua cocta nullum dubium multis profuturum, iis nimirum qui tolerant, aut in quibus intentiones vinum prohibentes adsunt, quod tamen à mulieribus vino aduetis raro continget. Aquam verò thermalem pro potu ordinario assumere una cum cibis, ego quidem nunquam, aut raro suaserim. Qui verò vino totaliter assueti sunt ratione ventriculi, ad principium & conclusionem mensæ, bonum haustum vini meri (præferrem ego in his vinum dilutum semper) nobilioris faciant; de reliquo verò vinum taliter diluant, ut aqua bene prevaleat, & plus aqua sit quam vini [neque hoc absolute probare possum: cujusque natura & consuetudo respicienda est.] Extra prandium verò & cænam singulariter verò in balneo, vinum tam dilutum quam merum prohibetur.

XIII. Immediatè vel paulo post mensam, repleto ventre aquis thermalibus insidere, nocivum est. Consultum igitur se post mensam per duas horas, aut unâ cum dimidia, modestis deambulationibus, aut aliis blandis exercitiis recreare. Meo iudicio quatuor ad minimum horæ interponendæ sunt inter prandiam absolutam, & pomeridianam infellam.

XIV. Ordo balneandi post prandium denuo observetur, quemadmodum ante prandium, uti in regula octava indicatum est, cum expressa exceptione: si forte suis urserit, illa potu aquarum thermalium frigidarum, aut aliarum acidularum, quod sine dubio ego præfero, aut aliquâ aquâ coctâ sedetur, quòd si verò vesperi, durante balneo, intermitti possit, & suis vini, sanitati melius consultum erit.

XV. Quod de reliquo, aerem, qui maxima ex parte ad diætam spectat, concernit: in hoc thermalium loco, ubi per se frigidus & mutabilis est, vix aliter corrigi potest, quam bonis vestimentis & hypocauftis calefactis, ubi quoque suffumigia bona & grata non nocebunt.

XVI. Propter somnum & vigiliam, non multa hæc præscribenda, quilibet pro sua natura in his sibi mode-

moderari sciet: quia per se hoc balneum bonam quietem inducere, & somnum promovere solet. Quapropter, si cui inter lotionem dulcis obrepere somniculus, eundem admittere poterit, melius tamen semper erit, tempus conversatione jucundâ insumere.

XVII. Quandoquidem etiam therma hæc per se laxativa, & penetrativa qualitatibus sunt; ita ut viscera interna permeent, poros cutis aperiant, & apud quosdam etiam facultatem expultricem excitent & corroborent; ideo quomodo alvus laxa sit servanda, hic superfluum erit indicare. attamen cum quidam etiam ex usu hujus balnei conspiciuntur, necessum erit, laxantia media penes se habere.

XVIII. Pro singulari observatione notent Nephritici, Colico dolore laborantes, Arthritici, & Hysterici, aut aliis morbis affecta mulieres: quod si in principio balnei vel primis tribus diebus alterationem sentiant, non nimis delicata sint, & statim desistere à balneo cogitent; sed pergere, & eo magis sine metu balneum continuare debent, siquidem certiore spem habent, valetudinem aut intentionem suam acquirendi, quam si penitus nihil sentirent. Patientiam habere debent, uti prægnantes, aut ad modum illius, qui in lecto non movendo se, sudorem elicere vult. Quod si vero, sicuti delicatulis contingit, timide aut meticulosa sint, & priusquam pedem thermis imponant, eundem statim retrahere volunt, tales lotionem & balneum totaliter intermittant; nec bilum enim proderit ipsis, cum aliâ, si patientiam haberent, & non nimis delicata forent, extra omne dubium, auxilium & valetudinem sperare possent.

XIX. De reliquo, in omni re, longa consuetudo, que in naturam conversa, observanda & consideranda est, cui semper aliquid per regulam generalem concessendum & admittendum; ubi non unice vice totaliter, sed pedetentim ab illarecedendum, vel alia introducenda: quare omnis ordo, ante omnia, taliter instituendus, ne subitanea mutatio, naturæ contraria, instituat.

XX. Notandum est, quod usum aliorum medicamentorum variorum exotericorum therma ista non admittant: nam putativa illa media plura & varia, sapiens bonum effectum thermarum magis impediunt, quam promovent. Quare cum illis cautè procedendum; præcipue cum non scitur, an cum balnei operationibus consentiant; nec ne.

XXI. Longitudinem & horas balneandi, quod attingit, centum plerumque & viginti, plus minus, hora balneando consumuntur; ita ut primo die balneum per horam, altero die per duas, tertio per tres horas instituantur, crescendo singulis diebus per horam, donec ad quinque vel sex horas perventum fuerit; tunc per duodecim, quindecim, vel etiam per viginti dies in eodem persistitur, & denuo, quo ascensum est, modo & tempore, per horas descenditur. Interim notandum, si de die per quinque horas balneatur, tunc mane balneum instituendum per horas tres, post prandium per duas: si verò sex de die hora in balneo consumuntur, mane per horas tres cum dimidia, vespere per horas duas cum dimidia in se ipsum protrahendum esse. Sunt aliqui, qui, intra paucos dies, centum & amplius horas balneando consumunt; ita ut uno die ad 12. usque horas in balneo permanent. quod tamen probandum non est.

XXII. Longa mensa, præsertim in prandio, nocet: in cæna verò, quia post illam non amplius lavatur, & cum prandium frugale fuerit, diutius sine nocimento accumbere licebit.

XXIII. Longè periculosus & nocivus est, durante lotionem, multum comedere & bibere, vel mensam in ipso balneo assumere.

XXIV. Caveant à potu vini adusti, quod tanquam venenum balneantibus censetur; insuper abstineant à variis fructibus horariis, crudis & incon-

collis, præcipue à cerevis, prunis, malis persicis, fungis &c. & ab omnibus illis, quæ nimium calefaciunt, aut refrigerant, flatulentias & ventositates causant, nimiumque in caput evaporant.

XXV. Abstineant quoque à brassica muria condita, à multis acetariis, ab aceto, à carnibus & piscibus exsiccatibus, aut fumo induratis, singulariter à carne suilla; à multis lacticiis, ab ovis antiquis duriter coctis, à fraxis cibus, & ex pasta coctis: uti sunt pemmata & placenta, quæ bene pingues sunt; ab omnibus quoque similibus duris & difficillimæ concoctionis & digestionis alimentis.

XXVI. Similiter cibi nimium aromatizati, saccharati & salii balneantes summè laudant: siquidem viscera nimium calefaciunt, suum pariunt, & bilem adaugent: præsertim cum aromata adulterata & aliis rebus permixta sunt.

XXVII. Durante hac curâ thermali, à concubitu actu venereo &c. abstinendum: nam vires propter dispersionem spirituum & caloris nativi, nimium patentur: præsertim cum lavantes aliâs suis debilitati sunt.

XXVIII. Cubiculum lavantium non suum sit versus meridiem, sed magis versus orientem; ne per intermedium diem à calore Solis vexentur lavantes.

XXIX. Labrum (quorum duo ad mutandas vires necessaria erunt) cui insidet lavans, singulis diebus ab omni viscositate & fæore mundandum, & scopis diligenter everrendum est. Sicuti etiam aquæ thermales, postquam per triborium ebullitione spumosa coctæ fuerint, singulis infessionibus renovanda, & calida nimis, refrigeratis aliis sed thermalibus aquis, prius tamen, uti dictum, coctis, temperanda. Linteamina quoque & pulvinaria, quibus insidetur, & corpus tegitur, sæpius lavanda, & in aere sub sole, vel in hypocausto apud fornacem, aut ad caminum, prope ignem, tergenda.

XXX. Tegendum quoque labrum, ex media parte versus collum, asserculis ligneis; ex altera verò parte, tapete vel aliis tegumentis: ne vapor aquarum thermalium sulphureus caput molestare, facileque & cito, pro temperanda aut frigiditate aut caliditate, aqua effundi aut affundi, & ad evaporandum locus dari possit.

XXXI. Caput ante ingressum balnei bene linteaminibus mundis lineis circumligetur, ne tam facile admittat vaporem aquæ, & inde doleat. Cubiculum quoque in quo balneatur, certa foramina aut in tabulatio superiori, aut ad latera supra fenestras habeat, per qua omnis vapor balnei, aut aquarum effumantium citius exhalare & evanescere queat; quò minus caput balneantis aut reliquorum ministrorum circumstantium ferire possit. Fiat denique horologiorum provisio, quandoquidem in illis locis nullum habetur.

Hæc Cl. Gægeras manu propria conscripsit, qui cum singulares experientias de balneo hoc Hailbrunnensi haberet, eo lubentius illius ego monita huc apposui. Interim quoniam, durante balneatione, varia symptomata lavantibus subinde accidunt, eaque plura tum ægris tum Medicis creant incommoda, adeo ut etiam lavantes impediunt & remorentur, de illis quoque pauca, sed præcipua addidimus: sunt autem.

Cephalalgia; oritur hoc symptoma à thermalium calidorum vaporum copia; tollitur clysteris, pedum lotionibus, frontalibus, & unguentis; aut si materia in ventriculo evaporans hæreat, etiam pilulis aut aliis laxantibus; nec reprimentia aliquando interna, ut sunt Syrupus Granatorum acidorum, Conserva Rosarum, Vitriolat. &c. negligenda.

Vigilia, à thermarum caliditate & siccitate ortæ emendantur tum alimentis, tum medicamentis diversis: Hordeatis, Syrupis, Emulsionibus, Pedilotionibus, Frontalibus, aliisque moderatis Opiatis.

Somnolentia, ratò contingit, nisi in corporibus pleni

pleni succi, & ad somnum proclivibus, à sulphureis nimirum thermarum vaporibus. Hæc somnolentia si considerabilis sit, illico à balneo abstinendum: nam exim graviora mala pertimescenda. Cæteroque atteratur, vel adstantium curâ, vel clysteris, frictionibus, vel etiam, si opus, caputpurgiis.

Defluxiones ex thermarum calore & aëris subinde inclementia nascuntur: utrumque emendabitur correctione illius, in quo peccatum est. hinc diæta semper exquisita necessaria, & adversus temporis inconstantiam munimina. defluxiones si graves sunt, balneatio intermittenda; donec illa subsideat, idem de dentium dolore observandum.

Febris à diversis causis apud lavantes ingruit, primò à nimia balnei caliditate: secundò à corporis impuritate, quæ ante balneum non fuit expurgata est: tertio aliquando à superveniente cutis efflorescentia: quarto à frigidi aëris statim à balneo occurrû: quinto à vehementi animi & corporis motu. A quacunque autem causa febris oriatur, balnei usus intermittendus, & à vino abstinendum est; cuius loco aqua cocta ex Hordeo, Cerasis acidis siccis, vel passulis &c. facta substituatur, donec calor præternaturalis deferbuerit.

Sitis, quæ sæpissimè supervenire solet, compescitur variis mediis, acidulis cum quantitate Syrupi Acetosissimi soluta, pomis Aurantiis, Granatorum, Saccharo conditis Cerasis acidis, Saccharo Rosaceo ad noctem sumpto vel per se, vel etiam in aqua fontana aut thermali dissoluto, ac percolato, &c.

Inappetentia, si ab erroribus in victus ratione commissis contingat, emendandi illi sunt vel abstinentiâ, vel si opus etiam evacuatione. Alioquin excitatur illa Capparis, Limoniis &c. acetatis ad noctem, ex radicibus Cichorii coctis facta conducunt.

Alvi constipatio non rarò molesta est lavantibus, malum haud contemnendum: quia fæces diutius retentæ ventris tormina colicisque cruciatus pariunt: caput gravant, ventriculum afficiunt, & appetitum prosterunt, denique tetris de se missis haliibus cor affligunt. alvus igitur aperta sit vel naturâ, vel arte stimolata. stimulabitur verò partim alimentis; quales sunt herbulae virides, Spinachia, Lactuca, Pruna dulcia cum Saccharo cocta, Poma dulcia cocta, vel assa, Butyrum recens, Ova forbilis &c. in prima mensa sumpta; partim Medicamentis, utpote Passulato laxativo aliquo aut Prunis laxativis, Pilulis, Clymate, Suppositoriis.

Diarrhœa & Dysenteria si contingat ex potu scilicet aquæ thermalis (quod fieri potest in corporibus impuris & dispositis) potio & lotio thermarum intermittenda, eaque omnia mox faciendâ sunt, quæ aliis in similibus affectibus adhiberi cõsueverunt.

Exulceratio seu efflorescentia cutis lavantium symptoma esse perquam consuevit, non quidem omnium, sed præcipuè illorum, qui acris humoribus scatent. illa si levis est & exigua, balneum continuandum, nihilque innovandum: si magna, ad antecedentis cause amotionem respiciendum est, atque purgatione, sanguinis etiam missione, si opus esse videatur, corpus evacuandum erit; iis tamen, quibus hæc fiunt diebus, à balneo abstinendum. Neque sudores, his in casibus, incongrui sunt; balneum tamen interim blandius & tepidius instituatur, ne corpus incalcescat; in omni enim incalcescentia à balneatione ex toto aliquamdiu abstinendum, donec calor deferbuerit. Et hæc de thermis Hailbrunnensibus sufficiant. Videatur Mermannus in suis *Consiliis* de his ipsis thermis. *Lib. 7. in fine.*

Clarissimus Petrus Holzemius Medicus & Professor Colonienfis de hac ipsa, de qua agimus, Illustrissima Matrona in Consilium tandem vocatus, ad præcavendum abortum Thermas Embenses, utpote sibi vicinas, omnibus aliis prætulit. *Hæc thermæ, scri-*

bit, non solum uterum calefaciunt, & exsiccando roborant, sed etiam propter ferri facultates eundem firmanz; quin etiam, ex universo corporis habitu, peccantem humorem discutunt; & propter mirum aliquæ mineralia, evocant; vias fluxionis supra partem affectam blandè interceptant; & harmoniam sive temperaturam æqualem parti affectæ membrisque mandantibus relinquunt; adeò ut fide boni viri affirmare auserim, nullas, quæ ante usum harum thermarum frequentius passæ erant abortum aut uteri hæmorrhagiam, unquam spe frustratas post usum harum; sed contra, me Medico suoore & consultore, plurimas feminas honestas, quas nominare Medico religio est, quæ multis antè annis in conjugali statu vitam sterilem evaduerant, apto prius & disposito certis & convenientibus medicamentis & temporibus, corpore, facundas evasisse, &c.

Pro conclusione, hoc unum nota liceat, cur ex Medicis, quotquot ab Illustrissima Matrona in Consilium vocati fuere, quilibet thermas sibi tantum viciniores, omnibus reliquis prætulit ac suasit? prout fecere Medici Bavari laudando thermas sibi patrias Hailbrunnenses: Meghlinus Schaffhusianus extollendo Helvetas Badenses: Holzemius denique Medicus Colonienfis extollendo Embenses & sibi proximè ad Rhenum sitas? an forsitan, quia thermæ viciniores cuilibet ex illis magis erant notæ, & experientiâ comprobatæ? vel an, ut equidem credo, quilibet horum Medicorum, dum Illustrissimæ Matronæ consuluit, sibi quoque consultum & prodesse voluit? non improbabiler:

Alterius nam res altera possit opem.

ABSCESSUS.

De Abscessibus in BIBLIOTHECA
CHIRURGICA.
ACHORES, SAHAFATI, CRUSTA
LACTEA.

Vid. in *Biblioth. Chirurgicâ.*

ACROCORDON.

Vid. in *Biblioth. Chirurgicâ.*

ADJAPNEUSTIA.

Idem est ac *Transpiratio impedita.*

ÆGILOPS, ANCHILOPS & FISTULA
LACHRIMALIS.

Vide in *Biblioth. Chirurgicâ.*

AFFECTIO HYPOCHONDRIACA.

Affectio Hypochondriaca Galeno à flatuum exuperantia Passio statulæta dicta, ab Arabibus quibus Mirach Abdomen est, Mirachialis appellata, à Chemicis hypochondriorum tartarus, Hippocrati, ut credunt, sub morbi exicatorii, morbi ructuosi, & morbi nigri, nominibus cognita; nostra ætate gravis & frequens admodum reperitur propter causas mox enarrandas. Definitur vulgò æstus & obstructio lienis aliorumve viscerum in prima corporis regione locatorum, ab humore atrabilario atque tosso, nullam habens febrem affectam. Recentioribus verò quibusdam est morbus à sanguinis succorumque corporis acrimoniâ variâ acidâ sc. austerâ, lixiviali, atque etiam muriaticâ, unde depravatur totius nutritio, doloresque aliquando & lancinationes, aut inquietudines, vel in ipsis visceribus, vel in artubus sine febre nascuntur. Quæ tamen definitio in morbo complicatissimo non ita est adæquata, quin accuratior expecti rursus possit.

Partem

Partem primariò affectam Diocles Caryllius, Antigonis Regis Asiae Medicus, Hippocrati fermè coæta-neus ventriculum esse voluit, quòd eum in hac passio-ne crudeliter semper affectum animadverteret. Quam sententiam nostris temporibus suò firmavit calculò Highmorus, cujus super hac re hæc sunt propria verba. Dum in ventriculò affectionis hypochondriacæ sedem ponimus, volumus in eò fibrarum nimiam relaxationem & debilitatem præcipuè peccare, unde ingessi cibi nec debitò calore foveri, comminui, & in intestina propelli possunt, sed partes tenuiores & spirituosæ, à debili fibrarum compressione in intestina protusæ, à visceribus avidissimè per vasa rapiuntur lactea, neglectis, aut saltem non separatis crassis, mitioribus & fibrosis particulis, nondum à ventriculò concoctis & dissolutis. Atque inde sanguis tenuior, flatulentus, ac nimium spirituosus, fermentationi perpetuè obnoxius, ob fibrarum partiumque mitium inopiam, assimilationi ineptus generatur. Sic etiam Etmullerus: Qui aliquando hypochondriacum, vel incipientem, vel consummatum examinavit, ejusque symptomata consideravit, aut qui unquam curationi hypochondriaci præfuit, is tantum non manu palpate potest, radicem morbi veram & unicam hære e semper in stomacho, & quidem in vitio sacci ejusdem fermentativi, non ritè scilicet digerentis alimenta; unde & chylus, & massa sanguinea, & lymphæ reliquique actuantes corporis machinam humores vitiantur & depravantur. Verùm respondent alii, ventriculum secundariò duntaxat, atque sympathicè torqueri, ita ut verum atque præcipuum hypochondriacæ passionis diversorium exillimari non debeat. Quæ ulterius explicaturus Willisius: Licet, inquit, ventriculum in hoc affectu sæpe graviter laborare concedam, cujus siquidem tonus sit laxus, & robur præstratum, propter alimenti indigestionem, pituitæ viscosæ saburra, usque in sinu ejus progignitur, cui ob particulas salinas diutina mora in fluorem evectas sæpe acor insignis, aut austerius accedant. Deinde quia vitium in prima coctione, haud emendatur in secunda, & sic istam sanguinis discrasia & inordinationes excipiunt. Verumtamen in illam opinionem haud adducam ventriculum semper esse primum in culpa, aut cætera morbi hypochondriaci symptomata, tantum à vitiosa illius constitutione pendere: Novi enim plures ægritudine ista immaniter afflictos, qui stomacho satis valebant; etenim de pulsatione in sinistro hypochondrio, de pectoris angustia, & dolore vago in eo excitato, nec non de cordis tremore & expressione, cum metu continuo & imaginatione perturbata, plurimum questi sunt, interim cibos copiosè appetere, ac ingesta quævis sine ventriculi molestia aut gravamine, etiam absque sputatione, aut ructu acido, digerere solebant. Quinimo observavi alios bibaces, & masa victus ratione utentes, stomachi flacciditatem cum dyspepsia, & crebra vomitione contraxisse, qui circa præcordia & facultates animales satis sani, pro hypochondriacis haud omnino habebantur. Præterea in hoc affectu ventriculum sæpe potius aliarum partium, aut sanguinis vitio, quàm propria culpa laborat; quippe usitatum est ejusmodi ægrotos, quandiu in lecto compositi multum perspirant, circa stomachum rectè habere, cum verò excitantur, poris oclusis, & massæ sanguinæ sacculentia inus restagnante, statim cardialgia, flatuum aggestione, & crebro vomendi nixu affici &c. Alii quorum meminit Galenus huncce morbum in pyloro inflammato collocant, unde alimenti ad intestina statuto tempore delapsus intercipitur. Alii in jecore præcalido stabulantes apud se humores exurente, cibosque ante absolutam chylosim & rapiente & præstante. [quæ opinio omnino jam futillis est, in hodierna sc. anatomica luce] Alii in liene genuino, ut credunt, sacculenti humoris domiciliq, è quò

etiam Willisius vitium sanguini communicari asserit, quòd in cerebrum, per circulationem elatum, nervisque exceptum vellicationes & spasmos pariat. Alii in mesenterio, pancreate, arteriis mesentericis & cæliacis, illisque præcipuè quæ per omentum sparguntur, mali mineram ponunt. Sed enim quid opus est tam anxie morbi hujusce sedem radicalem primariumque & genuinum focum in parte aliqua exquirere, siquidem sæpissimè plurium functiones perturbantur, non à lae altius ipsis impressa, sed ab acriore sanguine & succis ipsas perlucens. Sic Glissonius, Borchius, Highmorus, sedos hypochondriacos, omni lienis vitio carere observant, qui in omento, ventriculo, mesenterio, pancreate &c. læsi deprehendebantur; Nos verò quosdam omnis prosus in visceribus labis immunes hæc in passionibus adnotavimus. Interim tamen si parti cuiuspiam primariò accensenda veniat culpa, ventriculum cum Diocle Highmoro atque Etmullero incusabimus, nec contra id satis faciunt rationes à Willisio allatæ, quandoquidem etiam si præ fermenti stomachalis aciditate intensiori quibusdam hypochondriacis familiari, alimenta copiosa ingesta subito satis alterentur, irritationeque per salium spicula in fibras ventriculi inducta, foras continuo amandentur, non sic tamen ventriculi fibræ minus laxæ, aut alimentum per earum spasmos, potius quàm naturalem contractionem, quasi elisum, minus indigestum credendum, sanguinique iis qualitatibus pravis insinuandis, de quibus Highmorus, minus aptum. Tandem verò posteaquam choream in hoc affectu duxit stomachus, in eo confirmatur à sanguine & succis vitiatas, sicque pro morbo & continuando & augendo sibi invicem suppetias veniunt ventriculus & varii succi.

Causa ex mente Veterum est bilis atra, & ut, inquit Menjotius, quasi cineracea, promiscua tamen omnigenorum humorum farragine; à quâ heterogeneorum, ut addit, ac sibi controversorum humorum confusione atque anarchia, tumultus atque strepitus moventur intra præcordia, ac symptomata à se ipsis dissidentia sobolescunt; sicut per lævissimas restatis torridæ tempestates, turbulentus fit nigrantium nimborum, coruscantium fulgetrorum, & crepitan-tium grandinum, simul cum furentibus ventis concursus. Verùm non satis est humorem atrabiliarium pro causa morbi statulenti adduxisse, concursusque varium ipsum in tumultus agentem magnificè descripsisse, videndum quale sit illius humoris genium, & quomodo cum aliis succis heterogeneis tam facild effervescat, atque effervescendo symptomata mali hypochondriaci tam varia, quasi alter Protheus, tam facild induat. Quod Veteres bilem atram vocitabant in liene aggestam, recentioribus est succus acidus & austerus in toto sanguine, imò & lymphæ, atque ipso nervorum humore aggestus; non mirum itaque si succus ille non tantum varios dolores & lacerationes per spicula sua faciat, verùm etiam succis aliis lixiviale acrimoniam contractis occurrens, vel viscera & partes musculosas, quibus illi suam vim impressere, perlucens, in effervescencias creatur, quæ pro varia partium & viscerum ubi peraguntur indole, variisque sic perturbatis functionibus, symptomata innumera producere aptæ sunt. Effervescencias autem illæ non dispari oriuntur ratione à concursibus memoratis, quàm videmus spiritum terebinthinæ, oleo vitrioli, aut spiritum vini rectificatissimum, spiritui nitri admistum, subito & ad minimum calorem cum tumultu fermentescere, imò explosionem quasi facere; non itaque opus est de retorrída materia, aut calida viscerum, ac præcipuè jecoris intemperie, pro ventris calore, hypochondriorum æstu, imò & plantarum pedum atque volarum manuum ardore explicando, multis hac affectione laborantibus, satis familiaribus, verba facere; natales enim suos jam explicatis

causis efferyescentiis debent. Non opus est præterea in alvo eorundem adstricta, calorem excrementa retinentem & assantem incusare, cum illud potius referendam veniat slipticitati succorum per canalem pancreaticum, variaque glandularum intestinalium officia eructatorum, & insuper penetranti eorundem vi, quæ excrementi salino terrestriores etiam partes fundunt, secumque & per lacteas, & per alia à quibus imbibuntur vasa, in sanguinem, & liquorem nerveum, acrimoniam ipsorum sic aucturi, deducunt. Verùm quid ulterius hisce immoramur, quæ ex signis morbi diagnosticiis mox afferendis, satis patefcent; superest tantum dicamus illud omne denuum mali hypochondriaci causam fore quod ventriculum certa quadam ratione debilitet, variamque succorum acrimoniam inducat; quod præterquam quod ab alimentis instantibus atque limosam gravitatem inferentibus, aut acida qualitate præcordiis infestis, perfici potest, non immerito etiam tribuitur, spirituum, succos edulcorantium, ventriculumque animantium, depauperationi, à meditationibus protractis, pernoctationibus assiduis, inediis ac jejuniis, laboribus vehementioribus, esulis libidinibus, venere nimia, hæmorrhagiis abundantioribus, morbisque chronicis, summo cum ægrotantium tædio, prægressis.

Quidam affectionem hypochondriacam dirimunt, in hepaticam, splenicam, & mesentericam, quibus alii addunt, stomachicam, pancreaticam, hystericeam, hæmorrhoidalem, & phantasticam, verùm sine necessitate; quandoquidem hisce unus & idem affectus, in hac vel illa parte vim suam magis, aut minus exercens, denotatur, nec primarius ipsius nidus radicalisque origo explicatur. Differt à Melancholia Hypochondriaca quòd hæc metum & tristitiam perpetuos habeat comites, rationeque pessundet, cum contra morbus hypochondriacas loca quæ sapere homini ministrant nullatenus attingat, dum propriis se continetur terminis. Itaque hic per transennam cum aliis advertimus, Dioclem malè à Galeo carpi, quòd symptomata istius ægritudinis enarrans de metu ac tristitia siluerit, quandoquidem cum hæc adsunt phenomena, morbus non jam passionis hypochondriacæ, sed melancholiæ hypochondriacæ nomine indigitari debet. Differt præterea à Scorbuto tanquam minus à majori. Affectio enim Hypochondriaca est quasi scorbuti mater, seu potius scorbutus adhuc dum in cunis degens; aucta sc. acrimonia, & debilitatibus affectionem hypochondriacam parentibus scorbutus enascitur legitimus.

Passio Hypochondriaca multifariis nobilitatur symptomatis, unde signa ipsius diagnostica in immensum propè succrescunt, non enim unus tantum venter ab ea afficitur, sed per illos omnes præterquam vagatur, in habitum etiam corporis vim suam exerit. Hæc breviter quantum fieri poterit, perlustremus, postquam admonuerimus ea omnia non in eodem individuo, sed in pluribus tantum sparsa reperiri.

Hypochondrii sinistri minus sæpè dextri, quandoque præcordiorum in genere æstus affligit, qui se magis exerit calidioribus ingestis, aut cum corporis exercitio agitantur humores; tum etiam tota facies rubore suffunditur. Arteria cæliaca, ipsaque sorta dorsum perreptans vehementius pulsant, quod Medico conrectanti facilè sit obvium. Flatulentus rumor totum abdomen cum dolore, præcipuè post cœnam distendit. Flatus hi præterquam quòd diaphragma ad suffocationem propè interdum comprimunt, magno cum impetu, & miro quodam boatu etiam eructantur, idque cum levamine. Ventriculus omnium maximè vexatur; cibos ingestos malè coquit, & in materiam aqueam, acidam, ponticam, austeram, aliàsque acrem, atque etiam vis-

cidam immutat; unde vellicationes variæ atque cruciatus, præcipuè in ejusdem ore toto nervis constricto, ut & flatus, qui, vel inter visceris membranas conclusi, eas quasi dilacerant; vel intra ejusdem sium exspitantes, exitum non adveniunt, arctato sc. duplici ventriculi orificio ab immoderata ipsius dilatatione, quomodo videmus urinæ copiam vesicam magnopere distendentem constricto ejus collo ischuriam parere; inde dolor ad dorsum usque porrigitur, imò ad lumbos aliquando descendit nephritidem mentiturus. Sitis quandoque ægrotantes excruciat, vel etiam prorsus abest, ob seri aquosi spuitionem confertam fauciumque inde factam eluigionem; quidam meribibuli, alii hydropotæ sunt. Quibusdam ab acido exaltato voracitas provocatur canina, aliis exuperantibus visciditatibus appetentia ita disjicitur, ut eos omnium alimentorum tædeat. Vomitus est nunc inanis, nunc verò aqueus, pituitosus, fellofus, ferruginosus & piger, atque interdum ita acidus ut ex eo dentes stupefiant; quæ aciditas in saliva etiam quandoque tam intensa est ut eundem stuporem pariat, imò quandoque eadem saliva, acrimonia prorsus diversa peccans, saporem piperis, aut aromatum acriorum in totum os effundit. Cibos si non corruptos, saltem inconcoctos ægri sæpius vomitu remetiuntur, ac regurgant, in ruminantium animalium censum propterea quasi accensendi. Alvus adstricta est & pigra, non quod per ptyalismum & incendium viscerum excrementi absorbeatur humor, sed propter rationes suprâ allatas. Fæces plerumque nigrae, terrestres, limosæ, & quasi argillosæ, pituita tenaci & viscosa permixta. Urina nunc aquea & tenuis est, instantis paroxyfmi signum; nunc turbida, crassa, tundra, acris, & foetida, cum arenulis rubris maculae parietibus adhærescentibus. Ad venerem sunt proni, à sale enim ut plurimum sunt salaces, sed à pruriente sero geniturae immixtae partes genitales non parum excitantur. Novi tamen quosdam in quibus terrestrius quid penis spongiosis corporibus, ut & testiculorum vasis impactum non tantum inertiam & flacciditatem, impedito spirituum & sanguinis appulsi; sed etiam urinam difficilem per compressam inde in radice urethram faceret. Pulsus nunc durus, nunc concitatus, nunc tardus & frequenter intermittens. Cor subinde palpitans & quasi tremebundus, unde crebræ animi defectiones, viriumque dejectiones præcipuè ubi de objecto vel minimùm insolito agitur. Ægri de œsophagi angustia, & asperæ arteriæ arctatione suffocante conqueruntur, propter vapores austeros à ventriculo elevatos, lymphamque & succum nerveum styptica acrimonia peccantes, atque nervos & musculos laryngis & pharyngis ita angustantes ut laqueo constricti videantur, quod in suffocatione hypochondriaca, falsò hysterica nominata, præcipuè solet contingere. Adest caligo oculorum, pueros non admittentium soles, aurium tinnitus, vertigo, quandoque dolor capitis immanis, aut gravitas, pervigilium, aut somnus ab insomniis terrore plenis perturbatus, præsertim post mediam noctem. Memoria in quibusdam aboletur, in aliis loquela deficit, aut impeditur, imò motus tum animalis tum naturalis torpidius atque difficilior peragitur; unde lassitudines spontaneæ. Dolores in extremis digitis, ac fornicationis sensus & stupor excitantur, cutisque integra prurigine & punctationis sensu, quem quandoque subsequantur maculae fatigatur. Corpus univèrsum, sed præsertim facies fugaci rubore suffunditur, cujus materia in sudores putentes citò resolvitur, à quibus molesta interdum procreatur pediculorum turba. Sed quod in hujusce affectionis signis præcipuè advertendum venit, est varietas pathematum; unde alii certa victus ratione gaudent, quæ aliis omnino nocet, alii ab eodem medicamento levantur, quod aliis est perniciosum, imò aliquando e-

dem

dem individuo uno tempore non leviter obest, quod alio non parum contulit.

Difficilis est admodum curatio mali hypochondriaci, idque eò magis, quò magis inveteratam fuerit, & si exacta non observetur diæta. Præterea ejus medela nullatenus fida est, nam ut ingeniosissimè Menjotius, superflite vel minimo fermento morbus post aliquot menses *παλινοδωτος*, ac ipse sibi quasi superfloriscit, extinctaque parum fideliter incendia majore flamma reviviscunt: idcirco hic, aut nunquam aliàs, Medicis prudentibus opus est, expugnato longa quasi obsidione hypochondriaco morbo, cautum Uillem imitari, qui post everfam Trojam Astyanaxem Hæctoris filiolum è turri in præceptis dedit, ne eo duce bellum in posterum instauraretur. Itaque non immeritò Tachenius in suo de morborum principe libello. Hoc autem productum (sc. hypochondriacum) medicinis purgantibus non auscultare, multòque minùs producti fabrum sive fermentum, quilibet medicinæ ingenuus practicus mecum sine dubio fatebitur, hinc natum tritum illud inter Medicos; ab hypochondriacis non solventibus libera nos Domine. Quotiescunque enim, etiam datò quòd productum æruginosum excrementum, evacuatione foras pellatur, illico novum, fabro sc. relicto regenerantè, succenturjatur.

Morbi hujus paroxysmus qui per se ingruit, deterior existit, quàm qui fornicatus ab ira, clamore, motu, aut ingestis concietur; item cujus fias integer non est.

Urinæ aquosæ, crassior præfertur; imò ut alvi laxitas moderata, vomitus cum *εμψεία*, narium hæmorrhagia, hæmorrhoidum apertio, varices, mensium profluvium, ita etiam urinæ nigrae sæpe morbum solvunt. Splenicis præterea, ex Hippocrate, dysenteria superveniens, bona est; *at ipsa diutius perseverante*, hydrops aut henteria supervenit, atque ægri, *exhaustis viribus* intereunt.

In splenicis propter malitiosam humoris indolem suspecti sunt quilibet decubitus, inde enim mania, epilepsia, convulsionis, & ipsa quandoque apoplexia excitantur.

Præsertim remedium prius administratorum absoluta cessatio, hypochondriaco morbo afflictis fuit salutaria, natura enim, ut habet Menjotius, sic præsidiorum tædio liberata, fractas afflictasque vires refocet, quibus morbum curatione antea facta jam tentatum profligat; neglecti enim morbi, ut habet Aetius, sæpe sicut leviores, mirumque ad aliquid conferre negligentiam.

Hippocrati, morbus siccatorius, qui procul dubio hypochondriacus, affectus diuturnus existit, & senescentes, si ita visum est, deserit; sin minus cum ægro commoritur. Quam eandem habet de morbo ructuoso prognosin.

Indicationes præcipuæ stomachum respiciunt, qui se evacuandus & ejus fermentativus liquor temperandus atque volatilisandus, & digestio naturalis quantum fieri potest restituenda. Adnitendum præterea vitiosos humores & acrimonia qualicumque; sed præsertim acida peccantes, sive in visceribus hærentes, sive cum sanguine commistos, sensim corrigere & blandè educere.

Curationis basis est secundum plures Practicos in vomitu, quò ventriculus ab onere suo commodè levatur, & a cruditatibus acidis & nidorosis liberatur; purgatiã verò validiora non ita bene cedunt, quin potius nocent, perinventa tormina aliq; symptomata; interim alvus servetur libera remediis usibus atq; lenioribus, pilulis v. g. tartareis Bontii, de ammoniaco Quercetani, Elixiribus purgantibus ac præcipuè volatilibus, quæ non uno nomine arrident; quandoque clysteriis quorum materiam non opus est hic addamus, & aliis id genus, mutatis sæpius auxiliis, ne eorum uni nimium affectat natura. Hisce pur-

Tom. I.

gantibus lenioribus adhibendis, alterantia etiam possunt adjungi, eumque in finem, tum vina, tum syrapi, tum marmeladæ, tum confectiones, tum infusiones, variz compositionis parari.

Chalybs præterea maximè commendatur tanquam deobstructivum efficac, cujusque vis in acido infringendo valde est probata; interim tamen quandoquidem varia est morbo hypochondriaco laborantium constitutio, & temperies, advertendum cum Willisio, si eorum sanguis crassus sit, particulisque terrestrioribus, fixis, & subfrigidis prægnans, cum viscerum inde enata obstructione, medicamenta è chalybe parata exquiri. At si sanguis sit fervidus, seu per salium variorum ad fusionis statum devectorum conflatum, perpetuò quasi fermentescens, atque præcordia & inflans, & vellicationibus dolorificis affligens, remedia indicari fervorem sedantia, fugienda verò quæ chalybem admistum habent, ne sic ulterius commoveatur quod sedandum potius est. Advertendum etiam cum Tachenio circa chalybem quod nisi excrementa ab illo tingantur, temerè non sit exhibendus, quia tum non reperit idoneum humorem qui illum solvat.

Lac atque lactinia omnia, non parum profunt, dummodo iis ferendis sit æger, corpusque ritè prius præparatum, nam præterquam quòd acredinem humorum, temperant, corpus exquisitè enutriunt, imò corrigendis, seu temperandis antiscorbuticis acrioribus, in morbo hypochondriaco necessariò quandoque exhibendis, mirè inserviunt.

Diuretica & sudorifica in subjectis etiam propensis, cautè admittuntur, ne sic scilicet sanguinis tonus perfusionem jam inchoatam ex parte depravatus, ulterius collabatur; fibræque aliàs attritæ enutriendi corporis officium oblitæ, unà cum sero eliminantur. Sed quam maximè à mercurialibus abstinendum, ne inde orta salivatio periculosissima inferat symptomata, quod non semel vidimus, nec mirum erit iis qui salium morbo hypochondriaco familiarium spicula norunt, quàmque facillè terrestriores, imò ponderosiores eorum particulæ, mercurii vi in corrosivum quid & perniciosissimum sublimantur. Qua de re vide in sequentibus observationem notata dignissimam.

Aquarum mineralium melioris notæ, & præcipuè earum quæ marte & lixivialibus imprægnantur, aut etiam bituminosum quid & balsamicum nitro admistum redolent, usus procul dubio erit proficuum, sic enim non tantum sanguis, lymphæ &c. exagitantur, variaque fermenta ipsis admista excutiuntur, sed etiam viscera quasi everruntur, acorque ipsis invidulans è lateribus suis magna vi educitur, atque salia in succis resistantia, novis turbis per sui exaltationem excitandis parata, innocuam induere coguntur naturam. Revera tamen, sicut vasa quæ aceto continendo fuere adhibita, etiam si summa diligentia lota, fermentum quàm obstinatè conservant, liquoribus immixtis propria qualitate imbuendis, idoneum; sic & de visceribus, semel humore hypochondriaco imbutis meritò dici debet, *quo semel est imbuta recens servabit odorem, testæ diu*. Nec ita sidendum sopitæ acrimoniæ quin continuò ipsi invigilandum sit; (ut supra jam adnuimus) & quod maximè advertendum, cum quibusdam aquis, aciditatem sanguinis extinguere annititur, sæpè vitando scyllam in carybdim cadimus, sc. ex sulcitata acrimonia lixiviosa; (ut aliquando mihi videre contigit) non enim acidum ita omnium morborum parens dici meretur, quin sæpissimè, lixiviosum ipsi prædominetur, à quorum varia combinatione, variisque exaltationum gradibus, falsedines innascuntur non unius sortis, sed pluribus symptomatis in hanc aut illam partem inducendis habiles.

Venæ sectiones præter illas quæ per sanguisugas

B marjicis

marifcis affixas perficiuntur, aut ad præparandum corpus aliis remediis sobriè præmittuntur, multum sanè non arident; causæ enim per eas non occurrunt, imò salium motus, sic facilior, variis concursibus, indeque enascendis effervescentiis, ansam præbet.

Remediis majoris momenti jam lustratis superest ut de alterantibus quibusdam, imò specificis, unò verbò agamus. Inter alterantia reperire est varias radices, armorac, aronis, filicis, helenii &c. Herbas abinthii, chamædryos, chamæpith, cichorii, agrimon, fumar, centaur, min, aliaque amara, unde extracta, & essentia confici, imò salia erui commodissimè possunt. Tanquam diureticum insigne facit sal resilians in destillatione sal. ammoniaci cum sale tartari, item varia è tartaro parata, tum fixa, tum volatilia, tartarus vitriolatus, ut & solabilis, atque chalybeatus, terra foliata tartari, arcanum duplicatum Mynsicht, tinctura tartari antimoniat, tartarique spiritus ac præcipuè sal volatile, volatilisque alia omnia, quibus hocce in morbo oppugnando vis inest quasi specifica, atque ea propter variis, tum purgantibus, tum alterantibus amaris in elixyria, aliaque id genus utiliter commiscenda, imò quandoque, sic exigente morbo, in tertium quid per sui cum acidis aptis unionem, commutanda, quale quid productum est mistura simplex cum volatilibus generosioribus, spiritu nitri &c. parata, cujus efficaciam non satis laudare possumus.

De variis martis præparationibus, ut & de spiritibus è cochlearia, mentha, aliisque eliciendis; de terra martis præparata aliisque pluribus; imò de diaphoreticis ex antimonio & marte, atque jovialibus, &c. non est quòd pluribus hic agamus, ut nec de emplastris stomacho atque lieni applicandis &c. Sic enim in immensum excresceret hoc caput, atque etiam plura circa hæc videri poterunt in consultationibus & observationibus mox afferendis.

*Curaciones, Consultationes, Observationes,
& Cadaverum Anatomica Inspectio-
nes è variis Auctoribus.*

Curaciones.

Curatio Joh. Hartmanni.

Affectiõnem hypochondriacam incipientem, vel simplicem, plerumque curat vomitus; nominatim ex aqua benedicta Rulandi procuratus, hæc nimirum ratione saburra ex ventriculo & vicinioribus eliminata faciliorem reddit curam, quæ tota insumenda est in obstructionibus, si hæc viguerint, demoliendis.

Aperientia, itaque cremor tartari, tartarus vitriolatus, vinum Mart. pulvis cachecticus, vel præmittenda sunt vomitionibus instituendis, vel iisdem postponenda. Utrobique prudentia Medici hic desideratur, à qua cum pendeant omnium curationum momenta, sæpè perit omnis felicitas, nisi illa cautè & religiosè, & cordatè subsit.

Purgantia in hoc primo casu præter vomitoria sunt cholagoga & melanagoga, pulvis fennæ laxativus, extractum rhabarbari, mechoacanæ, panchymagogon Crollii, extractum ellebori nigri, item mercurius dulcis, hic multum profunt, à quibus evacuationes sæpius si opus est institutæ laudabiliter proficiunt. Sic extractum pillularum de ammoniaco hic quoque unicè præstat.

Ad mitiganda symptomata, quæ plerumque sunt à flatibus distendentibus præcordia, & in cerebro spiritus animales lancinantibus, faciunt corroborantia

nobiles illas partes; suntque magisterium & sal corallorum & perlarum, lapis bezoar, tinctura corallorum, elixyr proprietatis, item oleum croci. Hæc nimirum singula cor & cerebrum roborant: cerebro imprimis tinctura lunæ in hoc casu utilissima est.

In confirmata affectiõne hypochondriaca, si leviora ista minùs locum habere possunt, præmittenda tamen sunt, nec vomitus formidandus.

Experientia deprehensum est aperientia ista quandoque profuisse, & acerbum malum sustulisse: Recidivam tamen per intervalla redeuntem & graviter affligentem non avertisse; radicem siquidem ex toto non averruncant.

Eadem ratio est in acidularum usu quotannis instituendo, aliqualem viscerum apertionem causantium, sed morbum ipsum non penitus tollentium. Operæ pretium itaque est, ut in subsidium affectiõnis hypochondriacæ confirmatæ curandæ talia accersantur remedia, quæ funditus radicem morbi evellant: sic aquam philosophicam, seu sp. vini tartarificatum in convenienti liquore à minima dosi ad maximam usque: (à gutt. 1. 2. 3. 4. iusta dosi, ad 8. & 12. ascendendo, quotidie gutt. 1. interdum pro ratione circumstantiarum in eadem dosi persistendum) Hic enim quotidie exhibitus, præmissis tamen illis lenioribus & parùm proficientibus, funditus curat. Idem præstat extractum pillularum Ammoniacar. de quo supra; cujus si detur quotidie ʒj. vel etiam (interdum per dies gr. j. augeri potest ad ʒj.) si opus est, per dies 12. vel 14. 2. horis ante cœnam, sumpto post horam jusculo, operatio admodum sælix subsequitur.

Nobis sæpe usu venire solet, ut ab exhibitione horum præsertim solutis obstructionibus internis viscerum alvus ita proritetur, ut quasi dysenteria subsequi videatur. Tunc providendum erit corroborantibus istis supra enumeratis; præsertim tincturâ corallorum & elixyre proprietatis. Interim respiciendum quoque fuerit in hoc casu ad legitimè directam dietam, sine qua nulla penè potest esse felix curatio.

Vena-sectiones in morbi statu præsertim salvatellæ magnum adjumentum præstant. *Hallenus Joann. Hartmann. in Practic. chymiatr.*

Curatio Joh. Michaëlis.

Si in nullo loco vel affectu variant symptomata, certè variant in malo hypochondriaco. Dicitur quoque *Tartar. Hypochondriacorum.*

Si diutius durat, degenerat in Scorbutum, novi experimentum quòd humor ab hypochondriacis, per vomitum rejectus in pelvi in vitriolum concreverit, imò lintea corroserit. Clysmata ad alvum adstrictam hic commendantur, hæc enim imprimis debet esse aperta. Vomitoria conveniunt non adeò fortia. Profunt rad. filicis, polypodii, flores borragin. buglossæ, genitæ, succus pororum borstorsianorum. In hisce possunt infundi purgantia. Conveniunt hic quoque tinctur. tartar. antimonist. essentia fumaricæ aperitiva, tinctur. vitrioli martis Zwelf. Acidulæ quòd plus de marte participant, eò sunt præstantiores. De usu verò acidularum vide *Sebysium*. Si adsit ulcus in liene vel omento, vel ventriculus sit admodum debilis, tunc acidularum usus non convenit, nisi ventriculus roborantia simul adhibeantur. Cassia non prodest, quia flatulenta, neque myrobalani, quia post se adstrictionem relinquunt. Optimè in hoc affectu usurpantur extracta catholica, Andernaci, Crollii. Præprimis autem hic valent medicamenta martialia. Multi Medico-Chymici clarissimi utuntur hic feliciter terrâ quæ reperitur circa mineram martis, cum participet de marte & multa præstet in obstructionibus mensum. Potest in marmore lævigari cum aquis appropriatis. Apprimè quoque hic convenit elixyr proprietatis. Item medicamenta ex tartaro,

taro. Si hæc affectio sit per consensum à ventriculo, profant pilul. hieræ cum agarico. Item pulvis stomachicus Quercet. sal. absynth. chrySTALLINUM, sal stomachale Mynsichti. Diapysiticon Galeni verò in malo hypochondriaco & melancholiâ hypochondriacâ cum cruditate ventriculi singulare arcanum est, quò plurimi hypochondriaci ad extremam maciem redacti faciliter curati sunt, teste *Fabro & Bartholeo*. Præcipuas autem vires hic pulvis obtinet ab ingrediente sale, quod in flatibus & ructibus sistendis singulare est remedium. Si oriatur ab hepate per consensum, serum lactis porrigi potest cum spiritu vitrioli martis spiritu tartar. vitriolat. vel clysto, vel succis herbarum specificis. Si ab utero oriatur præparantibus medicamentis addatur fæcula ari, vel bryoniae. Purgantibus verò radix bryoniae & aristolochiæ. Item sicut nodulæ herb. melissæ, matricariæ, pulegii, mercurialis. Si oriatur ab obstructionibus hamorrhoidalibus fluxibus aliis consueta, conveniunt pilulæ aloëticæ. Item frictio cum fol. ficus.

Digestiva ergo & purgantia dirigenda sunt ad partem mittentem, sive ad hepar, sive lienem, sive uterum. Vel possunt præscribi medicamenta, quæ simul aperientia sunt & purgantia; vel manè purgantia & vesperi aperientia profunt. Quòd si enim digestiva nulla adhibeantur, creatur dolor colicus ob materiæ perturbationem. Simalum est contumax, interdum per tres vel quatuor dies præmittantur digestiva, & profunt hoc loco martialia, ut crocus martis aperitivus cum sale. Salia enim laxant & valdè penetrant. *Hælenus Clariss. Job. Michaelis, lib. 4. cap. 32. prax. clyn. gener.*

Curatio Clariss. Luca Torzzi.

Illud videtur commune omnibus in affectu Hypochondriacò ut sanguis acidum quid, & quandoque etiam austerum ex imi ventris visceribus nascatur, ut attestantur ructus acidi, alvus styptica, fuscus cutis color, pulsuum debilitas, præcordiorum oppressio, ventris inflatio, pavor, mæror. Et quamvis interdum aliquibus molestus nimium sit in ventre calor, in Hypochondriis æstus, imò & in plantis pedum, ac frequentibus in volis manuum; ut hinc suspicentur vulgares Medici calidam intemperiem viscerum, & præsertim Jecoris: Qui tamen cujusvis acidi liquoris vim, & actionem perspectam habuerit, cum alteri heterogeneo humori adjicitur, istius phœnomeni causam protinus intelliget. Hinc sanguis, aut si mavis, succus nervorum, acore infectus, cum in partes influit, fermentationem, & calorem parit; quamobrem quibusdam è splenis vitio hypochondriacis familiaris esse solet, præter hypochondriorum exaltationem, genarum rubor: & aliquandò observantur Hypochondriaci lienosi rubentem vultum gestare, atque longè rubicundiorum à pastu, etsi pulsus tenuis sit.

Verisimile admodum est, ab acido exaltato, & è liene vel Pancreate deciduo, ac cum sanguine commisso, enarrata incommoda proficisci. At ab aliis quoque visceribus mansere posse non est alienum, si videlicet propria eorundem fermenta in acidum degeneraverint. Sic & glandulis Mesenterii, atque intestinorum, itemque ventriculi, cæterisque simile damnum accidere poterit, cum fortassè in illis fæculenti humores hæserint, mutuæque simul actione inita, concretescentem acidamque conditionem sortiantur. A lymphâ quoque id ipsum orietur, si acida evaserit, simili fermè modo, ac nonnulli ex mistura salis & aquæ in modico vino vapidò, vel in phlegmate spiritus vini, acetum sibi comparant artificiale.

Hinc evenit cur disparia admodum symptomata Hypochondriacis sæpè sæpius contingant: Quibus-

Tom. I.

dam enim stomachus elanguet, sputio copiosior sit, urina aquea, alvus lubrica; nonnullis contrâ, alvus styptica est, oris amarities, sitis ingens, & stomachi ardor à cibo supervenit: alios ructus, tormina, vomitus, anhelitus, cordis palpitatio, capitis dolor extruciant: alios ciborum fastidium; ventriculi inflatio, anxietas, obstructio, atque id genus alia tenent: Metus, & mæror in quibusdam observantur; in aliis desunt. Quidam sunt cogitandi, solitarii, scrupulosi: alii loquaces, suavioresque, jucunda, & læta expetentes: quidam bibaces, sitientes, & è converso: alii meribubuli, alii hydropotæ, atque alterutris tantum potus cupidi: nonnulli certa victus ratione gaudent, quæ aliis infensa esse solet: quidam ab uno medicamento genere levantur, quod aliis est perniciosum; imò quod aliquandò eidem patienti contulit, aliis non leviter obesse visum est. Varii itaque & diversi videntur in pathematis & accidentibus hypochondriaci, pro varia scilicet partium affectarum, & humorum vitiosorum diversitate; quamobrem non immeritò Proteus Morbus hic à quibusdam dici consuevit, cum multiformis in dies appareat. Quare aliqui in Mesentericam, Splenicam, Hepaticam, Stomachicam, Pancreaticam, Hystericam, Hamorrhoidalem, & Phantasticam ejusmodi affectionem Hypochondriacam subdividit. Undè mirari subit eos, qui tam anxie exquirere adituntur hujus mali originem, cum nil non sit, quod ejus causa esse non possit, dummodò acorem contrahat, & succos viscerum, ipsumque sanguinem inficiat, & acido auctero, aut salito conquinet.

Quamvis autem affectio ista vetustissima dicatur, quòd illius, vel alterius valdè similis meminerit Hippocrates, sub nomine Morbi Siccatorii, & Ructuosi; ac post Hippocratem expressius illum descripsit Diocles Carystius apud Galenum 3. de loc. aff. 7. Nostra tamen ætate longè gravior, & frequentior in his regionibus, quam unquam fuerit, observatur; quippe paucissimi sunt, qui se ab ea immunes gloriantur possint; idque fortassè ab intemperantia victus genere, à tot tantisque gulæ libidinibus, itemque ex acidis, gelidissimisque potionibus iteratis, atque præposterè, importunèque sumptis, jejuno stomacho, à pastu, æstate, hyeme, etiam si nulla sitis urgeat, aliave necessitas cogat, citra quamque corporis exercitationes.

Huic affectui affinis est & alter Morbus jam pridem Hollandis, Anglis, atque Germanis, cæterisque Aquilonaribus Populis maximè familiaris, Scorbutus dictus, & ad nostras adhuc Regiones non multis abhinc annis advectus, licet hic non aded immanis sit, ut in cæteris regionibus perhibetur. Hunc etiam pervetustum morbum esse Sennertus, Langius, Rosseus, alique pluribus ex locis Hippocratis, aliorumque Veterum monumentis scitè admodum deducunt, quamvis apud illos aliis nominibus fuerit appellatus. Creditur etiam convenire cum Stomacace, & Scelotybe Plinii.

Convenit in plurimis cum Hypochondriaca affectione, sed præterea aliis, & gravioribus symptomatis stipatur, præcipuè verò doloribus crurum, maculis in cute, ulceribus in tibiis, tuberculis cutaneis, oris fetore, dentium erosione sputis cruentis, cephalalgia, pectoris angustia, respirationis difficultate, cachexia, corporis lassitudine. Sæpè etiam alios morbos excitat, qui curari nequeant, nisi speciatim de scorbuti medela ratio habeatur; undè Paralysis, Convulsio, Arthritis, Epilepsia, Lipothymia, dolor colicus, Hydrops, Febris, aliæque plures ægri tudines consequuntur, quas scorbuticas quis meritò appellaverit, cum & antiscorbuticis medicamentis remitti soleant.

Medicis, qui hætenus de Scorbutico volumina

B 2

con

conscripterunt, semper in culpa Lien est habitus, qui scilicet scæculentum è sanguine humorem, melancholicum dictum, repurgare nequirit; imò in suis ductibus detentum depravaret, commutaretque potissimum in atrabitarium. Aliquibus etiam creditum est à Liene haud emungi, nec excipi sacrosiores aquosioresque chyli portiones, quæ deinde cum sanguine commistæ, hujus affectus causa evadant; quamobrem Horstio visum, crudo, atque ichoroso sanguini, speciali quodam modo, corrupto scorbuticam affectionem adscribere.

At qui unã tantùm visceri istius morbi originem appingunt, fortè non perpenderunt quod ab eo cunctæ propemodùm corporis partes vehementer afficiantur. Unde Willsius præter sanguinis vitium, adjicit quoque liquoris nervorum labem in acidum effatumque vergentis: quippe existimat sanguinis dyscrasiam in scorbuto pari modo, atque vini, duplicem esse posse, nempe *sulphureo-salinam*, ac *salino-sulphuream*: si namque sanguis miasmate scorbutico infectus, præferendus fiat, in quo nempe sulphur prævaleat, maculas exterius excitabit, exanthemata, tubercula, ulcera; interius verò vomitus, cardialgias, diarrhæas, dysenterias, doloresque atrocissimos, atque in his temperata solum remedia admittit, vitatque acria, & acuta, cochleariam, raphanum sylvestrem, & similia. At verò si sal prædominetur, fiatque sanguis crassus, & quasi mucosus, sine cutaneis eruptionibus ægri torpidi, anhelii, & enerves sunt, cum lassitudinibus corporis, & pectoris angustia, quin & anxietatibus cordis, deliquis vertigini, & convulsionibus obnoxii observantur; & in his remedia probat calidiora, sale volatili prædita, imò & ex chalybe parata, quæ sanguinem solvant, & exagitant. A sanguine præterea ita vitiat, atque ad cerebrum appulso procedere quoque ait liquoris nervorum vitium: & quidem illo effato, liquorem hunc tenuiorem progigni ad acidum declinantem, imò ab eodem scæculento particulas heterogeneas plurimum illi infestas suggeri. Quare labem scorbuticam succo nerveo affixam in his consistere idem Author concludit, & quod liquor cerebri, & nervorum irriguus multò tenuior, seu pauperior evadat, & quod à crasi *spirituo-salina* in acidam degeneret, & quod particulis heterogeneis, ac morbificis referciatur.

Quod autem Humor Scorbuti causa acidam conditionem fortiat, non secus ac cum ex vino fit Acetum, multò antea Sennertus edocuerat, qui & Aceti generationem, aliisque plura ad hanc rem facientia adducit, & examinat. Neque enim alius videtur esse scorbutus ab affectu hypochondriaco, nisi quod gravior, immaniorque sit profectus à causis potentioribus, tenaciusque ob id inhærens visceribus cum sensibiliore sanguinis vitio. Hinc plerisque locis Endemius morbus est, quibus scilicet usui sunt cibi multo sale conditi, fumoque exsiccati, meracius vinum, temetumque, vel aqua palustris, & corrupta bibitur, itemque panis Nauticus, legumina, caseus vetus, acida quæque salita, troncida, mucida, cruda, crassa, glutinosa, dura in alimentum veniunt: quo fit ut Nautæ, & ad mare Balticum habitantes, cæterique populi Septentrionales ejusmodi victus genere utentes, tam facili in scorbutum incidant, ut refert Balduinus Ronsseus. In aliquibus observatur etiam hereditarius, aut contagiosus, pari modo ac ex lue Venerea, & scabie accidit. In reliquis convenit cum Hypochondriaco affectu, sed pertinaciori, maximeque inveterato.

Ex his igitur facili nunc erit utrumque affectum internoscere. Solum autem advertere oportebit non statim à principio scorbutum prædictis omni-

bus symptomatis invadere, at plurimò ipsorum ingravescente solum morbo comparare, atque alia aliis accidere. De Hypochondriaca verò affectione monet Galenus subinde ab illa cerebrum turbari, atque Melancholiam exoriri, quam Timor, & Mæror comitantur sine causa manifesta.

Statim ac in conspectum sese produnt Affectiones istæ, adnitendum vitiosos humores præsertim acidos sive in visceribus hærentes, sive cum sanguine commistos, quoad fieri possit, sensim corrigere, & blandè educere. Conferunt in hunc finem pilulæ Tartaræ Bontii, Aloëticæ, de ammoniaco Quercetani, electuarium Alexandriaum. Mox verò obstructionem tollentia commendantur, præsertim ex chalybe, cui vis magna inest acidum in sanguine corrigendi, atque obstructos meatus referandi. De ejus autem usu monet Tacheus, quod nisi excrementa ab illo tingantur, temerè exhibendus non sit, quia tunc non reperit idoneum humorem, qui illum solvat. Optima quoque sunt subamara, absinthium, centaurium minus, gentiana, cortices malorum aureorum, eorumque sales, ac tincturæ; itemque elixir proprietatis, vinum absinthites, decoctum Coffeæ & herbæ Theæ.

Distinguit autem Villsius remedia pro duplici sanguinis vitio. Vel enim sanguis crassus est, subfrigidus: cum lienis obstructione: & sanè medicamenta ex chalybe parata exquiri ait. Vel contra fervidus supra modum fermentescit, simulque hypochondria æstuantia inflat; & remedia tunc solum temperata, ac fervorem sedantia indicari docet: fugienda verò, quæ in sui compositione chalybem admittunt.

At verò Lebcœ Sylvius, quoniam à bile per choleochum ductum delata, unaque simul permixta, atque fermentescente cum pituita vitiosa, morbum hunc oriri arbitratur, utriusque correctioni purgationique incumbit, potissimum per salia lixiviva, itemque galbanum, sagapænum, ammoniacum, mastichem, succinum, castoreum, myrrham, ac spiritus salisque volatiles inde elicitos. De usu autem Acidorum, quæ viderentur profutura ad bilem temperandam, id speciatim monet, non commodè exhibenda, nisi spiritu aliquo volatili castigata. Quin Sennertus etiam è Tartaro parata medicamenta nocua interdum esse testatur, improbatque cappare, præsertim quia aceto condiuntur. Purgantia præterea non reprobatur Sylvius, tùm quæ pituitam, tùm quæ bilem educant. Et Hartmannus etiam vomitum commendavit ex aqua benedicta; Imò Hippocrates utrumque evacuationis genus in Curatione morbi siccatiori indicere non est veritus.

Cautius tamen in hac parte agendum est, quippe non rarò à purgantibus medicamentis hypochondriorum affectiones exacerbari consueverunt: ut propterea satius existiment alii ab his abstinendum ex Galeno, qui 3. de loc. aff. 7. ait: *Monendi sunt mihi Amici, qui me curantem viderunt, frequentibus balneis, vitioque humido, bonique succi, nullo alio adhibito presidio, hujusmodi me morbum curasse.*

Diuretica, & sudorifica à plerisque valde commiserentia dicuntur, quod illa incidendi, & aperienti vi polleant, valeantque saburram humorum tùm è liene, tùm à reliquis glandulis imi ventris ad vias urinæ deducere; cum etiam ex Hipp. & Gal. pateat lienem per urinarios meatus repurgari: quod & Anatome evidentissimè testatur. Sudorifica verò præter virtutem dissolvendi, attenuandique, acido infringendo utilissima sunt. Præsertim autem cæteris Antimonium diaphoreticum à Sennerto in epistolis.

Quoniam verò superius innuimus non semper hunc affectum ab uno viscere proficiscere, nec perpetuò

petuò determinatum humorem ejus causam esse; propterea operæ pretium erit exactè perpendere, cui potissimum parti succurrendum sit, cuique humori oppugnandum. Si itaque è stomachi vitio oriri videatur, ea præcipuè opportuno usui erunt, quæ stomachi fermentum adjuvent, atque extraneos succos corrigant, & exturbent. Optima planè dicuntur sal absinthii, elæosaccharum citri, & cinnamomi, spiritus mastiches, essentia menthæ, pulvis stomachicus & cachecticus Quercetani, sal stomachicus Mynsichti, syrupus menthæ compositus, elixyr proprietatis Helmontii. Si Hepar compatiatur, proderit ebur, diarrhodon, sal hepaticus Mynsichti, essentia martis, sal fumarie, absinthii, fraxini, nitri. Sic pariter proderunt splenica, hysterica, nephritica, si hoc, vel illud viscus graviter affectum prospiciatur. Idem quoque observandum in vitiosorum humorum varietate: quanquam hæc plerunque communia sunt, & vices sibi mutuò commutant, nisi plurimum à mediocritate declinent, aut vim actionemque exerant violentam, vehementerque irritantem.

Hætenus Lucas Tozzi, de Curâ Affectiois Hypochondriacæ & Scorbuti. Veniamus jam ad

Consultationes.

Morbus Hypochondriacus plurimis symptomatibus stipatus.

Temperamenti cholericus juvenis annorum 21. dolores circa orificium ventriculi non adeò graves, per intervalla sentiebat: neglectis autem consiliis ac medicamentis, inordinataque victus ratione adhibita, tandem ita malum proserpere ac incrementa sumere passus est, ut ad extrema ferè deductus fuerit. Antea enim uti leves, ita jam insignes circa præcordia dolores, totum pectus tensione gravissimâ ad dorsum usque penetrantes, quotidie & maximè assumto cibo, non per horam 1. sed per 3. aut 4. durantes sentiebat, ita ut ferè exanimatus aliquando præ dolore jaceret. Caput doloribus non minus punctoriis divexabatur gravissimis: Appetitus, nausea, & frequens sputatio atque evomitio materiæ pituitosæ valdè eum molestant: symptomatibus aliquo modo remittentibus, totius corporis lassitudo aderat. Tristitia præterea, metus, atque falsa imaginatio eum miserè excruciant. Ideò consilium atque auxilium exposceas, ad medicinam, tanquam anchoram sacram confugit æger.

Quæstio jam inter arti medicæ addictos, satis ardua agitabatur de morbi essentia, parteque imprimis affecta & causis. Multi hujus erant sententiæ, ac si ab humore melancholico ortum traherent hæc mala. Alii accusabant hepar nimis calidum quod sanguini effervescentiam conciliaret, à quo, ut & à vicina bile nocivos fumos elevari, atque ad varias partes transmitti assererent. Plurimi totam culpam in lienem conferebant, & hunc sexcentarum ærumnarum authorem esse statuebant. Quibusdam mesenterium variis humorum generibus refertum malè audiebat, scaturiginem & fontem omnium morborum & nutriculam medicorum illud pronunciantes. Nonnulli ventriculam imbecillitate suâ, sive nativa, sive asciticia malè coquentem, maximè in noxa esse sibi firmiter persuadebant. Habitui ac dispositioni naturali ac vitio hæreditario, non parùm adscribendum esse, quædam pars judicabat. Alii cavitatem inter ventriculam & septum transversum, quam Hollerius foveam stomachi nominat, inculgabant. Omnes tamen in eo conveniebant & unanimiter conspirabant, propter varia symptomata esse melancholiam hypochondriacam, à medicinæ proceribus ita denominatam.

De parte affecta atque causis, ut ex prædictis satis luculenter elucescit, dissentiant authores, ita ut si unquam, certè hic cum veritate dicendum sit, quot capita,

Tom. I.

tot sensus, ac ad eas bono consilio extricandas, (uti Lindenius loqui amat) parlamenti ceu concilii principum ac procuratorum populi medici convocatio ne opus sit. Unde inter tot dissentientium auctoritatum opiniones, quid statuendum, arduum revera est & difficile. De Clarissimor. enim atque experientissimorum virorum in medium allatis opinionibus judicium ferre, illasque vel approbare, vel rejicere mei nec hic est instituti, nec mearum virium, aliis, quibus magis exquisitum est Judicium, ea relinquens; hoc saltem ad meam explicandam mentem addo, facili negotio dirimi posse controversiam, si inter causam generalem & specialem: ac inter proximam & remotam constituatur discrimen: & ita ii, qui affirmant lienem, & alii qui hepar & mesenterium maxima ex parte laborare adstruunt, non adeò distare, cum utriusque habeant, quod rationi & experientie consentaneum videtur. Qui in hypochondriis partes, quales, sunt hepar & lien, ut & vasa harum partium, nec non præterea ventriculum & mesenterium pro subjecto coluviei hypochondri. agnoscunt, non reprehendo. Ventriculum tamen debilem relaxatum & malè coquentem præcipuè peccare, malique causam proximam constituere existimo: à ventriculo enim vomitiones, nausea, fluctus & murmura, ortum petunt, & ita verè ventriculum læsum ostendunt. Ad stabilendam meam sententiam Dioeclem audiamus; sic autem ille referente Galeno l. 3. de loc. aff. c. 7. oritur, inquit, alius à ventriculo morbus, qui ab aliis statutus nominatur, quem sumto cibo, maximè coctu difficili, spiritum multum comitatur, item rucltus acidissimi, flatus, æstus in hypochondriis, fluctuatio, non illico, sed cum retinuerint: Interdum quoque ventriculi vehementes dolores, qui nonnullis ad dorsum usque procedunt, concoctis inde cibis quiescunt, mox aliis cibis ingestis eadem revertuntur accidentia; qua interdum à Cæna molestant, atque evomuntur crudos cibos & phlegmata subamara, calida & acida, adeò ut dentes nunquam torpedine afficiantur, hætenus ille.

Temperamenta autem cholericæ, ex quo um numero ægrotus noster, habitus quoque corporis tenuior, furori hujus mali magis subjiciuntur, quia à caloris augmento dissipantur magis spiritus & fibræ laxiores & magis flaccidæ redduntur; adeo ut assumti cibi in ventriculo ritè constringi, & dissoluti, feliciter expelli nequeant; sed in acidam, viscosam, & acerbam degenerent materiam. Hanc ipsam, calor viscerum, hepatis scilicet ac lienis, magis quàm par erat, exagitant in status abundè resolvit, hinc malo huic obnoxii inveniuntur cholericus, ut potè qui visceribus calidioribus gaudent: viri etiam & ætas media ob calorem abundantiorum hoc magis infestantur malo, quàm scemina, & in prima ætate constituti. Hinc quoque fit, ut habitus etiam corporis extenuetur semper, neque pinguescant, qui malo laborant hypochondriaco.

Causæ remotiores sunt, quæcunque fibras ventriculi flaccidas & debiles reddere solent: eæque ab erroribus in dieta petuntur maximè, cibi flatulenti ventriculi tunicas ultra naturalem extensionem distendentes, ut se rursus debito modo contrahere nequeant. Naturalis etiam fibrarum laxitas & debilitas jare hæreditario à parentibus in liberos translata, & quam maximè quoque vita sedentaria ad hunc affectum generandum & accelerandum aptissima est. Plura adhuc recensenda essent, sed promissæ brevitas memores hic sistimus gradum, atque ad curam nos accingimus: si quis autem est affectus, qui & medico & ægro negotium facessit, est certè hic præsens, ut jure opprobrium & crucem medicorum quis eum appellare possit: tentanda tamen res nobis erit, dextram salutiferam ægro porrigentes, & quibus remediis in genere iisque lectioribus curatio aggredienda sit, brevissimis indicantes; præstat enim, in eo magis

B 3

labores

laboremus, ut fideliter curemus, quam ut subtiliter disse-
ramus. Quia autem, ut in omnibus corporis affectibus
nunquam in remediis naturalibus subsistendum, sed
semper summi J E H O V A E auxilium imploran-
dum; ita & imprimis etiam hoc in affectu id obser-
vandum, & summè necessarium est. Potentiam enim
affectus Protheo mutabilioris non nescimus, nec
hoc, quanta quanta etiam scientia sit nostra atque
ars, Divinae subjacere majestati, absque cujus beni-
gnitate, ne in minimis quidem agere non posse, non
ignoramus; etenim

*Ni Deus adfuerit viresque infuderit herbis
Quid rogo, dicamur? quid Panacea juvant?*

Sed ad curationem ipsam; in qua eò respiciendum,
ut primæ viæ evacuentur, humores peccantes,
præmissis præmittendis exterminantur, viscera, im-
primis ventriculus, roborentur, atque urgentiora
symptomata corrigantur, non neglectis viribus qua-
rum conservationi opera detur: materiam suggerunt
usitati illi fontes, *Chirurgicus, Pharmaceuticus, &
Dieteticus.*

Ex *Chirurgico* fonte, nisi plethora adsit, aut ni-
mius calor urgeat, venæ sectio locum vix habebit.
Conveniens autem erit cucurbitularum usus, nec non
hamorrhoidum fluxus, si is, vel spontè fiat, vel
arte, in aliueto concitetur ille: Ita nec fonticu-
li nec frictionum usus foret frustraneus. *Phar-
maceuticus* evacuantia primo loco offert, eaque
per alvum, leniora, ut sunt, ex simplic. fol. fenn. epi-
thym. polypod. Rhab. Ex compositis syrup. ros.
violar. solativ. fumar. compos. de pom. de Epithym.
pilul. de ammoniaco, tartaræ, de aloë rosat. Ex-
tract. panchym. & id genus plura, imprimis autem ex-
tract. pilul. de ammoniac. ut pote in quo nonnulli om-
nem sanitatis spem ponunt. Pertinent huc & vomito-
ria initio adhibenda, modò ventriculus non sit jussu
debilior, & æger huic evacuationi assuetus; ex quo-
rum numero sunt aq. bened. Ruland. sal vitriol. ele-
ctuar. Diasar. Fernel. &c. Nec negligenda diureti-
ca, qualia sunt ex tartaro parata medicamenta, im-
primis tinctura tartari, utpote quo unico remedio, præ-
missis tamen lenioribus hoc malum sæpius funditus
curasse gloriatur Bossertus. Habent quoque locum
suum diaphoretica, antimon. nimirum diaphoret.
simpl. & martiatum. Evacuantibus præmittenda, aut
cum iis jungenda sunt aperientia quorum seges pas-
sim occurrit. Primum tamen locum sibi vendicant
tartaræ & martialia medicamenta. Confortantis jris-
ceribus, ventriculo præprimis, congruunt præ aliis
omnia amara, quæ huic amica habentur; Tonus enim
ejusdem vel conservant vel restituunt, sale, quo plu-
rimo abundant, putredini resistunt, acidos p. n. in ven-
triculo humores figunt, Limosos & viscosos visce-
rum & mesenterii vasa obstruentes humores abster-
gunt, & qui relaxabant fibras succos absumunt. Quo
nomine quam maximè celebrantur absynthii, centa-
urii min. juniper. lalis. Quæ cordi nec non cerebro
confortando conveniunt, passim illa apud praticos
occurrunt, quorsum benevolam lectorem, brevitatis
causâ, remittimus. Symptomata ventriculi in-
festantia mitigantur præter modò dicta confortantia,
etiam pulveribus pepticis moderatè calidis, inter quos
hic præ aliis excellit. *Æ. conserv. sem. anis. fanicul.
ana ʒij. cort. citr. condit. ʒj. margar. corall. rubr.
prap. ana ʒʒ. cinamom. acerrim. ʒij. sacchar. ros.
tabul. ʒiv. m. f. l. a. pulvis; sumatur parvi cochlear.
mensura à quovis passu. Extra confortabitur idem
oleo stomach. Craton. nucistæ, nardino, de absynth.
Item emplastr. de ladan. Tacamahac. sacculo para-
to ex absynth. meliss. menth. caryophyll. mac. bacc. ju-
niper. flor. rosar. &c. Oppressiones pectoris, commu-
nissimum hypochondriacorum malum, cum à vaporibus*

vel flatibus crassis, diaphragma ejusque membra-
nam impetentibus orientur, corrigantur Carminati-
vis. Hinc injiciatur clyster. ex flatu discutientibus:
applicentur sacculi ex flor. chamomill. melilot. sambuc.
summit. aneth. & aliis; aut etiam sacculus ex
avena in sartagine frixa, quam calidissimè. Si non ce-
dat, sitque doloringens, suadent nonnulli cochlea-
re vini sublimati; aut essent. anis. aut aq. cinamom.
cum jusculo sat calente, aut exhibendum Theriac.
aut mithridatii momentum. Plerisque si non omnibus
scopis satisfaciunt acidulæ, nec non aquæ thermales;
in harum tamen usu majore opus est circumspectione.
Dieteticus tandem *Fons*, victus rationem observan-
dam monstrat, quæ adeò necessaria est, ut (teste Gale-
no) frustra iis præscribantur remedia, qui rectam
victus rationem servare non norunt. Est diæta reve-
rà ille philosophorum lapis, omnibus recommendanda,
nulli metuenda sexui, quovis tempore tractanda, &
cunctis morbis sine ullo subsequenti mali metu con-
grua, cum illorum non paucos ipsa sola curet. Teste
Galen. Quò sequentibus etiam schola Salemitana res-
picit vericulis:

*Esuriant, fiant, qui rheumata curant.
Abline & efficies quod medicina nequit.*

Quin & sine clavo & remis navigat, qui nullâ victus
ratione observatâ medicinam facere conatur. Triplex
autem à modernis statuitur diæta. Naturalis, vitæ
& animalis. *Naturalis diæta*, ea quæ assumuntur
temperat. In assumendis ergo cibis & quantitas &
qualitas accuratè observetur. Quoad quantitatem
illud Hippocratis monitum, quod in 6. epid. com. 4.
text. 22. jubet Galenus, studium nimirum sanitatis
esse non satari cibis, & quod habet Avicenn. 3.
num. Doctr. 2. c. 7. cum reliquiis famis surgen-
dam esse à mensa, & hic locum habet. Quoad quali-
tatem; cibus omni acrimonia, salsedine atque nimia
aciditate careat, concoctionis non sit difficilis, non
vaporosus, nec flatulentus, aut excrementitio sca-
tens succo. Potus sit quantitate moderatus ad frigiditatem
aliquantulum inclinet, sit defecatus, veronica,
absynthio, scolopendrio, agrimonia, aliisve ape-
rientibus medicamentis alteratus. *Vitalis*, serenum pu-
rum & serenum præcipit. Animi pathemata, ut iram,
tristitiam, timorem, metum cane pejus & angue, fu-
gere jubet, ne spiritus perturbentur; potius ita di-
rigantur, quo vigori eorundem addant incrementum,
quapropter tranquillitati animi studeat atque lætiti-
am sectetur. *Animalis*, somni rationem habet & vi-
giliarum, motus & quietis, excretorum & retento-
rum. Somno æger non indulgeat nimio, neque ni-
mis vigiliis, neque etiam statim post adsumtum ci-
bum, ante duas tresve horas cubitum eat. In exer-
citiis corporis pariter modus servetur: Alvus quo-
tidie muneri respondeat, si verò aliquando contingat,
ut solitæ evacuationes atque excrementa jussu deti-
neantur diutius, medicamentis levioribus natura ad
expulsionem erit proritanda. Uno verbo omnia quan-
tùm possibile, temperentur, deturque opera, ut nullus
committatur excessus. *Joan. Michael.*

Affectio Hypochondriaca in ætatis florentis Virò.

Vir florentis ætatis, duris, salsis, acidisque cibis diu
assuetus, otiosus vivens, à longo tempore, modò planè
inappetens nausæa quorumcunque alimentorum deten-
tus, modò nimis appetens fuit, sed ingesta alimenta
cum rugito, tensione, ac dolore ventriculi ægrè tulit
& digessit: per intestina quoque totumque ventrem
inferiorem, plerumque tormina cum magno murmure
percepit. Hæc tamen mala flatuum copiosissimorum
fursum

fursum deorsumque eruptione pro tempore multum imminuta sunt. Subinde liquor quidam subsalsus sponte cum summa nausea vel levissimo vomitu, ab ore effluere solet, præcipue matutino tempore, quamvis etiam aliis diei temporibus illud non raro contigerit; hoc evacuato nonnihil melius se habet. Nunc tandem ante mensam hæc omnia in pejus verti cœperunt, quippe vomitus frequens accessit, quo omnia assumpta magno cum impetu ejicit, quæ licet non diu assumpta fuerint, tamen valde acida evomuntur: & quod mirandum, interdum paulo post assumptum prandium evomit duas tresve uncias solius liquoris cujusdam pellucidi, nonnihil [ut dicit] subsalsi subacideve vel austeri, omnesque assumptos cibos & potus in ventriculo retinet, quos, isto liquore evacuato, bene fert & digerit. Cum non vomit, tunc multo molestiores sunt ventris tensiones & rugitus. Ager non febricitat, sed cogitabundus ac subtristis est, eique scorbuticæ maculæ hic illic in cute subinde apparent, totumque corpus paulatim emaciatur.

Variæ partes in hoc ægro malè afficiuntur, præcipue autem ventriculus, intestina, & pancreas: de ventriculo res nota est ex nausea & vomitu, ut & ex appetentia ciborum modò nimis aucta, modò nimis imminuta. Intestinatorum affectio ex rugitibus, flatibus & torminibus innotescit. Affectionem pancreatis effecta docent. Appellatur hic morbus affectio hypochondriaca, quæ est intemperies acida pancreatis, ventriculi, intestinatorum partiumque vicinarum. Causa primaria symptomatum in historia enarratorum procedit ab acida ac subsalsa quadam intemperie pancreatis ex inordinato victu imprimis contracta, cujus e go succus pancreaticus in hoc ægro nimis acer & salsus subacidusve gignitur, idque uno tempore magis quam alio, prout scilicet per hæc illave assumpta alimenta isti malo major, minorve fomes adjicitur. Hic succus ex pancreate in intestinum duodenum defluens, & aliqua sui parte versus ventriculum ascendens, paulatim fermentum ventriculi corrumpit, sicque vitiosæ coctionis causa fit. Quippe si prava scædave qualitate præditus (in animalium vivorum sectionibus maxime scædum saporem nonnunquam habere compertum est) in ventriculum irrepit, tunc inappetentiam ac nauseam, & interdum vomitum inducit: si verò nimis acidus influat, tunc nimiam famem, malam coctionem, & nonnunquam ob acidam vellicationem ventriculi, etiam vomitum suscitatur, idque magis aut minus, prout excedens qualitas major minorve fuerit, & ipse succus majore vel minore quantitate ventriculum ingreditur. Ex illa vitiosa coctione ac fermentatione oriuntur tensiones, dolores, & rugitus, plurimi que flatus suscitantur, qui nonnunquam fursum per ructus erumpendo, tensiones nonnihil imminuere, sicque levamen aliquod pro isto tempore inducere solent. Si verò vitiosus ille succus ad ventriculum non ascendat, sed totus in intestina defluat, tunc coctio ventriculi in ægro nostro melior, & nausea minor, sed vitiosa effervescentia in intestinis excitatur, cum in coctis alimentis è ventriculo elabentibus, tum in pituitosis ac mucosis succis in intestinis contentis; atque hinc in intestinis flatus, rugitus, dolores, ac tensiones cum anxietate suscitatur, sique sæpe alvi dejectione flatuumque plurimorum excretionem multum imminuti sunt. Liquor ab ore subinde cum nausea effluens, est succus pancreaticus fursum ad ventriculum delatus, & per nauseam unà cum ei in ventriculo admisso salivali liquore, per os erumpens. Tandem succo pancreatico temporis progressu peiore, ac simul acriore evadente, & ventriculum magis, quam antea, vellicante, accessit frequens vomitus violentus, quando scilicet in ventriculum ascendit: & si hoc contingat paulo post assumpta alimenta, isque assatim per illa alimenta fursum cum impetu ad superiorem ventriculi partem prorumpat, ma-

gnam ibi nauseam faciens, sæpe levi cum vomitu [quia alimentis nondum est admittus] solus vomitur, alimentis intus subsistentibus, quæ tunc, vitioso illo succo fermentaceo evacuato, bene digeruntur. Non febricitat æger, quia nulla putredinosa effervescentia in corde excitatur. Cogitabundus ac subtristis est, quia propter acidos humores sanguini admittos spiritus animales minus tenues seu subtiles, sed paulo fixiores in cerebro generantur, qui minus acriter & inordinatè per pororum cerebri angustias transeunt, ægrum cogitabundum ac subtristem, & rebus suis minus intentum faciunt. Corpus emaciatur, propterea quòd alimentorum prima coctio non bene peragatur, atque hinc sanguis paucus & parùm laudabilis, sed scorbutica qualitate infectus, sicque ad partium nutritionem minus aptus, generetur. Ex modò dictis, quid de prognosi statuendum sit, facile judicari potest, scilicet quod hic affectus periculo non careat, & metuenda sit maxima corporis atrophia, cum summa virium prostratione paulatim ægrum dejectura.

In Curatione primùm æger purgandus, cum infus. fol. fenn. agaric. &c. addendo aliquantum elect. hier. picæ, aut diaprani, aut cum pilulis cochiiis, extracto catholico, pulvere diatribith, aliisque similibus, eaque purgatio postea singulis octo vel decem diebus reiteranda. Venæsectio hic parùm ad rem factura videtur, si tamen febris aliave aliqua magna excandescencia accesserit, pro ratione necessitatis institui poterit. Si vomituriendi conatus permanerit, non inutiliter tale vomitorium dabitur. ℞. fol. asar. recent. ℥iij. aq. raphan. ℥ij. fiat s. a. expressio succi, adde vini antimoniat. ℥ij. oxyælit. scyllitici ℥b. misce fiat haustus. Postea conveniens apozema præscribendum, ejusque ter de die haustus exhibendus. ℞. rad. tamarisc. capparam, polypod. querc. helenii ana ℥vj. herb. chamædryos m. j. ℥. meliss. betonic. borragin. culcut. ana m. j. fol. lauri, trifol. palustr. ana m. ℥. cort. aurantior. ℥vj. sem. anis. fœnicul. ana ℥ij. passular. mundat. ℥ij. aq. q. s. fiat s. a. apozema ad ℥b. loco apozematis vel intermediis horis subinde dari poterit particula hujus conditi. ℞. Rad. helenii, cort. aurantior. condit. conserv. borragin. meliss. flor. solv. ana ℥b. olei anis. gutt. xii. syr. helenii q. s. misce, fiat conditum. In magna ventriculi aut intestinatorum tensione cum anxietate & dolore, conveniet exhibere talem bolum ℞. Theriac. ℥j. ocul. cancr. præp. ℥j. olei anis. gutt. v. misce, s. bolus. Interdum manè jejuno stomacho, loco apozematis, exhibenda dosis hujus pulveris, cum psuxillo cerevisiæ aut jusculi. ℞. ocul. cancr. præp. ℥ij. corall. rubr. præp. ℥b. succin. præp. ℥b. s. pulvis, dividendus in quat uor doses.

In victu sit aer mediocriter calidus. Cibi sint facilis digestionis & boni nutrimenti, & abstineat æger ab omnibus cibis salsis, acidis, acris, fumo siccatis, antiquis, rancidis, aliisque difficilis coctionis aut pravi nutrimenti. Potus sit cerevisia communis bene defæcata, nonnihil subamara, minimè acida: item vinum tenue minimè acidum. Somnus & exercitia corporis sint mediocria: fugiantur otium & nimia quies. Excreta naturalia bene procedant, si non spontè, saltem arte. Fugienda quælibet tristitia animi pathemata: lætitiæ & hilaritati, quantum fieri potest, indulgendum. *Librand. de Diemerbroeck. de morbis infimi ventris Medicat. 3.*

Consultatio pro Malò Hypochondriacò.

Reverendissimus Abbas, annum agens quinquagesimum, temperamenti totius, & potissimum jecoris calidi & sicci, ex parentibus hypochondriacis natus, & ipse multis ab hinc annis eadem affectione

hypochondriacâ molestatus, & quandoque moderata sanguinis per hæmorrhoidas evacuatione cum sui levamine tentatus, quinque jam mensibus elapsis, post graves atque molestissimas animi perturbaciones, fluxu sanguinis ex hæmorrhoidibus abundantissimo atque superfluo correptus fuit, quo in animi deliquia incidebat, eoque suppresso, statim supervenit intensissimus lævæ partis thoracis dolor, difficilem reddens anhelitum ipsum, cum ejusdem pectoris fervore maximo; quo tempore urinam copiosam, crûdam & aquosam mingeat, & sedato dolore, febricula levis insurgebat, quæ primo aut altero die solvebatur. Hæc autem omnia symptomata & affectiones ter hucusque reperierunt, semper præcedente aliqua molesta animi motione, & præterea quodam pondere in podice ad perinæum quoque sese extendente, non sine aliquo dorsi dolore & ventriculi imbecillitate. Modò quamvis ad finem mensis Junii jam pervenerimus, Patavium tamen se contulit, ut à gravissimis jam dictis symptomatibus ope medica præservari possit.

Abbatem Reverendissimum multis ab hinc annis hypochondriacum fuisse & esse ex relatione tum à viro excellentissimo in scriptis adducta, tum ab eodem Reverendissimo oretenus exposita necessariò deduci potest, præsertim addita totius & jecoris calidæ intemperiei, ætatis, & naturalis ac hæreditariæ dispositionis consideratione; quin imò cætera graviora symptomata de quibus nonnullis ab hinc mensibus conqueri cepit, non aliundè quàm ab hypochondriaca affectione, ortum duxisse decerno, & præsertim superabundantem sanguinis per venas sedales effusionem, necnon dolores in lævæ pectoris parte cum ardore & pectoris oppressione, præcedentibus rugitibus abdominis, non sine aliquo dolorifico sensu ad dorsum quoque perveniente, iisdem tamen etiam circa thoracis dolorem frequenter repetentibus; cum enim jecoris fervor naturalis à clausuris etiam & impedita ventilatione adæctus, propter mesenterii obstructions, à quibus stituosa orta fuit affectio, & inde dolor ad dorsum usque pertingit, ubi scilicet ejusdem mesenterii duplicatura alligatur; cum inquam, jecoris fervor sanguinem fervidum necessariò producat, nec ipse à corde calidiori existente corrigi possit, in vasis ita justo calidior & acrior congestus, utpote ad carni generationem & totius nutritionem ineptas, dum circulando ad mesentericas arterias pervenit, naturæ molestus, ab eadem irritata per eadem vasi, indeque per hæmorrhoidalia ad sedem detruditur, quibus vasis repletis sequitur pondus, quod perinæo quoque communicatur; imò quandoque monet Gal. quod lumborum & stomachi dolores antecedere solent, sicque hæmorrhoidalis sequitur ipsius sanguinis per sedem excretio, quæ tunc toto genere præter naturam non est, quotiescunque tempestivè fiat: tempestivè autem sit, quando id quod contristat excernitur. Cum autem in casa nostro probus quoque sanguis copiosus post improbi evacuationem excernatur, t. g. p. n. evadit hujusmodi evacuatio eoque magis, cum niger non appareat, tunc enim melancholicis magnopere prodesse solet, dum natura atrum humorem sanguini permittit ad vasa sedis excernit, ut ad crura varices, at sanguis profluens talis non est, & copia peccat, robur idcirco viscerum naturalium totiusque vires profert. Quoniam verò ab eodem jecoris & hypochondriorum fervore ventriculi quoque concoctio labefactatur, dum fermentatio ciborum, quæ est via & præparatio ad chylicationem absolvendam, à nimio illo calore probè perfici nequit, hinc fit ut frequenter cruditates sobolescant; quæ antiquis & exiccatis obstructions in mesenterio existentibus

superadditæ atque commistæ, eo loci stagnantes plures molestos & perniciosos effectus pariunt: primò namque ab eodem calore in habitus crassos & exhalationes magna ex parte convertæ, sinistri lateris cruciosos pariunt dolores; dum verò aut per porositates, aut per vasa ad musculorum intercostalium interstitia sese insinuant, distensione, ac morsu illarum partium continuum solvunt, & dolores excitant, quo eodem tempore & febricula, & crudæ urinæ copiosæ excretionem observantur, dum eandem cruditatum portio relicta, partim in eodem ignobili loco fermentatur atque putrescit, & febriculas accendit, partim à fervore liquatur atque funditur, & per copiosas urinas eicitur, quæ omnia tunc exacerbant videntur, quando animi passiones motusque vehementes præcesserint, cum perpetuò verum sit quod non solum corporis, sed multò magis animi motus sit causa caloris, ut propterea mirum non sit quòd molestiarum tempore circa præcordia de æstu & insigni fervore conqueratur Reverendiss. Abbas.

Cui ut opem medicam feramus, vitium sanguinis potissimum deinde & vaporum sedalium est corrigendum; jecoris & hypochondriorum calida intemperies est emendanda; antiquæ, terrea & melancholicæ obstructions sunt alterandæ & imminuendæ, & ante jam dicta omnia, ventriculus & primæ viæ à recentioribus cruditatibus sunt vindicandæ, adè ut quod primum fuit in intentione, postremum evadat in executione.

Et quamvis fons malorum, nempe hypochondriaca affectio antiqua & confirmata sit, salus tamen desperanda non est, cum hucusque non nisi ad primos gradus melancholicæ pervenerit, & idè non nisi per exiguam melancholici sanguinis portionem circa viscera naturalia stagnantem supponamus; præterquam quòd superabundans sanguinis evacuatio, si non ex toto supprimenda, saltem magna ex parte prohibenda est, alioquin calore nativo progressu temporis valde imminuto, cachexia succedere posset: hanc enim per hæmorrhoidas evacuationem tantopere formidavit ipse Gal. ut nulli ex consuetudine convenire existimaverit, ac propterea dixerit non esse assuescendum hominem evacuationi per hæmorrhoidas, quoniam uterque excessus periculosus evadit, sive sanguinis nimium effluat, sive nihil.

Quamprimum igitur Reverendiss. succurrendum; nec obstat anni tempus calidum, siquidem post prima administrata remedia, sic tempore nondum fervido existente, reliqua, utpote alterantia & refrigerantia, fervidissimo quoque exequi poterunt. Expiantur itaque primæ viæ portio ex manna clarificata. Quinque deinde sequentibus diebus cruditates in iisdem viis commorantes præparandæ erunt Julapio acet. ad ℥ij. corticibus citri alterato, addita uncia aq. flor. citri, ut dilutior, & suavior evadat. Mox repetatur portio ex manna clarif. ad ℥vj. cui duabus aut tribus transactis horis, superbibat seri capræ depurat. ℥ij. & duabus horis ab assumpto sero prandeat. Inde ad antiquas obstructions imminuendas deveniendum, quæ quoniam jam exiccatae sunt idè humidantibus & moderatis incidentibus egent; in hanc igitur finem succi depur. aptissimi erunt, ut succi depur. & per aren. trajecti, cichor. borragin. endiv. ana ℥ij. sal. tart. fixi gr. x. decocti in jure paratæ folior. malv. violar. fench. ℥v. m. pro syr. & sic pro aliis. Et si fortasse decoctio à ventriculo non toleretur, cum aliquam concoctionem, & consequenter moram requirat, succi jam dicti diluantur, cyatho aq. stillat. borrag. & malvar. citius enim è ventriculo ad mesentericas pervenient. Sequenti verò die præbeantur summo manè fl. cass. ℥ij. additis gr. x. sal. tart. & post horam superbibat cyathum seri capræ aut asin. depur. tribus verò horis ab assumpto sero prandeat.

deat. Tertio verò die rursus succos depur. assumat, ut supra, & ita perseveret alternatim, succos & cassiam allumendo, ad 20. vel 25. dies. Rhabarb. autem ulum omitto, tum propter hypochondriorum fervorem, tum verò maximè propter sanguinis fluxum, quod alioquin cassiæ commistum ad obstructions referendas aptissimum foret. Interim secunda succorum die jecoraria dextra erit aperienda, & sanguis moderatè, prout excellentissimo Assistenti visum fuerit, erit educendus, & quotidie toto purgationis tempore ung. ros. mel. totum abdomen illinendum. Terminato succorum & cassiæ usu, serum capr. aut asin. depur. ad lb. iv. vel v. ter saltem tertio quoque die erit propinandum, præmissis vehiculo syr. rosat. solutivi: idque eo fine, ut hypochondriorum partes humectentur, viæque laxentur, & apertæ reddantur ad aq. nocer. transitum expediendum, siquidem calorem, & inde siccitatem primarum viarum interceptonis aquæ thermalis aliàs tentatæ, causam fuisse cenfeo. Nocerianas autem dixi propinandas esse, quoniam cum minerales non sint, nec ad eò exsiccantes, faciliùs permeare & pervadere poterunt; & si earum aliqua portio fortè detineretur, nocere non posset, ut nocent thermales quæ nunquam teste Hippocrate à natura nostra actuantur & saperantur. Ut autem facilius eisdem reddatur transitus, tribus primis diebus cum vehiculo dejectionis sunt exhibendæ; reliquis verò diebus cum vehiculo diuretico, quale tum is esse poterit spiritus tart. ter rectif. ad semidrachmam imprimis tribus cyathis, cui addatur quoque syr. de succo limonum, ut potus quoque suavior evadat. Tandem lactis asin. xx. diebus, totidemque capr. usus de more manè assumendi opportunissimus erit; quo tempore pro balneo aquæ dulcis, aut infusione administranda opportuno existente, convenire poterit; si minùs, in annum venturum, dum reliqua quoque omnia repetenda erunt, differri poterit, ut ex toto obstructions extirpentur, jecoris fervida intemperies emendetur, & sanguinis vitium omninò corrigatur, sicque à natura toleretur, imò in vasis ad usum detineatur. Sed quoniam vasorum quoque sedalium vitium, sive laxitatem nonnihil concurrere dixi, idèò opportunè aliqua iisdem roboratio est afferenda, spongiola aqua rosacea cum albumine ovi madefacta, qua pulvis astringens mactatur, & post sæcum depositionem atque consuetam absterfionem podici iterùm atque iterùm apponatur, ut pulvis ipse adhæreat, & iteratis vicibus vasa ipsa roborentur; pulvis autem erit constrictivus magistralis consuetus, eidem gypsi vulgaris portione additâ.

Jam dictis verò omnibus congruam victus rationem addere debet, & calidiora alimenta præsertim evitare, prout salita omnia, condimenta aromatum, allii, cæparum, usum aceri & vini genetosæ, memor quod suimetipsum status insigni homeostatione & moderata refrigeratione indiget; & idèò familiaris sit & quotidianus usus juris tenuis herba aliqua refrigerante alterati, in prima mensa hauriendi; herba autem poterit esse æstivo tempore oxalis, acetosa vulgò dicta, cæteris verò temporibus, intybus, endivis vocata. Somnus diuturnior semper conveniet. Exercitium verò moderatum esse debet, & nonnisi jejuno ventriculo. Consuetæ alvi evacuatio, nisi sufficiens fuerit adjuvanda, prima mensa assumendo flor. calif. ʒij. sur. iij. quam disponere quoque poterit jus prima mensa, ut supra, quotidie sumptum. Tandem animi motus vehementes, qualescunque sunt avertendi, sed præsertim molestæ perturbationes; quæ si casu occurrant, non sunt fovendæ, sed fortiori animo repellendæ. Quæ omnia Reverendissimo Abbati à Deo Opt. Max. salutaria precor. *Raymund. Joh. Fortis. Consultationum Tom. I.*

Affectus Hypochondriacus Legitimus.

Fatulenta & hypochondriaca affectione divexari egregium Patientem, ex scheda, luce meridiana clarius constat, si ventris distensiones, anxietates etiam quandoque molestas, hypochondriorum rugitus, inflationes, flatus & quotidianos, aut saltem frequentes vomitus consideremus, quam & ptyalismus confirmat, qui hæc omnia symptomata præcessit. Ex quoniam dyspepsiam potius quam bradypepsiam prædictis accedere observamus, totiusque corporis temperamentum antehac calidum & humidum; nunc verò ad melancholicum vergens, ideo hypochondriacæ huic affectioni legitimæ melancholicam quoque adjungi, aut præ foribus esse censemus, licet de infueto timore nulla mentio facta fuerit.

In hac autem affectione ventriculum perpetuò lædi, tradidit Gal. 3. illo de Loc. Affect. 7. ex Dioclis sententia, quoniam docet quotidiana experientia; cujus tamen læsio, præsertim calu nostro, non idiopathica sed sympathica potius censetur, unde idem Gal. nos monuit, ut coctione in ventriculo laborante, statim consideremus circumfatas eidem partes, nimirum jecur, lienem, mesenterium, omentum & cæteras, antequam in ventriculum ipsum culpam referamus; sæpius namque fit, & potissimum in hoc affectu semper, ut ventriculus privativè non positivè afficiatur, à circumfuso fervidiori & extraneo tum hepatis, tum hypochondriorum calore, propter obstructions infarctas, à venis lacteis ad mesentericas tandem propagatas, non solum ex cruditatibus; verum & ex crasso sanguine, ut præsentis casu, quo phlogosin sub pyloro adesse putamus, à qua in ventriculi fundum diffunditur calor, coctionibus improporionatus, qui proinde alimenta non concoquens sed corrumpens, in nidorulentam & peregrinam qualitatem convertit, ob quam concoctioni omnino inepta, tanquam onus inutile, etiam à facultate expultrice, ab acido quoadque irritata, per vomitum excernuntur; unde juxta Gal. monitum, sicut anxietas à cibo, ita levamen à vomitu Patienti contingit.

Neque corruptioni huic nidorulentæ adversantur crudæ & viscidæ materiæ, biliosæ atque amarissimæ; quia cujuscunque læsæ ventriculi concoctionis finis & effectus est cruditas; minusque repugnat aciditas, cum plerumque à calore procedat ex Trall. dum invehitur contra Medicos, aciditatem frigiditati perpetuò adscribentes, aceti exemplo adducto. Quoniam & atrabilis acidissima, terram corrodens atque fermentans, licet frigida, calidam tamen, imò exurentem causam, acoris ratione, cognoscit; sic acetum frigiditatem, qua pollet, soli calori debet.

Affectus hic equidem difficilis sanationis est, imò impossibilis, juxta Medicos vulgares, quæ tamen difficultas augetur sæpius à medicis perperam eundem curantibus, & depravatam hujusmodi concoctionem, pro imminuta habentibus, ventriculoque tanquam frigida intemperie positivè laboranti prospicientibus. Attamen, cum recens sit, nec adhuc semestri tempore attigerit, pristinae salutis aliqua, spes concipienda.

Et quidem primò primarum viarum expiatione. Secundo obstructions referatione, Tertio caloris jecoris & hypochondriorum commoderatione. Quarto aliqua, sed levi & cauta ventriculi roboratione. Quibus intentionibus statim satisfacere conandum, remediis Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Diæticis.

Ex Pharmaceutico, Lenita alvo cass. lenit. cum tart. quinque continuis diebus, præparentur cruditates primæ regioni infarctæ, hac ratione. ℞. julap. acet. & aq. rot. citri an. ʒij. pollinis crem. t. s. ʒij. m. pro syr. &

& sic pro aliis. Inde expurgentur præparati humores ita. ℞. syr. ros. solut. mellis ros. solut. mannae electæ an. ℥.ij. aq. flor. citri par. m. f. p. Vel ℞. flor. cal. rec. exr. ℥. f. elect. lenit. discath. an. ℥.ij. m. f. b. quibus superbibat feri depur. ℥.ij. Minc deveniendum ad vias obstructas aperiendas; in quem finem succorum usus aptissimus quidem foret, nisi herbarum ab æstivo fervore humida qualitate atque substantia exhausta, terram induissent; ideo illis substituantur aq. stillat. ex iisdem succis, ita. ℞. aq. stillat. de succo cich. borrag. agrim. an. ℥.ij. tart. vitriol. gr. vj. m. pro syr. & sic pro aliis. A calidioribus enim, magisque exsiccantibus abstinendum; quoniam obstructions jam terreae & exustae sunt; a dulcibus quin etiam, utpotè viscera infantibus, faciliè hilescentibus, & parum, aut nihil phlogosi accommodatis. Sequenti verò die, summo manè, præbeat cassia ad ℥.ij. cui hora post superbibat jus endivia & malva alteratum, tribusque horis ab eo prandeat; atque ita pergendum xx. dies, in alternato usu aquarum præscriptarum, & cassiæ.

Quibus transactis, serum copiosum, ad ℔.v. vel v. tribus, aut quatuor vicibus, tertio quoque die, erit exhibendum, cum vehiculo dejectorio syr. ros. solut. aut mannae clarif. ut phlogosis, & jecoris atque hypochondriorum æstus contemperetur. Lac verò asinum ab his omnino ad 40. dies exhibendum, ut corruptioni nidorosa, remissio calore, contrarium. Quibus addi quoque possit Balneum aq. dulcis, si illud anni tempus admitteret. Substituatur igitur epithema jecoris, ex succo cichi, addito succo lim. & aceto ros. prout & toti abdomini, ipsique ventriculo illitus quotidiani, unguento ros. Mef. conveniunt.

Tandem ventriculus roborari poterit, statim à cibo, deglutitis duobus aut tribus granis mastice. integris, vel pil. ex ℥.j. succi absinth. condensati.

Victus autem ratio sit accurata, humectans, parum calefaciens, optimi succi, facilis concoctionis, memoria recolendo quod Gal. incipientes hos affectus euchymo victu humectante, & B. lino, curare & sanare consuevit. Comotationes, comestiones intempestivas evitet. Ab applicationibus animum avertat, amicorum conversationes quærat, & alacri animo vivat. *Idem ibidem.*

Hypochondriaca Affectio.

FLatulento affectu, sive hypochondriaco teneri Adm. Rever. Pat., adeò manifestum est, ut probatione opus non sit, licet dubitari possit, num huic melancholica quoque accedat affectio; cum in eo non adsint perpetuè signa pathognomica, timor & moeror, melancholice genuini characteres, quandoque tamen nimis sollicitus sit de rebus propriis, & de sanitate potissimum, cujus causa morosum quodammodo se exhibeat. Obstructiones autem, mesenterii potissimum, mox & lienis, sunt hujusmodi affectus causa; quæ utpote inductæ non à sanguine crasso & melancholico in venis sub pyloro, verum à viscida crassaque materia in ventriculo genita, & temporis processu à jecore exsiccata, in dictis locis stabulante, non veram & leguimam melancholiam hypochondriacam; verum potius hypochondriacum affectum producere; qui licet ex se insanabilis non sit, prout vera melancholia hypochondriaca confirmata; attamen quia & confirmatus, & in senè, solam imminutionem & remissionem, & à graviori malo præsertim admissurus est, idoneo anni tempore leniter & per epicrasin evacuando, calidis & humidis alterando, levioribus deobstruendo; & tandem ventriculi robur conservando, & Jecoris fervorem contemperando.

Alvo itaque lenita, libenter venam sinistri cubiti gunderem, & ad ℥.vi. circiter sanguinem educerè. Præ-

terea evacuatio hæmorrhoidalis semper profuisse observata est, prout & cauterium in coxa sinistra.

Leniatur autem alvus si. cal. lenit. & crem. tart. Præparatio fiat quinque dies tali syr. ℞. julap. acet. alterati cortic. citri ℥.iii. aq. cinnam. ℥.i. m. pro una vice, & sic pro aliis.

Expurgentur humores præscripto medicamento, addito ℥i. spec. hieræ, à quo tamen hora post bibat Patientis jusculum hordeo alteratum. Secunda præparatio peragenda julap. acet. syr. de succo borrag. de pomis, de ibisco, cum decoct. cichor. borrag. endiv. melis. malv. cetrach. quam hujusmodi sequatur expurgatio. ℞. elect. lenit. ℥.ij. pil. de trib. cum rhab. ℥.j. m. ref. b. quibus hora post superbibat ib. i. feri depur. & tribus post horis prandeat. Post hæc leniter tali pacto deobstruendum; infundatur per horas xii. ℥i. rhaharb. opt. in jure alterato borrag. malv. & cort. citri, quod assumat Nobil. Pat. in aurora; sicque quotidie xv. aut xx. dies; quo medicamento ad vias urinæ vergente, ei addi poterit syr. de succo limon. ad ℥.ii. Post hæc peropportunos erit usus lactis asinini, vel caprini; sicut & balneum aquæ dulcis, calidioribus temporibus usurpandum.

Congrua victus ratio jam dictis intentionibus proportionè respondere debet; & interim ventriculo ceratum ex sola mastice & cera apponatur, & à cœna absinthium sumat; vel ad status discutiendos confect. anif. fœniculi, cinnam. nec ultra. Familiarem verò habebit cassiam, ad ℥.iii. vel iij. vitatis potissimum nimis calefacientibus & exsiccantibus; atque alacriter vivat. *Idem ibidem.*

Affectio Hypochondriaca.

Hypochondriaco Affectu detineri Nob. Virum pro comperto habendum, statibus enim abundant ipsius hypochondria, à quibus exhalationes sursum afferuntur, caput gravantes, & spiritus quodammodo perturbantes; quæ per arterias cor petentes, tremorem ejus lem & animi consternationem inducunt. Accedit præterea æstus circa præcordia, & præsertim in ventriculo, insignis ab eodem perceptus, qui duabus vel tribus horis ab assumpto cibo magis invalescit, tum quia nativus calor ad coctiones obeundas tunc temporis eo confluit, & potissimum noctu, eodem in lecto decumbente; tum quia difficilis redditur ipsius chyli effluxus, ut notavit Gal. qui ideo dicebat, quod, *Plus calor inest illis venis quæ alimentum à ventriculo excipiunt.* Sed præterea obstructions quoque tactui in illa regione manifestæ percipiuntur, quæ præmam duxerunt originem à cruditatibus in ventriculo genitis, ob distractionem nativi caloris ab eodem, propter insignes animi curas & studia; quæ tamen, temporis processu, à jecoris calore exsiccata & terrea reddita; non vaporum sed exhalationum minera factæ fuerunt, à quibus jam dicta omnia symptomata promanant; quæ quoniam nonnihil naturam melancholicam redolere videntur, ut ex spirituum animalium obtenebratione, cordis tremore, atque consternatione facile colligere est, ideo sanguinis quoque in ramis mesentericis conclusi aliquam aduptionem adesse, jure merito statui potest; quæ tamen melancholica accidentia gravia adeò non sunt, ut à toto consensum admittant.

Verum ne hic affectus gravius invalescat, prout tribus abhinc annis semper observavit Nob. Pat. ad nos confugit; si quidem confirmatus medentis manum respuit. Quare commodiori statui adipiscendo, curatio erit in præsens à nobis instituenda; Autumni vero tempore peragenda, ut postmodum futuro Vere altera pariter à nobis præscribenda, affectus funditus extirpetur.

Itaque primo Ventriculus & intestina excrementis mundanda. Secundo obstructions aperiendæ. Tertio jecoris

jecoris calida intemperies corrigenda. Quarto & ultimo partes affectæ roborandæ.

Et à Chirurgico fonte repetita defumenda sanguinis mittio, ex jecoraria dextera nimirum, & ex venis sedalibus, hirudinibus applicitis, conveniunt præterea omnia genera revulsionum, & potissimum ante cœnam lotiones pedum aqua calente. Cauteria verò mittimus, tanquam remedium exosum, nec à morbi magnitudine indicatum.

Ex Pharmaceutico penu depromenda Lenientia, ex syr. ros. solur. & de polyp. Inde præparandi crudi humores, in primis viis forsan stabulantes, julap. acet. ad ℥iij. cortic. citr. aut cinnam. aromatiz. quinque verò post diebus repetatur evacuatio jam præscripto medicamento. Inde ad aperientia erit deveniendum, quæ ita parari poterunt. ℞. succ. dep. cich. borrag. an. ℥i. f. decoct. cich. borrag. malv. endivia, agrim. ℥iij. tart. vitriol. gr. vi. m. pro syr. & sic pro aliis septem. Quibus succedat evacuatio, ita tentanda. ℞. rhab. opt. maturi ℥i. f. sol. fennæ rec. ℥ii. cinnam. integri ℥i. aq. agrim. q. l. m. f. inf. per hor. 12. & facta express. colat. adde syr. ros. solut. ℥iij. de polyp. ℥ii. aq. flor. citri par. m. f. p. b. & tribus horis ab ea, bibat seri capr. aut asin. depur. ℔iij. duabus verò post horis, prandeat.

Ita fat quidem corpus expurgatum esse poterit, licet non omnino obstructions expeditæ, spatio enim trium annorum firmæ atque rebelles redditæ sunt. Quare quindecim dies infra scripto ordine procedat. Postero die ab assumpto medicamento sumat hunc syrup. ℞. succ. depur. cich. borrag. agrim. an. ℥i. decoct. cich. borrag. malv. end. pentaphylli ℥iij. m. pro syr. Die vero sequenti summo mane, quatuor saltem horis ante cibum sumat rhab. hac formula. ℞. rhab. optimi ℥i. flor. cas. rec. ℥ii. m. f. bol. & hora una ab iis, bibat libram seri asin. depur. tribus verò horis ab eo, prandeat, & interim hoc tempore corpus exerceat, mox die sequenti sumat succos jam dictos eodem modo, & rursus altera die rhab. cum sero, prædicto modo, his sic alternatis usque ad dies 15. vel 20. Quibus exactis ad corrigendum hypochondriorum & jecoris fervorem, totidem dies bibat mane cyathum aq. de succo cich. destill. cum conserva de acido citri, vel syr. de succo lim. quibus autumnalis purgatio perficietur.

Verum jam dictis addenda congrua victus ratio, abstinendo omnino à carne bubula, suilla, à Caseo, leguminibus, leganis, condimentis aromatum, alliis, cæparum, agrestæ, aurantiorum, aceti, à vinis generosis, dulcibus, & austeris. Vinum autem sit tenuis potius substantiæ, non tamen adeo aquosum. Somnus conceditur consuetus. Exercitium fiat ante cibum. Ab intensioribus studiis, quantum fieri potest, abstineat, & potissimum ab assumpto cibo, ac tandem hilaritati studeat. *idem ibidem.*

Hypochondriacus Affectus.

Præsens affectus, de quo potissimum conqueritur Adm. Reverend. Pat. hypochondriacus omnino est, licet non adeo certo indicio melancholicam ei adjungi ex scheda colligere possim, cum de timore, mœrore, sollicitudinibus, & aliis hujusmodi melancholicis symptomatibus nulla fiat mentio. Et quanquam difficultas in operationibus jam eidem frequenter molesta fuerit, hæc tamen postea Chinæ decocto remissa, in præsens ope medica non indiget. Tensiones verò utriusque hypochondrii, & potissimum sinistri, hypochondriacæ affectionis mineram prodant, ubi obstructions saltem, nisi tumores delitescunt, ab humoribus scilicet crudis atque pituitosis, ex imperfecta ventriculi coctione olim progenitis, qui diutius conclusi in venis, non

modo eorundem viscerum, verum & ipsis lacteis, à calore jecoris & circumpositarum partium exsiccati, crassam & adustam conditionem adepti sunt, à quibus elevatæ exhalationes fuliginosæ, septum distendentes pectoris angustiam, à liene verò per arterias, & potissimum à venis lacteis per ductum thoracicum in cor se insinuantes, cordis tremorem, & legitimam aliquando palpitationem inducere solent. Et quoniam ex prædictis hypochondriorum inculcatis humoribus, calor natus intensior necessario fit, qui concoctionibus improporionatus ventriculum afficit, & coctiones turbat, hinc est, quod nova gignitur semper cruditatum soboles, & pituitosæ materiæ, quæ licet frigida, calori tamen sui ortum debet.

Quare Patienti Adm. Reverendo ut succurratur, auferendæ obstructions, inde visceribus torrefactis aliquod refrigerium conciliandum, quæ ut præstari possint, primæ viæ & viscerum cava prius mundanda.

Quod licet apud nos operosum, sicut aliis impossibile forsan videretur, attamen id nos consequi posse speramus. Quanquam non hac unica, verum & aliis repetitis expurgationibus, accommodatis temporibus tentandis.

Pro præsentem autem medicatione, sanguis educi debet ex jecoraria sinistra, moderata quantitate, ut id præsidium repeti possit, aut ex hæmorrhoidibus, aut ex saphena sinistra. Cauterium item lævæ coxæ in usum prodesse poterit.

Pharmaceutica remedia quod attinet, leniatur alvus cas. & lenit. cum crem. tart. aut syr. ros. solut. cum lenit. Inde præparandi humores, in ventriculo stabulantes julap. acet. cort. citri, & cinnam. aromatizato, ad ℥iij. exhibitis ab eo ℥ii. aut iii. crem. tart. in paucis diebus dissoluti, quinque dies. Mox leniente præscripto molienda evacuatio, ut secunda succedat validior, non tamen validissima præparatio, succis potius depur. quam syr. dulcibus Officialibus, succo scilicet cich. borrag. & fumarie an. ℥i. in jure alterato cich. borrag. endivia, malvis, agrim. fumarie, scolopendrio. Qua sequuta septem aut octo dies præparatione, fiat expurgatio elect. lenit. & pil. de tribus cum rhab. Vel infus. rhab. agar. sen. addito syr. ros. sol. & ab eo epoto sero asinino depur. aut capr. ad arcendam à medicamento exsiccationem.

Tandem ad validiora deobstruentia deveniendum, non tamen valde calefacientia, aut exsiccantia. Parari itaque poterit bolus ex ℥i. extracti rhab. & ℥ss. tart. vitriolati, epoto ab eo, integro cyatho aq. stillatiæ cich. & agrim. sequenti verò die præbeat cassia ad ℥ii. cum jure cich. & aperientibus præscriptis alterato. Tertia, rursus præbeat bolus cum aquis, sic alternato eorum usu ad quindecim saltem dies.

Neque hac vice ad validiora descenderem, sed post hæc ad usum lactis asinini Reverendis. Pat. perducerem, triginta aut quadraginta dies, recte & ritè administrandi, hoc enim exsiccatas humorum reliquias humefacere (qua ratione deobstruens evadet) & hypochondriorum, atque viscerum calorem egregiè contemperare poterit, nec coagulari, cum butyrofa & caseosa substantia careat, neque post reseratas & attenuatas obstructions corruptionis adeo facile periculum subibit, cujus tamen usus si forsan à catarrhi præsentia prohibeatur, succus borrag. depur. ad ℥iij. in jure borrag. malv. & melissæ illi substituatur.

Autumno verò proximè futuro nova, sed leviori peracta expurgatione, ad usum Croci Martis aperitivi cum acido sulphuris præparati deveniri poterit.

Interim congrua vivendi ratio, calefaciens & humectans adhibeatur, quæ quoniam à Reverendo Patiente potissimum exoptatur, ideo paucis hanc habeat, Non incolat loca paludosa.

Non vescatur carne bubula, caprina, leporina, annoferum animalium, fumo aut sale condita.

Abstineat pariter à piscibus paludosis & squamis carens.

carentibus, atque ostreaceis. A leguminibus, brassica, caseo, laganis, ab acidis omnibus, sicut & à nimis dulcibus. A vini generosi potu. Item à nimis vigiliis.

Exercitia sint moderata & ante cibum. Alvus lubrica servetur jusculis malva alteratis, & usu paucioris cassiæ cum cibo, ac tandem moderatè fluidus incubat, & hilarem se præbeat. *Idem ibidem.*

Hypochondriaca Affectio.

Licet de statu Mulieris hujus Nob. exactum ferre iudicium, non adeo facile sit, ac proinde difficile etiam medelam illi afferre, nihilominus quoniam accuratè observationi, & doctissimæ historiæ ad nos transmissæ fidem adhibere possumus, ideo & nostris præscriptis Nob. Pat. nos profuturos speramus.

Ex enarrata itaque Pat. corporis dispositione, calidissimo temperamento, habitu gracili, agilitate ad actiones obeundas, ingenio excitato, ætate consistenti, nec non ex prægressis vigiliis, calidos non solum, verum & siccos, atque exultos humores in ipsa necessario redundare concludimus, & facili affectu hypochondriaco, ac forsan etiam melancholico detineri, quo, quoniam arteriæ omnes, tum ob vehementem æstum, tum propter compressionem arteriæ magnæ immodicè pulsare soleat, & potissimum per horas ab assumpto cibo, vel à corporis motu, ideo horarum tunc spatio quoque falsò febricitare se credit, cum tamen nulla sit febris, quæ trium, aut quatuor horis omnino cedat; licet febricula lenta putrida laborare possit, Adstanti Excellentissimo credendum sit, à crudis humoribus, bili commixtis, & in sede ignobili, circa mesenterii nempè regionem putrescentibus, orta, cui num fixa & habitualis accedat, non parum ambigimus, tum quia putrida præfens iudicium intercipit, tum quia corporis macies ad sanguinem fervidum, & prægressas vigiliis commodè referri potest, prout sudores importuni, & inordinati, tum à ferocitatibus melancholicis, tum à liquatis cruditatibus ab intenso calore originem ducere possunt: quæ veritas ut insuper magis elucescat, diligenti, frequenti, atque continua medici præsentis observatione eget: cujus tamen si primus gradus statuatur, licet non adesset, Nobili Patienti quammaximè prodesse, neque quicquam obesse poterit.

Status hujusce Patientis perniciem quidem minaretur, tabem nimirum, nisi eidem obviaret medica manus, levioribus febriculam putridam extinguendo, hypochondriorum æstum, & jecoris fervorem contemperando, totumque corpus substantiè humectando, atque nutriendo.

Atque adeò si menstrua imminutè procederent, sapientia tumidi posset, ad mentes revocandos, & venarum ventilationem procurandam, cui alioquin salvatella substituenda, parè tamen sanguine educto.

Pharmaceutica verò remedia hoc ordine administranda censemus, ut primò assumat cassiæ ℥iij. summo mane, & exacta hora bibat seri capr. depur. ℥j. tribus verò horis ab assumpto sero, cibus exhibeatur, & postridie sumat succos depur. eich. borrag. & end. ad ℥iij. in jure eich. borrag. endivia, malvis, violis alterato, tribus, aut quatuor horis ante cibum. A quibus somnus erit semper permittendus, inò sollicitandus. Et si sero placuerit addere julap. violac. optimo certè consilio id fiet. Horum verò alternato usu insistendum, ad viginti dies, atque interim frequentes sint clysteres ex lacte, butyro, & saccharo, cum quotidianis ventris inunctionibus ung. ros. Mes. sicut totius oleo amygdal. addito quoque viol. manantibus sudoribus.

Inde ad lactis asini usum erit deveniendum, incipiendo ab ℥v. cum semi cochleari sacchari fini, & progressu facto ad ℥x. cum integro sacchari cochleari.

Interim si ambientis calor faveret, Balneum aquæ dulcis instituendum foret, alterata malv. viol. lactuc. salice, tepidum primò, & sub finem gelidum.

Quibus omnibus congrua victus ratio addenda, refrigerans, & humectans, ac valdè nutriens, facilis tamen coctionis, & distributionis, qualia sunt ova recentia, cibaria ex lacte parata, pulli juniores, caro hœdina. Prima mensa forbeat de more jus endivia, aut malvis alteratum. Somnus procuretor usu panis martii à cœna, parati ex libra amygdalarum dulcium, & uncia una sem. papav. albi cum saccharo, cujus dosis sit ad ℥ij. vel iij. Sic tempora, & futura coronalis inungantur oleo nenuph. Clysteres sint in usu ex lacte, butyro, & saccharo, & erecto, atque alacri animo vivat. Quæ prudentiæ Viri Excellentiss. suggerenda habui, pro præsentis Nob. Mulieris statu. Interim si fortè nova emerferiat, novo consilio erit opus. *Idem ibidem.*

Hypochondriaca Affectio.

Exactissime à perillustri, & Excell. Viro nobis Nobiliss. Patiens hypochondriaca describitur, non sine suspitione melancholicæ affectionis, dolor enim gravans in inferna ventriculi parte, circa pylorum, flatus circa mesenterium & per hypochondria hinc inde vagantes, anxietas à cibo, levamen à vomitu, qui esse solet copiosæ materiæ, acidæ, atræ, & nonnunquam amaræ, cum siti, est omnium symptomatum syndromè à Diocle descripta, hypochondriacam affectionem omnino significans, quæ quidem dari potest etiam, sed raro, absque melancholia, quam tamen in præfens adesse credimus, dum ætas, temperamentum & habitus corporis eandem attestari videntur, præterquam quod totius corporis macies insuea melancholicis familiaris esse solet, & faciliè etiam palam fiet mœor & timor, obscurus saltem, cum morositate quadam, sicuti certo abdomen contrectanti arteriæ magnæ pulsatio percipietur. Juges autem cruditates, tum ab imbecillo ventriculo, tum ab objecto improporcionado genitæ, atque à fervore jecoris attractæ, in mesenterio potissimum & visceribus, in obstructions converte sedem habent, à quibus quoniam calori nativo libera prohibetur transpiratio, aliqua putredo suscitatur & febricula, calor verò ipse intensior factus phlogosin excitat, corruptioni potius quàm coctioni ciborum idoneam, coctio enim non à quolibet, sed à moderato calore perficitur, hinc sequitur depravata potius quàm imminuta concoctio, corruptum namque quotidianum alimentum & in peregrinam conversum qualitatem, perfectiorem concoctionem non admittit, atque adeo tanquam pondus inutile à natura quotidie per vomitum excernitur, ad quam corruptionem non parum quietiam concurrunt portio acidæ & melancholicæ materiæ, quæ facillimè à liene per vas breve in ventriculum influit, & os ejusdem acrius vellicando aut lancinando, lipothymiam inducit, chylo autem commiscetur, eidemque aciditatem impertitur, hinc deficiens nutritio & totius macies. Obstructions verò, quas diximus in Mesenterio certissimè delitescere, ex cruditatibus in ventriculo genitis, siccitatem & adustionem contraxerunt, dum temporis processu à jecoris fervore, absumpta earum parte humidiorè in terrestrem & melancholicam naturam sunt conversæ, unde alvus sicca, ructus & flatus dolentes, qui rebus calidis solent ingravescere, quia exhalationum potius, quàm vaporum naturæ sunt participes, quod plerisque Medicorum erroris causa esse solet. Quare ex jam dictis patet calorem, majori parte concurrere ad omnia mala in Illustrissima Matrone procreanda, cujus immoderationem prodit arenularum productio, cum urinæ acrimonia & pruritu ac pustulis in cutem eruipen-

erumpentibus. Fufius autem quam pro more hæc omnia descripfimus, cum ab his defumi debeat curandi ratio.

Statim itaque horum omnium remiffio, fi non perfecta fanatio, procuranda, ne ad tabem tranfitu facto, Pat. confumpta tandem pereat. Totius itaque levis & diligens molienda purgatio, à fortioribus enim irritatur hujusmodi affectus, & graviora parit symptomata, ut notavit etiam Plato in Timæo, præterquam quod valida attrahunt à circumferentia ad centrum. Caloris verò p. n. contemperatio tentanda, tum obftrictiones aperiendo, tum refrigerando. Flatus quoque difcutiendi, non quidem valde caloricis, ut plerique faciunt, fed humidioribus blandè calefacientibus, calorque tandem ipfius Ventriculi fovendus & roborandus, totum inftaurandum, & vires non folum fovendæ fed & augendæ.

Venæ autem feftio prohibetur à virium defectu, ob continuas moleftias & alimenti inopiam. Quare licet melancholico humore in toto redundante, hæc in præfentiarum omittenda, & fubftituenda aliqua fanguinis educio, à Viro Excell. propofita, ex venis fedalibus, quoniam, *Melancholicis si varices, aut hamorrhoides superveniant bonum*, ficuti etiam renum vitio laborantibus, imo maximum & potiffimum fore præfidium fero, fi quolibet mense proledeatur natura, duabus vel tribus hirudinibus fedè appofitis, cum levi tamen fanguinis effufione, fovendo illam partem ferè quotidie infumigio aquæ tepidæ ex sella, dum excernendis facibus defidet. Propofitum etiam cauterium in inferiori parte laudamus.

Blanda autem fint solventia, ut caps. cum lenit. epoto ab his jure hordeo, & cort. citri alterato. Alterantia humectantia conflent, cichor. borrag. intybo, malvis, violis, hordeo, & paffulis, cum julap. viol. fyr. de pomis, apus & fyr. de ibifco. Interim quarto quoque die affumat Caffiæ ʒiii. cum bibo, & emollientibus clyfteribus utatur. Preparazione peracta, evacuanda erit materia Lenit. cum tantillo rhab. opt. exhibito hora post cyatho feri capr. præp. Post hæc repetenda præparatio, ut humectentur & emolliantur humores exficcati & melancholici, quod melius quam dicto modo præfari non potest ut poftea jam dicta repetatur purgatio. Hoc verò tempore laudari folent aquæ Tertiac. quas tamen, ut nimis exficantes, reprobamus, quibus extrinfecus opportunius erit fillicidium ventriculi calefaciens & humectans, ficcitas enim à ventriculo & inferioribus partibus quantum fieri potest, arceada, dicebat enim Gal. quod oportet fubstantiam ventriculi elle pinguem, benè compactam & carnofam, ut perfectæ fequantur coctiones. Sit itaque ex oleis potius quam aquis. Quod fi tunc etiam perferant obftrictiones, rhab. exhiberi poterit mandendum cum paffulis, epoto ab eo jure alterato cich. aut intybo, fpatio 15. aut 20. dierum, quæ fi leves fuperflues fuerint, hæc capr. audacter exhiberi poterit 20. 30. aut 40. dies, fi facilè toleretur. Interim, fi quidem æftivum tempus accedet, quo ad Balneum aquæ dulcis, tantoperè à Gal. commendatum, descendere poterimus. Et licet exhalationum caufa ablata, flatus ipfi diffoluti fuerint, attamen aliquando uti poterit aliqua confect. aromat. ros. vel ex pulv. Saffiæ, vel ex oleis aniforum, citri, cinnam. A frequentioribus exficantibus abftinere optimum cenfemus, namque temporis fpatio, poftea conferre poterunt fil menthæ ad gr. x. cum conf. abfynth. pontici, vel fal abfynth. cum conf. borrag.

Victus ratio jam dictis proportione respondeat. Attendant autem corpus vigiles miferabile curæ, alacriter ideo vivat, præcè bibat vinum album, tenne, in quo aurum ignitum extingatur. Comedat carnes non recentes, cum Hipp. & juvenes, imo cortufas pulli. Ova recentia & panatellas facilis concoquet, & melius cremorem ptifanæ cum lacte amygd. à Feruel.

Tom. I.

in hujusmodi cafibus commendatum, qui doloribus quia etiam proderit. Alvus lubrica fervetur lenit. aut caffia, cum tantillo diarrhod. Quæ omnia, ut optatum finem confequantur. Deum enim oramus. *Id. ibidem.*

Affectio Hypochondriaca.

Illuftris. ac Reverendis. Virum affectu hypochondriaco, eoque illegitimo, circa melancholicam affectionem, laborare, optime judicatum fuit, utpote qui non in pylori, fed distantioribus Mefenterii, potiffimum verò Lienis venis mineram habeat, obftrictiones fcilicet ab humorum miftura progenitas, ex inæquali vifcerum intemperie. Iuges etenim cruditates ab eadem in Viro Illuftriff. genitæ, quæ antehac ad venas, & inde cum fanguine ad articulos, per modum abfcelfus, à natura, graviori malo præcavendo, tranfmiffæ podagricos dolores excitant, cum Autumno proximè præterito, vel ob expultricis imbecillitatem, vel ob vifcidæ materiæ contumaciam, in primis viis circa vifcera hæferint, prohibita tranfpiratione propter obftrictiones ab iisdem excitatas, putredine concepta, febriculam effentialem, fed leviozem, tum ob materiæ, tum ob loci conditionem induxerunt, & quidem inordinatam, ob materiæ varietatem. Et quoniam tunc temporis materiam educam fuisse non audio, ideo à febrili calore, & ab hypochondriorum æftu quodammodo affata & exufta, firmas produxit obftrictiones, in Mefenterium & Lienem propagatas, quas licet natura tentet in halitus diffolvere, difficilis tamen fequitur eorum refolutio ac diffipatio, unde varias cavitates diftendendo, & potiffimum vafa splenica, Mefenterica, nec non Omenti interfiftium, continuum folvendo dolores excitant, non folum diftendentes, verum & lancinantes, ob harum exhalationum acrem & acidam naturam. Verum quoniam nonnunquam ad ventriculum attolluntur, ideo & in ipfius fundo dolores percipiuntur, qui à cibo fedantur, à cibis intercepta fuliginofa illa exhalatione, quæ fi quandoque tunicis & ori fuperno ejufdem ventriculi adhæret, angorem & moleftam adeo inquietudinem excitat, ut Viro Illuftris. nocte furgere cogat. Interim, ab iisdem occlufis viis, jecoris calida intemperies per accidens fervidior reddita, biliofi humoris proventum uberiorem producit, non tamen ufque adeo, ut Icteria induci, fed ut faltem maffa fanguinea, coïnquinata, totius color depravari poffit. Nec mirum quod naturali œconomia eversa, Illuftris. Pat. nihilominus bene fe habeat ad oblata, cum ab acido humore, ex fplene ad ventriculum effulo, id fieri conflæt, prout fuim intensiorem tempore concoctionis, à calore præter naturam circa cibum agente accendi, à quo aciditatem quoque fieri opinor, quo modo docet Trall. & experientia demonftrat, vinum æftivo tempore, & potiffimum fub radiis folaribus acfcere, non enim perpetuo aciditatem frigiditatis fobolem elle exiftimandum, ficut arteriæ magnæ pulfatio, obftrictorum & æftuantium hypochondriorum propria elle folet.

Quod autem affectus hic difficilis fit folutionis, nobis fatis fignificare potest humorum peccantium exufta natura, & loci conditio, etenim multo facilius eft exficcare humidum, quam humectare ficcum, nec adeo facilis aut copiofa nobis fuppetit aperiendum & non exficantium filva, cum tamen aperiendi indicatio huic affectui tollendo potiffima fit, fi enim habitualis evaderet earum partium intemperies, in hydropem ficcum facile firmari poffet. Verum quoniam opportuna fuerunt adhibita remedia, & opportuniffima fuperfunt adhibenda, ideo non modo fanitatem confequi, verum & diuturnitatem nos intercipere poffe, fperare juvat.

In quem finem, humoribus antecedentibus evacuatis, obftru-

C

obftru-

obstructiones calefacientib. & humectantibus referandæ, & per epicrasin benignioribus medicamentis educendæ, hypochondriorum & jecoris fervor contemperandus, habita aliqua ventriculi ratione, sed cautè, cum ejus frigiditas privativa potius quam positiva censenda sit.

Et in fonte Chirurgico, ad contemperandum hypochondriorum æstum, ad obstructiones rebelles expurgandas, alicujus portionis sanguinis crassi educationi, ex secta vena in latere sinistro, & potius brachii, quam manus, ego quoque subscribo.

Ex fonte Pharmaceutico de promenda Lenientia, Præparantia, Purgantia, Deobstruentia, Contemperantia, status Discutientia, & viscera Corroborantia, Cardiacis non omittis. Lenientia omitto, cum fuerint jam administrata, sicut & prima præparantia, valde enim leve debet esse purgans, tum quia humores purgandi in primis viis hæreat, tum quia calor à validiori adaugeretur, & humores à remotioribus partibus ad locos affectos attraherentur. Quare purgans non excedat Pil. de trib. modica dosi, cum Cassia aut Lenit. epoto ab his quineriam jure hordeo vel malvis alterato. Pro secunda & accuratiori præparatione, ego libenter à syr. dalc. saccharitis & mellitis, sicut & à valde acidis abstinco, cum illi insilent viscera & æstum augeant, atque hæc humoribus fermentationem inducant. Quare præbeantur succi depur. borrag. end. & pom. dulc. ad ℥iij. in jure alterato malv. borrag. cich. rad. pentaph. & petrosel. Sequenti verò die præbeatur. Rhab. ad ℥j. vel summum ad ℥l. cum Cass. ad ℥iij. bolos reformando, à quibus hora post bibat Illust. Vir jus alteratum supra propositum, & tribus horis ab eo prandeat, atque ita hoc ordine alternato pluribus diebus, ut simul & præparationem & humorum evacuationem consequamur. Quod si pertinaces observentur obstructiones, nec cedat affectus, ad validiora erit progrediendum, ab anni tempore tamen permitti. Quare convenientissimus erit usus syr. Fernel. addito rhab. qui quotidie ad ℥j. in semicyatho vini albi tenuis exhiberi solet, ad 12. dies, vel ejus loco, præbeatur bolus ex ℥i. extr. de rhab. & ℥l. Tart. Vitriol. epoto ab ejus usu, exacta hora, pleno cyatho aq. agrim. stillat. idque ut supra, per plures dies.

Hoc vero tempore, fervor jecoris & hypochondriorum contemperandus venit, quod commodè præstari poterit sero capr. aut Asin. destill. à Viro Excell. proposito plurimis diebus, matutino tempore exhibitio, addito syr. de succo lim. ut ad urinæ vias perducatur. Et quoniam dixi frigiditatem ventriculi privativam potius, ex calore circumstantium viscerum & siccitate excitatam, quam positivam esse, ideo parum de ventriculo sollicitus essem contentus solis rotulis bis aut ter in die assumendis, cum aromatizatione gaudeat, quibus etiam status attenuari & dissipari possint, præstantissimæ autem erunt ex gutt. ol. cinnam. cum sacch. aq. cinnam. dissoluto, quod tamen oleum si præstò non fuerit, utpote paratu difficile, substituatur ol. de cort. citr. Cardisca quoque aliquando usurpanda, pulveribus tamen & terris dimissis, tanquam obstructiones augentibus, & potius aq. aliqua tot. Cit. Scorzon. Card. Sax. erit in usum ducenda.

Quibus omnibus congrua victus ratio erit addenda, notiss. à Viro Excell. cujus prudentis. directioni & administrationi lubens omnia committo. *Idem ibidem.*

Hypochondriaca Affectio.

Naturalis proclivitas Illustris. Adolefc. ad hypochondriacam affectionem, ab utero matris contracta, facilem reddidit in eandem lapsum, ob cruditates genitas, tum à consumptione spirituum, & distractione nativi caloris, ex immoderatis & importunis stu-

diis, tum ab improprietatis cibis quadragesimalibus, unde obstructiones diurnæ in Mesenterio atque Lienæ procreatae fuerunt, quæ à jecoris fervore exsiccatae, ac terreae redditæ, hypochondriacam affectionem inducere potuerunt, illegitimam tamen, cum non adfit sub Pyloro phlogosis, sed in interioribus venis sedem habeant. Calor autem hypochondriorum ab infarctu aductus, & una cum jecoris fervore in ventriculum diffusus, coctiones perturbat, & elixationis loco assationem cibis inurit, sicque difficilis non solum, verum & depravata sequitur eorundem concoctio, molestiæ, anxietatis, atque gravitatis, quatuor horis ab assumpto cibo, in ventriculo causa.

Quibus omnibus statim occurrendum, antequam obstructiones altiores agant radices atque obdurescant, tunc enim non solum eadem curationis difficilis redduntur, verum & sibi comitem asciscunt melancholicam hypochondriacam, dum à calore hypochondriorum & jecoris aducto torrefit sanguis, in quo prudentia consistit, & à quo melancholico reddito, spiritus animales per consensum inficiuntur, atque tandem depravatè operantur.

Speranda itaque hujus affectus, utpote non inveterati, salus, si Patiens Nobiliss. præceptis Medicis obtemperabit, nec liberiori vivendi norma morbum fovebit.

In quem finem, nostrum erit primas vias evacuare. Secundo obstructiones ut siccas respicere, & humectantibus præparare, aperire, & per epicrasin evacuare. Tertio hypochondriorum & jecoris calorem contemperare. Et tandem parumper ventriculum per consensum & privativè læsum roborare.

Quibus intentionibus ut satisfaciamus, venæ sectioni subscribimus, ex Iecoraria dextera, præsentè Medico, etiam si is effluerit niger, sex detractis uncias, suppressendus, & mox ex brachio sinistro secunda vice erit educendus, si vero non adeo niger, ad octo uncias effluere permittatur, unica namque eductio sufficit. Venæ autem sedales in pueris & adolescentibus, ut exiles, necdum à melancholico sanguine dilatatae, si aperiantur, parum crassi sanguinis effundere solent.

Ex Pharmacia reliqua desumenda remedia. Ita approbamus propositum leniens, cui succedat præparatio quinque dies Julap. acet. cortic. Citri aromatizato, ad ℥iij. addito Tart. poline ad ℥iij. Inde præbeatur Minorativum medicamentum propositum, cui superbibat Patiens Serum Capr. depur. ad libram saltem, Mox, ut reliquæ expleantur intentiones propositæ, opportunissimus erit usus Rhab. & succorum aperientium atque emollientium, ita præscribendus, ut sequenti die ab assumpto medicamento, assumat succos depur. cich. borrag. & agrim. ad ℥iij. in jure alterato borrag. end. Malv. lupul. & asparagis, die vero sequenti parentur boli duo, ex ℥l. Rhab. opt. & flor. Cass. confecti, à quibus exacta hora, bibat Nob. Adolefc. cyathum, aut Seri depur. aut aquæ cich. & borrag. & tribus horis ab ea prandeat, sicque alternatim succos & Rhab. sumere persillat, saltem ad 20. dies, ab his enim & emollientem, & reserantem, & evacuationem consequi dabitur. Interim totum abdomen quotidie Ung. Ros. Mes. illini poterit. Quibus peractis, ut postremæ intentioni satisfiat, ad usum lactis asin. nã perducatur, qui utpote serosus & substantia carens tum caseosa tum butyrofa, reliquias obstructionum pertinaces atque exsiccatas emollire & expedire poterit, atque interim jecoris & venarum calorem remittere, nec verendum de ejus corruptione, cum phlogosis in pyloro nulla sit. Atque hoc eodem tempore balneum quotidianum totius corporis parabitur ex Aqua dulci, foliis malv. viol. salic. & nenuph. alterata, ut duobus his remediis, interno altero, altero externo, jecoris hypochondriorum & totius corporis calor contemperari possit, totiusque habitus substantificè humectari. Et licet de ventriculo roborando parum sollicitos nos esse

esse deceat, nihil minus aliquam, sed cautè eidem roborationem conciliare possumus, præbendo statim ab assumpto cibo duo grana Mastiches integra devoranda, vel pil. ex ʒj. Succis Absint. condensati confectam, vel gr. x. salis absint. aut menthæ in pauco vino dissoluta, hæc enim hoc modo & tempore sumpta. non adeo facile rursus hypochondriorum & Jecori. fervorem accendere poterunt.

Quibus omnibus, & præ omnibus congrua victus ratio erit addenda, jam dictis intentionib. proportionata, sine qua irrita omnia, quæ ab Excellentis. ac Sapientis. Adstante erit præscribenda, cui pariter jam cæterorum omnium moderamen & administrationem libentissimè committimus. *Idem ibidem.*

Affectio Hypochondriaca.

Jure merito dicebat Gal. quod coctione in ventriculo laborante, non adeo facile in ipsum culpa sit conferenda, sed considerandas prius eundem circumstantes omnes partes, mesenterium scilicet, hepar, lienem, omentum & cæteras, sæpissimè namque sit ut per se sum ab hisce partibus, non autem essentialiter afficiatur: quod quidem in Illust. atque Excell. Juvene ita se habere certissimè credimus. Quo jacto fundamento, majus negotium facessere videtur discernere ventriculi vitium, num in imminuta, an potius in depravata coctione situm sit, quæ cognitio Medicorum plerisque decipere solet, quod hoc casu etiam contigit, cum antehæc decocta ad ventriculum calefaciendum, ipsamque coctionem adjuvandam præbuerim, à quorum usu hypochondriorum calor increvit, indeque ventriculi vitium invaluit, quod non in bradypepsia, sed in dyspepsia consistebat, dum alimenta in eodem à calore circumstantium partium corrupta, perfectiorem coctionem adipisci minimè poterant, quorum corruptionem cum nec vomitus, nec diarrhoea secuta essent, cruditatis alioquin & corruptionis ad sanitatem compendium, idè cruciatus aliquot horis à cibo suscitati sunt, donec ad jecur & venas illa præterlapsa fuerint, sanguificationi tamè, & corporis nutritioni profus incepta unde macies, quorum crassitas in via, venis nimirum mesentericis aut lacteis hærens obstructiones, & tandem hypochondriacum affectum produxit.

Quod omnes observantes & agnoscentes, adversus jecoris & hypochondriorum calorem, atque siccitatem sequutam, curationem direximus, obstructionibus non neglectis, quæ quoniam siccam, terream atque melancholicam conditionem obtinent, humectantibus idè præparandas, & lenientibus evacuandas esse decrevimus, in quem finem, quoniam præcesserat primarum viarum ab Exc. Viro expiatio, idè succos statim depur. cich. borrag. & malv. in jure malv. viol. & beton. alterato, sine feminibus citri, vulgariū Medicorum correctivo, quotidie exhibuimus, & tertio quoque die cassiam præscripsimus, quin imò & octavo quoque, cassiæ rhabarbari portionem addere, rationi consonum duximus, sero capr. aut aqua Nocera superhaussis.

Quibus peractis, ad uberiorem viarum humectationem, serum copiosum cum vehiculo syr. ros. sol. exhiberi præcepimus, ut postea ad aquas Nocerianas, Balneumque aq. dulcis progressus fieret.

Quorum omnium aliqua quidem administrata fuerunt, aliqua verò omis, repetita nimirum evacuationia, quæ tamen necessaria fore prospeximus, corruptæ materiæ frequentius evacuandæ, ne succis ipsis transitus interciperetur, à quibus nihilominus Pat. Excellentiss. levamen aliquod retulit, doloribus mitescentibus, & totius colore reslorescente, laudabilioris nutritionis indicio.

Verum, quamquam adhibita remedia frustra fuissent, mirum peritis videri non debuerit, cum obstructiones

Tom. I.

melancholicæ extirpandæ sint, & intemperies attendendæ, atque siccitas contemperanda, quæ qualitatibus materialibus eget, mala namque diuturno tempore invalescentia, mensium scil. & annorum spatio, paucis diebus auferri posse minimè sperandum. Quare, *Secundum rationem operanti. ad alia transeundum non est, sed in decretis manendum.* Neque à veritate aliena sunt excogitanda, siquidem si frustrata esset hepatis facultas attractrix, alvi fluxus chylosi quotidianus necessariò succederet, atque impenderet sanguis ut icis quoque imbecillitas, nec longè abesset legitimus hepaticus fluxus, indeque ipsa cachexia, cum tamen nos potius de atrophia metuamus.

Cum itaque nondum in lacteis debellatas obstructiones esse credamas, succis herbarum hoc anni tempore omis, ob terræ siccitatem, aquas stillat. cich. malv. & agrim. substituendas censemus, & repetitis vicibus cal. cum momento rhab. exhibendam hausta hora post ʒj. seri capr. destill. Post quorum usus, ut Excell. Præfectus Patavium se conferat, consulimus, ad aquarum B. V. usum, ut quæ facilius præcessant, proprio namque tepore & spiritibus parant sibi viam, sicque obstructionem reliquis abluere, & hypochondriorum, atque jecoris æstum compescere poterunt. Ut tandem ad duo efficacissima generosiora remedia, nimirum ad Lac & Balneum aq. dulcis tuto & felicibus auspiciis devenire possit. *Idem ibidem.*

De Affectu Hypochondriaco, & Catarrho, pro Illustr. Germano.

Affectus præcipui Illustriss. Patientis, annum agentis 32. temperamenti calidioris sunt duo; Affectus scil. Hypochondriacus & Catarrhus, uterque manifestissimus. Ex rugibus enim, flatibus, frequenti expuitione, eructationibus calidis, cum alvi simplicitate, comperissimum est ipsam affectu divexari hypochondriaco: non dixerim melancholico jam factu; quoniam nulla adest mentis imaginationisve læsio, nisi quod affectum præsentem plurimi facit. Nec profecto sine ratione, dum continuò ferè ab eo conflictatur. Ita catarrhum adesse constat ex destillatione ad pectus respiracioni molesta, & excretionem materiæ crassissimæ ad instar glutinis.

Hypochondriaca autem provenit ab inæquali intemperie ventriculi, & hepatis, frigida scilicet illius, & hujus calida, cruditates ad mesenterium attrahente, flatusque congerente, in sinistro hypochondrio magis conclusos, & præsertim in illa cavitate, quæ est sub fundo ventriculi inter ipsum, & septum transversum, ab Hipp. proposita 7. Aph. his verbis: *Quibus inter ventriculum, & septum pituita continetur, & dolorem affert, exitum non habens, his per venas ad vesicam versa solvitur morbus.* Calidam tamen jecoris intemperiem primariam, & præpollentem esse cenleo. Ipsius namque indicia sese prodiderunt etiam in pueritia, & adolescentia per ulcera, scabiem, hæmorrhagiam, hæmorrhoides, & sanguinis sputum à capite emanans per anastomosis, & simplicem apertionem venarum à copia & acrimonia sanguinis factam. Catarrhus quoque provenit à calida & humida cerebri intemperie cum generante, tum & magis attrahente à subjectis partibus, proprioque calore crassificante: ita tamen, ut & majorem crassitatem acquirat, postquam in thoracem decubuit. Et hæc de præcipuis affectibus, ipsorumque causis, quos non rarò consequitur conjunctim evacuationis suppressio, atque hinc flatuum major impetus, qui propterea respiracionem difficiliorem reddunt, palpitationem cordis, doloresque excitant in hypochondriis.

Affectus sanè difficiles curatu, & refractarii:

C 2

causæ

cæteram in hac ætate, hoc corporis habitu, atque anni tempore curatu faciliores, cum præsertim nondum altas egerint radices.

Quare præmissa universali totius providentia, attentantibus, incidentibus, & evacuantibus, tollendæ sunt obstructions alvum subducentibus, & diureticis temperatis; purgandi sunt humores peccantes; flatuque discutiendi; caput peculiariter purgandum, & si fieri poterit, revocandæ sunt suppressæ evacuationes; ac tandem corrigendæ sunt intemperies capitis per exsiccantia, jecoris, per validiora refrigerantia, & ventriculi, per moderatè calefacientia. Hisque intentionibus satisfaciendum est per remedia Chirurgica, Pharmaceutica, & Diætetica.

Inter Chirurgica principem locum obtinebit sanguinis missio, cum ex jecoraria dextri brachii, ad octo & plures uncias, tum ex venis sedalibus eadem quantitate: imò laudarem summopere venarum sedalium apertionem secundo quoque mense repetitam, vel saltem autumnò, & proximo verno tempore. Lotiones frequentes pedum, & crurum cum aqua alterata *malva*, *albæ*, *laeluca*, *violæ*, & *floribus chamameli* summopere proficiunt. *Melancholicis* namq; *varices*, aut *hemorrhoides supervenientes bonum* ex Hippoc. sententia, fonticululq; dextro interno femori est inurendus.

Pharmaceutica sint lenientia, & ea quidem potius laxantia, ut pte *flos cassiæ cum pil. ex aloë*, *syr. ros.* & *viol. solut. cum syr. de polyodio composito*; & *pruna Massiliensis cum senna*, cocta quibus etiam familiariter utatur. Sint & præparantia: in quem usum præscribi poterunt *syr. de pomis, de succo, borraginis acet. simplex, cum syr. de corticibus citri, & decoctione cichorii, borraginis, betonicæ, & seminum citri*. Erunt deinde magis attenuantes, & aperientes: quales erunt *syr. byzantinus cum aceto, de cichorio cum rhabarbaro, de pomis compositus, cum decoctione agrimonie, cetrach, cichorii, & betonicæ*: alternisq; diebus loco prædictæ decoctionis, sumat *decoctum epithymi Mes.* Ac tandem purgetur primò quidem lenioribus, nempe *rhabarbaro, agarico, & senna*: deinde post secundam præparationem, etiam validioribus, modico scil. extracti *hellebori nigri*; vel ejusdem radice infusa cum prædictis. Factaque totius expiatione, purgetur caput potius per errhina, quàm per masticatoria, duplicem ob causam. Primò ne tam facile materia labatur ad pulmones. Secundò, ut revocetur sanguinis fluxus ex naribus, si fieri poterit. Nasalia autem non sint calida: ne caput magis calefaciant: ideoque *succus malvæ, succus betæ, aqua tepida* frequenter attracta, frustula *aurantiorum*, inunctio cum *oleo amygdalino, & radicibus cyclaminis* sufficient. *Atabaco* prorsus abstinendum censeo, ne caput impensius calefaciat. Facta autem purgatione totius, & capitis, referatisq; obstructionibus, nil præstantius censeo sero *lactis caprini* optimè depurato, cum *eremore tartari* exhibitò, cum dejectorio cum *syr. rosato solutivo*; tum diuretico, cum *emulsione seminum melonum & syr. capillorum veneris*, quindæim dies circiter exhibitò, in majori quidem copia, dum exhibetur tanquam dejectorium, minori verò, quando sumitur ut diureticum, & alterans: semper tamen cum infusione *comæ absinthii Romani*, ratione ventriculi, à cujus usu si aliquam labem susceperit, corrigetur buccella panis imbuta vino *Cretico absinthite*, sumpta singulis matutinis horis octo, vel decem dies: cui stillicidium quinetiam ex *oleis masticino, absinthite, de mentha, & communi, cum spica, & schœnantò* addi poterit, si opus fuerit, in parte læva abdominis, munito jecore unguento *santalino*. Ita namque consulemus ventriculo absque ulla jecoris offensa. Ratione capitis sat futurum censeo, si inspergantur capillis pulveres ex *ossibus sepium, cornu cervi ustò, corticibus ostreorum ustis, ossibus combustis, & agarico*, nocturnis horis, facta deinde deterfione mane, & capitis confricatione cum *spongia sicca*, superledendo quibuscunque *decoltis, &*

aquis thermalibus, magnisque antidotis, ratione siccitatis melancholicis infensis. Ideoque sat erit sumere ratione cordis conservam *melissæ, violarum, borraginis cum confectioe hyacinthina, & aliis temperatis.*

Alvus continuo lubrica servetur cum supra propositis, & illa victus ratione in sex rebus non naturalibus præscripta, quam diligentissimè ab Excellentiss. Serrato disertissimè & doctissimè de omnibus scribente. Faxit Deus ut ad vota succedant. *Bened. Silvaticus Consil. & Respons. Medic. Cent. 1.*

De Hypochondriaca affectione, pro Adolescente.

Quemadmodum compertissimum est, Nobilissimum adolescentem Hypochondriaca affectione detineri. Per frequentes enim rugitus, eructationes, & flatuum eruptiones cunctis obvia est. Itaque non immeritò quæritur, quænam sit pars primaria affecta, & quænam sit adæquata præsentis affectus causa. Ad quas dirimendas difficultates alios Viros præclarissimos mecum advocandos in consilium autor fui, unanimèque devenimus in hanc sententiam: quod inæqualis naturalium viscerum intemperies, jecoris scilicet, & ventriculi sit causa omnium illorum symptomatum, quæ cum in scheda, tum à præsentè Nobilissimo patienti nobis fuere relata. Sicut enim jecur extraneo calore æstuans ex chylosa substantia sanguinem generat crassum, & melancholicum, ita ventriculus frigidior, quàm conveniat, cum siccitate solidæ ipsius substantiæ, chylum congerit crassum, & pituitosum, qui succi circa viscera naturalia detenti & ab imbecilli calore attenuati, atque in vaporem crassum conversi varia producant symptomata; in ventriculo namque conclusus, & in illa cavitate, quæ est in hypochondrio sinistro, in causa est ab assumpto cibo ita extendatur ventriculus: ut facta diaphragmatis compressione, lædatur respiratio; in omenti verò duplicatura, veluti in marsupio detentus, continuum ferè rugitum excitat; sicuti enim in hydrope solet aliquando colligi serositas in hac omenti cavitate, ab Hippocrate in Aphorismis proposita his verbis: *Quibus hepar aqua repletum irruerit in omentum, his venter aqua repletur*; ita & facilius flatulenta materia ea in flatu converti potest: extendentes quinetiam iidem intestina, suspensas tenent sæces, ipsarumque excretionem prohibent: unde fit quod absumpta parte humidior ipsarum indurescant, & summa cum difficultate excerni possint: quod si per cœliacam arteriam in cor irruant, quid prohibet quominus cordis angustiam inferant?

Verum enimvero sicuti hæc sunt compertissima, ita difficilissimum est causam magis adæquatam investigare simul cum parte essentialiter affecta; ut propterea statuendum censeamus, hæc omnia provenire à defectu calidi innati, & ab individuali morbosa affectione materni seminis, & sanguinis menstrui, à paterno semine contracta, & in filiorum naturalibus visceribus ab ortu naturæ cum per conceptionem, tum per nutritionem fetus impressa: *Natura enim matris habet maximam cum ad immutandam in melius, vel deterius constitutionem fetus, ut inquit Aristoteles 4. de Gener. Animalium*, eoque magis, quando à paterno semine ipsius matris visceribus fuerit talis affectio inusta: unde & Hippocrates in Lib. de Sacro morbo scriptum reliquit, *ex pituitoso pituitosum, ex tabido tabidum, ex lienoso lienosum nasci; quia semen à sanis sanum, & à morbidis morbosum decedit*. Quæ cum ita sint, non est difficile determinare, quænam sit pars essentialiter affecta. Sunt enim omnia membra naturalia: quia præsens affectus est ab ortu, quum omnes

partes

partes solidæ formatæ sunt sic malè affectæ, unde affectus isti naturales dici possunt, quatenus oriuntur à naturalibus principis: morboſi autem, & præter naturam, quatenus lædunt operationes. Patent quinetiam causæ, cum manifestæ supra propositæ, tum nobis occultæ: non quia non sint causæ veræ & reales, quod visus est asseruisse Valeſius, vir alioquin doctissimus. Sunt enim ipsæ qualitates potius substantificæ, quàm accidentales; nobis tamen occultæ, quoniam impari & inæqualem elementorum mixtionem ignorant, nec individualem proprietatem assequi possumus: præterquam quod defectus calidi innati est vitium substantificum, non autem in solis qualitatibus situm. Quod si quis quaeratur, cur in Nobilissimo patiente præſentes affectus ab octo tantum mensibus se se manifestaverint, si connaturales sunt. Respondendum censemus: quod sicuti naturaliter pueri plurimum habent calidi innati, cum sint proximi principis generationis; ita morboſi possunt habere tantum calidi innati, quantum sufficere possit ad edendas proprias actiones, donec progressu temporis ex continuo ipsius effluxu imminuatur, ita ut actiones obire non valeat; quæ ob causam juvenes habent plus calidi ascititi, & minus innati, propter continuam consumptionem humidi substantifici, & siccitatem corporis.

Et hæc in casu præſenti dicenda duximus. Ex quibus etiam colligitur, quid sit prædicendum. Si enim verum est, prout verissimum, affectus hos innatos esse, ac proinde habituales, procul omni dubio sunt etiam insanabiles. Non ob id tamen tales sunt, ut medica præſidia non admittant; cum ad removendos vitiosos humores jam genitos, ex quorum curatione remittent etiam symptomata, tum ad impediendam majorem consumptionem humidi substantifici per alimenta congrua, tum etiam ad corrigendas intemperies propositas per longum usum familiarium remediorum, & alimenterum: consuetudo namque est altera natura.

Quare agendum: & flatus discutiendi; minera præparanda, & evacuanda; viscerumque intemperies contrariis corrigendæ; & medicamentis alimentosis siccitas reparanda; conservandumque est calidum innatum. Quæ præſtabuntur remediis Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Diætetis.

Inter chirurgica, duo possunt esse ex usu, primo moderata sanguinis detractio cum ex jecoraria, tum ex hæmorrhoidibus, ut sanguis ille impurus, & nutritioni ineptus educatur, repetendo hæmorrhoidum reſerationem etiam autumnali tempore; aliud erit, blandis frictionibus calorem ad ambitum alligere; & picationibus ventri factis usque ab ruborem ipsius substantificam humectationem per attractionem sanguinis curare.

Pharmaceutica universalis tamquam notissima data opera prætermittenda ducimus, hoc unum momentis, ut præparantia sint moderatè attentantia, & purgantia non sint generosa: propterea solo rhabarbaro, agarico, & senna cum carminativis utendum erit. Cæteraque corporis expiatione convenient magis deteriora & discutientia. Ideoque jus galli cum seminibus feniculi, anisorum & modico saſſafras, erit accommodatissimum 15. aut 20. dies; mox humectantibus, & jecoris calorem, ventriculique frigiditatem corrigentibus utendum erit. in quem usum serum lactis capri optime depuratum cum coma absinthii infusa per aliquot dies conducere poterit. A quo lactis usum summo opere laudamus, si præsertim eligatur alinum, addito melle, quod apprimè commendat Galenus 7. Methodi Medendi 4. dummodo statuum copia non officiat. In quo casu quædam carminativa præmittantur, usque ad statuum discussionem; ac deinde hæc artificiale parabitur ex amygd. dulc. nucleis pincis, & pistaciis, cum seminibus melonum, quod exhibeatur triginta & plures dies; tandemque ad usum lactis asinini cum saccharo deveniendum erit, hocque sumendum 40. & plures dies, quod aliquando dejectorium reddetur cum modico senna scrup. i. scilicet pulverisatæ. Extrinsecus autem ventriculo stillicidium ex oleo masticino, absinthide, nardino, amygd. amararum erit accommodatissimum; abstinendo ab omnibus aquis thermalibus cum internis tum externis, ne magis exsiccet, quàm conveniat. Continuo foveri debet ventriculus non ceratis, ne magis exsiccet, sed summitate purpuræ, vel sacculo ex plumis perdicis scilicet, vel vulturis, vel cygni, vel catulo pingui supra ventrem detento.

Alvus continuo lubrica servetur modò cum clysteribus ex simplici oleo chamamelino, & rutaceo ad librâ injecto; modò cum passulis, aut prunis in infusione rosarum, coctis cum senna, addito saccharo; modò cum electuar. lenitivo, & aliquando drach. i. rhabarbari contusi cum passulis ad drachm. i. masticati, & deglutiti, eligendo carnes optimi succi, non excrementitias, nec acetò, vel aromatibus conditas. Mel Hispanum sit ipsiſſimè cibis familiare, & tempore opportuno, ficæ & uvæ pensiles, quorum usû subducetur alvus. Et hæc proponenda duxi. Faxit Deus optimus omnipotens, ut ad vota cedant. Idem ibidem.

Observationes.

Sentiebat nobilis quidam Burgundus, à longo tempore, tensionem in sinistro hypochondrio, cum rigitu & murmure, & quia corpus nonnihil macrum fiebat, faciesque decolor, graviora metuens, cum post remedia multa, quibus jam usus fuerat, non remitteret malum, meum experivit consilium, huc veniens; judicavi causam in venis meseraicis, lienem copiosè ambientibus potius, quàm ipso liene contineri, esseque illac illavim, unde tetri vapores & flatus gignantur cum obstructione horum ductuum, quibus emendandis hisce fuit usus. Syrupum sequentem præscripsi. ℞. Rad. cichor. foenicul. apii veri, iridis, ana ℥j. enul. ʒvj. asar. ʒij. rad. liquirit. ʒss. cort. tamarisc. rad. capparum, sambuc. ebuli, ana ʒj. herbarum endiviæ, chamæpit. chamædr. eupator. veronic. capill. veneris, ceterach. bugloss. utriusque fumarie, summit. lupul. asparag. ana m. j. flor. bugloss. utriusque, genist. tamarisc. ana p. j. sem. anis. foenicul. ana ʒij. carvi, petrosel. ana ʒj. cicer. rubr. p. j. passul. enucleat. ʒss. prunorum paria v. f. d. coctio in aq. & tertia parte vini & in colat. ℥viii. in unde sol. senn. mundat. ʒiij. rad. polypod. ʒij. turpeth. ʒss. sem. cartham. conquass. ʒss. mirabolano. curim. & chebul. ana ʒiij. f. iterum decoctio addendo rhab. in panno ligat. ʒss. spic. schenanth. ana ʒj. cinamom. ʒij. post levem ebullitionem colentur, adde succi pomor. odor. ʒiv. sacchar. q. s. decoquantur ad syrupi consistentiam: capiat ʒss. pro vice per se, vel cum jusculo cicerum rubrorum, & rad. petrosel. si non operatur sufficienter, dissolve in uno haustu, diagrydii rectè præp. gr. iij. continet illius usum aliquot dies, postea hebdomadatim, dein mensuatim.

Pilulis sequentibus utatur interdum loco syrupi. ℞. aloës ʒij. rhab. agaric. ana ʒss. extract. absynth. ʒj. gummi ammoniac. dissolut. in oxymel. squall. ʒss. mastic. ʒj. rad. gentian. summit. centaur. min. ana ʒj. rad. asari ʒss. spic. ʒss. limatur. chalyb. præp. ʒss. diagrid. ʒj. cum resina laricea f. massa pilul. capiat ʒij. vel ʒj. pro vice. Emplastrum hoc sinistro hypochondrio applicet. ℞. emplastr. de baccis lauri, de melilot. ana part. equal. malaxentur oleo de cappar. extend. supra corium, subducatur syndone rubra ne nimidè adhæreat. Hac ratione se integrè fuisse sanatum per alios, quos ad me consilii causa ablegavit, mihi significavit. Falis Platerus observ. lib. 2. pag. 469.

Vir quidam illustris, temperamenti melancholici & semper pro lieno habitus, de dolore & inflatione hypochondrii sinistri, crebro rugitu, ructu acido, nec non tremore cordis, assidua vertigine, nimis vigiliis, & phantasia perturbata plurimum conquectus erat: circa trigésimum quintum ætatis suæ annum, morbo ingravescente; somnium ægrè, ac rarè admodum capessere noctu, & interdum cogitationum æstu, & fluctuatione molestari, res omnes ac personas suspectas habere, & objecta quævis valdè pertimescere cœpit; præcordia plurimum constringi, & coarctari, atque in imum subsidere videbantur, quasi cor ipsum usque in ventrem deprimeretur, quo symptomate urgente, valdè mœstus, & animo dejectus evasit; postea tamen, remittentibus istis animi affectibus, unâ cor paululum elevari, simulque præcordia relaxari, & dilatari sentiebat: porro dolores, & contractiones circa viscerum ac membrorum musculos variè excitatos, & huc illuc discurrentes creberrimè sustinebat.

Quoad morbi naturam, facile constat, affectionem hanc ejusmodi esse, quæ vulgò *hypochondriaca* appellatur; quod verò spectat ad symptomatum admirandorum causas, supponere licet, sanguinis massam degenerem, & sæculentiis atrabilaris refertam recrementa sua adusta capiti continuo suggerere; unde liquor cerebrum, & nervos irrigans, acris, & spiritibus improporionatus factus, corpora continentia in corrugationes dolorificas, & contracturas irritabat: porro cum à capite, in nervos *paris vagi & intercostalis* hæc labes præcipuè derivatur, cerebrum & præcordia noxam inde suscitatum quam maximè launt. Quod autem sanguis eo ritu depravatur, lienis vitio imputandum videtur, in quantum hoc viscus perperam habens, sæculentias atrabilaris à sanguine non rectè secernit, quin imò & recrementa quæcumque ab illo suscipit, amplius pervertit, eademque in fermentum noxium exaltata cruori remandat, proindeque massam ejus plurimum inquinat, & discrasia acetosâ & planè vitriolicâ imbuit. Obvium est intelligere symptomata isthæc, *capit molestantia*, scilicet *vigiliis nimias*, *vertiginem*, *phantasiam perturbatam*, cum multis aliis, à particulis heterogeneis, è sanguine in cerebrum suffulis procedere: Quoad istam pectoris *angustiam* & *cordis subsidentiam*, cum insigni metu & tristitia opinari licet fibras nerveas cordis, ac imprimis *pericardio* insertas, in spasmos & corrugationes actas, partes istas constringere, & deorsum convellere: quapropter in toto pectore velut constrictio quædam sentitur, & cor ipsum deprimi videtur; porro in quantum præcordiis ita constrictis & depressis, sanguis intra cordis sinus sistitur, ac velut itagnare cogitur, *anima tum vitalis* tum *sensitiva* à solita expansione, & irradiatione plurimum inhibetur, proindeque à *syssasi* ejus diminuta, & decurtata, immanes isti *metus* & *tristitiæ affectus* oriuntur: cum verò, spasmis remittentibus, ista cordis & appendicis ejus constrictio relaxatur, etiam anima, velut flamma amplius expansa, passionum istarum cætenus paululum excutere nititur. Pro curatione istius affectionis cum plurima remedia & administrationes medicas à longo tempore usurparat, sine magno tamen fructu, demum aquarum acidularum usu aliquantulum sublevatus, & exinde sensim melius habens à gravioribus istis symptomatibus immunis evasit, usque tamen affectui hypochondriaco obnoxius degit. *Thom. Willisus, de morbis convulsivis.*

Historia Affectiois Hypochondriacæ severissimæ.

Illustrissima quædam, temperamenti sanguinei & biliosi, habitudinis corporis magnorum labo-

rum & defatigationum, ut videbatur, non satis patientis, varias tamen longasque peregrinationes & tentare & perficere ausa, & in rebus non naturalibus pluribus modis peccans, in varia tandem affectionis hypochondriacæ symptomata incurrit, quæ in dies numero & gradu cum auferentur, Illustrissima ad eorum quasi cumulum devenit, per abundantissimas sanguinis effusiones, in curatione aneurismatis; quod Chirurgi arteriam in brachio dextro pro vena secantis, imprudentia ipsi fecerat; ut & in duobus abortibus, enatas.

Post hæc itaque omnia jam enarrandis affligitur symptomatis; intensam patitur sitim & præcipuè post passum, si in illo utatur cibus solidis; sitis autem non tam sedatur assumpto potu etiam largo, quam suffocatio inducitur per totius abdominis distentionem; fallere propterea eam debet, tum per mala aurea Lusitanica dicta, tum aliis mediis.

Ciborum appetentia satis bene se habet per intervalla, aliàs magis aut minus deficit, idque verna potissimum tempestate.

Ventriculus tam malè officio fungitur, ut etiam si appetens Illustrissima comedat, cibusque ingestus statim vi quadam, distentiones importunas pariente, penetretur, perfectè tamen nullatenus excoquatur, & totus prope in stomacho, etiam post duodecim horas subsistat: Unde si quinque aut sex à passu horis cubatum eat, omnia ad fauces & os ipsius rejiciuntur, ea propter cogitur semel tantum de die cibum sumere, nec licet pluribus horis illi tenuius jusculum præmittere. Revera si alio non utatur cibo, quàm jusculis, bis de die assumere potest, sicque minus sitit, sed hæc diæta languorem universalem procreat; Ab omnibus prope cibus assumptis malè habet, sed præcipuè à gravioribus, flatuosis, viscosioribus, frigidioribus & crudioribus. Lac, pro tempore, unicum fuit, quod aut solum, aut aliis admistum, non multum molestiæ peperit, præterquam quòd in alvi perpetua stipticitate aliquid movebat, dum tamen illius cremor seorsim assumptus foret intolerabilis, sed jam ipsum amplius ferre nequit. Non tantum ventriculus ingesta vix & imperfectè excoquit, sed ea quomodocunque excocta, in intestina minimè deturbare valet, nisi medicamentorum vi ad id quasi cogatur, ea propter in duram devenit necessitatem purgantibus medicamentis quotidie utendi, imò crescent in dies malo, alvi que difficultate, plura jam unica die adhibendi cathartica, etiam validiora; sin minus vomitus patitur horrendos, ut semel post quam dies septem ab illis, abstinuisset, ut & rursus postquam dies tantum tres ab his caruisset, maximo suo malo experta est. Nonque tantum singulis diebus catharticis utitur, usque repetitis, sed quandoquidem sic etiam humores aggeruntur viscidissimi, cum ponderis totum abdomen gravantis sensatione, anhelatione, ructibus nidorosis, & materiæ acrioris ad os regectione, aliisque pluribus incommodis, semel prope singulis mensibus ad validissima, additis etiam antimonialibus deveniendum. Post passum pulsationes adsunt articularum per totum corpus distributarum, cum doloribus regionem lumbarem occupantibus, totamque abdomen cingentibus: atque tanta gravatur corpus ad motum inertia, ut ne quidem tribus aut quatuor à passu horis illud humiliter inclinare valeat.

Tumebant perpetuò tibiæ, totumque abdomen, sed illæ jam profus detumuerunt, hoc per intervalla inflatur.

Menstruæ purgationes per aliquot annos satis fuerunt inordinatæ, sub autumnalis enim tempestate sinem supprimebantur ad aliquot menses, cum ventris, tibiæ, totiusque sæpe intumescencia, vigente interim appetentia, vultuque parum, aut nihil morboşi indicante. Cassare verò omnino à tribus annis quadragesimo sexto scilicet ætatis.

Urina

Urina quæ in paucissima evacuabatur quantitate, paulò copiosior jam egeritur, etiamsi potulenti multò minùs ingeratur. Puries istius excrementi examine instituto, repertum est, primò odoris & saporis propè expers; etiam ad plures dies asservatum, coloris ex pallido subflavi, consistentiæ tenuioris, sine ullo sedimento, aut confusione. Secundò, ab affusione liquorum aut materiæ præcipitantium, nihil aut parum separatum, quantumvis hoc peractum fuerit, tum in urina recenti, tum in ea quæ jam per moram computrescere debuisset. Tertio. Distillatione ejusdem lotii peracta, spirituum, atque salis volatilis acerrimi parum admodum elevabatur, restitante interim in vasis fundo materiâ desiccata, salina sulphurea, & dum dissolveretur viscidissima; quæ octavam totius urinæ ponderis partem facillè implebat.

De morbi descripti nomine non est quòd ambigamus, per symptomata enim satis superque constat, passionem hic adesse hypochondriacam inveteratam, in qua multiplex acrimonia, cum totali ventriculi debilitate, viscidioris materiæ proventu spirituumque; universali depauperatione, peccat. Inducta autem fuit à variis peregrinationibus, mœstissimis, hæmorrhagijs &c. quæ Illustrissimam afflixere.

Ad symptomata jam ut deveniamus. Sitis omnium consensu à faucium desiccatione & vellicatione oritur, quid itaque mirum, si ubi serum adest multo imbutum sale, viscositasque admixta, per obstructos canales salivales, illud tantum quod salino suo spiculo penetrantius est descendat paucò copulatum viscido, quo mediante partes quas eluere, & humectare deberet, potius irritat, & per adhærentiam suam continuò vellicat. Potulenti autem non ita facillè huic medentur incommodo, quandoquidem inter transeundum portuanculâ tantum salium prædictorum faucibus per viscosam copulam agglutinatorum, imprægnantur, partemque propterea non satis liberant, quod multò meliùs obtinetur à succo malorum aureorum Lusitanicorum dictorum, qui sensim exsuctus, præterquam quòd temperat salium acrimoniam, orificia vasorum salivalem à mucò obstructante liberat; sicque efficit ut lymphâ per os fluere parata, viam facta apertam, levatque impedimentis, cumulatiùs in os deveniat, ipsumque sic plenius irriget.

Appetentia ut plurimum viget; quia etiamsi copiosum phlegma in ventriculo reperiatur, obtundendis salibus, quos in ipsius cavitatem, tum propriæ tunnicæ glandulæ eructant, tum alimenti priùs assumpti ponderosiores particule jam exaltatæ suffecerunt, ipsis tamen satis superest virium pro vellicando ventriculi superiori orificio. Revera per totam hyemem cumulatis humoribus, transpiratione tum impedita, atque etiam corporis exercitatione omisita; dum subsequentes primi vernæ tempestatis tepores eos in motus cient, à diluvio inde enato malè habet stomachus, sic enim necessariò diluio atque quasi extinctò fermentò, summa oritur inappetentia.

Ventriculum quod attinet; siquidem viscosâ sabburâ semper infarctus est, in eamque appellant plura salia, in se invicem hostiliter primò concursu agentia, quid mirum si viscositas à particulis fermentescens penetrata in status abeat, qui postquam visceris fibras, per distensiones vehementiores & continuas debilitarunt, arctæ alimenti ingesti complexionis non parum officiant, eademque ratione digestionis incommodant. Hæ distensiones post passum maxime vexant, eò quòd, fermentum stomachale è salibus effertis, geniumque aquarum stygiarum redolentibus, constitutum, præcipitanter nimis cibum deglutitū adoritur, illiusque partes vehementius à se invicem divellit. Nec interim legitima perficitur coctio, quæ aliâ profus & magis amicam fermenti atque stomachi actionem expetit. Quid itaque mirari subest, si alimentum quamvis per crassiores sui partes solutum, non eò

fluiditatis deveniat, ut languidè comprimentibus fibris per importunam distensionem, si non laceris, saltem quam debilibus, obediat, nisi purgantium quotidie exhibitorum spicula ipsas in motus validiores cieant, quodque maxime viscosum in ventriculo est, non tantum glutinis instar partes alimentitias ipsi quasi connectens, sed etiam pylorum aliquatenus occludens, emungant? Huic beneficio conferendo non satisfaciunt clysteria, quorum crepescia, vix supra intestina crassiora ascendit, quæque nihil eliciunt è ventriculo, quem aliàs per flatuum subitus contentorum repulsionem opprimunt. Ex hisce satis constat quid causæ fuerit cur purgantium abstinentia vomitus non semel moverit, per inductam tandem ab alimenti morâ putrescentis, pondere, irritationem, unde demum quâ datâ portâ sibi onerosa regerebat, imò semel in spasmos actus, non ita facillè sopiebatur, quin symptomata ad septimanas & menses extendere. Adhibita purgantia quotidiana non prorsus impediunt quin subinde cumulentur in toto variis humoribus, siquidem cum primæ coctionis vitia in subsequentiibus facillè non corrigantur, chylusque iners, & impuri lentoris quem ventriculus & intestina vi remediorum coacti in lacteas & sanguinem emisere, in visceribus languentibus non ita alteratur & desiccatur quin per sui tenaciores partes undique impactus, evacuari amet per generosiora exhibita purgantia.

Anhelatio diaphragmatis compressioni à ventriculo & intestinis distentis factæ, ut & viscido pulmonum substantiam & respiratoria vasa occupanti, accepta referri debet.

Arteriarum vehementior post passum pullatio, soboles est fermentationis in ventriculo magna vi peractæ, calor enim, atque inde oriundi motus, sanguinis cujus viæ non ita sunt liberæ & explicatæ communicati, agitationis intensioris, fibrarumque vasorum ipsum circumvehentium verberationis durioris, sanguinis materia.

Dolores in lumbis, partim à distento ventriculo, & intestinis lumbis ut centro suo affixis, partim à flatibus inibi enatis atque conclusis proveniunt. Dolores præterea abdomen circumcingentes debentur illi intestini coli parti quæ infra ventriculum posita est, fræno se ipsum contrahente & corrugante seu potius sinuante, à flatibus contentis dolorificam vim patiente.

Totius corporis languor atque gravitas procedit, tum à spirituum depauperatione, tum ab humorum gravantium copia.

Urinarum examen ulteriori inservit eorum quæ jam fuere explicata, demonstrationi; nam si urinarum status, sanguinis, aut saltem seri, proprii sanguinis vehiculi, statui respondeat, quis non videt primò, illas inodoras, intipidas, atque tenues seri inconcocti, salibus fixioribus atque quasi infasciatis prægnantibus, & sulphurii propè emortuo, parçè copulati, testes esse? Secundò, impossibilis plurium urinas constituentium partium segregatio, etiam per adhibita præcipitantia exquisita, indicium est confusionis, seu potius glutinis varias materias in sero ita implicantis, ut spirituum actio languida, non satis habeat virtutis, pro iis motu variò, & unicuique propriò, agendis. Varias hæc materias in urinis adesse, patet tertio, ex distillatione quâ quod calor, & spiritus innati, præcipitantibus etiam adjuti non potuerunt, commodè satis separatur, spiritus enim sic elicitur, minus potens, sed sal illum subsequitur acerrimus &c. de quibus vide quod supra.

Illustrissima ægra non uno remedio tot mala oppugnare per plures annos tentavit, circa quæ in genere adnotabo primò; quòd aquæ tantum quædam minerales ipsi fuere proficue, inter eas innumeras quas ex ipsis fontibus ebibit. Aquenses in Sabaudia quamvis calore actuali nobiles, facultate tamen mine-

rali sulphurea & nitrosa tam parce imbutæ, ut propè vacua dici mereantur, moroò ineunte assumtæ summò fuere nocuementò, ut & aliæ etiam martis minera factæ aut vitriol. cæ, solæ verò Svalbacenses, sale armoniacali tenui, paucoque marte prægnantes, & Wallenses in Gallia sale lixiviali, de nitri fixi natura, divites, non parum attulere auxili. Secundò, plures ac diversæ chalybis præparationes, ut & salia penetrantiora fixa, è mineralibus & plantis arte chymica extracta, semper excitant dolores hæmorrhoidales atrocès, quandoque fluentes, quandoque non, minimò interim perceptò aliàs levamine. Tertio, opii atque opiatorum medicamentorum usus in doloribus & vigilis ventriculum debilem semper gravavit, vomitus fecit, nec unquam somnum, sed potius stuporem cum vertigine conciliavit. Quarto Mercurialia omnia cujusconque demùm præparationis, & quomodocunque assumta, atque vel in parcissima dosi purgantibus admista, salivationis periculum minabantur. Quintò, volatilia varia per aliquot annos assumta, atque præcipuè singulis diebus, sal quoddam volatile stomachale & amarum, ut & interdum sal volatile viperarum, maximo fuere emolumento, donec natura ejusdem remedii generis, diutius continuati pertæsa, aliud à nobis exegerit, sc. tertium quid inter acida & alcalia volatilia, misturam nempe bezoarticam, è spiritu nitri, sale volatili viperarum, C. C. & succini, cum spir. vini theriacali camphorato paratam, cui subinde intercalatur usus elixyris cujusdam purgantis verè volatilis. Ab hisce non tantum stomachus paulò melius habet, purgantiaque minùs debilitant, sed etiam situs minuitur, distensiones abdominis, dolores in lumbis &c. multò minus affligunt. Sextò, è purgantium sylva quam in proprium usum collegit, fuere tum pilulæ varix, aut mitiores, aut validiores, tum elyxiaria, tum vina medicata, tum pulveres, tum electuaria, quorum vim singulis annis, & propè mensibus augere cogitur, crescente in dies alvi difficultate, illiusque arte evacuandæ necessitate. Hiscequæ omnibus vitam protrahit minùs miseram &c.

*Pro Affectione Hypochondriacâ cum
Lienis tensione.*

Exteriùs Lienis & toti abdomini deobstruentia conveniunt, propterea soleo hujusmodi oleo feliciter uti.

Accipio utrumque oleum amygdalinum, cum modico vini cretici, illque in duplici vase incoquo spicam, absiath. rutam, corticem cappar. rad. filicis maris, Calameath. puleg. origan. Capill. ven. Ceterach. liquiritiam, althæam, nucem mosch. Schænanth. quousque absumatur vinum, & inde totum ventrem hoc oleo ungi, aut etiam embrocari jubeo, polles devenio ad Ceratum Sacrum. *Julius Casar Claudinus, consult. 74.*

Pro Affectione Hypochondriacâ.

Sentiebat nobilis quidam Burgundus, à longo tempore, tensionem in sinistro hypochondrio, cum rugis & marmure, & quia corpus nonnihil macrum fiebat, faciesque decolor, graviora metuens, cum post remedia multa, quibus jam usus fuerat, non remitteret malum, meum expetivit consilium huc veniens, judicavi causam in venis Meseraicis, lienem copiosè ambientibus potius, quam ipso liene contineri, esseque illic illuviem, unde terræ vapores & flatus gignantur cum obstructione horum ductuum, quibus emendandis hisce fuit usus.

Syrupum sequentem præscripsi.

℞. Rad. Cichor. scæn. cul. apii veri, Irid. an. ʒi. Enulæ ʒvj. asar. ʒij. rad. liquiritiæ ʒiʒ. cort. tamarisc. rad. Cappar. Sambuc. Ebul. an. ʒj. Herbarum Endivia, Chamæpit. chamædr. eupator. veronic. capill. ven. Ceterach. bugloss. utriusque fumar. summit. lupul. asparag. an. Mj. flor. bugl. utriusque genist. tamarisc. an. p. j. Sem. anisi fœnicul. an. ʒij. Carvi, petrosel. an. ʒj. Cicer. rub. p. j. passul. enucleat. ʒiʒ. prunorum paria v. F. decoctio in aq. & tertia parte vini & in Colatura ʒviiij. Infunde sol. Sen. mund. ʒij. rad. polypod. ʒij. turpeth. ʒʒ. Sem. Cartham. conqual. ʒiʒ. Mirolol. Citrin. & Chebul. an. ʒij. F. iterum decoctio addendo rhabarb. in panno ligat. ʒʒ. spic. Schænanth. an. ʒj. Cinamomi ʒij. post levem ebullitionem colentur, adde succi pomorum odor. ʒiij. Sacchar. q. s. decoquantur ad Syrupi consistentiam. Capiat ʒiʒ. pro vice per se, vel cum jusculo cicerum rubr. & rad. petrosel. si non operatur sufficienter, dissolv. in uno haustu, diagridii rectè præp. gr. iij. continet illius usum aliquot dies, postea hebdomadatim, dein mensuatim.

Pilulis sequentibus utatur interdum loco Syrupi.

℞. Aloës ʒij. rhab. agar. an. ʒiʒ. extract. absinth. ʒj. gummi ammon. dissol. in oxymel. squill. ʒʒ. mastich. ʒj. rad. Geotian. summit. Cent. min. an. ʒj. rad. asar. ʒʒ. Spic. ʒʒ. limatur. chalyb. præp. ʒiʒ. diagrid. ʒj. cum resina laricea. F. Massa pil. capiat ʒij. vel ʒj. pro vice. Emplastrum hoc sinistro hypochondrio applicet.

℞. Emplast. de bacis Lauri, de melilot. an. pt. æqu. malaxentur oleo de cappar. extende supra corium, subducatur Sindome rubra nè nimium adhæreat. Hæc ratione se integrè fuisse sanatum per alios, quos ad me consiliu causa ablegavit, mihi significavit. *Felix Platærus, observ. lib. 2. pag. 469.*

Post ritè purgatum corpus, pro minorum vasorum obstructione referandâ, per dies aliquot, usum pulveris de limaturâ chalybis præscripsimus, qui fiebat hoc modo.

℞. Limatur. Chalyb. (ex acibus detritæ quæ sæpius cum vino eluatur, ac deinde in q. s. aceti acerrimi in crucibulo igne circulari tam diu coq. donec omni absumpto aceto limatura igniatur, & candescat, quæ post modum in marmore levigetur) ʒvj. spec. diarrhod. abbat. diacroc. an. ʒiʒ. pul. Cinamom. Caryophil. an. ʒʒ. rad. liquiritiæ ʒij. Croci ʒʒ. manus ch. perlat. ʒj. M. F. pul. dos. ʒʒ. quotidie bis vacuo stomacho in haustu vini medicati sumenda. *Gregorius Horstius, observ. 27.*

Cadaverum Anatomica Inspectioes.

*Hypochondriaci mors ab inunctione
mercuriali.*

Illustrissimus quidam in Bohemia, temperamentis calidi & humidi cum prædominio bilis, vitæ cælibis, à multis annis, variis concurrentibus causis, de obstructionibus hypochondriorum conquerebatur, pro inique tollendis varias adhibuit curas, inter quas erat etiam ante aliquot annos ternus usus thermarum Carolinarum, quas profuisse eidem Illustrissimo in confesso fuit. Quia autem videntur errores in sex rebus non naturalibus interea successisse, non attendita corporis debita expurgatione, factum est, ut in corpore colligerentur humores crassi, & viscosi, qui cum alimento translati ad juncturas artuum, denegato corpori omni exercitio, ibidem loci degentes, effecerunt artus ita debiles, ut Illustrissimus ille inhabilis foret ad deambulandum, & se de loco in locum movendam. Multa in hanc rem, ut intellexi, adhibita fuerunt, quibus tamen non causa sed effectus curabatur, ut fuerant balnea, confortandorum nervorum causa è rebus calidissimis confecta, quæ materiam in juncturis hærentem magis incrassant & exsiccarunt, inunctiones, frictiones, & nescio quæ alia cum nullo denique Illustrissimi patientis levamine.

mine. Tandem hac hyeme præsent. ann. 1670. nefcio quis curam proposuit, iungendi artus cum unguento mercuriali, cui se mense Februario commisit; naque ab homine rudi, uno verbo carnificæ inunctiones factæ sunt, non quater tantum, sed spatio trium septimanarum, non observata regula ulla, aërem vitandi, nec ullatenus purgato corpore. Unguenti hæc fuit compositio. ℞. farin. de bacc. lauri & olei de baccis lauri ana ℥j. ceruss. ℥ss. mattiches ℥j. alum. usti ℥ss. oliban. ℥j. mercur. crudi ℥ss. axung. veteris ℥ij. camphor. ℥j. mota loco est materia crassa & viscida quæ longa annorum serie in artibus delituerat, & more consueto, spatio trium septimanarum exoneravit se pars illius per fauces cum periculo excidentis dentium, pars autem eiusdem occupavit cor, pulmones, imò ventriculum, hepar, lienem, & renes, unde spirandi difficultates, puncturæ cordis, dolor lienis, urina pauca & ac. enfa colorem sanguineum referebat. Pyalismo procedente, Medicum qui errores tam antiquos, quam noviter factos corrigeret, advocare fuit provifum, itaque ego die 13. Martii accersitus varia per plures dies adhibita sunt remedia, sibi invicem succedentibus interim variis symptomatis lethalibus, difficili sc. urina, aut suppressa, respiratione impedita, anxietate, tumore pedum œdematoso, abdominis postea tensione; (*quæ fuit apud auctorem suum describuntur*) Donec septimo Aprilis duplex an mi deliquium passus aliquot post horas animam Deo efflavit.

Octavo Aprilis Cadaver Illustriss. Domini apertum est, sicque in stomacho duo ulcera reperta fuere, præterea totum quod ingestum fuerat alium colorem referebat. Hepar magnum, durum, & quasi coctum, in duabus partibus syderatum. Splen totus putridus. Renes utriusque duri, & materia crassa, viscidaque referti. Membrum virile cum testiculis totum quantum necrosi infectum, eodem modo orificium Vesicæ compertum. Omentum circa vesicam, inferius disruptum & nigrum. Cor magnum sed flaccidum. Pulmones thoracis utriusque lateri accreui, ab inflammatione nigri, & integra sui parte materia purulenta undique referti. Femora cum Tibiis, hydropicorum instar, aqua tumida. Caeterum abdomini prius applicitum, nec dum pinguedinem, quæ Illustriss. ad quatuor digitorum crassitiam pollebat pertransiverat. *Jac. Job. Wenesl. Dobrzensky de Nigroponte Miscell. Curios. A. 1. Observ. 80.*

Varia annotata in Hypochondriacæ Cadavere.

Secuit Cl. Sylvius cadaver Mulieris prægnantis nomine Catharinæ Caspa eidis quæ post varia affectionis Hypochondriacæ symptomata tandem per sanguinis vomitum extincta fuerat. Rugæ se offerebant in infima ventris superficie, externa, signa partuum antegressorum. In abdomine secto copiosa & laudabilis pinguedo: Intestina pleraque flatibus distenta. Illorum substantia tenuis & elegans, imprimis quo in loco distendebantur. Præ aliis tamen omnibus in immensum distendebatur intestinum tenue, ante sui inflexionem sinistrorsum versus: Intestina hinc inde colore fellis infecta: folliculus fellis prægrandis erat & pallidus. Lien quoque solito multo pallidior. Plures in intestinis erant lumbrici. In ventriculi aperti parte inferiore nihil craenti, sed materia viscidissima spadicei coloris ferè: Totus ventriculus valde rugosus & densus; ex parte superiore, extra, insignis copia concreti sanguinis cum fluidiore, simul saporis austeri: Orificium inferus, sive pylorus, valde constrictus: Rugæ ventriculi tortuosæ & propè pylorum ferè circulares. Intestini verò rectæ secundum fistulæ intestinalis ductum. In intestinis nihil rubicundi

aut obicuri: Hepar variis in locis per fibrillas diaphragmati annexum. Pulmo dexter pleuræ firmiter connexus, mollis, boni coloris, sed flatu distentus, thoracem totum opprens, sectus apertusque liquorem limpido, fæsum, subacidumque fundens. Sinister lividior distentus, passim connexus pleuræ, gelatinoso & viscido humore obductus, firmus nigricansque, interius etiam sanguinis instar coagulati. Pancreatis substantia elegans, à liquore per syringam immisso parùm tingebatur. In latere complures glandulæ planè non tinctæ: Ductus pancreaticus insignis: lien pallidior multo, in quo initia apostematis. Hepar benè habebat: bilis copiosa, pallida & tenuis. Humor in pericardio subsalsus & subacidus: cor benè constitutum: In disseci cordis ventriculo dextro parùm sanguinis, in sinistro ne gutta quidem. Extrema in parte tubarum, variæ vesiculæ aqua repletæ, hydatides dictæ. Rami illi, qui ex iliatis ad uterum tendunt hic ferè æquales illis qui ad crura. Quarto mense gravida iudicata. Tota substantia uteri spongiosa & cavernosa multis magnis foraminibus, sive potius canalibus pervia, in locis quibusdam styrum crassum admittentia; in horum unum immisus sinistram versus, tabuli ope flatos, per uteri substantiam & venam spermaticam in venam renalem & cavam transit, magisque tumens universus observatus uterus, quasi etiam in ipsius cavitate flatu penetrasset. Inflata arteria spermatica ad ipsos usque testes mota & tumefacta placenta uteri cum secundina, sive membrana chorio, mirabili textura è tenuissimis fibrillis conjuncta. Funiculus umbilicalis in latere sinistro placentæ insertus. Fœtus caput in fundo uteri: hic unus & masculus lateri sinistro incumbens: extremitates, manuum pedumque ut & narium albicantes: Umbilicus parte ventris magis inferiore quàm in adultis. In totius corpusculi superficie venarum ramificationes elegantissimæ conspicuæ: facies ruditer efformata. In arteria aspera sanguis coagulatus, in œsophago non. *Matthias Paisenius in Miscell. cur. ann. 4. & 5. Observ. 96.*

In Hypochondriacò, collectio materiæ fætidæ inter Mesenterii tunicas.

Patritius quidam intemperantissimus in affectionem hypochondriacæ non dissimilem admodum sua forma incidit: aderat & nausea continua, creber vomitus, & cogitationes melancholicæ: symptomata levibus purgationibus & tempestita sanguinis missione aliquanto remissiora sunt reddita, at nunquam malum fuit extirpatum: aliquot diebus post sensit horrorem, & supervenit tumor & dolor in sinistro genu: itidem circa pubem tumor prognatus, qui vesicæ orificium ita compressit ut difficulter urinam reddiderit: hic tumor interdum augebatur, interdum minuebatur, unde causa flatibus adscripta est: quotidiano tamen incremento ita auctus est ut sese ad umbilicum & latus sinistram extenderit & respirandi difficultatem excitarit: fuit redditus cacochymicus & cachecticus, & postquam cruciatibus morboque totus contabuerat, septimo à morbi principio mense obiit diem. Apertum fuit corpus, & in eo inventa collectio materiæ purulentæ ac fœtidæ, nimirum inter duas mesenterii tunicas: collectio hæc occupat majorem inferioris ventris partem & hepar sua putredine infecerat.

Hinc non mirum si facta malâ sanguificatione tumoribus inflammationibusque crura infestata (ut hydropicis contingit) fuerint: opinandum sanè est multos similem materiam, tanquam gravissimorum morborum fomitem in hoc mesenterio coacervare, à qua si non per vomitum vel per alvum liberentur, in tædiosis,

fos, longos, atque gravissimos morbos incident, & ultimo miseris consumpti occumbunt. *Coiter, libello observat. anat. & chirurg.*

In Hypochondriacâ Ventriculus inversus repertus, &c.

Honestâ Virgo annos præter propter quinquaginta nata, plures annos variis cruditatibus, indeque enata affectione hypochondriacâ, seu flatulenta vexata vitamque languidam agens, die 14. Octobris Anno 1682. à sacra concione fortè redux, in totalem pulsus suppressionem per viginti quatuor ferè horas durantem incidit, tandemque inter loquendum, atque etiam comedendum vitam cum morte commutavit. Die subsequenti aperto cadavere, reperiebamus ventriculi situm prorsus inversum, ita ut pars illius amplior quæ in statu naturali, humiliori posita loco fundum ejusdem constituit, supremo hic locaretur situ: Pars verò paulò contractior, quæ in statu naturali sensim magis arctata in pylorum abit in superioribus à dextris positum, ima hic occuparet, fundique ventriculi officio fungeretur. Pylorum præterea vidimus, glutine ita oblessum, & per fibras suas ita contractum ut stylum majorem non facile admitteret. Duodeni portionem immediatè è pyloro emanantem & ad superiora tendentem, in sui principio ita dilatam ut secundarius quasi ventriculus videretur, observavimus. In thorace resecato advertimus cor stupendæ magnitudinis cujus cavitates adimplebant polypi grandiores, quorum alterum auriculam dextram lato & crasso pediculo opplens, contractior sensim factus, cavitatis parti cuspidi proximiori affigebatur, indeque rursus in amplum elevabatur corpus, quod posteaquam ventriculi totam longitudinem decurrisset, per varias arteriæ pulmonariæ, veteribus venæ arteriosæ dictæ, divaricationes aliquantulum divagabatur. Alter polypus, è pluribus radicibus in cavitate cordis sinistra, ejusdemque & fundo & lateribus implantatis, ortus, illa sui parte quæ cavitatem prædictam occupabat, pollicem integrum latus, dimidiumque crassus, circa ventriculi exitum multum contrahabatur, & in aortam ascendebat. Prioris substantia firmior, glandulosum quid, fibris variis, quasi nerveis, intertextum exhibebat; in cujus medio per totam longitudinem sanguineum vas decurrens visibatur. Posterioris verò substantia, è fibris sanguineis glutine albo infarctis, compaginata erat. Non mirum itaque si facta sit *de quibus* memorata post longas pulsus debilitates, à polypis descriptis, eò usque tandem auctis ut sanguinis motum absolutè propè impedirent. Cruditatum autem, indeque enatæ affectionis hypochondriacæ, rationem commodè us & melius assignare non potuimus, quàm descriptæ ventriculi dispositioni; in qua sc. quod fundi vices sustinebat, non ejus erat capacitatis, nec ita sub pyloro propendebat, ut ponderosior chyli pars, præ exclusionis difficultate, ibidem eas traheret moras, quæ sui in fermentum exaltationi necessariae forent, unde minùs bene dissolutæ alimenti assumpti particule crudiores succum sanguini sufficiebant, qui in variis visceribus, atque carnibus inter circulandum detentus, languoris, & cachexiæ; quique in corde coagulatus polyporum materiam dabat, præterea crassior quædam ejusdem portio ad intestina, tum è ventriculo, tum per varia excernicula, pancreas sc. glandulas intestinales &c. demandata, pituitam ibidem aggerebat veram flatuum causam materialem; nam dum à salibus crassioribus in sui centro nidulantibus agitatur, bullas efformat non absimiles illis quas sapo aqua dilutus, & stipulæ immersæ extremitati adherens, aère immisso dilatatus, efficit. Sic autem non tantùm molesta distensione gravantur

Affectio hyp.
intestina, sed eorundem fibræ per vim sibi factam convelluntur, unde in va: ios hæc viscera, omnesque etiam abdominis, seu partium in eo contentarum membranæ, cientur spasmos. Ventriculi descripti vide figuram in nostra *Bibliotheca Anatomica Tom. 1. pag. 76.*

Affectio Hysterica.

Affectio Hysterica eadem prorsus est cum *Affectione Hypochondriacâ*, ac Mulierum *Affectio Hypochondriacâ* verè dici meretur. Itaque de eâ nihil hic adjiceremus, nisi omnium propè Medicorum mori satisfacturi, qui hæc Affectiones in suis Tractatibus distinguunt, aliquid in isto argumentò etiam addere è re nobis videretur, quod si ad alium non faciat finem, saltem malo Hypochondriaco ulterius explicando inserviet. Atque ea propter tum Clariss. Thomæ Sydenham *de Affectione Hystericâ Dissertationem Epistolarem, ad Spectatissimum Doctissimumque Guilielmum Cole, Doct. Medic. conscriptam; tum Curationes, Consultationes, aliaque plura, jam adferemus.*

Thomæ Sydenham de Affectione Hysterica, Dissertatio Epistolaris, ad &c.

Accingo me jam (quoniam tu id postulas, Vir Eruditissime) ad ea exponenda, quæ de *Affectionibus Hystericis* hætenus observatione comperi. Quas quidem, per obscuram & difficilem, præcæteris qui homines vexant, morbis, diagnosi habere, tum etiam ægrius curationem admittere, lubens fateor. Attamen ut potero morem tibi geram, ea, quæ Epistolæ convenit, brevitate; quam sanè à me exigit valetudo infirmior & quasi vacillans, hac præsertim anni tempestate, qua mihi verendum est, ne si pertinacius cogitationibus indulsero, Podagræ mox paroxysmum accersam. Paucis itaque expediam, quæ hic habeo dicenda, methodo, qua uti soleo, insistent; brevem sc. morbi Historiam tradens secundum vera Naturæ Phænomena; tum etiam medendi rationem subnectens quæ mihi optimè cessit; quamque non tam librorum lectio, quàm experientia propria, Magistra haudquaquam infida, jam olim suggestit.

Hic morbus, si rectè calculum pono, Chronicorum omnium frequentissimè occurrit; & sicuti Febres cum Appendicibus suis duas partes Tertias, ad Chronicos morbos simul sumptos si comparentur complent, ita Affectus Hysterici (vel isti saltem qui eo nomine insigniuntur) ad reliquæ partis Tertie dimidium assurgunt, hoc est, Chronicorum pars media sunt: Fœminarum enim paucissimæ [qui sexus Adultorum dimidia est pars] ab omni horum affectuum specie prorsus liberæ sunt, si istas excipias, quæ laboribus assuetæ durè vitam tolerant. Quin imo non pauci ex iis Viris qui vitam degentes sedentariam chartis solent impalescere, eodem morbo tentantur. Et quamlibet omnis retrò Antiquitas symptomata illa Affectibus Hystericis adnascencia Utero semper vitio verterit, si tamen *Affectiones Hypochondriacas* vulgò dictas, quas Splenis aut Viscerum nescio quorum obstructioni imputamus, cum mulierum Hystericarum symptomatis conferamus, vix ovum ovo similis, quàm sunt utrobique Phænomena, deprehendemus. Neque tamen reticendum est, Fœmias multò crebrius hoc morbi genere corripi quàm solent Mares, non quòd se Uterus magis malè habeat quàm alia quævis corporis regio, sed ob causas infra explicandas.

Sic

Sed nec spectabilior est hujus morbi frequentia, quam varietas illa multiformis qua se ostendit, & nullos ferè non æmulatur ex iis affectibus quibus atteruntur miseri Mortales. Quamcumque enim corporis partem infederit, symptomata, qualia ei competunt parti, statim producit: Et nisi Medicus tam sagaci quadam solertia & *Diligenti*, quam in Arte peritia valeat, fraus ei fiet, atque ista symptomata à morbo aliquo essentiali hujus vel illius partis, non verò ab affectione Hysterica, pendere arbitrabitur.

Quandoque v. gr. *Capitis* arcem occupans, *Apoplexiam* facit, quæ similiter *Hemiplegia* solvitur, eam omninò referens *Apoplexiam*, quæ tum ætate, tum mole corporis grandiores siderantur, & quæ ex eo nascitur, quòd, *Cerebri* Cortice pituitæ copiâ referto ac scatente, Spirituum animalium meatus ac semitæ intercludantur: à qua quidem causa, quæ sceminis Hystericis accidit *Apoplexia*, oriri nullatenus videtur, cum easdem haud infrequens adoriatur *concessim* à partu, magnâ sanguinis vi simul ejectione, & vel partui laboriosiori; vel vehementiori alicui animi commotioni debeatur.

Quandoque *Spasmos* horrendos gignit, *Epilepsia* perisimiles, *Ventre* & præcordiis guttur versus intumescens, & nixus ita fortes edente ægrâ, ut licet aliàs mediocrium tantum fuerit virium, jam omni adstantium ope vix retineri queat, in condita interim atque inarticulata quædam vociferans, & pectus feriens. *Fœminæ*, quibus hæc species, quæ *uteri* *Sirangulatus* vulgò audit, familiarior est, temperamento sunt ut plurimum plusquam solitum sanguineo, & habitu corporis ad *Viragines* accedente.

Nonnunquam *exteriorem* *Capitis* partem occupat, *Pericranium* inter *Cranium*que, dolorem vix tolerabilem adferens, in quodam tantum particulâ, quæ transverso pollice contegi possit, jugiter defixum. Dolorem hunc etiam comitantur *Vomitiones* enormes. Hæc species *Clavus Hystericus* mihi est, istas præ cæteris fatigans, quæ *Clorosi* laborant.

Nonnunquam in *partes* incidens *vitales*, ita vehementem *Cordis* *Palpitationem* excitat, ut quæ eam patitur *fœmina* pro indubitato habeat, *Sonitum* *Cordis* in *Costas* arietantis etiam ab adstantibus omnino debere percipi. Hæc species eas maximè infestat, quæ extenuato sunt corpore, & crassi minis firmâ, quæque *Extabescens* pene formam præ se ferunt; tum etiam *Juenculas* *Febre Albâ* pallescentes.

Nonnunquam *Pulmones* obsidet, unde æger creberrimè tussit & ferè sine intermissione, nihil profusus expectorans: & quantumlibet hæc *Tussis* species non ita valido nisu thoracem concutiat atque illa quæ *Convulsiva* dicitur, *Explosiones* tamen longè frequentiores sunt, æger præterea non ita sensu valet. Hæc autem *Tussis Hysterica* species oppidè rara est, & *fœminas* pituitâ scatentes præ cæteris exagitat.

Nonnunquam in *Colon*, & regionem *Scrobiculo Cordis* subtensam impetum faciens, dolorem vix ferendum infligit, *Iliaca Passioni* haud absimilem; ubi ægra immodicè vomit, colluviem quandam *Viridem*, *Bili*, quam *Porraceam* appellant, ferè parem, nunc etiam insoliti alicujus coloris, rejiciens. Sæpè etiam postquam ægra ad multos dies jam dicto dolore (qui vel *Stoicorum* *admodum* expugnaret) & continuo vomitionis conatu tantum non fuerit enecta, tandem *Illero* intensiore omnem corporis superficiem ad instar *Croci* tingente, solvitur *Paroxysmus*. Ægra interea *diris* mentis angoribus pressa, omnem recuperandæ *Sanitatis* spem

profus abjicit: quæ quidem animi dejectio & quasi *desperatio* quædam, non magis, quantum ego observavi, ab hac *Hystericorum* *Affectuum* specie sejungitur quam sive dolor, sive *Vomitus* præmemorati. Atque hoc genus in istis præcipuè locum habet, quæ corporis habitu laxiore crudoque sunt, tum & in iis, quæ *Infantes* grandiusculos, cum ingenti sui & naturalium vitæ flaminum dispendio, sunt enixæ.

Quandoque hoc malum in alterutrum ex *Renibus* incurans, atrocissimo quem illic parit dolore, *Paroxysmum Nephriticum* omninò mentitur, idque non solum doloris genere locoque quo sævit, sed & adscitis *Vomitionibus* immanioribus, tum etiam nonnunquam ex eo, quòd dolor per *Ureterum* ductus propagetur. Ita ut ægrè admodum dignosci queat, utrum hæc symptomata ab incluso *Calculo*, an verò ab effectu aliquo *Hysterico* enascantur, nisi fortè *Casus* aliquis acerbior ægræ animum paulo antequam corripere discrucians, aut *materiæ viridis* per vomitum rejectione, symptomata ista *Affectioni* potius *Hystericæ* quam *Calculosæ* tribuenda esse docuerint. Sed neque *Vesica* ab hoc *Pseudosymptomate* atque e mentito *Afectu* immunis est; cum non tantum ipsa ab eo doleat, sed & *Urina* supprimatur, perinde ac si *Calculus* eam obstrueret, qui tamen nullus est. *Rarissime* autem cernitur postrema hæc species *Vesicam* attingens, quæ verò *Renum* *calculum* imitatur, non ita raro. *Utraque* eas solet invadere *fœminas*, quarum vires repetitis sæpè *paroxysmis* *Hystericis* jam fractæ sunt, & *sanitas* corporis detrita.

Nunc in *Ventriculion* decumbens, continuas *Vomitiones* excitat; nunc etiam *Diarrhæam*, quoties scilicet in *Intestina* effunditur: at neutrum horum symptomatum sequitur dolor, licet in utroque persæpè compareat dictus ille succus *viridis*. *Utraque* hæc species iis familiaris est, quas frequentiores *paroxysmi* *Hysterici* debilitaverunt.

Atque ut hic morbus omnes ferè partes *Internas* infestat, ita etiam nonnunquam & *Externas*, carnemque musculosam occupat, *maxillas* scilicet, *humeros*, *manus*, *crura*, *tibias*, nunc dolorem adducens, nunc tumorem: in quo genere is qui *tibias* distendit tumor præ reliquis conspicuus est. Cum enim in *Hydropicorum* tumoribus duo hæc semper observari possint, ut tumor scilicet sub vesperam se majorem exhibeat, tum etiam ut *palpe* instar madentis, vestigium *digiti* fortius impressi formamque referat; jam in hoc altero, tumor matutino tempore protuberantior est, nec *digito* cedit prementis, aut vestigium ullum manet. *Plerumque* etiam *tibiaram* alterutram tantum inflat: de cætero sive magnitudinem spectes, sive etiam superficiem. *Hydropicorum* tumores ita ad amissam æmulatur, ut ægrè se haud facillè ab ea quæ infedit sententia, dimoveri patiantur.

Sed neque ipsi *Dentes* (quod vix credas,) ab hujusce morbi insultu se possunt defendere: licet neque vel minima cavitas, neque humoris alicujus defluxus, saltem qui percipi queat, doloris sive ansam præbuerit, sive vehiculum; qui nihilominus nec mitior est, nec contractior, aut expugnatu facilior. Isti verò tum dolores, tum tumores, quibus afficiuntur, partes exteriores, quas supra memoravimus, eas præcipuè *fœminas* adoriuntur, quæ, longâ *paroxysmorum* *Hystericorum* serie ac impetu violento tantum non examinatæ, vitam ducunt vix vitalem.

Inter omnia verò morbi hujus tormenta, nullum se tam crebrò ingerit quam *dolor* in *Dorso*; quem certo certius persentiscunt, quotquot vel levissimè hoc affectu tanguntur. Quinimò id habent effectum commune dolores prædicti, quòd illa, cui

cui inhaerant regio, etiam post eorum discessum, tenera sit, & quasi sustibus probe fuerit dedolata, tactum refugiat; quæ quidem teneritudo sensim evanescit.

Hoc interim observatu dignissimum est, quod non raro notabilis quædam externarum partium refrigeratio symptomatis his omnibus viam quasi sterit, & plerumque non nisi paroxysmo finito dispellitur: quam quidem refrigerationem haud semel illi ferè, quæ rigent cadavera, patem comperi, pulsu nihilominus rectè se habente.

Addo, quod Hystericæ ferè omnes, quotquot ego hætenus tractavi, de spirituum dejectione sive subsidentia [ut cum illis loquar] conqueruntur; pulmonis regionem indigentes, quoties locum, in quo hæc spirituum contractio seu subsidentia sentitur, volunt designare.

Demum mulieres Affectione Hystericâ laborantes, nunc in risum effundi, nunc in lacrymas pariter immodicas solvi, nullâ *opopelen* manifestâ sive illum, sive has extorqueute, nemini non est notum.

Inter omnia verò, quæ in hoc morbo comparant Phænomena, illud maximè proprium est, atque ab eo ferè inseparabile, quod sc. ægræ urinam subinde reddant planè limpidam ad instar aquæ è rapibus scaturientis, idque latis copiosè; quod quidem ego sigillatim percontando, in omnibus ferè didici signum esse Pathognomicum eorum Affectuum, quos in Fœminis Hystericis, in Maribus Hypochondriacis appellandos censemus. Atque in masculis nonnunquam observavi, quod mox ab excreto lotio coloris Citrini [imò verò proximo temporis momento] violentiori aliquo animi motu derepente percussis, statim urinam, Crystallum claritate æmulantem, magnâ copiâ & impetu diu continuato ejecerint, eò usque se malè habentes, donec urina pristinum colorem induerit, & paroxysmus simul evanuerit.

Quin & omnibus tam Hystericis, quam Hypochondriacis, quibus scilicet jam malum inolevit, id accidit, ut *flatus* quandoque *nidosos* è ventriculo emittant, quoties aliquid comederint, licet moderatè tantùm & proratione appetitûs, tum etiam aliquando *acidum* eructent, acetum sapore referens, quoties in eos ascenderit; læsâ nempe utrobique concoctione, & succis proinde à naturali statu interversis.

Neque hoc tantùm nomine infelices sunt, quod corpus in malè affectum & quasi conquisitum ad instar ædium ruinas undiquaque minantium, tantùm non corruat & fatiscat, cum magis adhuc animo ægrotent, quam corpore: Cum enim desperatio planè insanabilis de hujusce morbi natura sit, indignatur admodum quoties aliquis vel minimam de sanitate recuperanda spem injecerit; facile interim credentes omnia sc. quæcunque in homines cadere possunt incommoda, quæque ad eò fert rerum natura, perperatos, trillissima quæque sibi ominantes, atque timorem, iram, zelotypiam, suspiciones, & si quæ atrociora sunt animi pathemata, vel ex levissima, vel etiam nullâ datâ ansâ, arripientes, & sinu foventes irrequieto anxioque; ab omni interim gaudio, spe, lætitiâ abhorrentes: quæ si fortè occurrant, quando hæc raræ aves sunt, velocissimè avolant, animum interim haud minus vehementer exagitantia, quam solent mœstiora illa *πῶδᾱ*, ita ut nullibi mediocritatem servent, in una levitate constantes; nunc amant præter modum, mox odio eisdem sine causa prosequuntur; nunc hoc illudve sibi agendum proponunt, mox à proposito resiliunt, & quod cum eo pugnat, aggrediuntur, sed neque hoc peragunt, ita animi pendentes, ut nunquam liceat quietâ mente consistere. Quodque de Superstitiosis asserit Orator Rô-

manus, nostris hæc Melancholicis pulchrè quadrat. *Perfugium videtur omnium laborum & sollicitudinum esse somnus, ac ex eo ipso plurima cura, metusque nascuntur; eum funera tantùm in somniis, & denatorum Amicorum umbræ repræsentantur.* Ita tam animo quam corpore excarnificatur, quasi hæc vita omnis Ignis esset Expurgatorius, in quo scelera alio in statu perpetrata jam inerent atque expiant. Neque hoc tantùm Maniacis accidit & furiosis, quos dicimus, sed etiam illis, qui, si hos animi impetus excipias, prudentiâ ac judicio valent, quique & meditationum profunditate, & sapientiâ orationis longè eos superant, quorum mentes his cogitationum aculeis nunquam fuerint excitatæ. Ita ut non sine ratione observaverit Aristoteles, Melancholicos cæteris ingenio præstare.

At verò tam horrendus animi status, qualem supra delineavimus, non aliis competit, quam iis, qui diu multumque cum hoc morbo conflictati, tandemque subjugati quasi victas manus dant; maxime si res adversæ, animi mœrores, sollicitudinesve, nimia in literarum studio assiduitas, atque animi contentio, cum prava corporis diathesi conspirantes, oleum camino adjecerint.

Dies me deficeret, si omnia quæ affectus Hystericos gravant symptomata enumerare velim; tam diversâ atque ab invicem contrariâ specie variantia, quam nec Proteus lufit unquam, nec colorata spectatur Chamæleon. Proinde rectè mihi videtur rationem subduxisse Democritus [quantumlibet in morbi causa hallucinaretur] ubi in Epistola ad Hippocratem missa disertè asserit; *Sexcentarum arummarum, innumerarumque calamitatum auctorem esse Uterum.* Neque tantùm multifaria sunt ista, sed nec regulâ aliquâ aut Typo uniformi se contineri patiuntur, quod in aliis hominum Affectibus tamen usu venit, sed quasi farrago sunt quædam *φασματωδῶν* incomposita atque inordinata, unde perarduum est hujus morbi Historiam describere.

Causæ autem hujus morbi *Procatartice* seu externæ, vel sunt vehementiores corporis motus, vel etiam multo sæpius, violenta quædam animi commotio à repentino aliquo, sive iræ, sive doloris, sive etiam timoris, & similium Pathematum insultu. Quoties itaque me consulunt Fœminæ de hoc illove corporis affectu, cujus ratio è vulgaribus Morborum dignoscendorum Axiomatibus nequeat reddi, nunquam non diligenter ab eis exquiro, An non eo de quo conqueruntur malo, tum præcipuè fatigantur, cum tristitia, ærumna, aut alia aliqua perturbatio eas malè habeat; quod si annuerint, jam satis superque mihi constat morbum in hæc, de quâ agimus, Tribu censendum; præsertim verò si diagnosi id clarius illustret, quod sc. certis aliquot temporibus urinam limpidam & Crystalli æmulam, eamque copiosam simul excernant. His verò animi motibus, qui usitiores sunt hujus morbi *opopelen*, accedunt vel Stomachi vacuitas ab inediâ pertinaciori, vel nimie humorum evacuationes, sive à sanguine intemperanter effuso, sive ab Emetico, aut Cathartico, cui impares erant ægræ vires.

Jam verò ab hæc totius morbi imagine, secundum vulgatissimam ejus *φασματωδῶν* depictam, proximo loco ejus *Causæ Efficientes internæ* sive *opopelen* mihi veniunt pensitandæ: quæ cum eas, ex omnibus quas descripsimus Circumstantiis simul junctis, expiscari valeam. Pendunt ergo Affectiones istæ, quas in fœminis Hystericis, in maribus Hypochondriacis insignire libet, quantum ego judico, à spirituum Animalium *αἰσθητικῶν*, unde factò impetu in hanc illamve partem plus quam pro ratâ densi nimique feruntur, spasmos uti & dolorem exci-

tantes

tantes ubi in partes sensu exquisito præditas irruunt, atque organorum, tum ejus in quod se ingerunt, tum illius à quo abscedant, functiones pervertentes; cum utrumque ab hac tam iniqua partitione, quæ naturæ œconomiae penitus adversatur, haud parum detrimenti capiat.

Cujus quidem *ætiæ* origo atque causa Antecedens, est debilitas dictorum Spirituum Crasis, sive naturæ ea fuerit, sive etiam adventitia, unde quavis *ætiæ* dissipatu faciles sunt & eorundem systema nullo ferè negotio dirimitur. Quemadmodum enim Homo quidam Exterior conspicitur ex partibus sensui obviis compingatus, ita procul dubio & Interior est quidam Homo è debita Spirituum serie & quasi Fabricâ constans, solo rationis lumine contemplandus. Hic verò cum temperie corporis intimius conjunctus & quasi unitus, tanto ægrius faciliusve de statu suo dejicitur, quanto major est minorve ea, quam à natura sortimur, Principiorum constituentium firmitas. Quamobrem Feminas longè plures quàm Masculos hic morbus aggreditur, quoniam videlicet istas natura magis delicatulo rarioreque corporis habitu ceu vitæ molliori, & hominum delicis destinatas blanda donavit; Mares autem toroso corporis robore, utpote qui laboribus exantlandis in tellure colenda, & repastinanda, & feris, quibus alantur, capiendis, aliisque similibus, apti nati sint.

Dictam autem Spirituum *ætiæ* hujus morbi causam esse, Phenomena jam descripta satis probant; quorum præcipua tantum attingam, à notissimo illo Affectu Hysterico, qui Uteri *Strangulatus* vulgò dicitur, initium faciens. Hic jam Spiritus, facto quasi agmine in ventre inferiore, catervatim magnoque impetu in fauces irruentes, spasmos excitant per omnem quam transeunt regionem, ventrem insistentes ad instar Globi prægrandis, qui tamen nisi aliud est quàm partium spasmodentatarum convolutio & quasi conglobatio quædam, quæ non nisi magnâ vi reprimi potest & coerceri. Partes interim externæ massæque carnea à spiritibus, jam aliò raptis, magnâ ex parte destitutæ, eò usque frigescent persæpè, non in hac solâ Affectus Hysterici specie, sed in aliis omnibus, [quod prius adnotatum] ut cadavera non frigeant magis. Pulsus interim qualis sanarum est, nec ægra ab hoc frigore de vita periclitatur, nisi illud ab evacuatione aliqua enormiori præcedente originem ducat.

Idem etiam dici potest de violentiori isto Affectu Hysterico, qui externa facie Colicam Biliofam, vel etiam Passionem Iliacam æmulatur: in quo ægra dolore vix tolerando in regione Cordis Scrobiculo circumposita, una cum immani materiæ herbæ colore referentis, evomitione, discruciat. Quod quidem symptoma haud aliunde nasci existimo, quàm à vehementi Spirituum densè conglomeratorum in dictas partes impulsu, undè & spasmus, & dolor, & earum totalis facultatum subversio.

Neque ex eo quòd ista quæ in hoc Affectu sive per os, sive per sedem egeruntur, colore quandoque viridi tingantur, statim conicitur morbum hunc in humoribus residere, aut atrocissimum illum dolorem ab humoris alicujus acrimonia partem cui inhaeret dilatantis, produci; quem ideo pro minera morbi habeamus, ac proinde Remediis tam *ætiæ* quàm *ætiæ* Catharticis radicibus extirpandum censeamus. Etenim de facto constat, ægritudinem illam, quæ laborant Navigantes (à Spirituum animalium agitatione ortam, in fluctuanti ac itre quieto mari) colluviem coloris planè herbæ ex hominum vel sanissimorum ventriculo exantlare, ubi primum in mare longius sunt proceffi, quibus

Tom. I.

tamen ante semihoram ultimò elapsam non incrat Bilis hæc, quam Porraceam appellare libet, Annon & Infantes in Paroxysmis Convulsivis, in quibus Spirituum Animalium maximè res agitur, tam per superiora, quàm per inferiora materiam ejusdem planè coloris ejiciunt? Quibus addendum est id, quod experientia ferè quotidiana docet, sc. quantumlibet ejusmodi, sive sceminas, sive infantes iteratâ Catharsi exhauserimus, attamen color jam dictus in eis, quæ vel per vomitum, vel per sedem exeunt, usque visetur. Quin etiam à Pharmacis tam Emeticis quàm Catharticis frequentius propinatis uberior materiæ viridis nascitur seges, cum ab utroque genere Spirituum *ætiæ* provehatur: quæ vel, nescio quomodo istarum partium fermentum destruit ac pervertit, vel in ventriculum intestinaque vi Spasmodum succum aliquem alienæ indolis intorquet, qui humores ejusmodi coloribus inficere potis est. Chymici Sectatores, licet nondum ita bene cum illis sit, ut quæ in Organis suis *ætiæ* Medicamenta elaboraverint, majus aliquid in morbis debellandis præstent, quàm quæ contendantur in Mortario, vel in Ollâ decoquantur, tamen curiosorum *ætiæ* eorumque gratificari norunt, ut duos liquores æquè limpidos clarosque ostendentes, ex iisdem invicem commistis saturatum colorem aliquem, quasi præstigiantes, possint exhibere. Et profectò, ita lubrica est & evanida Colorum speculatio, ut nihil certi ex illis, de corporum in quibus apparent naturâ, queat deprehendi. Neque magis sequitur ea quæ colore viridi sunt; acria esse omnia, quàm omnia quæ sunt acria, viridi esse colore. Re itaque undique perpensâ, satis liquet dolorem immanissimum qui hæc Colicâ Hystericâ laborantes penè exanimat, tum etiam materiæ viridis rejectionem, à Spiritibus nimio impetu in partes sub cordis Scrobiculo positas incurstantibus, atque easdem spasmo contrahentibus omnino excitari.

Huic etiam Spirituum enormitati tribuendum est symptoma istud, quod superius Clavi Hysterici nomine indigitavi, in quo Spiritus ab omni corporis ambitu in certo Pericranii quasi punctulo concentrantur, dolorem haud minus perterebantem, quàm si Clavus ferreus in caput vi adgeretur, accersentes, unâ cum insigni materiæ viridis evomitione. Quæ quidem Spirituum ab universo corpore quasi in punctum contractio non multum ab illâ radiorum Solis collectione, quæ sit ope Vitri Incensorii: utque hi vi unâ excurrunt, ita & isti ob eandem rationem dolorem insiungunt, membranas quasi discerpentes lacerantesque junctis viribus.

Deinde ab hæc inordinatâ Spirituum agitatione sanguinem perturbante, exortur Symptoma illud, tam Hystericis, quàm Hypochondriacis haud insolens, ut supra notavimus, quòd nempe sæpe numero urinam reddant elaram limpidamque simul & copiosam: cum enim sanguinis œconomia subinde interpellatur, quod importator serum satis diu retinere nequit æger, sed illud prius dimittit, quàm istis particulis salinis quarum ope color ad Citrinum traduci debuerat, imprægnari potuerit. Cujus rei quotidianum habemus experimentum in eis, qui, cum plus satis liquoris, maximè tenuioris atque attenuantis, ingurgitaverint, lorum mox limpidissimum excernunt. Quo in casu sanguis ab ea feri quantitate, cui recipiendo profus impar est, planè devictus, illud omnino limpidum amittit, nec dum à corporis succis infectum, ob moram julto brevioram.

Tertius jam agitur annus, à quo Nobilis quidam

D

dam

dam me sibi Medicum volebat, qui Colicam Hypochondriacam pati mihi videbatur, ad Passionem Iliacam ferè accedentem doloreque & vomitu enormiori; quo morbo diu multumque fuerat vexatus, & tantùm non fractus. Per omnem morbi decursum sedulus animadverti, quod ubi pessimè se habuerit, urina limpida & exors coloris semper fuerit, quando verò paulo melius, ad Citrium vergeret illa. Hunc die quodam adiens, urinam conspexi quam tribus vicibus excreverat, in Matulis totidem reservatam, Citrino colore præditam: lætus ipse hilarisque cibum ex *τολιω* aliquem jam assumere meditabatur, invitante, quod mihi dicebat, appetitu: in quo temporis articulo supervenit quidam eousque bilem commovebat, ut extemplo ægotans, Matulam deposceret, quam urina limpidissima crystallum colore æmulante, ferè implevit.

Fortè etiam à Spiritibus sanguinem ita molestantibus pendet Ptyalismus ille Hysterici familiaris, cum ad multas Septimanas salivam expuant tenuem, perinde ac si Unguento ex Mercurio fuerint delibutæ: durante enim hoc turbido sanguinis statu, in quo excretionibus ad naturæ methodum exigendis impar is est, serum motum hunc inversum forte sibi vendicans non jam in Renes pro lege naturæ exoneratur, sed per arteriarum extremitates in glandulas deponitur, & per *Ductus salivales* salivæ forma prodit. Idem dici potest de nocturnis illis sudoribus, quibus sceminae Hystericae nonnunquam profunduntur, qui non ab alia causa fluunt, quam à seri sanguinis diatesi, qua in corporis habitum gestit effundi, ob modò memoratam sanguinis *ἀσθία*.

Frigus quod attinet, quo toties algent partes externæ in Affectibus Hysterici, luce clarius est, illud ex eo accidere, quòd Spiritus suam in illis stationem deferentes, se nimio opere in hanc illamve partem inferant: Nec est dubitandum, quin tam Fletus, quam *Cachinnus*, quem tollunt haud rarò Hystericae, etiam nulla data ansa; à Spiritibus Animalibus procuretur, Organa, quæ his functionibus Animalibus inserviunt, magna vi pulsantibus.

Obiter dicam, Mares etiam, quamvis rariùs id eveniat, Fletui ex nulla *εποφάση* quandoque obnoxios reperiri. Accersabar aliquando ad Virum tam ingenio, quam genere nobilem, qui non nisi paucis diebus à Febre convaluerat, alterius Medici consilio usus, qui & sanguinem detraxerat, & pharmacum Catharticum ter exhibuerat, tum etiam carnibus illi interdixerat. Hunc ubi vestitum conspexerim, & de rebus quibuslibet cum iudicio disserentem audierim, rogabam quorsum me conveniret; respondit Familiaris quidam ejus, modò expectarem paulisper, res ipsa loqueretur; considens itaque & sermones cum ægro trahens, mox observavi labrum inferius pendulam protrudi cum motitatione crebrâ (uti solent Infantes morosiores fletum adornare) & exinde ægrum in tantas solvi lachrymas, quantum vix aliàs vidi unquam, cum gemitu ac suspiriis tantùm non Convulsivis. Qui tamen repentinus torrens non ita multò post detamuit profusus. Hanc ego Affectiōnem sà spirituum *ἀσθία* (partim à morbi diurnitate, partim ab evacuationibus, quas *διγνώσις* necessariò exigebat, ortâ) pendere existimabam: partim etiam ab exinanitione, & abstinentiâ à carnibus, quam etiam ad dies aliquot posteaquam convaluerat, imperaverat Medicus, quo eum à recidivâ præstaret securiorem. Hinc eum pronunciai extra omnem Febris aleam jam constitutum; symptomatique prædictum,

inanitioni tantùm deberi, ac proinde suadebam, ut pullum Gallinaceum assum in prandium juberet parari, & simul Vinum modicè hauriret, quo factò, & carnibus deinceps moderatè vescens, nunquam deinceps Fletum hunc Convulsivum passus est.

Ut tandem finiam, [cætera enim, quæ in hoc morbo spectantur Phænomena, jam missa facio] ab hæc ipsâ Spirituum inordinatione nascitur perturbatio illa, & varians subinde tam animi quam corporis intemperies, quæ tum in Hystericiis, tum Hypochondriaciis dominatur: cum enim utriusque desit ea spirituum firmitas, quæ in robustioribus atque iis, quorum facultates jugi spirituum vegetorum subsidio actuantur, semper invenitur, impressiones rerum minus gratarum nequeunt perferre, sed vel irâ vel dolore subito perciti, perinde sunt irritabiles, atque illi, quorum *ἐπιμωρία* mollius & debilius vel natura primò prociudit, aut longior ægritudinum sive series, sive mora tandem reddidit. Etenim animi robor & constantia, quamdiu hoc corporis luto is incrustatur, à firmitudine spirituum eidem famulantium maximè pendet, qui quidem supremum in scala materiæ gradum constituunt, in ipso *Entis Immaterialis* confinio positi: Cumque Animi compages, si fas est ita dicere, longè magis affabrit & delicata, quam est corporis structura, utpote quæ in harmonia facultatum præstantissimarum & penè divinarum consistat, si hujus *εὐσθία* quoquomodo fuerit interrupta conturbataque, major inde consequetur ruina, quanto præcellentius erat & magis exquisitum opificium, dum integrum persisteret. Et hic quidem miserorum quos depinximus, animoque fractorum status est; cui malo non citius remedium adferet pertinax aliquod vel insolentissimi Stoici Decretum, quam *ἐπιμωρία* præcaverit is, qui firmiter statuerit, se nullo modo permissurum, ut dentes dolore pertententur.

Satis itaque jam constat opinor, omnem hunc morbum ad spiritus animales non ritè dispositos referri debere; nec à semine aut sanguine menstruo corruptis (quod asserunt nonnulli Authores) & halius malignos in partes affectas elevantibus, produci; nec à succorum nescio quâ perversâ depravatione, sive etiam humorum acrimia congestione, ut alii volunt, sed ab iis quas modò assignavimus causis. Quòd enim morbi fomes in materia non delitescat, unica hæc instantia satis elucefcet. Scemina v. g. quæ rectissimâ semper valetudine uti solet, modò delicatula sit illa, & teneriore corporis habitu, si fortè errore aliquo, sive Emetico, sive Cathartico quovis fortiore nimium fuerit debilitata exhaustaue, certo certius symptomate aliquo, ex iis, quibus hic morbus stipatur, multabitur; quod tamen ejusmodi Vomitus vel Catharsis amoliretur magis quam invitaret, si morbi minera in humore contineretur. Idem dici potest de immodico sanguinis dispendio, sive phlebotomiâ is fuerit extractus, sive in puerperio debito copiosius manaverit, uti & de exinanitione, & iusto longiore à carnibus abstinentiâ, quæ omnia ad Affectus Hystericos præcavendo potius facerent, quam ad eosdem accersendos, si illorum fomes in materia aliqua in volveretur: cum è diverso non alia causa ita constanter pariat hujusmodi Affectus, ac solent dictæ Evacuationes.

Quamvis autem satis pateat originarium hujus morbi fomitem in humoribus nullatenus stabulari, fatendum est tamen (quod res est) spirituum *ἀσθία* illam, cui morbus debetur, humores putridos in corpore coacervandos gignere, cum tam illarum partium functio, quæ vehementiori spirituum impulsu distenduntur, quam earum, quæ illis privantur, omninò pervertatur. Cumque harum pleræque *Organa* sint quasi *Separatoria*, excipiendis Cruoris

recre

recrementis designata, si earum functiones quovis modo lædantur, fieri non potest, quin ingens sæculentia colluvies accumulatur; quæ quidem eliminata fuisset, totaque proinde sanguinis massa depuratio facta, modò singula organa manus suam explevisent, cui nullo modo defaissent, si debita spirituum œconomia universas invigorasset. Huic ego causæ adjudico *Cachexias* insigniores, ἀρροχίαι, sive *Appetitûs prostrationem*; in Juvenculis *Chlorosin*, sive *Febrim albam* [quam quidem speciem esse *Affectionis hystericae* nullus dubito,] aliamque omnem malorum Lernam, in qua immerguantur *Misellæ*, quotquot hoc morbo diu elanguerunt, quæ omnia à succis purefcentibus in sanguine congestis, atque exinde in organa varia depluentis, succrescunt. Hujus farinae est *Hydrops Testium* in foeminis, quæ jam diutius affectu *Hysterico* laboraverint, natus à succis depravatis è sanguinis massa in Organa rejectis; unde perverfis eorundem facultatibus, primò steriles fiunt mulieres, & destruitur prorsus œconomia partium, indeque serum & sanies gignuntur, quæ non tantùm *Nodulos ovaque Testium* interficiunt, sed etiam in *Tunicarum* interstitia se insinuantia, *Testes* in molem ingentem elevant, quod in earum dissectionibus cernitur, quæ hoc morbo pereunt. *Diathe-sis* interim *Hysterica* horum aliorumque humorum similitum causa est primaria, quamlibet ejusdem cum illa *Prosapizæ* non fuerit.

Quemadmodum in *Febre quartana*, quæ vel pancreaticè valens quispiam corripitur, si modò duos tresve dies in locis paludosis ac lacustribus egerit, primò, spirituosum quoddam *malum* morbi hujus sanguini imprimitur, quod diuturnius inhaerens, læsà tandem naturæ œconomia, omnes corporis succos inquinat, alienà prorsus indole eos imbuens, unde aeger [maximè si ætate grandior fuerit ac in senium jam vergeat] *Cachexiis* aliisque malis obnoxius redditur, quæ *Febris* Intermittentibus diu assurgentibus superveniunt. Quæ tamen *Febres* non sunt profligandæ remediis, quibus rectissimè expurgantur hujusmodi humores, sed *Specificis* iis, quæ abigendis istis *Febris* immediate dicantur.

Ex omnibus, quæ nos hætenus congestimus, abunde mihi constare videtur, præcipuam in hoc morbo *Indicationem Curativam* eam esse, quæ sanguinis [qui spirituum fons & origo est] corroboracionem indigitat; quo factò spiritus invigorati eum servare possint tenorem, qui & totius corporis, & singularum partium œconomiae competit. Cùm verò hæc spirituum *utroque* (quod supra fieri posse concessimus) morà longiore humores vitiaverit, è re fuerit eosdem jam corruptos & *Phlebotomia* & *Catharsis* prius imminuere, modò ægræ vires permiserint, quàm ad sanguinem corroborandum nos accingamus; quem quidem scopum vix assequi poterimus, quamdiu sæculentia humorum colluvies se mediam, quasi obicem, interposuerit. Quandoquidem autem *Dolores* atrociores, *Vomitiones*, & *Diarrhæas* enormes ita nonnunquam effervescent, ut inducias non ferant usquequo primariæ illi fortificandi sanguinis intentioni possit satisfieri, quandoque ab effectis conspiciendis [misà aliquantisper causà] *Curationis* tela necessariò ordiendæ est, Exhibito sci. Medicamine *Anodyno*: dein spiritibus, quorum crasis infirmior morbi causa est; rectificandis opera danda est, quo ejusmodi symptomatis deinceps occurratur. Cumque experientia doceat permulta esse, quæ foetoris exhalatione repellendis spiritibus seditionem molientibus, & in loco suo continendis apta nata sint, (quæ idcirco *Hysterica* audiunt,) neque illa sunt negligenda, quoties dictis intentionibus implendis operam navamus.

Ad hanc ego metam collimans, venam in brachio

Tom. I.

secari jubeo, dein ut purgetur ægra tribus quatuorve auroris continuis. Per hos dies, in quibus *Venaesectio* & *Catharsis* celebrantur, ita planè nihil emolumenti capere ægra, ut in pejus rere, sibi videatur, cùm dictæ *Evacuaciones* tumultu concitato *utroque* promoveant, quæ de re ægram diligenter præmonco, ne animum despondeat, suadente morbi *Genio*: utut fuerit, vitiosi isti humores, quos à morbo diuturniore coaggregatos supponimus, quadantenus sunt detrahendi, antequam primariæ *Intentioni* percommodè satisfacere queamus.

Post has *Evacuaciones*, ad sanguinem confortandum & proinde etiam spiritus ex eo prognatos, *Remedium* aliquod *Martiale* seu *Chalybeatum* ad dies *triginta* præscribo assumendum, quo non aliud certius hinc vocis respondet. Etenim massæ sanguineæ, jam effœtæ & languescenti, volatile quoddam *Fermentum*, ceu *calcaria*, subdit, à quo excitantur & quasi eriguntur spiritus antea jacentes & suo pondere pressi. Cujus rei indicium est vel apertissimum, quòd quoties *Chalybis* in *Chlorosi* propinatur, pulsus derepentè major fit & celerior, exteriora corporis incalescere; facies non amplius pallida & mortuis concolor, sed vivida cerni & sanguine purpurata: Attamen hic notandum, quòd non semper *Venaesectio* & *Cathartica Chalybis* usui sint præmittenda, cùm viribus admodum imbecillis & diuturnitate morbi attritis fractisque omitti ea possint ac debeant, & cum *Chalybe* statim incipiendum; quòd diligenter advertendum.

Commodissimè verò, aut ego fallor, in *substantia* exhibetur; atque ut nec observavi unquam ipse, nec fando accepi, eum ita sumptum cuivis nocuisse, ita certiore me fecit experientia multiplex, nudam *Chalybis* substantiam & feliciter & breviori temporis spatio curationem absolvere, quàm si is quovis, ex iis qui vulgò feruntur, modo fuerit præparatus. Cùm tam in hoc quàm in aliis melioris notæ remediis, id quandoque præstiterit *Chymicorum* officiosa sedulitas, non tantùm ut *spuria* non sint, sed etiam à perversa eorundem diligentia & opera plusquam otiosa, magis evalescant. Audi vi etiam (quod si modò verum sit, assertionem hanc nostram fortiter sustinebit (ipsam *Mineram*, prout à terræ visceribus effoditur, crudam efficacius in morbis subjungendis operari, quàm *Ferum* ignem jam passum & fusione depuratum: cujus rei fides tamen penes *Auctorem* sit, me nondum experto, siccine se res habeat, an verò aliter. Id certò scio, nullum remedium præclarum atque *utroque* uspiam gentium fuisse proculsum, quòd non à natura præcipuas vires acceperit: unde *ὄντις χυμῶν*, non verò *Hominum* præcellentiora quævis medicamina *Antiquitas* grata compellavit. Quòd verò nativà quidpiam bonitate præstans & efficaciam, mirandos edat effectus, quasconque demum formà ingeratur, testes hic adduco *Papaveris lachrymam* sive *Opium*, & *Corticem Peruvianum*. Neque enim tantum in medicamentis præparandis medica cernitur peritia; quàm in iis seligendis appropriandisque, quæ *Natura*, suo igne elaborata atque evecta, liberali manu porrigit. Id tantum nobis agendum restat, ut *Medicamenta* in eam formam reducantur, quæ vel eorundem substantia, vel saltem vis & efficacia melius corporibus nostris impertiri queat: cui muneri ob-eundo facultates nacti sumus plus quàm pares. Post *Chalybis* substantiam, ejusdem *Syrupo* lubentibus & præ cæteris utor. Fit autem è ferri aut *Chalybis* limaturâ, in *Vino Rhenano* in frigido infusâ, usque dum vinum satis imprægnatum fuerit, quo factò liquor colatos cum sacchari quantitate sufficienti in *Syrupo* consistentiam excoquendus est.

Nec mihi solenne est totò illò spatio, quò ægre

D 2

Cha-

Chalybeata sumit, Catharticum aliquod statim intervallis exhibere. Cum tam in genere Hysterico quam Hypochondriaco, Chalybis vires à Cathartico intercidi atque infringi mihi videantur. Quando enim id mihi palmarium sit, ut Spiritus in ordinem redigam, atque eorum systema redintegrem firmemque, quod toto vix Octiduo refarciveram Chalybis ope, Cathartico vel lenissimo exhibito die unicâ rursus demolior; atque ita diruta extruendo, atque à me extracta subruendo, & ægros & operam ludo, vanus & infelix Ardilio. Qui quidem mos cum etiam in usu Aquarum Mineralium obtineat, quæ Ferri mineræ sunt participes, haud mihi dubium est, easdem exinde minus efficaces reddi. Non sum nescius quosdam fuisse sanatos, Cathartico non tantum intercalatis, sed etiam quotidie cum chalybe propinatis, quod tamen non tam Medici prudentiam, quam Chalybis virtutem *ερεπτενελω* mihi comprobatur, cum, si ea omittantur, breviori temporis spatio Curatio succedat.

Neque sanè video in alijs affectibus multis præter jam dictum, quid emolumenti, sive potius quid non incommodi tam repetita Cathartico exhibito ægris adferre queat. Quamvis enim haud negandum est, quin intestina ex impuritatibus liberent ea, & pariter è massa sanguinea humores noxios in ea stabulantes aliquantulum extrahant; è contra tamen haud minus certum est, quod frequenter repetita in corporibus imbecillis (maximè verò in ætatibus tenellis) plurimum officiant; cum ex hac *ερεπτενελω* ingens humorum colluvies in viscera eliciatur, atque in partibus deposita fermentationes præternaturales invitet; ex quibus deinceps Tumores in infimo ventre oriuntur, tanto magis indies mole augetes, quanto sæpius æger purgetur. Atque id demum accidit, ut istæ partes præ imbecillitate & caloris nativi (jam sub humorum onere quasi obrui) defectu, *tabe* facile afficiantur ac putrescant. Quandoque etiam, Oeconomiam viscerum ob causas jam dictas penitus eversâ, Glandula præternaturales, Strume soboles, & id genus similia Mesenterio accrescunt, & ad mortem viam sternunt. His rationibus adductus tutissimum esse judico in Infantibus post evacuationes universales, easque perpaucas, eò Indicationem Curativam dirigere, ut confortentur sanguis & viscera. Quod Vinum Hispanicum vel solum, vel Herbis corroborantibus alteratum efficere potis est, modò manè & serò cochlearia aliquot (pro ratione ætatis ægri) satis diu exhibeantur. Cum verò quæ exteriùs admoventur, tenera Infantium corpora facile penetrant, proindeque sanguinem ipsum qualicumque virtute sua penitus afficiant, è re erit in Tumoribus qui ventrem eorum occupant, sive Scrophulis, sive Rachitidi vera originem illi debeant, Linimentis uti que sanguinem ac viscera corroborandi ac pariter labem aliquam morbificam iis inductam delendij vi pollent. Ut *℞. Fol. Absint. vulg. Centaur. min. Marrub. alb. Chamædr. Chamæpit. Scordii. Calaminib. vulg. Parthenii, Saxifrag. pratens. Hyperic. Virgæ Aur. Serpill. Mentb. Salvia, Ruta, Card. benedict. Puleg. Abrotan. Chamomel. Tanacet. Lilior. Convall. (omnium rec. collectorum & incisorum) an. m. j. Axungie porcine ℥iij. sevi ovini, & vini Clareti an. ℥ij. Macerentur in ollâ fictili super cineres calidos per horas 12. Deinde ebulliant ad humiditatis consumptionem, & postea colentur, ut fiat Unguentum; quo venter ac Hypochondria illinantur manè & serò per 30. vel 40. dies continuas, uti etiam Axille utraque. Quoad Rachitidem autem hoc notandum, quod in tumoribus istis qui ventres Infantium post longas In-*

termittentes Febres olim infestarent, veræ Rachitidi non multum abludentes, repetita Cathartico omnino videretur indicari, cum ante usum Corticis Peruviani istæ Febres in diurnitatem longam se extenderent, ac proinde sedimentum deponerent, hujusmodi Tumorum causam, quæ idè non nisi purgatione repetita abigi poterat: At tamen in Rachitide verâ Cathartica locum non habent, nisi ut semel vel bis ad plurimum æger purgandus ætequam usum Alterantium aggrediatur. Per totum autem tempus quo partes illinantur, intus assumat vel vinum modò dictum; vel, si fieri possit, pro potu omni bibat Cerevisiam in quâ quantitas sufficiens herbarum prædictarum, vel earum saltem aliquam multarum, unâ in dolio inclusa fuerit. Denique hoc quod innui diligenter advertendum volo, cum non paucos Infantes atque pueros à Cathartico sæpe repetitis (quæ fortè ventris tumor invitaverat) interemptos fuisse satis sciam. Sed hæc obiter.

Si quis objecerit, limaturam Chalybis, nisi æger subinde fuerit expurgatus, in visceribus hærentem, ei, qui illam devoraverit, nocere posse; respondeo primùm me nihil unquam tale in quoquam deprehendisse; deinde longè verisimilius esse eandem mucò & excrementitiis partium humoribus involutam unâ cum illis tandem omnem elabi, quàm medicamentis purgantibus exagitata, quæ adstrictiones insolitas, & Viscerum torsiones contractionesque afferunt; quâ quidem compressione, Chalybis particulae viscerum tunicis impactæ in iisdem penitus desigi possunt.

Interea dum Chalybs administratur (ad confortandum scilicet sanguinem & Spiritus Animales) Remedia vulgò dicta Hysterica in usum quasi obiter revocanda sunt, idque eo modo atque ea forma, quæ maximè conveniunt ægris; quæ quidem si in formâ solidâ fuerint deglutitæ à minus fastidiosis, potentiùs longè spiritus in officio & loco suo retinebunt, quàm si in liquidâ hauriantur, hoc est, sive Decocta, sive Infusa. Ipsa enim substantia ventricolum diutiùs sapore suo afficit, & corpus inficit penitus.

In summâ, indicationibus, quas supra attingi, universis satisfactorius, paucula hæc & vulgaria præscribere soleo; quæ licet nihil magnifici præ se ferant, ut plurimum tamen id præstant, quod volo.

Mittatur sanguis è brachio dextro ad ℥viiij.

℞. Galban. in tincturâ Castor. solut. & colat. ℥iij. Tamamahæ. ℥ij. f. Emplast. Umbilico admoventum.

Sequenti manè aggrediatur usum sequentium Pilularum.

℞. Pilul. Coch. maj. ℥ij. Castor. pulv. gr. ij. Balsam. Peruv. gutt. iv. f. Pilula n. iv. Cap. horâ quintâ matutinâ superdormiendo. Repetantur per duas vel tres alias vices, idque singulis vel alternis auroris pro ratione virium, aut operationis.

℞. Aq. Ceras. nigr. Ruta. & Brion. comp. an. ℥iij. Castor. in nodulo ligat. & in vitro suspend. ℥ss. Sacchar. Crystall. q. s. f. Julapium, de quo capiat cochlearia iv. vel v. in omni languore: instillando prima doxi, modo paroxysmus urgeat, spir. C. C. gutt. xx.

Post Pilulas purgantes modo supra descripto sumptas, utatur & sequentibus.

℞. Limatur. Chalyb. gr. viij. cum s. q. extracti Absynth. f. Pilula n. ij. sumat summo manè, repetanturque horâ quintâ pomeridianâ, per dies xxx. superbibendo haustum Vini Absynthiis.

Vel pro usu quotidiano, ℞. Limatur. Chalyb. & extracti Absynth. an. ℥iij. mf. asservetur pro usu. Capiat iisdem temporibus gr. xvj. vel ℥j. in pilulas tres redact.

Vel si forma boli magis arrideat, ℞. Conserv. Absynth.

Absinth. Roman. & conserv. flaved. Aurantior. an. ʒi. Angelic. condit. Nucis moschat. condit. & Iberiac. Andromach. an. ʒb. Zinzib. condit. ʒij. cum s. q. syr. Aurantior. f. Electuarium. ʒ. Electuarii præscript. ʒib. Limatura Chalybis probe triti gr. viii. cum s. q. syr. Aurantior. f. bolus, sumendus mane, & hora quintâ pomeridianâ, superbibendo haustum vini Absinthitis.

ʒ. Myrrh. elect. & Galban. an. ʒib. Castor. gr. xv. cum s. q. Balsami Peruv. f. Pilula, è singulis Drachmis xii. sumat. iij. singulis noctibus, superbibendo Aq. Brion. comp. Cochlear. iij. vel xv. per totum decursum hujus processus.

Sin autem Pilulæ ultimò præscriptæ ventrem moverint, quod in corporibus quæ facillimè purgantur præ Gummi quæ insunt quandoque fit, tum sequentes substituuntur.

ʒ. Castor. ʒj. sal. succini volatil. ʒb. cum s. q. extract. Ruta f. Pilula exigua numero xxx. cap. iij. singulis noctibus.

Hic autem observandum, quòd *Chalybeata* in quacumque forma aut dosi exhibeantur, sceminis quandoque magnas tum animi tum corporis perturbationes inducant, idque non solum primis diebus (quod ferè omnibus solenne est) sed etiam per totum tempus quo illis utuntur; in hoc casu non statim Chalybis usus dictis temporibus interrumpendus, sed, quò meliùs eundem ferre poterint, *Laudanum* aquâ aliquâ hysterica mistum singulis noctibus ad tempus aliquod propinandum.

At ubi symptomata mitiora sunt, & res sine Ferro introsumpto transigi posse videatur, (in minore sc. morbo) satis habeo sanguinem mittere, atque alvum solvere ad dies tres quatuorve, ut supra diximus: Dein *Pilulas Hystericas* alterantibus præmemoratas mane & serò per x. dies capiendas imperare. Quæ quidem methodus in affectu leviore raro à scopo aberrat. Imò Pilulæ istæ solæ, vel omittis Phlebotomiâ & Catharsi, sæpè magnos effectus edunt.

Seriò interim animadvertendum est, nonnullas sceminas *Idiosyncrasia* quadam, ab *Hystericis* illis medicamentis (quæ plerisque hujus morbi symptomatis levamen afferunt & solatium) ita penitus abhorreere, ut non solum non juventur, sed etiam insigniter ab eorum usu lædantur. In his itaque omnino sunt omittenda ista: *ϕιότιος ἢ ἀρτιπαρτίσος*, ut divinus Senex, *ναυὰ μαρτὴ. Invita Mineralia* nihil quicquam molendum.

Quæ quidem *Idiosyncrasia* adeò insignis ac frequens est, quòd respectu ad eam non habito regre in discrimen vitæ conjici possint; idque non solum quoad *Hysterica*, sed quoad multa Remedia alia: Cujus impræsentiarum instantiam unicam adferam. *Fœminæ* nonnullæ *Variolis* laborantes *Syrupi è Meconio* usum ferre non possunt, utpotè à quo *Vertigines*, *Vomituriones*, & id genus symptomata ad affectus *Hystericos* pertinentia, accersantur, quibus tamen *Laudanum liquidum* apprimè conveoist. Quod & dum hæc scriberem in Adolescentulâ Nobili observavi, cui *Variolis* laboranti cum sextâ ac septimâ nocte syrupum dictum exhibuissem, symptomata priùs memorata singulâ exhibitione ei ingruerant, neque pustularum inflammatio debito modo procedebat; sed cum impofterum *Laudano* uteretur, à Symptomatis dictis prorsus immunis erat, faciei tumore ac pustulis in dies auferentibus, & quod non minus læti ominis erat, *anxietas* ista, cum *inquietudine* quâdam tam mentis quàm corporis, (quæ quasi *paroxysmus Variolarum* solet esse) prorsus tolleretur, quoties *Paregoricum* hoc propinabatur, ægra mox vires atque animum exinde recipiente.

Tom. I.

Hoc obiter.

Atque ita *hysterici Affectus* quoad plurimum sanantur, ut & pleræque mulierum, quas appellant; *obstructiones*, at præ cæteris *Chlorosis*, seu *pallidi virginum colores*, uti etiam *mensium suppressiones* qualescumque. Attamen si sanguis usque adeò effœtus fuerit, tantaque proinde spirituum *æcæzia*, ut *Chalybs* præscriptâ methodo usurpatus majò vincendo par non sit, adeundæ *Aqua minerales* aliquæ *Ferri* minerâ saturæ, quales sunt nostræ *Tunbrigenses*, aut aliæ nuper repertæ. Harum enim virtus *Chalybeata*, tum ob insignem quantitatem quâ hauriuntur, tum etiam ob earumdem cum natura convenientiam intimiùs sanguini permiscetur, & potentiùs morbos expugnat, quàm *Ferrum* quocumque demum artificio nobilitatum, ut volunt *Cinifiones* imprudentiores.

Hoc autem præ cæteris inter bibendum observandum; si ægritudo quævis ad symptomata affectionis hystericæ referenda accidat, hoc in casu per diem unum alterumve æger aquis abstitat donec symptoma illud transitum Aquarum aliàs impediturum, penitus abeat. Etenim tan etsi hæc *Aquæ* humoribus agitandis ac proinde spiritibus confusioni inducendæ minùs aptæ natæ sint, quàm *Cathartica* vel lenissima ex *Officinis* deprompta, aliquantulum tamen idem præstant, quatenus sc. diuretice sunt; ut taceam quòd sæpè etiam ventrem movent. Quod si ipsæ *Aquæ* humores ac spiritus exagitando turbandoque aditum sibi met ipsis præcludant quo minus facile transeant, videant illi quàm importunè agunt, qui medicamenta purgativa per harum usum imperant, semel aut bis in septimana assumenda, vel, quod adhuc ineptius, ipsis aquis immiscenda præcipiant; Unde fit tam in his quàm in aliis aquis mineralibus, ut non solum non promptiùs, sed & planè tardiùs ac difficiliùs eadem operentur.

Hic mihi non reticendum, quòd tametsi his *Aquis* ferrum inesse in principiis solutis nonnullis videatur (quod idem planè est ac si *ferrum liquidum* supponamus) nullus tamen dubito quin eadem non nisi simplices aquæ extant virtute mineræ per quam transeunt imprægnatæ ac infectæ. Quod cupiam liquido constabit, si aquæ communis congiis aliquot satis magnam vim *Clavorum veterum* ex calceis equinis extractorum infuderit. Sentiet scilicet aquam hanc cui pulvis *Gallarum, fol. Tea*, vel similia fuerint immista, eodem planè colore infici, ac si aqua esset fontis *Mineralis*. Neque sanè diversos effectus hæc aquæ sive artificiales sive inartificiales (utrum enim mavult quis appellet) epotæ edent, modò tempore æstivo, atque aère salubri assumantur.

Sed ut hoc sit, si ob contumaciam ejus hic affectus ferreis aquis minùs cedat, adeundæ sunt *aqua calida Sulphurea* quales sunt nostræ *Bathonienses*; atque æger, postquam tribus auroris continuis eas intus assumpserit, sequenti die *Balanum* ingrediatur, & postero die iterum eas bibat; idem faciendo alternatim per duos menses integros. Etenim tam in his quàm aliis, cujuscunque demum generis sint, hoc sedulò notandum, quòd in earum usu eousque ægro persistendum, donec non tantum levamen aliquale sentiat, sed, quo minùs symptomata omnia brevi postliminiò revertant, donec omnino convalescat.

Theriaca Andromachi, vel sola, si crebro diuque usurpetur, magnum est in hoc morbo Remedium. Neque verò in hoc solo, sed in aliis quamplurimis à coloris & Concoctionis sive Digestionis defectu ortis, omnium fortè potentissimum, quæ hætenus nobis innotuere, utur à plerisque fastidiatur, quòd & per vulgata sit, & à tot jam sæculis cognita.

D 3

Vina

Vina Hispanica Gentiana, Angelica, Alsinibio, Centauro, Corticum Aurantiorum flavedine, aliisque corroborantibus infolis medicata, si ad aliquot cochlearia ter in die potentur, admodum conferunt, modò ægra tenui non fuerit biliofoque corporis habitu. Profectò vel Vini Hispanici simplicis liberalior haustus horà somni aliquot noctibus, meo frusu propinatus Hystericis nonnullis perquam salutaris fuit, cum ex eo robustior universi corporis habitus redderetur, ipsaque adeò fœminæ è Cachecticis vividæ simul ac vegetæ fierent.

Adhæc *Peruvianus Cortex* eximias mirandasque vires in sanguine & Spiritibus confortandis invigoraudisque habere nonnunquam deprehenditur, cuius *Scrupulum unum mane & sero* ad septimanas aliquot deglutitum, sanam firmamque corporis crassiam (tàm *Vitis Hypochondriacis*, quàm *Hystericis* Fœminis diu multamque ægotantibus, dejectaque jam quasi corporis œconomia) restituisse, ipse observavi. In nullo autem Hystericorum Affectuum genere feliciùs succedit, quàm in illo quo *Spasmus* afficiuntur fœminæ, nixus edentes fortissimos & plusquam muliebres, pectora simul ferientes. Interim tamen considerandum est, quòd hoc medicamentum non ita certò crebroque huic malo succurrat, ac *Febribus Intermitentibus*. Quamvis verò (ut id obiter dicam) in harum curatione egregia præstet, ne dicam miracula, dictus Cortex, atque eodem tum ipsi nos libenter utamur, tum Uxoribus Libertisque usurpandum imperemus, quoties res postulet; sunt tamen, quibus haud minus jam displicet, quòd tàm certò subitoque morbos expugnet, quàm olim displicebat, quòd non nisi nuper his terrarum oris innotuerat. Quò quidem fato tum Optimi quique Viri, tum etiam præstantissima quæque ac *Spagularia* remedia semper ferè urgentur. Veruntamen ad hanc notam, seu Lydium Lapidem, indolem nostram licet adductam experiri, atque ex inde dignoscere, Hominesne boni simus, an verò probrosi; pro gradu se. quo vel exultamus, vel dolemus ac ringimur; quoties Publica Res hominum communi aliquo beneficio, ac Numinis favore augetur.

Si quæ verò ex remediis suprâ recensitis minus conveniant, quod temperamento bilioso ac tenui præditis sæpè accidit, tunc *Diata Lactea* possit usurpari. Etenim Mulieres aliquot (quod primà statim fronte mirabitur quis) cum Affectibus Hystericis diu consistatæ etiam iis qui omnes Medicorum conatus spreverant eluserantque, tandem Lacte solo aliquandiu vescentes convalere. Atque illæ quidem maximè quæ ea specie laborabāt, quam ego Colicam Hystericam appello, quæ non nisi à Narcoticis potuit deliniri; quibus itaque per intervalla repetentis multum assueverant hæc Fœminæ, dolore recrudescente ut primum emarorescit Anodynæ virtus. Id verò in hæc Curandæ methodo præcipuè mirandum, quòd cum Lac frigidum tantum crudumque alimentum præbeant, Spiritus nihilominus ejus usu corroborentur invigorenturque. Nec tamen hoc à ratione abhorreere illis videbitur, qui secum reputaverint, Lac, cum simplex omnino nutrimentum suppeditet, naturæ minus in coquendo negotium facessere, secas ac solent cibi ac liquores magis compositi; quodque perfectissimam illam Concoctionem æqualis sanguinis spirituumque crasis necessariò sequatur. Illud etiam est animadvertendum, quòd non omda Spirituum debilitas per se considerata, sed eorundem debilitas ad sanguinis statum comparatorum, *uicidæ*, quam patiuntur, causa sit. Fieri enim potest, ut infanti spiritus satis firmi robustique sint pro sanguinis ratione, qui tamen debnam ad sanguinem adulti hominis proportio-

nem non teneant. Jam verò cum ex jugi Lactis usu & Diatâ, quantumvis illa sit cruda atque invalida, sanguis mellior & tenerior evadat, si Spiritus ab eo nati sanguini pares tantum sint, satis bene se res habet. Non omnibus tamen contingit, quantumlibet à lacte aliàs juvari potuerint, ea incommoda superare posse, quæ primis ferè diebus apportat, quod nempe tum in ventriculo coaguletur, tum etiam viribus corporis in statu conservandis sustentandisque minus sufficiat.

At verò nihil ex omnibus quæ mihi hætenus innotuere, adeò impensè sanguinem spiritusque fovet firmatque, ac diu multumque singulis ferè diebus *equo vebi*. Cum enim in hæc Gymnasticæ specie impetus ferè omnis in ventrem inferiorem fiat, in quo vasa Excretoria (quotquot fœculentiis, in sanguinis massa stabulantibus, educendis à naturâ instituantur) sita sint; Quæ tanta functionum perverfio, aliave organorum naturalis impotentia vel fingi potest, cui tot succussionum millia eodem die ingeminata idque sub diò, opem non attulerint? Cujus calidum innatum uique adeò deferbuerit, ut hoc motu non excitetur, & denud effervesca? Quæ verò sive præternaturalis substantia, sive succus depravatus in aliquo harum partium sinu recondi potest, qui non hoc corporis exercitio, vel in statum naturæ consentaneum perducatur, vel quaqua versum dissipetur elimineturque? Quid quòd sanguis perpetuo hoc motu indefinenter exagitatus ac permixtus quasi renovatur ac vigescit. Quæ quidem methodus licet Fœminis vitæ desidii atque imbelli assuetis, minus accommodata sit, utpote quæ à motu, maxime in principio, possint lædi, *Vira* tamen est aptissima, & sanitatem præ cæteris conciliat.

Nostorum quidem in *Sacris Anistler*, Vir prudentia atque eruditione celeberrimus, postquam diu studiis intemperantius incubuerat, omnesque animi, qui per magnum ei est atque excelsus, nervos seriis cogitationibus nimio opere intenderat, tandem in *Affectum Hypochondriacum* incidit, quo diutius lacerante, omnia corporis Fermenta erant vitata, Concoctionesque penitus subversæ. Medicamentorum Chalybeatorum tædium plus semel devoraverat: Aquas minerales ferè omnes, cum Catharsi sæpè repetitâ, fuerat expertus: Uti etiam Antiscorbutica omnium generum, pulveresque Testaceos quamplurimos, sanguinis edulcorationem promittentes. Ita partim morbo, partim medicatione per tot annos continuatâ, tantum non fractus, *Diarrhœa Coliquativa* (quæ in *Tabe*, aliisque Morbis Chronicis, ubi omnes omnino Digestiones sunt prostratæ, mortem anteire solet) demum corripiebatur. Ubi me tandem consuleret, statim mecum reputavi Pharmascis nullum amplius locum relinqui, cum tot tantaque nullo cum fructu jam deglutiverat. Suadebam itaque ob causas suprâ memoratas, ut statim se Equo vehendum curandumque traderet; modico primùm itinere, quale ferè possit valetudo ita infirma, ut, nisi iudicio valuisset rerum interiora altius penetrante, nec ad tentandum quidem illud exercitii genus potuisset adduci. Rogabam autem, ut quotidie in eo persisteret, donec ex animi sententia convalesceret; majora indes spatia gradatim consciciens, donec tandem ad tot miliaria ascenderet, quot uno die percurrunt prudentiores ac moderati Viatores, qui iter longiusculum negotiij alicujus gratiâ susceperunt: Nullo interim sive ad cibos, sive potum, sive etiam æris temperiem respectu habito, sed ad instar Itinerantis omnia, pro ut fors dederit exciperet. Ne longior sim, hanc ille viam incescit, productis gradatim itinerum spatiis, donec tandem ad vicefimum, imò ad tricesimum usque lapidem quotidie vectaretur: cumque

se longè melius habere post pauculos dies experiretur, ipso rei eventu penè mirabili animatus in eodem cursu ad menses aliquam multos perseverabat, quo temporis spatio plura miliarium millia, quod ipse mihi narrabat, emensus est, donec tandem non convaluerit modò, sed satis validum eam vegetumque corporis habitum fuerit indeptus.

Neque magis *Hypochondriaci* prodest hoc exercitii genus, quàm *Tabidis Phthisicisque*, quorum nonnulli mihi sanguine juncti multum terrarum equo vectore peragrantes, ex meo consilio, sanitati sunt restituti; cum certò sciam me vel Medicamentis quantivis pretii, aut alià methodo, quacunque demum ea fuerit, nihil magis iisdem proficere potuisse, quàm si multis verbis hortatus fueram, ut rectè valerent. Neque in levioribus tantum malis, crebrâ tussi & macie stipatis, id remedium obtinuit, sed & in *Tabe* tantum non deploratâ, ubi *nocturnis sudoribus* jam etiam accesserat *Diarrhœa* ista superius dicta, quæ *Phthisi* confectis mortis prænuntia solet esse, atque aded ut plurimum ultima rerum linea. Verbo dicam. Quantumcunque exitialis *Phthisi* & sit & audiat, utpote quâ intereunt duo ferè Trientes eorum quos *morbi Chronici* jugulant, hoc tamen sanctè assero, quòd neque *Mercurius* in *Lue Venerea*, neque *Cortex Peruvianus* in *Intermittentibus* efficaciores extent, quàm in *Phthisi* curanda *Exercitium* jam laudatum; modò æger curet, ut linteamina lecti probe fuerint a efacta, atque etiam ut satis longa itinera emetiatur. Attamen hoc notandum quòd vitæ *æquam* prætergressis multo diutius in hoc exercitio persistendum, quàm infra istam ætatem positis. Atque hoc multiplici experientia, quæ vix me fefellit unquam, didici: Et licet equo vehi *Phthisicis* præcipuè conferat, tamen & itinera curru facta mirandos sanè effectus quandoque ediderunt.

Sed ut ad propositum revertar. Hæc est Generalis hujusce morbi curandi ratio, quâ causæ originariæ, quæ est debilior sanguinis crasis, occurritur; ac proinde ex ra Paroxysmum tantum locum habet. Quoties verò *Paroxysmus* invaserit adjuncto quolibet ex prædictis symptomate, si tale aut tantum sit malum ut inducias ferre noit, donec, sanguine & spiritibus corroboratis, quasi per ambages sanari possit, confestim ad Remedia *Hysterica* ista confugiendum est quæ odore viroso ac gravi Spiritus, ut dixi, exorbitantes ac desertores, in proprias stationes remandant, sive intra corpus fumantur, sive naribus admoveantur odoranda, sive exterius applicentur; cujusmodi sunt *Asa fetida*, *Galbanum*, *Castoreum*, *Spiritus Salsi Armoniaci*, & quicquid est denique quod odorem tetrum admodum ingratumque spirat.

Hic enim quod res est dicam. Quæcunque scætent, ea omnia Intentioni huic apprimè inserviunt, sive natura, sive etiam ars ea putido odore donavit. Atque, ni fallor, *Spiritus C. C. Sanguinis humani*, *Urinæ*, *Ostum* ac similia, inde præcipuas suas vires acquirunt, quòd, dum vi ignis præparentur, *Empyreuma* contrahant tetrum ac malè olens, quasi essentia eorum intimius annexum. Quod pariter cernitur in famis à *Corio*, *Pennis*, & id genus Animalium partibus, cum exurantur, exhalantibus. Etenim id habent commune singulæ Animalium substantiæ, ut inter exurendum fumum emittant olidum & olfactui ingratum; qui si importuno igne affatim eliciatur, ac Organis excipitur condensatus is in liquores istos abit ac convertitur, qui *Spirituum Volatilium* nomine insigniuntur, quique facultates eas facillè reportant quæ subjectis suis hæud primitus inerant; utpote qui *Ignis* solummodò *Creature*

existunt, & singuli eorum eandem planè Virtutem cum cæteris nanciscuntur, ex quacunque demum substantiâ (modò *Animalis* ea sit) procudantur extrahanturve.

Proximo loco animadvertendum est, quòd si paroxysmum comitetur *Dolor* aliquis intolerabilis in quacunque demum parte, aut *Vomitio* enormior, aut etiam *Diarrhœa*, tunc præter *Hysterica* jam laudata, *Laudanum* in usum revocari debet, quod solum vires habet his symptomatis cohibendis prorsus pares.

At verò in iis doloribus sedandis, qui *Vomitio*nes excitant, cavendum est sedulo, ne illi sive *Laudano*, sive alio *Paregorico* mitigentur, non præmissis debitis *Evacuationibus*, nisi patientiam ferè humanam omnem vicerint. Primum, quis tanta nonnunquam sanguinis & humorum copia est aggesta (maximè in sceminis sanguineo, & Masculis propiore habitu præditis) quanta *Narcotici* vel efficacissimi, ejusque sæpius repetiti, operationem valeat sufflammare. Unde in talibus sanguis è brachii venis necessariò est extrahendus, & *Catharticum* eis propinandum est, antequam ad *Laudani* usum accedamus; his enim ritè peractis, quod prius vel in maximâ dosi exhibitum, nihil proficiebat, jam in dosi mediocri scopum attinget. Deinde quia multiplici experientia edocti sumus, quod quoties ægra paulatim *Laudano* afflueverit, non præmissa *evacuatione* debita, necesse habuit ob dolorem mox ab evanescente remedii virtute denuo revertentem, *Paregoricum* rursus ingerere, idque quotidie annos aliquot continuos, dosi subinde per gradus auctâ, ita ut nullo modo jam à *Laudano* abstinere queat, licet omnes ab illo digestionem vitentur & functiones naturales debilitentur. Quamvis non sentiam *Laudani* usum sive *Cerebro*, sive *Nervis*, sive *Facultatibus Animalibus* immediatè nocere. Judico itaque ego, quod expertus loquor, *Evacuatio Anodynis* debere præmitti: v. g. *Viraginibus* & sceminis in quibus sanguis prædominatur, *Vena secunda* est, & alvus subducenda, præsertim si non jam à longo tempore paroxysmo fuerint correptæ. Si verò sceminæ debiliores, & quæ temperamenti à prioribus illis planè diversi sunt, hujusmodi paroxysmo & dolore affligantur, atque eodem subinde hæud ita pridem laboraverint, sufficet eorum ventriculos Congio uno, plus minus, lactis *Cerevisiati* hausto, & mox per vomitum rejecto detergere; dein largam dosin imperare sive *Theriaca Andromachi*, sive *Electuarii Orvietani*, & cochlearia aliquot liquoris alicujus spirituosi & gustui non ingrati cum paucis *Laudani* liquidi guttulis superbibeunda.

Quod si ægra jam pridem vomuerit, antequam accerferetur Medicus, & metus sit ne si *Emeticis* ulterius sollicitetur, in furorem agantur spiritus, & ægræ vires nimium dejiciantur, hoc in casu *Laudanum* sine morâ propinari debet, eo dosi modo numeroque, quæ symptomatis magnitudinem ac durationem non tantum exæquare possit, sed & vincere.

Duo autem hic præ cæteris diligenter sunt notanda. Primò, quòd cum semel post *evacuationes* justas & necessarias, *Laudano* uti cœperimus, eâ dosi, atque illâ toties repetitâ, sumendum est istud *Pharmacum*, donec symptoma omnino fuerit debellatum; interjecto tantum spatiolo inter singulas doses, ut quid prior præstitit ante noscamus, quàm alteram reperamus. Sed de hoc fusius alibi egimus. Deinceps dum *Laudano* morbum aggredimur, nihil prorsus movendum est, nihil evacuandum, cum vel missimum illud *Enema* è lacte *Saccharato* possit destruere, quicquid reparaverat *Paregoricum*, & tam dolorem quàm vomitionem postliminò revocare.

Ut ut verò dolores, quod jam inuimus, supra memorati importuni sint in Anodyno efflagitando, tamen Vomitiones enormes & dosin ejusdem longè maximam & sæpissimè reperitam indicant, cum ab inverso motu ventriculi peristaltico (quo in eo contenta versus inferiora erant protrudenda) remedium Paregoricum prius eliminetur per œsophagum, quàm opis aliquid asferre queat, nisi post singulas Vomitiones Narcoticum de novo toties quoties iteretur, idque in forma potissimum solida; aut si in liquida detur, vehiculum ita parcam esse debet, ut ventriculum imbuat tantum, & præ materiæ inopia ab illo sursum evehì nequeat. v. gr. *Gutta aliquot in cochleari uno Aqu. Cinnamoni fortioris*, aut similis. Monenda interim est ægra, ut statim ab assumpto Laudano conquiescat, ac caput præsertim quantum fieri potest immotum teneat; quando vel levisimus capitis motus præ cæteris omnibus Vomitionem provocet, unde medicamentum modo deglutitum jactura sit. Quin imò, etiam cessante & quasi perdomita Vomitione, expedit Anodyno ad pauculos dies mane & sero exhibitio, ceu injecto fræno, recidivam præcavere. Quod itidem post dolorem Hystericum Narcotico sedatum, aut Diarrhœam, omnino observari debet.

Atque ita demum methodo jam tradita & *Dolori & Vomitioni* symptomaticis mederi in promptu est; à quibus, cum aliorum persæpe morborum speciem præ se ferant, Medicis facilius imponitur, quàm ab aliis quibuslibet symptomatis, quotquot manum medicam deposcunt, de quo pauca subjungam v. gr. in ista Hystericæ Affectiois specie jam descriptâ quæ *Paroxysmum Nephriticum* imitatur, quis non videt quanta sit paritas morbi utriusque & similitudo, tum quòd pars eadem utrobique doleat, tum quòd in utroque affectu vomituriant ægræ, cum tamen à causis ita ab invicem variantibus pendeant, & tam impari methodo debeant sanari, ut quòd in hoc lædat, in illo juvet, & è contrâ; Si enim sive *Calculus*, sive *Arenula* Renum substantiam atterentes, dolorem inferant, atque ex partium consensu Vomitionem, nihil æquè conducet ac prælargâ & frequens Causæ Antecedentis per Phlebotomiam revulsio, tum ut dilatentur laxenturque meatus, per quos Calculus excludendus est, Enematis emollientibus sæpe numero repetitis, aliisque ejus generis remediis internis: Quibus Medicamenta Diuretica, & Lithontripica addenda sunt. Jam si dicta symptomata à Calculo nullatenus orientur, sed à spiritibus Animalibus nimia copiâ Renes impetentibus (quo in casu Paregorica tantùm indicantur, nec vel Enema è mitioribus, post primas Evacuaciones, sine periculo injicitur,) in quanto vitæ discrimine versetur infelix ista de cujus jam corio ladiitur, non opus est dicere. Idem potest affirmari de affectu illo Hysterico qui *Colicam Biliolam*, vel *Iliacam Passionem* simulat. Hic ubi pro concessio habeatur Affectum istum (licet indolis omnino sit diversæ, imò contrariæ) Colicam Biliolam esse, & ab humore acri in viscera per Arteriarum Mesentericarum oscula excreto nasci in quem errore à dolor intolerabilis, & viridis color qui in materiâ cernitur tam per os quàm per sedem expulsâ, Medicum incautiorem & cogitationibus minus assuetum haud ægrè perducant, quæ methodus tam commoda, quàm ut in contemperandâ, remedium Refrigerantium atque Incrassantium ope, humorum acrimoniâ operam locemus. Atque, quo humores è visceribus exterminentur, præter Enemata quotidiana, ut Cathartica frequenter propinemus; inter cætera verò etiam Mercurium dulcem Diagrydiatis permixtum ad plenioris materiæ morbificæ eradicationem. Quàm malè autem cum ægris agatur, quantumque eis periculum

immineat, dum huic methodo insistamus, si Affectus qui Colica biliola censetur, re ipsâ Hystericus tantùm fuerit, aut Hypochondriacus nemini non liquet: cum clamet experientia, quò post primas evacuationes universales (quæ humorum purificationem, quos peperit ægræ jam sæpe dicta, quique Anodynis obstaculo esse possint, saburæ amolientæ dicantur,) nihil jam restat nisi ut tumultuantes spiritus consopiamus, donec tandem symptomata evanuerint, atque iis cessantibus opportunè Chalybeata imperemus, vel si quò aliud est remedium quò sanguinem accendendo atque invigorando morbum radicatus extirpet. Meum non est plurimas atque ingentes illas calamitates enumerare, quas Fœminis contigisse ipse novi, ubi Colica hæc Hysterica à Bile ortum ducere existimaretur. Veruntamen affirmo Evacuaciones sæpe repetitas, quæ quidem in Colicâ Biliolâ omnino indicantur, dolorem vomitumque non solum non compescere, sed irritare magis, spirituum sc. perturbationem, quæ vera horum symptomatum causa est, promovendo. Tandemque malum ad menses aliquot prolongatum, metathesi derepentè in cerebrum factâ, desinit in *Spasmos*, à quibus ægra brevi è medio tollitur; idque vel maximè, ubi post alias evacuationes diutius repetitas, suadente colore viridi eorum quæ per os è ventriculo excernuntur, Emeticum fuerit propinatum. Verbo dicam. Si quid ego observando didici, imprimis cavendum est, ne Symptomata Fœminis Hystericis familiaria ab aliis quos sæpe æmulantur morbis, diagnosi errante putentur oriri.

Hic non est reticendum, quòd præter errores jam recensitos, à quibus Fœminæ Affectibus Hystericis obnoxie de vita periclitantur, permultæ insuper errore non minus funesto dictis Affectibus mutantur eâ tempestate, quâ hic morbus, licet suâ naturâ non sit letalis, tamen vi malorum *Empyrionum* ac subsequen-
 quentium haud paucas è medio tollat. Exempli gratia: Fœmina teneriori atque infirmo corporis habitu Infantem parit, cui omnia scilicet & secundam naturam cedunt: Obstetrix, sive rudis & imperita, sive jactabunda, & quàm præclarè suo illa munere functa sit palam ostentans, suadet ut Puerpera paucis à partu diebus surgat, & se à lecto aliquandiu abstineat, hæc morem gerens, statim à primo corporis motu *Affectione Hystericâ* corripitur, & pro ratione qua morbus inaugescit, *Lochia* primum imminuuntur, deinde sistuntur penitus; quorum suppressionem præmaturam longa symptomatum series excepit: quæ, nisi permagna tam diligentia quàm in medendo peritia intercedat, ægram brevi perimunt. Nonnunquam enim *Phrenesi* laborant ex hac occasione, quæ indies efferatior reddita *Spasmos* primum, dein mortem affert: Si verò mortem evadant, mitius aliquantulum insaniunt, quandoque ad ultimum vitæ terminum. Nonnunquam post lochiorum suppressionem in *Febrem* incidunt, quæ vel in earum, quæ tum grassantur, Epidemiarum castra transit, vel ab eâ solâ pendet origine. Adde quòd iidem Affectus Hysterici, quibus Lochiorum suppressio imprimis debetur, jam magis sæviunt, tanquam ex se denuò nati. Diu est à quo mihi subiit in mentem, quòd ex eis quæ moriuntur Puerperis, vix Decima quæque, ut modestè computemus, vel ex eo perit quòd vires partui necessariæ eam defecerint, vel ex doloribus partum laboriosorem comitantibus; at eo maximè nomine, quòd debito citius lecto exurgat, excitatis à motu illo paroxysmis Hystericis, à quibus cum sistantur *Lochia*, mox ingens ineluctabilem symptomatum turba ingruit. Quamobrem istis quæ me audiunt ubique Author sum, ut ad diem saltem
 Deci.

Decimum usque in lecto se contineant, si modò natura paulò debiliores sint, præcipuè si *Vaporibus*, qui vulgò dicuntur, jam pridem fuerint tentatæ. Præterquam enim quòd ista, quæ in lecto fruuntur, quies à malis jam toties commemoratis eas immunes præstet, non interruptus lecti calor spiritus pariter rescit tum à pariendi doloribus, tum ab evacuationibus in hoc casu solennibus exhaustos fractosque; quin imò & naturæ suppetias fert, atque omnes, quas gestationis tempore mulier congesserat, cruditates digerit & amolitur.

Verùm, si ab admissò hoc errore quodvis è dictis symptomatis supervenerit, Indicationes Curativæ eò dirigendæ sunt, ut spiritus ab hoc motu jam irrequieti redditi sedentur, & ut *Lochia* rursus fluant, quandoquidem eorum suppressio horum symptomatum causa sit proxima atque immediata. Neque tamen huic methodo pertinacius insistendum, sed exhibitis aliquandiu remediis quæ in hoc casu cum successu usurari solent, si votis ea non respondeant, ab iis temperandum est; cum neque fortiora hic locum habeant, neque in mitiorum usu perseverare debeamus, propter attritas & ferè prostratas Puerperarum ita affectarum vires. Exempli gratia, ubi primùm *Lochia* jam supprimi constat, è re fuerit sceminam è vestigio lecto addicere, mox *Emplastrum Hystericum* umbilico admovere, atque quamprimùm *Electuarium* sequens propinandum imperare. Ut *℞. Conserv. absinth. Roman. & ruta an. ʒj. trochisc. è myrrha ʒij. castor. croci Angl. sal. volatil. salis Armoniaci, & asse fetida an. ʒʒ. cum s. q. syr. de ʒ. radicibus, f. Electuar. Cap. ad magnitudinem nucis moschat. majoris tertiam quatuor horà, superbibendo seq. Julapii cochl. iij. vel v. ℞. aq. ruta, bryon. comp. an. ʒij. sacchari Cand. q. s. m. f. Julap.* Atque hæc, si statim à primo suppressionis indicio exhibeantur, hoc malum plerumque devincunt. Sin autem dictis Remediis eo usque continuatis donec tota quantitas assumpta fuerit, *Lochia* adhuc supprimantur, hoc in casu *Laudanum*, unà saltem vice, tentandum. Hic *Laudanum*, quantumlibet suppre indole astringat, cum tamen spirituum perturbationem, à qua solennis *Lochiorum* evacuatio fierat interrupta, compescat, quandoque plurimùm juvare, & *Emmenagogis* nihil proficientibus, *Lochiorum* fluxum postliminio revocare possit. Commodissimè verò *Narcotica* unà cum *Hystericis* & *Emmenagogis* propinquantur; v. g. *Laudani liquidi gutta xiv. in Aquâ Bryonia composita*; vel *Laudani in forma solida granum unum semis cum scrupulo dimidio Asse fetida in Pilulas duas redactum*. Sedulo interim animadvertendum est, quòd si telo hoc semel misso scopum non attingamus, nec sequantur *Lochia*, *Opium* nullo modo est repetendum, ut in aliis casibus fieri solet ac debet: Etenim si reiteretur hic *Paragoricum*, *Lochia* ita potenter sistet, ut ea nullà deinceps arte provocari queant. Verum enim verò si & hoc minus succedat (interjecto aliquo temporis spatio, quo certiores simus quid istud præstiterit) ad medicamenta iterum *Epulmonaria* à *Hystericis* permixta redeundum est, & dein ad *Enematis ex Lacte saccharato* injectionem. Verum quòd de *Opio* supra, hic de *Enematis* dicendum est; nisi enim primo injectum *Lochia* educat, nihil potius à pluribus est sperandum: cum unum humores leniter sollicitando, ut fluant *Lochia* efficere possit, plura vero eadem aliò divertant; His itaque peractis, (quæ tamen leviter tangenda sunt) tutissimum est, & Prudentis Medici officium, temporis *curam* præstolari; cum singulo quoque die curationis negotium magis magisque extra aleam ponatur, & si ægra *Vicesimum diem* superaverit, jam ferè in vado

est. Etenim cum à morbo, quisquis is fuerit, jam diuturniori scemina aliquantisper respiraverit, virefque quadantenus receperit, eam methodum valebit ferè quæ aptissima videbitur isto malo averuncando quòd à *Lochiorum* suppressione accrevat: quando remedia obstinatius ingesta, primis nehilum promoventibus, tum etiam spirituum perturbationem, à quâ morbus oritur, augere possunt, quòd sedulo advertendum velim.

Nuper Matrona, tam natalibus quàm moribus honestis ac probis, me sibi Medicum volebat: huic ex modò dicta occasione statim à partu paroxyimis *Hystericis* affectæ, *Lochia* penitus defecerant. Conabar medicamentis supra memoratis eadem proritare; at frustra, Affectione *Hystericâ* vehementiore omnem opem medicam respicente. Unde, cum ita demum eam salvam fore præviderem, si nihil profus molirer, rem omnem Tempori, Medicorum faciè Principi ac *Coryphæo*, committendam censui. Hoc meum consilium ad diem usque *Decimum* quartum optimè illi cessit; quotidie enim illam invisens, nullo die eam in pejore loco, quàm pridè fuerat, deprehendi: Post hunc mulierculæ adstantes, quas hætenus à noxa illi sub officii specie inferendâ ægrè arcueram, Maritum impellebant, ut sine mora sanguinem è pede uxoris extrahi curaret: quo factò, *Paroxyimi Hystericæ* adeo invalescebant, ut intra paucas horas *Spasmi* accederent, & non ita diu postea, ærummarum requies, Mors.

Et si fas mihi sit liberè quæ sentio effari; jamdudum in ea Hæresi fui ut arbitrarer me, non tantum in dictis *Puerperarum* morbis, sed etiam in *Acutis* omnibus, ubi Curationem ab hac illave, quæ uti placet, methodo certo infecuturam polliceri requeam, & Viri & Medici Boni Probique pulchrè deluagi munere, quoties nihil omnino tento, modò ægrum invisens, illum non se pejus habere hoc die quàm heri habuit comperiam, nec cras habiturum quàm hodiè conjecturâ assequi possum. Cùm si in ægro curando eâ methodo incedam, de cujus efficacità nondum nihil certò constat, tam ab experimento quòd ex eo capturus sum, quàm ab ipso morbo ita periclitabitur: Neque ita facillè geminum discrimen effugiet, ac simplex erat evasurus. Quamvis enim impræsentiarum nullum vel incipientis Convalescentiæ signum manifestum se prodatur, certissimus tamen sum morbi *Acuti* cujuslibet naturam non ferè ut quis eò semper laboret: ac proinde dies quilibet res ægri magis magisque in tuto collocat, vel saltem Medico antam præbet, ex quâ opportunè ac certius morbum ferè confodiatque, quàm in præcedentibus liceret. Quòd quidem uti de *Acutorum* plerisque verè affirmatur, ita præcipuè de *Puerperarum* morbis, quibus error vel leviusculus fatalis esse possit; & in quibus ita parùm valeamus naturalem illam Evacuationem regere, à cujus suppressione mala, de quibus diximus, proveniunt.

Cùm verò *Affectus Hystericæ* non semper primariæ causæ, spirituum nempe debilitati nativæ, sed adventitiæ aliquando originem suam debeant, hujusmodi itaque causam, antequam sistam, hic recensere libet, quæ frequentissimè *Vaporum*, quos appellant, pararia existit. Atque ea est *Fluxus mentium immodicus*, sive in *Puerperio*, sive extra idem invadat. Quoad primam speciem, ea primis diebus post partum laboriosiorè maxime infestat, & longâ symptomatum *hystericorum* cattervâ stipatur. Et sicuti in primis hisce diebus solam ingruit ac urget, ita etiam brevi se proripere solet. Etenim si victus paulò incrassans instituat, facillè abigitur; cui & sequens potus addi poterit.

Assumat

Assumatur aq. plantag. & vini rubri an. ℥ij. Coq. simul ad tertias, & deinde edulcoretur s. q. sacchari albi. Cuius, cum frigescat, capiat ℥ss. bis vel ter in die. Interim Julapium aliquod Hystericum, at satis mite, subinde propinetur, & nodulus seq. naribus admoveatur. ℞. Galbani & Assa foetid. an. ℥ij. Castor. ℥ss. sal. succini volatilis ℥ss. mf. f. nodulus. Vel ℞. spir. salis Armoniac. ℥j. quem sæpius olfaciat.

Quod verò ad huiusmodi extra Puerperium fluxum attinet, licet idem omni tempore sceminis accidere solet, eas tamen paulo ante tempus illud quo sponte sua omnino menses cessaturi, scilicet invadit; circa ætatis scilicet annum 45. si modò temporius fluere inceperant, circa autem 50. si serius in vita prius prorumpent. His, uti dictum, paulò ante totalem eorundem discessum (instar Candelæ jam fere absumptæ deflagratæque, quæ subito flammam edit insigniorem, mox penitus disparituram) cum magno impetu affatim excidunt, & ob copiam sanguinis ingentem qui continuo excernitur, in paroxysmos hystericos ferè continuos miseris dejiciunt. Hic licet Hysterica tam interna quàm externa obiter usurpanda (fortiora devitanda ne fluxum ulterius ea provocent,) omnis tamen curationis cardo in mensuris cohibendis vertitur, quæ hunc in modum quàm primùm sistenda.

Mutatur sanguis è brachio ad ℥viii. Seq. manè exhibeat potio purgativa communis, quæ repetenda est tertià quaque die per duas alias vices; & singulis noctibus per totum morbi decursum sumat Pægoricum ex syr. de meconio ℥j.

℞. Conserv. rosar. siccat. ℥ij. trochisc. de terrâ Lemn. ℥ss. Cort. granator. & Coral. rubr. præp. an. ℥ij. lapid. hematit. sang. dracon. & bol. Armen. an. ℥j. cum s. q. syr. è Coral. simpl. f. Electuar. de quo sumat ad magnitud. nuc. Moschat. maj. mane & quiniâ pomerid. superbibendo seq. Julapii Cochl. vj.

℞. Aq. germin. quercus & plantag. an. ℥iiij. aq. Cinnamom. hord. & syr. de rosis siccis an. ℥j. spir. Vitriol. q. s. ad gratam aciditatem.

℞. Fol. Plantag. & urtica an. q. s. contundantur simul mortario marmor. & succus exprimatur, qui postea clarificetur. Cap. cochl. vj. frigide ter vel quater in die. Post primam purgationem applicetur Emplastr. seq. regioni lumborum. ℞. Emplastr. Diapalm. & ad Herniam an. part. equal. mf. extendantur super Alutam. & f. Emplast.

Diæta refrigerans incrassansque imperanda, nisi quòd è re erit semel vel bis in die Vini Clareti haustulum Agræ indulgere, quod etsi minus conveniat in quantum ebullitionem ciere aptum natum sit, ad vires tamen refocilandas concedi possit. Atque hæc quidem methodus ut sceminis hoc modo affectis apprimè proficua sit, ita eadem iis, quibus Abortus periculum imminet, non minus confert. Atqui Cathartica & Succa hic omittantur.

Est & alia, etsi minus frequens, affectuum hysteri-corum causa. Nempè post partum laboriosiore Uteri proci-dentia, magnam huiusmodi malorum Illi-da secum trahens, quæ tamen citò ac faciliè hoc modo sanatur. ℞. Cort. quercus ℥ij. Coq. aq. font. ℥iiij. ad ℥ss. sub finem addendo Cort. granator. contus. ℥j. rosar. rubr. flor. granator. an. M. ij. deinde adde Vini rubri ℥ss. Colatura sit pro Fotu, qui cum pannis laneis parti affecta admoveatur mane horis duabus antequam è lecto assurgat, & nocte post decubitu donec symptoma ta penitus evanuerint. Sed de his pius satis.

Habes tandem, Humanissime Vir, eorum summam quæ à me in huiusce morbi sive Historiâ, sive

Curatione hæcenus fuerint observata. Restat ut si quid forte peccaverim, ista minus quàm oportuit accuratè describens, veniam à te petam; tum ut opellam hanc, eo animo exaratam ut gratias tibi referrem, quòd alia nostra conamina, qualia qualia illa fuerint, tuo calculo probare haud dedigneris, æqui bonique consulas. Quæ quidem Gratulatio mihi ita raro obvenit, ut vel nihil prorsus ab hominibus sim promeritus, vel candidi ingenuique isti, quos eà mentis præstantiâ natura effinxit, ut grati esse no-tent, perpauci sunt; Vix totidem quot Thebarum portæ, vel divinis ostia Nili. Quo non obstante pergo adhuc, imò & pergam, in ediscendâ promovendaque quoad potero Methodo Curando-rum morborum, atque iis, qui me minus in Praxi valent (si qui sunt ejusmodi) instruendis. Famæ meæ interim arbitrium penes alios sit. Æqua enim lance & scrupulosè expendens, Homi-nesne juvare præset, aut ab iisdem celebrari, prius illud præponderare comperio, & maximi sanè mo-menti esse ad Animi Tranquillitatem; Famam verò populique halitum pluma leviorum aut bulla, at-que umbra insomni magis evanidum. Quod si opes ejusmodi nominis celebritate partæ majus ali-quod pondus habere videantur, fruantur illis per me licet, qui jam corraferat; Meminerint tamen Me-chanicorum nonnullos, artes vel sordidissimas exercen-tium, uberiorem quotidie quæstum facere, & majorem Auri Argentique vim posteris legare; neque tamen in hoc Brutis Animalibus superiores evadere; qui sibi suisque pro sua indole prospiciunt; & si recta ex ani-mi arbitrio & virtute, nata excipiamus (quorum non est capax Brutorum natura) hos planè exæquant Belluæ, imò & alios qui non eum sibi vitæ scopum proponunt ut profint quamplurimis. Commenda-tum me habeas, rogo, Viro sagaci & eruditissimo Domino D. Kendrick, tibi mihiq; amicissimo; utpote cui debeam quod tuum in me ita propensum animum reseverim, eamque qua me complecte-ris amicitiam, eo internuncio, didicerim. Conabor quantum in me est, mutuas officiorum vices redde-re, & par pari referre, utpote qui sim jure meritoque, Vir Dignissime,

Londini,
Jan. 20. 1681.

Tibi Devotissimus, Tuique
semper Studi-sissimus

THOMAS SYDENHAM.

Curationes, Consultationes, & Cadaverum
Inspectiones, è variis Auctoribus.

Curatio Unica Clariss. Hermannii Nicolai
Grimm.

IN Affectio-nis Hystericæ Paroxysmo. ℞. Spir. sal. armoniac. aromat. ℥ss. C. cervi, tartari, tinctur. castor. ana ℥j. aq. menth. fœnicul. matricar. ana ℥j. misce. Dosis cochlear. j. ℞. Spir. sal. armoniac. succinat. tartar. ana ℥ss. lavendul. ℥ij. essent. calam. aromat. zedoar. ana ℥j. solut. galban. gutt. xv. aq. Rorismarin. menth. ana ℥ij. cinnam. ℥j. misce. ℞. Spir. CC. tartar. ana ℥ss. tinctur. castor. succia, ana ℥j. solut. asæ fœtid. gutt. xii. aq. naphæ ℥iiij. carminat. ℥j. misce. ℞. Spir. epilept. ex ungula Alces ℥j. ligni ebeni ℥ss. solut. asæ fœtid. gutt. xii. Ment. cin-nam. gutt. x. rorismarin. ℥j. aq. calaminth. ℥iiij. misce. In nares infundi possunt Sp. C. C. tartari, sal. armo-niac. aromaticus. Externè jaungi ol. C. C. ol. C. Rhi-nocerotis, tartar. fuliginis, cinnam. rutæ, castorei, &c. Dupliç

Duplici autem operabitur commodo, qui in instrumento Glauberiano spongiam mistura ex spir. C.C. sal. armoniac. aromatico & aq. menthæ compositâ, turgentem applicabit. Paroxylmis convictis, ægros appposito purgo cathartico. ℞. Gumm. galban. ℞j. resin. jalapp. scammon. ana gr. v. mag. succin. gr. xv. ol. menth. gutt. ij. misce f. pilul. num. v. vel ℞. gumm. sagapen. ℞j. resin. scammon. gr. vj. extract. Agarici gr. viii. castorei gr. vi. ol. still. myrrhæ gutt. ij. menth. gutt. j. m. f. pilul. n. vii. Ad aperiendas obstructions, & serosus, acres, flatuososque humores ejiciendos est sequens sudoriferum. ℞. Spir. tartar. sassafrati, C. cervi ana ℥ss. carminativ. ℥j. antim. diaphoretic. ℞j. ocul. cancr. gr. xv. Rob. sambuci ℥ij. aq. artemisæ ℥ij. m. f. sudoriferum. *Hæcenus Hermann. Nic. Grimm. Compend. Medico-Chymici pag. 294. &c.*

Consultationes.

Hysterica Affectio, ex suppressis Menstruis.

Hystericam affectionem, cum uteri ascensu Nobilissimam Mulierem quolibet mense, stato tempore menstruæ purgationis divexantem adiunctam habere hypochondriacam affectionem minimè dubito, quantum affectionum prior sicuti præcipuam atque potissimam causam menstrua suppressa agnoscat, ita secundariæ loco forsitan utilis excrementi retentio occurrere posset, à quibus corruptis vapor elevatur pravæ ac veneficæ conditionis, superiores partes petens, qui simul cum sanguine animales vitalesque operationes lædens, difficilem respirationem, & in somnum proclivitatem, ac mentis cæterorumque membrorum torporem inducit, & condensatus lacrymas quinetiam involuntarias excitat. Quæ omnia, paucis ab Hipp. describuntur, his verbis. *Sanguis detentus per venas resistit in cor, unde cor fatuum fit, & accedit torpedo, à torpedo ne verò delirium.* Posterior verò affectus ortum duxit ab obstructionibus, in vasis viscerum naturalium & mesenterio conclusis, à quibus, liber transfusus imperfectus chyli ad hepar intercipitur, qui à præternaturali circumstante calore viscerum & hypochondriorum corruptus, in biliosam conditionem facessit, & ab irritata natura per alvum expellitur.

Audio etiam Nob. Mulierem, ob viscerum dy-crasias atque obstructions, in dies semper magis magisque cacochymicam evadere. Hæc verò cacochymia, sicuti menstruorum suppressioni novam semper suggerit materiam atque occasionem, ita hysteriam affectionem fovere ac semper augere potest, prout & hysterici affectus viscerum naturalium intemperies conservare, & pravis halitibus coctiones turbare non desinunt, unde circularis hujusmodi consensus sanationem difficillimam reddit.

Ut itaque aliquo pacto leveatur, & ad meliorem statum perducatur Nobiliss. Mulier, instituenda curatio, in qua ordo accommodatus accuratissimè observandus, ut per partes auferantur impedimenta. Primò corpus evacuando. Secundò obstructions auferendo. Tertio intemperies corrigendo. Quarto hysterica medicamenta ministrando.

Et in Chirurgico fonte, medio tempore inter utramque purgationem menstruam, aperiatur jecoraria dextera, parçè sanguine educto, & paulo post eandem imminutam purgationem, hæmorrhoidalis evacuatio sollicitetur, ut fiat ab utero derivatio. Imminentibus verò mensibus, ad præcavendam præfocacionem, præstantissimum fuerit remedium sinapis coxis appositum, his aut ter in die, quo tempore potissimum & inunctiones circa pudenda, oleo lil. alb. aptissimæ erunt.

Primarum viarum expiatio fiat manna clarif. aut syr. ros. solut. Præparatio verò cremore tart. ad ℥ij. dissoluto in paucis jure sem. citri. Expurgatio demum portione jam dicta, addita infus. rhab. Secunda præparatio fiat succis potius quàm syrupis dulcibus, cichor. scil. & agrim. depur. ad ℥ij. in jure cichor. borrag. malv. agrim. meliss. & beton. alterato, x. dies. Mox succedat purgatio infus. rhab. agarici & sol. sen. addito syr. ros. sol. præbendo ab ea serum depur. aut aquam hordeaceam. Quibus peractis, uteri vms referare licebit exhibitio quotidie bolo hujusmodi. ℞. extr. de rhab. tart. vitriol. an ℞. l. falis artemisæ gr. v. m. re f. b. & aur. cui superbibat jus alteratum malv. capil. Ven. Artemis. radic. gramin. fœniculi, asparag. quorum usui pluribus diebus insistendum. Et si calor in jecore & vasis exuperans persistat deinceps, ad usum alicujus succi depur. in jure pullæ, plures dies æstivos, rursus deveniendum erit. Antè hysteriæ vms verò usum, aliqua prope tempus hysteriæ accessions usurpanda & exhibenda, quæ tamen temperata non valde calida sint. Quare ex usu esse poterunt, triphera magna ad ℥ss. cum paucis pulv. unguis Alcis. Pariter pulv. rad. zedoariæ cum eadem unguis. Oleum item succini in aqua tot. citri, & omnium maximè tintura granorum sambuci, ad cochlear, in aqua cord. Sax. Sic daucus mallicatus ante accessionem, eandem divertere potest. Neque alia à proprietate juventia spernenda, sic inscia Pat. piscis striglia dictus, vino ad potum infundatur, ut tradidit Athenæus. Sic caput viperæ suffocata appensum collo, à præfocacione tutari scribit Gal. Lib. de Incant.

Iam dictam verò proposui curationem, cum modo urgentioribus sit incumbendum, non neglectis tamen Arthritide & Nephritide, etenim viscerum naturalium vitiis sublatis, & concoctionibus perfectis, ac proba nutritione, jam dictis affectionibus causa materialis subducitur, atque adeo præservatio procuratur.

Victus ratio jam dictis omnibus proportione respondeat. Abstineat Patiens à valde acidis, dulcibus, flatulentis, glutinosis & impensè calidis, juxta præscriptum Excel. Adstantis. Quæ omnia Pat. Nob. salutaria canix præcor. *Raymund. Job. Fortis, Consultat. Tom. 1.*

Hysterica Affectio, cum Hypochondriaca.

Mulier Illustissima, 21. annum agens, temperamenti calidi & humidis, rosei & floridi coloris, mediocris habitus, sed hepatis calidioris, aliàs non semelienixa, cum præteritis mensibus utero gereret, febre correpta, octavo mense abortivit, secuta à partu justa lochiorum expurgatione; qua tamen minimè obstante, hypochondriorum doloribus, cum respirationis angustia, usque ad animi deliquium nonnunquam conflictata fuit; perdurantibus interim timore, animi incoerore atque perturbationibus, cum hypochondriorum rugitibus, & alvi stypticitate quadam; frequentibus item ad caput evaporationibus. In Mesenterii verò regione dextera obstructions tactu percipiuntur, à quibus nec hepatis lobus superior omnino est immunis. Bonos odores, quibus antea delectabatur, modò potius abhorret, cum ab iisdem lædatur. Menses stato tempore & satis copiosè fluunt. De agentis consultit.

Melancholiam esse præcipuam affectionem qua quinque abhinc mensibus affligi cœpit Illustriss. Juvenis, ex eo facitè conjici potest, quod timet & mœret absque causa manifesta; quæ passiones, licet cordis propriæ, in cerebro tamen potissimum se produnt, dum à spiritibus opacis imaginatio nonnihil depravatur. Obscursantur autem hi à tetro fuliginosoque vapore,

vapore, non quidem essentialiter in capite genito, nec à roto elevato, sed ab hypochondriis sursum expirato; in vasis enim Mesenterii, necnon ipsius hepatis calidioris, portio sanguinis crassescit atque aduritur, à qua, tanquam à minera melancholica, tum cor læditur, tum animales spiritus inficiuntur, & depravatur imaginatio, dum mens ipsa nigredinis sive opacitatis præsentia, moerorem atque timorem concipit, ea ratione qua in tenebris timore affici plerique solent. Qui autem in Hypochondriis concluduntur vapores, utpote copiosi, crassi & fuliginosi ac acres, hypochondria descendentes & continuum solventes, dolores iisdem partibus intulerunt, septemque astollentes respirationem difficilem; prout, antequam dissolvantur, rugitus ventris excitare nunquam desinunt.

His autem omnibus accedit quoque hysterica aliqua passio; ab utero namque, non quidem obstructio (copiosi enim fluunt menses) verum ab octimestri abortu imbecillitatem atque labem perpeffo, halitus elevati, respirationis angustiam, lipothymias ac animi deliquia induxerunt; quod facilius quinetiam contingit à bonis odoribus, naribus admotis, uterum quodammodo ad superiora allicientibus.

Affectus equidem molesti, verum omni periculo vacantes; quinimò, quoniam recentes, rem veri & debellari possunt, congruis à medico administratis remediis, simulque accurata ab Illustriss. Pat. habita eorundem executione.

Expiatis itaque primis viis, Mesenterii & hepatis via referandæ, & obstructions extirpandæ, Jecoris & sanguinis fervor temperandus; & Uteri labes corrigenda, remediis Chirurgicis, Pharmaceuticis & Diæticis.

Et in Chirurgico fonte consideratur administranda sanguinis missio ex jecoraria dextra, & quidem medio utriusque menstrui tempore, quod si consueta non succedat sufficiens naturalis expurgatio, sub finem ejusdem, hiantibus adhucnum uteri vasis, sapheni aperitur. Præterea frequentes pedum lotiones aqua calente, ante cibum, in usum revocandæ, & abdominis regio ungu. ros. Mes. de more illinenda.

Ex Pharmacia desumenda Lenientia, Præparantia, Expurgantia, Aperientia, calorem Contemperantia, & uteri tonum Roborantia. Sic primum Leniens fit syr. ros. fol. & de polyp. cum modica aq. Fl. citri, vel cinnam. sicut & ex Fl. cass. & elect. lenit. an. si libentius bolos admittat. Inde fiat prima præparatio Julap. acet. cort. cit. & cinnam. aromatiz. ad ℥iij. cui ℥iij. crem. tart. addantur, sex diebus exhibendo; mox præscriptum repetatur medicamentum, superhausto sero capr. depur. ad ℥ss. f. vel ii.

Hinc ad explicandas obstructions deveniri poterit; in quem finem principem locum obtinebit Rhabbarum. ita paratum ut quidem deobstruere, & humores educere, calorem tamen adaugere minimè possit. Quare ejusdem ℥ss. cum Fl. cass. aded misceatur aut fermentur b. o. ii. summo mane præbendi, à quibus hora post exhibeatur jus cich. & agrim. alteratum, tribusque aut 4. horis ab eo prædeat. Sequenti verò die assumat succos depur. cichor. borrag. & agrim. ad ℥iij. in jure, endiv. malv. & hepatica alterato; mox postredie repetat bolos, eodem modo & ordine; inde verò succos, sicque alternatim procedendum saltem ad xx. dies, verum postremis decem, in succis ipsis dissolvi poterunt tart. vitriol. gr. x.

Exactis verò xx. diebus, quatuor aut quinque sequentibus assumat Illustriss. Pat. serum capr. depur. vel, si ab illo abhorruerit, bibat aquam Nocerae ad ℥v. præsumptis, aut syr. ros. solut. aut potione ex man. clarif. vehiculi loco, ut dejectoriè excernatur.

Tandem ad usum lactis asinini, cum sacch. perducenda Illustrissima Patiens, incipiendo à semicyatho usque ad integrum calicem per 40. dies. Asina autem,

duobus saltem mensibus distet à partu, sitque nigri coloris; atque lac statim multum naturali suo tepore perfusum bibatur. Balneum, eodem tempore aquae dulcis tepidae, foliis malvæ, violarum, nymph. & salicis alteratæ, præstantissimum quinetiam auxilium fuerit; quod tamen sub egressum frigidum reddatur, frigida aqua affusa.

Et quoniam uteri læsio valde levis censetur, ideo sat erit topicis illum fovere, illitu parato ex ol. lil. alb. cum aromatis, additis granis moschi, aut zibetti ℥i. quo quotidie uterus illinendus mane, dum è lecto surgit.

His omnibus addatur congrua vivenditatio. Sic aërem nativum, aut amœna & jucunda loca incolat. Abstineat ab alimentis crassi succi & copiosi excrementi, sicut & à valde calefacientibus & exsiccantibus, ut à carnibus animalium annolorum & pinguium; à carne suilla & bubula; ab aquaticis, volatilibus; à piscibus palustribus & glutinosi, ut sunt anguillæ, tinæ & alii hujusmodi. Abstineat pariter à caseo, potissimum veteri; à leguminibus, à frequenti olerum usu; & potissimum brassicæ, apii, sive selini; à terræ tuberibus atque fungis; à fructibus austeris & vaporosis; à condimentis alli; cæparum & aromatum, excepto modico cinnam. & pipere ruditer confuso. Sibi temperet à salinis, & à carnibus, sive piscibus sale vel fumo exsiccatis; ab immodico usu aceti & succorum acidorum, ut aurantiorum, limonum &c. Potum vini meracioris aut dulcis vitet. Somnus convenit potius diuturnus quam brevis. Exercitia nunquam sint statim à cibo. Alvum lubricam servet usu passularum, & ab iis statim potu juris malvarum, prima mensa. Quibus non sufficientibus, sumat nonnunquam, ante jus, cass. ℥i. Toto verò anni tempore, prima mensa habeat in usu jus borrag. alteratum. Animi moerores, curæ sollicitudines ablegandæ; conversatio genialis captanda, & erecto in spem animo Pat. Illustriss. habenda. Quæ dicta (favente Deo) sat fuerint, pro ejusdem salute, quam eidem enixè felicissimam ac diuturnam augurot. Idem ibidem.

Hysterici Affectus, Sterilitas, cum Melancholia Hypochondriaca.

Juvenem Nobiliss. duobus ab hinc annis hypochondriaca affectione torqueri luce clarius apparet, ex hypochondriorum tensione, rugitibus ventris & flatuum copiosa, tum per superiora, tum per inferiora eruptione; quam ideo flatulentam affectionem appellabat Gal. Hanc autem potissimum confirmant acidi roctus, & nonnunquam nidorulenti; nec non arteriarum pulsatio. Et quoniam timor & moeror prædictis accedunt, cum horrendis insomniis & imaginatio nis aliqua manifesta depravatione; ideo melancholiam quoque affectionem hypochondriacam comitari dubio procul asserendum. Quibus accedit etiam hysterica aliqua passio, quæ animi deliquio prope tempus menstruæ purgationis imminutè procedentis, vertigine, sive trepidatione, dolore capitis gravante & extendente in occipite, ab infima veluti spinali medulla obrepente, se ipsam prodit; & tandem, quod tribus abhinc annis fit Viro nupta, nec unquam conceperit, de sterilitate, saltem ad tempus jure merito conqueritur.

Atque hi sunt affectus quibus auxilia medica exoptentur, ordine quin etiam, quo descripti fuerint, producti. Etenim in status Nobiliss. Juvenis mutatione, tribus abhinc annis, vivendi quoque modum atque rationem in liberaliorem mutatam fuisse credendum, & quidem in omnibus rebus non naturalibus; atque adeo cruditates inde primam originem duxisse, à quibus obstructions in lacteis venis genitæ, & in iisdem à je-

à jecoris fervore exsiccatæ, hypochondriacæ affectio-
ni ortum præbuerunt; ab his enim calor conclusus
intensor redditus & præternaturalis, in ventriculum
quinetiam diffusus, ciborum corruptiones, & ab his
fiatus in dies produxit; prout iisdem obstructionibus,
magnam arteriam comprimentibus, ejusdem pulsatio
imputanda. Verùm quoniam ob infarctus prædictos,
sanguis in venis melancolicis subsistens, & in cæteris
portæ ramis à calore intensius effervuit, aduflationem
tandem adeptus, affectioni hypochondriacæ melan-
cholicam ipsam adjunxit, tetrus scilicet elevatis per venas
ad cor, & inde per arterias ad caput ab hoc sanguine
vaporibus aut exhalationibus, spiritus vitales insufficientibus,
& animales opacatibus; unde timor, mæror, & ma-
nifestæ aliæ depravatæ imaginationes observatæ fue-
runt. Verùm quia hypochondriaci excrementis neces-
sariò alluere solent, cum & chylificatio, & sanguifica-
tio corruptè fiant; hinc iisdem massam sanguineam
conspurcatam & infectam natura defæcare tentans,
crassiorē & magis exultum sanguinem ad uterum de-
trahit, qui ejusdem vasa, ob crassitatem, permeare non
potis, in iisdem obstructiones peperit, à quibus mox
imminuta successit menstrualis expurgatio. Et quoniam
uterus repletus contrahitur, & ejusdem vasa secundum
longitudinem tenduntur; hinc dolores tensivi & gra-
vantes suboriuntur, qui ad extremam medullam spi-
nalem, & per spinam ad occiput usque exporriguntur,
juxta nervorum processum, ab eadem spina ad uterum
pertingentium. Nec mirum si à materia in utero delites-
cente evaporationes, aut ad septum tum ad cor impetu fe-
runtur; etenim & ipse sanguis resilit in cor & septum,
unde cor fatuum fit, & à fatuitate torpescit, à tor-
pedine verò delirium apprehendit, dicebat Hip. Sic
animi deliqua, vertigines, & alii hujusmodi hysterici
affectus ab hoc fonte promanare possunt; quinimo &
hæc sterilitatis justa causa esse posset, nisi, ut ego
existimo, exuperans mensuræ sanguinis, & ipsius uteri
caliditas primo quoque anno conspirasset, quæ moderari
non potuit à spermate viri, quin etiam calidissimo,
ut ex enarratis accipi; sterilitatis siquidem sæpè causa
esse solet temperamentorum viri & mulieris consensus,
ut existimavit Plato, etenim sicuti temperati cum tem-
peratis fecundissimi evadunt, ita intemperatus cum
intemperata, in eodem genere, infœcundi; prout in-
temperati contrario excessu fecundi habentur.

Quibus omnibus expensis, tum individui, tum spe-
ciei ratio à Medico habenda quanquam necessariò prius
individui, cujus mala dispositio speciei quoque officere,
& sterilitatem inducere valet. Ideo prius melan-
cholicæ hypochondriacæ prospiciendum, deinde uteri
vasa referenda, & tandem jecoris, sanguinis, & uteri
calor contemperandus. Cui postremæ intentioni, in
Viro quoque, Vere proximè futuro erit danda opera,
si enim Agricola, ut considerabat Aristot. triticum pu-
rum sedulo pro semine seligunt, quid in gratiam hu-
manæ prolis præstandum?

Medicæ itaque intentiones erunt, primò primas
vias emundare. II. Obstructiones portæ ramis in-
farctas, humectantibus & aperientibus expedire. III. San-
guinem purificare. IV. Vias uteri aperire. Et tandem
Jecoris, sanguinis & uteri calidam intemperiem mo-
derare. Ventriculi autem, aut nulla, aut valde levis
cura habenda est, cum non essentialiter, sed per con-
sensum à vicinis partibus immodicum calorem illi im-
pertinentibus lædatur.

Quibus ut satisfiat, ex Chirurgico fonte defumenda
primò repetita sanguinis missio, ex Jecoraria dex-
tera tempore æquè medio inter præteritam & futuram
mensuram purgationem; mox & ex saphena dextera,
sub finem ejusdem, hiantibus adhuc vasorum uteri o-
rificiis; quinimò prope illud tempus frictions & lo-
tiones infernarum partium adhibendæ, & uterus eadem
opera, oleis laxantibus & modicè calefacientibus ir-

Tom. I.

rigandus, liliorum alborum potissimum.

Ex Pharmaceutico fonte depromenda Lenienti-
Præparantia, Aperientia, Purgantia, Intemperies
Cotrigentia, Uterum spectantia & à Proprietate ju-
vantia. Primum itaque Leniens esse poterit cast. &
lenit. cum crem. tart. Vel syr. ros. fol. & de poly-
pod. Præparatio sit quinque dies hujusmodi. ℞. ju-
lap. acet. ℥ii. aqu. cinnam. ℥i. m. pro syr. & sic pro aliis.
Inderepetatur præscriptum leniens, à quo semper præ-
beatur jus hordei, vel aqua hordeacea. Hinc ad effica-
ciora præparantia deveniendum, quæ aperiendi quo-
que facultatem habeant, neque sint saccharata aut mel-
lita, hypochondriacis & hysterics suspecta, imò noxia.
Quare præbeantur succi depurati, hoc pacto. ℞. succi
cichor. depur. borragin. an ℥i. f. decoct. cichor. bor-
rag. end. malv. agrim. melissæ, rad. graminis, lupul. ℥v.
m. pro syr. & sic pro aliis. Sequenti verò die præbeatur
Rhab. substantia, ita ut tamen nullum calorem vis-
ceribus inurere possit, atque interim aperiendi aliquo
pacto etiam evacuet, ut ℞. Rhab. opt. ℥i. flor. cast. rec.
extr. ℥ij. m. f. b. à quibus, hora post, bibat hanc po-
tionem. ℞. aqu. agrim. destill. ℥iv. cichor. destill. ℥ij.
tart. vitriol. gran. x. m. pro potu, & tribus horis ab
ea, prandeat. Ita quotidie procedat alternatim, assump-
tis altero die succis depuratis; altero verò Rhabarb.
ad xx. & plures dies, ut mesenterium, & cava viscerum
ab obstructionibus vindicentur, mox assumat hoc in-
fusum. ℞. Rhab. opt. ℥j. sennæ recent. mundat. radic.
polyp. Epith. an. ℥ii. cinnamomi integri ℥i. aq. agrim.
q. s. m. f. inf. per noctem; deinde facta express. colaturæ
adde syr. ros. solut. ℥v. m. f. p. b. & tribus horis ab ea
bibat seri caprin. aut asinini depurati libi. duabus ve-
rò horis ab his prandeat.

His peractis, totius massæ sanguineæ nova purifi-
catio erit curanda, hac ratione. ℞. Decoct. Epith.
Mef. syr. ros. solut. an. ℥ij. aqu. flor. citri parum, m.
pro potu, cui, tribus transactis horis, superbibat serum,
& prandeat, ut supra. Sic tribus vicibus repetatur idem
medicamentum quarto quoque die; duobus verò inter-
mediis præbeatur serum caprinum, aut asinum de-
puratum ad ℥vi.

Hoc verò tempore, ad vias uteri referandas deve-
niri poterit xij. aut xv. dies, summo mane præhen-
do. ℞. aq. capill. Ven. destill. ℥vj. aq. artemis. ℥ij.
spirit. tart. bis aut ter rectif. gutt. x. salis artemis. gr.
v. m. pro potu, quatuor aut quinque horis ante cibum
exhibendo. Interim, eodem tempore, utero totus ad-
hiberi poterunt, magna spongia imbuta, mox expressa,
& calida applicata, ex decoctione malvæ, rad. altheæ,
liliorum alborum, fol. orig. pulegii, calamenti monta-
ni, artemis. & sabina; mox, remoto fotu, illinatur
tota regio uteri oleo liliorum alb.

Et tandem ad contemperandum Jecoris, sanguinis,
totiusque corporis fervorem, duo magna remedia, in-
ternum alterum, alterum externum, sunt usurpanda.
Internum erit lac asinum cum saccharo, consuetis le-
gibus præbendum, ad quadraginta dies & plures. Ex-
ternum verò balneum aquæ dulcis, toti corpori adhi-
bendum, ex decoctione foliorum malvæ, violarum, sa-
licis, nenupharis, & erucæ; cujus usui erit insisten-
dum saltem ad xx. dies, tempore calidiori semel tan-
tùm in die; adeò ut summo mane lac præbeatur; ho-
ra verò vigesima prima, aut vigesima secunda, in bal-
neum descendat.

Sic superatis obstructionibus, calidioribus expur-
gatis humoribus, & intemperie remissa, multò meliori
statu gaudebit Nobilissima Juvenis, & ad concipien-
dam erit aptior; nihilominus aliqua quoque à proprie-
tate juvantia, quæ tamen rursus caliditatem non au-
geant, non sunt omittenda; quorum tria selectiora pro-
pono, ad arbitrium deligenda; vel scilicet lac equinum,
in scia muliere, asinini loco, aut caprini exhibitum,
vel pulverem penis ceryini, qui si non adeò facile
præ-

E

præ-

præstò fuerit, paretur pulvis ex matrice leporis, in furno asfata, in aqua matricaria exhibendus à 56 ad 57. Extrinsecus quoque regio uteri linienda linim. ex coagulo leporino, cum butyro reformato. Quorum omnium administratio inchoanda primis Aprilis mensis diebus; ut usus lactis, & balnei diebus æstivis administrandus veniat, quo tempore, & illustriss. Vir aliqua expurgatione, & caloris moderatione opus habuerit, remedijs à Viro Excell. adstanti magis accommodatis deligendis.

Interim utatur Nobilissima Juvenis, qualibet hebdomada, ʒi. Flor. cassiæ, & quotidie prima mensa, tum in prandio, tum in cœna, jasculo, modò horragine, modò endivia, modò malva alterato. Quæ omnia utinam ex voto succedant. *Idem ibidem.*

Hysterica & Hypochondriaca Affectio.

Mulier 41. annum agens, symptomata patitur quæ mihi videntur à minera hypochondriaca, & forsitan melancholica emanare, eaque delitescere in hypochondrijs & utero; dolorem enim capitis, pectoris, stomachi, ab hypochondriacis flatibus, & hysteriis evaporationibus provenire censeo; sicut & anxietatem à cibo, cujus causa inedia gaudet. Alvi pariter stypticitas, cum arenulis in urinis, calorem in jecore, renibus, & hypochondrijs manifestè prodit, ut propterea menstrua laboriosa stato tempore cõtingant, ob crassam primùm materiam, serositatibus tamen immistam, in melancholicis plurimùm redundantibus; quibus enim hujusmodi menstrua contingunt, infecunditas potius ex nimio calore quàm frigiditate succedit; à Viro namque non provenire triplex jam conceptus nos certiores facit.

Prospiciendum itaque ne obstructions in hypochondrijs augeantur; neve calor in hepate, renibus & toto invalescat, ut menstrua temperatiora & uteris conceptioni magis idoneus evadat.

Hoc verò præstabitur Evacuantibus, Aperientibus, Attemperantibus & vires Conservantibus.

Educatur itaque sanguis primò ex jecoraria, dum distatà menstrua purgatione; & statim ab hac, si menstrua imminuta procedant, etiam ex saphena, aut, ut placet Gal. tribus diebus ante.

Fiat autem accommodata totius expurgatio, & ab hac aqua Testuciana cum vehiculo tribus aut quatuor vicibus, exhibeatur. Mox aquæ Villenses diureticæ sumptæ convenient; quæ si præstò non sint, ad usum succi cichorei depur. in jure cichoraceis alterato progrediator, 15. dies; mox ad setum capr. cum succo limonum, totidem; & externis à Viro Excell. propositis, imò & balneo dulcis aquæ utatur, cum viâ ratione his omnibus proportione respondeante. *Idem ibidem.*

Hysterici Dolores, cum Diabetica Dispositione.

Matrone Nobiliss. 44. annum agens, Viro juncta, plethorici est habitus, ad obesum tamen vergentis; tantum enim est corporis moles ut ad motum, potissimum per loca acclivia serè inepta reddita sit; unde vitam sedentariâ ducere cogitur, præsertim cum & sub umbilico & in inguine peritonæum laxatum habeat. Jam verò prolifica fuit, & usque ad trigessimum octavum annum tredecim peperit filios, præter abortus; quo tempore abundè expurgata est quolibet mense, usque ad octavum & decimum diem, copiosissimè verò in puerperijs. Cùm autem ab aliquo partu parcius expurgata fuisset, subortus est dolor in Uteri fundo lævissimus, qui sanguinis missione fuit sedatus, licet postea recruduerit, potissimum menstruis imminētibus, & quidem cum motibus convulsivis in somnis, & horripilationibus internis; quibus successit æstus insignis internus, cum sit adeò molesta, ut ad frigidæ potum confugere cogeretur; ea tamen neutiquam extineta. Dolores autem perdurant duobus jam abhinc annis; cum gravissimo ponderis sensu in uteri regione sinistra, irrepentes per inguën, renem versus; quibus ing. avescētibus, dolor primò atrocissimus excruciat, pungens & lancinans, potissimum imminentibus menstruis, præcedentibus vigilijs, vomitibus biliosis, & intensissima siti, cum horripilationibus, sine frigiditatis sensu; hoc autem remittente, prout antea copiosi flatus eruperunt, ita in præsens contingit caloris ad ambitum corporis, & ad extrema insignis effusio, cum copiosis urinis, prout semper fuerunt, sed potissimum vigentibus iisdem doloribus. Urinas autem semper, 10. abhinc annis, turbidas reddidit, cum subsidentia alba, copiosa & lactea, potissimum verò in dolorum insultu.

Juvamentum autem non leve suscepit à copiosa sanguinis missione, indeque ab aquis ac fructibus nive refrigeratis, adeò ut totam æstatem doloribus vacuum transegerit; quo tamen tempore & menstrua paulò copiosiora fluebant. Verùm mense Septembri rursus iisdem invaluerunt, imò serè continui fieri cæperunt, repetita sanguinis missione utcumque remissi; gravissimè tamen invaluerunt Januario, Febuario & Martio proximè præteritis, deficientibus omnino menstruis, & quidem tres continuos dies; mox quinetiam sedati, effluente per uterum viscida & crassa copiosa materia. Tandem mense Aprilis acerbissimus factus est dolor, quatuordecim horas perdurans, cum suppressione urinae; quæ tandem erupit cum sedimento, non solum albo verùm & cruento, eodem placato, & ipsis quinetiam menstruis subsecutis, quæ aliquando observata fuere, tum nigra, tum adusta.

Hos tandem dolores comitantur urina copiosissima, ad plures libras, sitis inextinguibilis, cordis angores, sputa crassa, sed acris & linguam mordentia, alvi stypticitas insueta, ciborum in appetentia, & potissimum carniùm. Frigida quammaximè appetit, & potulenta præsertim, neque ab horum usu ventriculus unquam manifestam noxam percepit. Quibus omnibus accessit dolor pedis, adhucnum perdurans, nec non hemierania sinistra; verùm postremò dolores tantus secutus fuit virium languor, ut triduum decumbere coacta fuerit.

Remedia administrata fuerunt, repetita sanguinis missio à qua semper ipsa Pat. juvamentum percepit. Sanguis autem fuit semper observatus absque ulla serositate, crassis plurimùm, & nonnihil viscidus. Cauterium coxæ inustum fuit, cruenta materia manans, potissimum imminentibus menstruis. Succus cich. condensatus, cum aqua cich. fuit diu exhibitus. Aqua item Nocerae, potu. Et præterea concessa fuit Aqua Villensis in cibo, viâ permista. Sedandis verò doloribus Triphera magna cum opio sæpius fuit repetita. Nunc verò medicum exposcit nostrum auxilium.

Rarus equidem casus nobis proponitur considerandus atque curandus, non quidem ratione essentia, verum potius causarum, morbos & symptomata producentium. Horum autem primum & præcipuum est dolor, symptoma in actione lætrice depravatè læsa, quod aliud sequitur symptoma in excretis immodicè retentis; ambo verò à morbo in via, obstructione scilicet uteri, originem duxerunt, atque ita uterus est pars, in his doloribus, essentialiter, licet non primariò affecta; quod facile quilibet colligere poterit ex situ doloris, ex qualitate ejusdè, ex actione læsa, & ab excretis retentis. Et quævis (ut diximus) essentialiter uterus afficiatur; nõ ta-

men primario, cum materia obstruens in ipso non producat, sed aliunde, à toto videlicet transmittatur, & à jecore atque ventriculo generetur. Nob. siquidem Pat. ob propriam jecoris temperiem justo calidior, calido, multo & crasso sanguine semper abundavit. Et quamvis de ventriculo nulla querela præcesserit; rudem tamen & imperfectam semper chylicationem elaborasse certò credendum, ut ex sanguine misso, crasso quidem, sed non sine lentore & visciditate, & multò magis ex alba & cruda in urinis subsidencia, decem abhinc annis observata; necnon ex copiosis flatibus frequenter erumpentibus conijcere licet.

Humores autem hi crassi atque viscosi, ex prædictis intemperiebus, vita sedentaria, & forsan etiam ex assumptis producti sunt, concurrente quoque habitu totius carnosio, & potissimum adiposo, à quo in vasis magnis calor adaugetur, sanguisque semper crassior redditus, quolibet mense antehac, copiosis menstruis expurgabatur amplissimis semper existentibus vasis, donec concepit & peperit, lochiis in puerperio perfectè evacuatis. Verùm postquam ab ultimo partu non probè expurgata fuit, crassiora lochia suppressa uterivasa obstruxerunt, & sex abhinc annis sterilem Nobil. Pat. reddiderunt; unde vasa eadem quodammodo adducta, & contracta, non adeò pervia facta sunt, dum eodem tempore excrementa quoque crassiora evaserunt, vel ipsius quiescentis consistentis ætatis ratione; atque adeò pars eorum crassior, in uteri vasis levæ partis conclusa atque infarcta, insignes obstructions produxit; à quibus, dum continuò halitus atque vapores, ab uteri imbecilli calore eadem agitante, elevantur, distenditur uterus ipse cum ejusdem ligamentis, atque dolor ab eodem, ad inguen & latus sinistrum propagatur, atque ad os sacrum frequenter plerisque extenditur. Invalet autem dolor imminuentibus menstruis, iisque fluentibus, dum à nova materia obstruatis obstructionibus aggesta, uteri vasa magis magisque distenduntur.

Utero verò dolente nil mirum si accidant horripilationes, tum internæ tum externæ, humoribus, aut etiam flatibus, per ipsum & ejus ligamenta, tanquam partes nervosas discurrentibus; unde copiosi quiescentiam status erumpebant. Modò autem magis affata materia, observatur calor ad externa insignis effusio.

Et quoniam excrementa in dies semper magis magisque coarcevantur, ex vigiliis & animi passionibus, ex cibis & potibus alienis; atque adeò quolibet quoque mense, ex nova materia aggesta, nec non præsentem crassifacata obstructions magis magisque accumulatur; hinc dolores, tum sæviore, tum frequentiores, imò continui facti fuerunt; quod ita se habere apparet, quia Januario, Februario & Martio, menstruis omnino suppressis, tribus continuis diebus, dolores immanes fuerunt, remissiores postea facti erumpente per uterum viscosa & crassa materia copiosa. Hinc superiori quoque mense sævissimus invasit dolor, etiam cum suppressione urinæ; afflicto namque utero atque contracto, vesica quoque in consensum trahitur, contrahitur musculus, & sic ad tempus urina supprimitur, quousque nonnihil sedato dolore, musculus quoque laxatus fuerit, profluente urina cum sedimento, non solum albo, verùm & cruore tincto, à menstruis tunc erumpentibus & eidem in effluxu immixtis. Hucusque autem enarrata & exposita cuilibet, licet non adeò exercitato Medico ptere possunt; prout quoque liquet, cur sanguis crassus & serositate omnino exhaustus in vasis reperitur, ut in educto venæ sectione observatum est; copiosæ namque urinæ, toti massæ sanguinæ serosam partem subducunt atque evacuant. Verùm, quomodo id fiat, compertum non video; cum tamen à vera atque legitima solutione hujus quæstio, pendeat causarum horum affectuum co-

Tom. I.

gnitio atque curatio. Crediderim itaque serositates à sanguine ipso ad renes non transfundi, sed ab iisdem præternaturali violentia, veluti exurgentibus attrahi, in quibus adsit diathesis atque diabetica dispositio, quæ sita est in vehementi humidi desiderio, & pendet potissimum à calida renum intemperie, cum attracticis robore; prout tum in jecore, tum in toto calidam eandem adesse intemperiem existimandum, cujus ope, non modò succedit humiditatis attractio, sed & aliqua quiescentiam solum humorum, non verò adipis aut carnis colliquatio; unde producitur affectus in ista Nob. Matrona, eadem propemodum ratione qua describitur à Galeno cujus verba liceat nobis hic subdere, tanquam affectum nostrum graphicè delineantia; ait itaque. *Renum desiderium naturale est, neque ab ipso sensus nostri afficiuntur, & ideo nobis non sentientibus paulatim increseit. In primis enim vasis sanguis serum ex venis, vel nihil nobis sentientibus, quem cum totum attraxerit, videaturque sanguis in vasis hujusmodi humiditate spoliatus, exsiccata tunc vasa humores trahunt ex hepate, deinde hoc ex intestinis, inde à ventriculo. Quum itaque exsiccata fuerint vasa qua os ventriculi perreperant, potum desiderat Pat. utpote dispositionem ipsam tum primo sentiens; deinde exhibitam potionem vasa ab hepate ad ventriculum venientes, utpote arida, totam rapiunt, atque ex his alia deinceps, donec ad renes perveniat transumptio.* Hæc Gal. atque hinc omnia mala primò emanasse conijcimus; etenim si propria & consueta serositas in massa sanguinea consistisset, sanguis, ut fluidior, in uteri vasis, natura satis amplis, copiosè namque & commodè antea expurgabatur, non hæssisset; verùm hic humiditate exhaustus, crassus & lentus redditus, vasa permeare neque pervadere potuit; atque adeò hærens obstructions, & forsan alicujus tumoris præludium, quem Deus avertat, excitavit; à quibus, modo à nobis superius proposito, cruciatus hujusmodi pendet.

His verò statutis, tum inappetentiæ & slypticitatis alvi, tum acrimoniæ in sputis, & ventriculi gelidam aquam & fructus nivatos tolerantis, & provenit ab eodem crudatum, quæ in urinarum fundo jam pridem subsidere observatæ fuerunt, rationem reddere facillimum fuerit; prout quomodo & colliquationem humorum sequantur cordis angores, & tandem virum dejectio, potissimè à prægressis doloribus; prout in pedem humiditatis decubitus, & demum vaporum in caput elevatio.

Non est autem qui non videat statum hujusce Pat. usque quaq; periculi plenū; si enim hamores in uteri vasis conclusi, in ejusdem corpus penetrant, tumor excitabitur prævæ conditionis & impossibilis sanationis; cum ultimò crassus & niger sanguis per uterum excretus observatus fuerit præterquamquod & obstructions jam obstruere difficillimè tolli possunt; removenda quippe est causa illa colliquans, & serositates à toto sanguine continuò attrahens, atque è corpore educens; quæ neque facile tollitur, quoniam multum provecata est affectio; ejusdem enim principium, nec augmentum ab ægris unquam percipitur, utpote opus naturale; unde totius macies tandem succedere solet, licet casu præsentem longius absit. Augetur tamen difficultas à contraindicantibus, siquidem obstructions aperientibus & attenuantibus egent; urinæ verò profluvium inconstantibus, & quodammodo adstringentibus. Omnia tamen agenda, ut Nob. Pat. opem feramus.

Atque præ omnibus accommodato & recto ordine in administratione medicamentorum procedendum, ita ut, omnium primò primæ viæ à cruditatibus munden- tur, ut inde ad sanguinem attenuandum, quo melius fieri potest, deveniamus. Tertio ad uteri obstructions referandas, sine Jecoris, Renum & totius caloris incremento. Quarto, quamprimùm fieri possit, ad intemperiem calidam, tum jecoris, tum sanguinis, &

E 2 potissi-

potissimum renam contemperandam erit accedendum. Quinto serositas à Renibus divertenda, & renes ipsi cautè roborandi.

Quibus intentionibus, scriptis ordine executivo satisfacere conabimur. Sic primò exhibeatur cast. cum tart. à qua hora post hauriat ser. capr. aut asin. depur. ad ℥ij. & tribus horis ab eo prandeat. Sequentibus verò tribus diebus, præbeatur julap. acet. cort. citri aromatiz. ad ℥ij. superhausto crem. tart. ad ℥f. in modico jure dissoluto. His peractis, repetatur prædictum medicamentum, vel syr. ros. sol. cum aqua flor. citri, & sero depur. ut supra, incepta potionis evacuatione.

Secundò ulterius progrediendum, exhibito julap. acet. simpl. cum acidi citri portione aliqua, in jure alterato cich. borrag. acet. malvis, in quo dissolvantur gr. xij. tart. vitriol. in scutella, septem aut octo dies; acida enim hujusmodi sanguinem etiam grumolum attenuare solent. Verùm interim aperienda iisdem diebus vena jecoraria, & sanguinis septem, aut octo unciae educendae, apposito sæpè venæ sectæ digito, ut crassior effluat, idque longius à mensuris; prædictis verò exactis diebus, præbeatur infusum rhab. cum syrup. ros. solut. vel crass. cū rhab. sero depur. ad libras tres epoto.

Tertiò ad uterum descendendum, aperiendibus quidem, sed non valde calefacientibus, imò humectantibus; crassities enim humorum à calore indita, imò & visciditas ipsa atque lentor, humectantibus egent. Sic autem paretur potio. ℞. aq. still. capil. Ven. ℥vii. aq. artemis. ℥iv. spiritus tart. ℥i. m. f. pot. mane exhibenda; sequenti verò die hujusmodi paretur. ℞. decoct. in aqua borrag. parata, cich. borrag. end. capil. Ven. artemis. cicer. rabeorum, ℥vij. succi cich. de pur. ℥iij. m. pro potu; quem præcedat talis bolus. ℞. extracti de rhab. ℥j. salis artemis. gr. vj. croci martis aperit. cum acido sulph. parati gr. j. m. ref. bol. hora ante decoctionem exhibendus. Tertio die repetenda erit aqua, atque ita alternatim progrediendum, ad quindecim solum dies. Interim regio uteri ol. lil. alb. simpl. illinenda; & instantibus mensuris, uteri regioni apponatur spongia magna madefacta, nec omnino expressa, decoct. fol. malv. chamameli, meliloti, capil. ven. artemis. dictamni cretici, calamenti montani, radic. altheæ, lil. alb. & cyclaminis, tepida detineatur, & moveatur, & repetatur, atque decoctioni jam factæ addatur cyathus vini albi subdulcis.

Quarto calidam jecoris, sanguinis & renum intemperiem corrigentia, erunt interna & externa. Internè aliqui commendant aquas Thermales acidulas, quas tamen nos ut exsiccantes suspectas habemus; quibus propterea substitui poterit aqua Nocera; quæ quoniam mineralis non est, & terra samia plurimum constat, parum exsiccet, valdè refrigerat, & tenuium est partium, ita ut non obstruat; cum tamen subadstringens sit, jecori proinde, toti, & renibus potissimum valdè profutura. Præbeatur itaque ad quindecim dies, primis quidem vicibus cum vehiculo dejectorio, syr. scilicet ros. solut. cæteris verò diebus absque eodem, neque diuretico; immodica quippe adest ad urinam proclivitas. Quantitas verò sit, primis diebus, ad septem vel octo libras, usque ad quindecim, diminuenda postmodum.

Ab hoc remedio ad lactis asinini usum perducenda erit Nob. Matriona, cætera namque genera lactis obstruiones adaugere possent, potissimum decocta, ut in urinae profluvio fieri solet. Extrinsicè verò Balneo aquæ dulcis erit omnino utendum, eoque potius calente quam tepido; hoc enim uteri obstruiones emollientur, atque, si in eodem sudor provocetur, serositates ab urina ad ambitum corporis prolicentur, quod è re erit, hoc casu. Et licet, uteri ratione, à qua laxantibus alterari deberet, renibus tamen id obesse possit. Extra Balneum, adhibeantur jecori epithemata ex succo cich. end. inf. ros. succo lim. & acet. ros. cum spe-

ciebus trium fantalorum. Sic Renibus paretur limum. exung. ros. Mes. infrigid. Gal. & populeo, reformato cum oleo nenaph.

Ultimò renes roborandi extrinsicè, addito prædictæ inunctioni succo acaciæ & hypocyssidis, necnon bolo armens; intrinsicè verò efficax habetur aqua destillata ex quercus tenerimis foliis.

A proprietate juvat aqua rarum & astacorum, cum oxalide destillata.

Et quoniam contingit aliquando dolores adedè urgere, ut medicum auxilium postulent, qui si vehementes fuerint, nec ipsis anodynis cedant, cautè narcoticis utendum; cum enim ipsi invalescere soleant, imminutibus & præsentibus mensuris, tunc narcotica eadem omnino sistere certissimè possent; ideo nullo modo eis utendum, nisi longius ab iisdem mensuris. Quia verò humores semper crassiores reddunt, ideo sufficiat triphera magna, jam experta, vel clyster ex lacte, in quo philonii Rom. ℥j. dissoluta fuerit; si enim contineatur, certissimè dolores sopiet.

Vitæ verò rationem diversam exigunt hi duo affectus. Quare deligatur refrigerans omnino, & in qualitatibus secundis mediocri. Cibi sint boni succi, nec valdè attenuantes, neque incrassantes, nunquam verò diuretici. Potus copiosior concedendus, nullo modo verò aqua mineralis in alimentis; omnino enim ab Hipp. prohibetur.

Aqua Nocera concedi potest, quia mineralis non est, aliquando sola, quandoque mista. Vitæ decubitus supinum. Alvo solvendæ utatur clyst. ex decoct. malv. & mercu. ialis, addito ol. amygd. vel lil. alb. aut frequenter assumat cast. ad ij. cum ℥j. tamarind. sub cibi tempus; & præsentis animo vivat. Quæ omnia à Summo Deo Nob. Pat. salutaria precamur.

Addimus verò, quod si vomitus Nobil. Pat. facilis fuerit, jejuno ventriculo, possit aquam copiosam bibere, & eandem statim revomere. *Idem ibidem.*

Pro eadem, Consultatio secunda.

EX hac postrema narratione accepimus, Nob. Pat. dolores cessisse, à copiosis prodeuntibus mensuris, permanentibus tamen capitis gravitate, aurium tintitu, vomitu, insomniis molestis, cordis angoribus; quoque excreti fuerint grumi sanguinis & filamenta pituitosa simul cum urinis, præterea quod prædicta symptomata valdè sedata fuerint, sanguine misso ex brachio, qui apparuit quidem crassus, ut vix cultro incidere potuerit; verùm priori educto valdè serosior. Hoc verò tempore lingua nigra semper conspecta est, cum aliqua ventriculi erosione. Menstruorum verò fluxus perstitit ad dies 17. quibus cessantibus rursus recruderunt dolores, prægressis puncturis quibusdam consuetis. Iisdem autem sevientibus, adest frequens ad mictum irritamentum, cum pondere in pube; imò nunquam urina quodammodo supprimitur, & in emissionem ipsa grumi sanguinis excreti fuerunt. Urina autem semper copiosa est, cum albis sedimentis, aut saltem crassa & turbida. Semper autem perdurant tremores totius, concussionis, sive motus convulsivi, in somnis timores, mærores, animi angores. Queritur itaque quid deinceps flatuendum, & præteritis adjiciendum.

Quæ post nostram scriptam consultationem Nob. Pat. contigerunt, nos in eadem sententia confirmaverunt, Uterum nempe, in hisce doloribus, esse partem affectam, & ab eodem reliqua omnia, ultima scheda enarrata symptomata pendere; cum ipse in Mulieribus morborum omnium fons & origo esse possit, juxta Hipp. & Gal. placita; dolores enim à continui solutione immediatè provenientes, tunc vehementiores evadunt

evadunt quando à menstuis suppressis uteri vasa distenduntur; remittuntur verò ab excretionem eorundem; qui interim ingravescent dum ab iisdem vapores & halitus elevantur, huc illic pervagantes, vasa & ligamenta distendentes, & continuum solventes. Verùm si contingat ut crassior aliqua pars ejusdem, uteri vasa pervadere & permeare nequeat, pondus inde excitatur, & ex colli vesicæ compressione, aut ab utero dolente ejusdem musculo contracto, tunc temporis hæret atque suppressitur urina, donec aut sanguinis trombi ejiciantur, aut flatus discutiantur, ut propterea credendum non sit grumos illos sanguinis, licet cum urina effluant, à viis urinaris illo modo prodire, nec urinam suppressi, quòd in urinaris meatibus infra renes ulla læsio, ullave obstructio delitescat; sunt enim omnia symptomata in utero hærentia, & ab eodem provenientia.

Hæc autem omnia à menstruorum crassitie, eaque à jecoris & totius fervore dependet, ut sanguis missus, linguæ nigredo, & ventriculi erosiones abundè indicare possunt; prout urinæ copia, tum humorum colliquationem, tum validam renum attractionem confirmat.

Neque ab hac opinione nos dimovere potest ferocitas, in sanguine educto ex brachio nuper observata; siquidem contingens quid id potius censemus; præterquam sicut concretio & crassities in sanguine, non nisi à calore procedere potest; ita ab eodem quoniam etiam fundi, atque liquari necessum est. Cum autem uterus pars sit nervosa atque membranosa, facillimè, eodem læso, caput quoque in consensum adducitur, utpotè nervorum principium; atque adeò facillè succedunt capitis gravitates, totius tremores, & motus convulsivi in somnibus; cordis item angores, atque pavores, dum forsitan Nob. Pat. ab aliquo melancholico affectu, saltem per consensum ab utero, omnino immunis non fuerit.

Omnia igitur statim agenda, quæ à nobis, in præterita consultatione præscripta fuerunt, eodemque ordine, antequam menstrua imminuantur, & depravate magis procedant, verendum enim ne eorundem stillicidium succedat, à quo facillè mox suboriri possit tumor in utero [carcinomatosis, cum perpetuis doloribus, omnino insanabilis. Quare nihil addentes, novamque sanguinis missionem, suo tempore, admittebant, curationem quamprimum instituendam esse consulimus, quam pro votis felicissimam Nob. Pat. ominamur. Idem Ibidem.

Hysterica passio in Virgine, cum suspitione Epilepsie.

Nobilis Vestalis, annorum viginti trium, habitus mediocriter carnosus, hepatis calidiusculi, nigri capillitii, otio indulgens, in pravam victus rationem persæpè incumbens, instantibus mensibus diminutè tamen ac inordinatè fluentibus, quinque abhinc annis incidit in quosdam motus totius corporis depravatos, qui interjecta quiete alternatim cessabant, ac cedebant, solaque saphænæ phlebotomia prorsus remittebant. Dum hac corporis concussione vexabatur, nedum principum cerebri facultatum actiones, verùm etiam tam interiorum quàm exteriorum sensuum omnino cessabant operationes. Dicti morboosi insultus periodi serè quolibet mense recurrebant; nunc verò breviori tempore exacerbantur, & quandoque, cessante partium irregulari motu, dolorem costalem, vel colicam passionem mentiuntur. In paroxysmo ligaturas, frictions, cucurbitulas, suffitus, deludit, sola saphænæ sectione mitescens contu-

Tom. I.

max affectio. Ad horas quinque sæpe extenditur paroxysmus, modo in ventriculi angores, inanesque vomendi cupiditates terminatur; modo loquaci paraphrenitide, modo placido somno finitur. Transacto paroxysmo, benè appetit, licet in prava edulia propensior Patientis appetitus; & ideò mirum non est, si obstructiones in jecore manifestæ, non adeò verò in liene, ipso tactu percipiuntur. Vires ex violento partium motu resolutæ, facillè reparantur; alvus modicè laxatur; ad consueta redit munis; placidus ac naturalis somnus irrepit. Pro debellanda igitur adeò rebelli affectione, multoties tentata curatio, verùm recurrentibus dictis morboosis affectionibus, nec non viribus Ægrotantis collapsis, tum ob largam sanguinis evacuationem in paroxysmis institutam; tum ob incongruam victus rationem, nunquam perfici potuit. Proximis tamen duobus annis elapsis, ineunte vere, corporis universalis expiatio instituta fuit lenientibus, præparantibus, alterantibus ac purgantibus medicamentis. Post quæ, per aliquot dies, syrupum Fernelianum; deinde succos cichorii, ac borrag. depuratos; ac denique Chalybem potabilem Bononiæ paratum Medici præscripserunt. Multoties missus sanguis à pede, & bis in anno à brachio, adhibita cucurbitulæ, frictions, lotiones pedum ex arte præscriptæ. Interim specifica remedia in usum revocata, ut aq. destill. pæon. rutæ capr. &c. Cordiales Saxonie cum oleo succini, aquæ antiépilepticæ ac theriacales, &c. vina medicata, specificis parata, sales cranii humani, &c. & hæc & similia adhibita, tum in accessione, tum extra accessionem, &c. Præcepta diætetica Patientis, genio indulgens, omnino sprevit; quamobrem per annum vini abstinentiam, usum lactis, aliquod Magistrale decoctum, vel aliud generosum remedium Medici præscribere minimè ausi sunt.

Hystericam esse affectionem, quæ quinque abhinc annis, serè singulo mense, instantibus mensibus, valdè imminutè prodeantibus, Nob. Vestalem infestat, non est quod dubitemus: potius suspicandum venit de altero affectu in capite, ab utero & hypochondriis causam agnoscente, nimirum de epileptico insultu, non solum quia principes omnes operationes aboleantur, verùm quoniam motus irregulares totius corporis & convulsivos contingere, in relatione audio; & suspitionem auget capitis temperamentum calidum & humidum cum nigro capillitio; præterea prava & libera vivendi ratio forsitan magis in potu; atque tandem accessionum solutio, cum ventriculi angore, ad vomitum propensione, loquaci Paraphrenitide, hypochondriorum & capitis læsionem nobis significant. Et quamvis circa os spuma non observetur, hæc tamen epilepsie perpetua comes non est, nec necessariò supervenit, ut considerant Medicinæ Principes: sed superveniens, affectus ideam confirmat. Diuturnitas quoque hujus contumacis affectus suspitionem addit, quæ in uterinis tantum, non adeò facile perseverare solet. Certissimum autem est potissimam causam affectus utriusque in Utero reperiiri & ab Utero pendere, dum anno suæ ætatis decimo septimo menstrua imminui cœperunt, & eodem tempore invadere cœpit affectio: cujus imminutionis, & serè suppressionis causa non in vasorum angustiam quia in teneriori ætate copiosa & stas temporibus erumpentibus Menstrua, sed in vitium sanguinis à prava vivendi ratione contractum est referenda: namque justo crassior à calore, & viscidior à cruditatibus redditus est, qui uteri vasa pervadere nequens, & in iisdem stagnans, obstruendo, reliquo sanguini impuro transitum impedit: & progressu corruptus (forsan non sine aliqua utilis excrementi corruptione) uterum inquinavit, à quo venenati vapores, viscera omnia & cerebri ventri-

calos inficientes, eosque ad quassationem & contrec-tationem cogentes, sicque spiritibus animalibus motum regularem impediens, & expultricem facultatem irritantes, una cum principum operationum abolitione convulsivos quoque motus in accessionibus excitare valent; sicut sanguis in vasis retentus, præ multitudine resiliens in cor & septum, ut dicebat Hippocrat. aphonias, fatuitates atque deliria movet. Quæ symptomata omnia non parum fovere possunt obstructions in visceribus existentes: sicuti miseram in utero adaugere otiosa & libera vivendi ratio cacochymiam in massa sanguinea conservans.

Modò si cura mali tanti momenti & confirmati ag-gredienda est, non solum, ut monebat Hippocrat. à Die exordiendum, verùm & à Nobil. Vestali Pat. petendum, vis sana fieri? & annuenti præcipiendum, ut servet mandata medica, sine quibus nihil cætera profuerint: Etenim non *salus te sine te*, dicebat ipse Christus; ridiculum enim est, docebat Taranta, cum Medicinis incipere operari, non præmissa & supposita congrua vivendi ratione. Et quamvis incurabiles non sint affectus illi, licet confirmati, non tamen adeò facilè, nec brevi superari poterunt: ut ideò constans perseverantia in medicamentis necessaria futura sit. Primò enim pro purgatione præservativa, primæ viæ erunt à cruditatibus expediendæ. Secundò obstructions viscerum referendæ. Tertio tota massa sanguinea ab impuritatibus vindicanda. Quartò uteri obstructions aperiendæ. Quintò intemperies corrigendæ; atque tandem appropriatis alexipharmacis Antihystericis & Antiepilepticis utendum. Pars verò curativa locum habebit in accessione ipsa, Antihysterica per os præbendo: naribus foetida, & utero odorata apponendo: Omnia revulsionum genera, & sopitam facultatem excitantia administrando. Sed post accessio-nem, statim ad ordinem præservativum exeque-dum revertendum erit: eoque tutius cum in rela-tione habeatur, quod absoluta & transacta accessione, Nobiliss. Virgo integris viribus ad consueta munia obscunda redeat. Primæ igitur intentioni satisfacere poterit Lenicæ, ita parandæ. ℞. pot. ex manna clarificata, cum cremore tartari & infusione senæ para-ta ℞vj. aq. flor. citri, aut totius citri parum. misce pro potu. Præparans deinde sequentibus quinque diebus sit ℞. Julap. acet. ℞ij. aq. cinam. ℞j. m. pro una vice & sic pro aliis. Deinde repetatur su-pra scriptum leniens, aut extenitivo, cassia & tartaro paratum. Pro secunda intentione explenda rha-barb. usus efficacissimus erit, non tamen in infusio-ne, sed in forma solida, ad proximiores obstruc-tiones referendas, ut ℞. rhabarb. maturi ℞b. floris cas-siæ ℞ij. m. f. boli, quibus post horam superbibat jus cichorio & lupulis alteratom. Sequenti verò die præscribatur præparans ex succis, ita ℞. succi depu-rat. & per arenam trajecti, cichor. borrag. agrimon. ana ℞j. decoct. in iure puli paratæ, endiviæ, malvæ, lupulorum, melissæ ℞iv. pro una dosi & sic pro aliis: Ita alternatim perseverando in usu rha-barb. & succorum ad decimam quintam usque diem: in quorum intermedio & fine, præbeatur minorativum hujusmodi ℞. flor. cassiæ rec. extract. ℞vj. pilul. de tribus cum rhabarbaro ℞i. misce f. boli, quibus post horam superbibat feri capr. aut asin. depur. libram, & tribus horis ab assumpto sero prandeat. Interim captanda oc-casio aperiendi jecorariam dexteram, diebus inter-medii & æquat distantibus à tempore utriusque mens-truæ purgationis. Inde ad tertiam indicationem exe-quendam deveniendum erit, cui facilè satisfacere poterit syr. Ferneliani usus ita præscripti, ℞. Radic. ci-chor. petroselinii, capparam, polypod. querc. ana ℞j.

semin. carthami ℞j. fol. hyssopi, prassii albi, organ. agrimon. ceterach. cuscute, adiant. ana manip. b. sem. anis. fenicul. endiv. melon. ana ℞ij. aq. agrimon. ℞ij. m. bull. ad consumpt. tertie, colaturæ postea infunde per horas xii. fol. senæ mund. ℞iv. agarici albi ℞ij. rad. helleb. nigr. ℞ij. epithymi ℞b. gingiberis ℞ij. cinam. integri ℞b. Postea bull. parum & expres-sioni adde sacchar. alb. ℞j. vel quantum satis, bull. ad syrup. consistentiam, deinde adde rhabarb. in petia alligati ℞b. & servetur ad usum: cujus dosi erit ad ℞ij. cum totidem uncis vini albi tenuis, non dulcis. Sequenti verò die præbeantur succi jam præscripti in decoctione, ut supra, addendo salis tart. fixi gr. xii. & ita alternatim perseverandum est in usu syrupi Ferneliani & succorum usque ad vigesimum quartum diem; quorum usum claudat medicamentum hujusmodi ℞. elect. lenit. ℞v. diaphœnic. ℞ij. de succo rosa-rum ℞j. pilul. de hiera cum agar. ℞b. misce. reform. bo-li, quibus post horam superbibat feri capr. aut asin. depur. five aq. nocerianæ ℞ij. & tribus horis à potione prandeat. Quartam intentionem exple-bunt aperiencia hysterica ita paranda. ℞. Decoct. in iure tenui puli junioris paratæ, cichor. borag. dictam. cret. artemisiæ, pulegi, calamenthi ℞vj. ol. sa-bine. gutt. v. spirit. tart. alchaliz. gutt. x. m. pro syru-po & sic pro aliis. Repetatur deinde tertia die deco-ctio, ita alternatim perseverando ad decimum quin-tum usque diem, in quorum intermedio & fine præ-beatur hiera picra ita paranda. ℞. hier. picr. Gale-ni ℞j. floris cass. recent. extract. ℞vj. m. f. boli, qui-bus superbibat aq. capill. ven. & pœon. ℞ij. tribus verò horis ab epota aqua prandeat. Interim super-veniente accessione, aperiatur saphæna, & san-guis satis parçè educatur. Terto verò hoc tempore hysterico-rum Aperiencium extrinsecus regioni uteri magna spongia, decoctione hujusmodi madefacta & mox expressa, fomenta exercentur. ℞. fol. pulegi, cala-menthi montan. dictam. cret. sabine, flor. Keiri ana m. j. rad. lil. alb. ℞ij. rad. altheæ, lauriana ℞j. aq. com-mun. ℞x. misce. bull. ad consumpt. quartæ partis, & f. colatur. in qua dissolve trochisc. de gallia mosch. ℞b. & servetur pro fomento: quo amoto, illiniantur par-tes illæ uterinæ oleo lil. alb. & Keirino, mistis.

Pro quinta intentione, quoniam aquis Porretanis nec per os minusque per inflectiones cum tubulo uti licet, idcirco aquæ Nocerianæ substitui poterunt, primis diebus cum vehiculo dejectorio, reliquis verò cum diutetico, quod erit spiritus tart. ter rectifi-cat. Inflectiones fieri quoque poterunt in aqua dul-ci, foliis malvarum, violarum & cheirinis, atque li-liorum floribus alterata, eodem tempore circa vesperas, dum aqua epota integrè educta fuerit, sin minus, differendæ inflectiones usque ad absolu-tum Nocerianæ usum. Postremæ intentioni satis-faciendum erit usu alicujus antihysterici & antiepi-leptici medicamenti, tum interni, tum externi, & inter interna extra accessio-nem præscribenda, sit spiritus vi-trioli, cum rad. pœon. & visco quercino extractus, in aqua pœoniæ, ad gutt. v. frequenter exhibendus. Frequenter etiam in usum ducatur commendabilis aqua stillat. ex hirundinibus nuper natis ad ℞ij. nonnun-quam etiam theriaca, aliquando cochlear. aquæ theriacalis. Conserva pœoniæ, vel lil. convall. sub ingressum lecti. At si conjici ac præcognosci pos-sit ventura accessio, duos vel tres ante dies, effica-cissimum observavi præservativum esse validum pur-gans, ut propterea iterum atque iterum à Medicinæ principibus commendetur hiera diacolocynth. & helleboratum à Celso, quod sic parari posset. ℞. pilul. foetid. de hiera cum agarico ana ℞b. extract. hellebor. nigr. ℞j. m. & præbeatur circa noctis dimidium, cui superdormiat, & summo manè superbibat aquæ nocer-ianæ libras. Extrinsecus naribus foetida, & odorata utero,

utero, de more admovenda. Ungula alcis in annulo gestanda. Radix peconiae nigrae inclinante luna collecta, collo appendenda. Collum vipera suffocatae collo appensam a praefocatione Uterina praeservare docuit Galenus.

Sed omnium maximè ab utroque insultu praeservare valebit congrua vivendi ratio; & praesertim à vino abstinentia saltem per annum, utrique affectui quam maximè conferre poterit. Abstineat praeterea à quibusdam edulis à proprietate nocentibus, ut à carne hœdina, à coturnicibus, à perdicibus, atque aliis, ab alio, cæpis, apio, foeniculo, fungis & terræ tuberibus; insuper à carne suilla; ab usu casei; à frequentibus edulis ex pasta paratis & à nimio aromatum usu. Pro potu verò paretur vinum ex cerasis nigris, aqua nocerae immiscendum; & pro toto anno aqua stillat, ex istem cerasis in vasis vitreis adservanda. Patur etiam vinum ex pomis dulcibus, toto anno in vasis vitreis, collo oblongo fabrefactis superimposito oleo adser vadum, cuius portio aquae nocerianae immiscetur pro potu suavi. Huc pertinet quoque exercitium quantum fieri potest, etiam laboriosum, evitando etiam intensas applicationes atque meditationes. Et hæc extra accessione.

In actuali verò accessione, meliusque in instante, Antihysterica & antiepileptica sunt per os præbenda; inter quæ selectiora & à me experta, sunt aqua antihysterica Quercetani cum aliquot guttulis Opiatæ Angeli Salæ, quæ ritè & fideliter parata reperitur venetiis ad signum Sanctæ Margaritæ. Egregium quoque & præsentaneum remedium, est tinctura granorum sambuci ad semicochl. in aq. mat. icar. Eodem tempore sternutamenta excitare valdè prodest. Naribus quoque scetida admovere simili suffumigio. Castorii, alæ scetidæ ana ℥j. picis ʒß. succin. ʒß. tereb. q. l. m. f. pastilli pro suffumigio. Utero verò odorata apponantur; & pasta servetur pro sinapismis, cum æquali portione caricarum & sinapis parata: Spatio namque unius horæ cutem rubificat; apponatur autem cruribus utrinque aut coxis imò si prævideri possit invasio, hoc solo remedio duabus horis ante accessione administrato, vidi ego non semel accessiones ipsas retrocessisse. Quibus omnibus non sufficientibus, vena, ut antea, erit aperienda: sed ab accessione die sequenti, causæ erit incumbendum, & ad curam præservativam revertendum, congrua in cæteris omnibus addita vivendi ratione, à viro Doctissimo Adstanti præscribenda, cui cætera quoque omnia ritè & rectè administranda committo. *Raymund. Joan. Fortis Consultationum Tom. 2. centuria quarta.*

Hysterica passio cum capitis imbecillitate.

Nobilissima Germana Juvenis annum agens vigesimum sextum, temperamenti totius calidi & humidum, jecoris fervidioris & humidioris, atque excrementosi capitis; duobus abhinc annis, cum filium propriis manibus nutrirer, corripit cepit affectu quodam in facie, qui Rosa, sive Rosalia appellari solet; facies enim hinc inde cum rubore intumescbat; qui tumores per hebdomadâ, & ultra permanebant, & frequenter ab una ad aliam partem transitum faciebant. Ablato filio, remisi affectus: sed concepit, & post paucos dies abortivit, qua occasione tanta sanguinis copia ab utero effusa fuit, ut de vita ob virium defectum dubitatum fuerit. Resectis autem viribus, rediit quidem affectus in facie, at non adeò evidens & molestus, ut antea, excrementosum tamen semper fuit caput, dum per nares copia pituitosæ & saniosæ materię expurgabatur & modò expurgatur. Inte-

rim acidular Egrenses per os assumpsit, & Badenses pro stillicidio & lotionibus; quibus tamen parùm proficientibus, affectus idem perseveravit continuò usque ad undecim menses, quâvis multò quàm antea remissior. Dñ autem rursus concepit, mense Martio proximè præterito abortivit, & tanta sanguinis copia ab utero prodit, ut multo tempore exanguis & viribus destituta fuerit; Puerperii autem occasione ob visitationes, moschi, ambrae, & alios suaves odores evitare non potuit, à quibus tantoperè læsa fuit, ut postmodum in huac usque diem hystericiis affectionibus frequentissimis, praesertim alicujus suavis odoris occasione, correpta fuerit, si non usque ad animi deliquium, saltem usque ad exolutionem, nimirum sine principum animalium operationum abolitione. Varias hucusque subivit purgationes, sanguinis missiones, qui serosus valdè fuit observatus; Caetero brachio inusto, praeterea aquis refrigerantibus, nempe stillat. cichorii; usu rhabbarbari; vino medicato purgante; aqua chinensi, atque externis pulveribus & aquis, forsan repellentibus & exiccantibus, à quibus cum exiguum, aut nullum levamen reportaverit, quinimodò caput adeò sibi debilitatum asserat Nobiliss. patiens, ut in præsens quidquam legere, minusque scribere valeat, ideo etiam hoc annitempore hyemali incongruo de agendis pro salute eximios viros Patavinos consulit.

Duplici affectu divexari mulierem Nobiliss. ex relatione adducta liquidò constat rosa nimirum, sive gutta rosacea, duobus abhinc annis faciem invadente, & hysterica passione, in abortivo puerperio à suavioribus odoribus excitata, mox etiam extra puerperii tempus Nobiliss. mulierem divexante & usque ad animi exolutionem ducente. Prioris affectus causa reponenda videtur in sanguinis vitio & in capitis imbecillitate, cum à natura fervidius jecur & calidam atque humidam capitis intemperiem sortita fuerit; quam obrem sanguis, praesertim accedente ætatis vigore, calidior fuerit genitus, biliosior atque tenuior, qui circulando per venam cavam ad cor, & inde per arterias carotidas ad caput, portionem deteriore, utpote naturæ magis molestem, per ramulos potius externos, quàm internos, faciem nutriendes, affatim & copiosius deposuerit, sicque faciem totam, quandoque tantum ejusdem partem rubram reddiderit, non sine extuberatione, cum solum erysipelas legitimum, utpote à bile tenui & excrementitia genitum superficiem tantum afficiat, sicut non exquisitum quodammodo cutem in tumorem eleveit, citò evanescentem; non autem semper adeò citò in gutta nostra rosacea, quoniam tenuiori sanguini à toto transmissio pituitolum copulatur excrementum, à præhumido capite genitum, adeò ut affectus ipse à jecore calidiori originem ducat: permanentiam autem & diuturnitatem ab ipso capite essentialiter affecto acquirat. Neque probare opus est sanguinis acrem atque tenuem qualitatem, ob fervidioris jecoris intemperiem; sicut nec ejusdem crassioris consistentiam, ob capitis intemperiem humidam, cum prioris conditionem satis superque nobis significaverit larga & exuberans per uterum sanguinis effusio abortiva occasione, quam & autopsia extracti sanguinis confirmavit, sicut posteriorem ostendit quotidiana per nares excrementorum evacuatio. Quare cõclusum restat, quod vitium sanguinis ob jecoris calidioris intemperiem, & imbecillitas capitis ob calidam & humidam, sint causæ potissimæ rosaceæ affectionis.

Hystericos verò affectus quoniam non ante puerperia passa fuit Nobiliss. Juvenis, ideo existimo uterum ipsum non solum propter secutos abortus, sed multò magis propter copiosam sanguinis effusionem, labem, sive imbecillitatem contraxisse, non sine

aliqua intemperie, & non sine aliqua suspitione, quod portio crassior sanguinis affatim & confertim ad uterum irrudentis, in aliquo ejusdem tenuiori vase hæserit, quæ corrupta imbecillitatem foveat, & uterum ex qualibet levi externa causa movente infestare non desinat, ita ut essentialiter afficiatur.

Hæc autem mala sicut tolli posse non est dubitandum, ita repetitas curationes congruis temporibus expostulare censendum: namque primis viis expeditis, secundò tota massa sanguinea à serositatibus erit depuranda. Tertio eadem à capite revellendæ ac divertendæ. Quarto caput purgandum. Quintò Jecoris calida intemperies corrigenda. Sextò caput quoquo pacto firmandum; atque tandem uterus roborandus. Quibus intentionibus vere venturo erit satisfaciendum repetita sanguinis missione, primò ex superioribus, mox ex inferioribus venis, necnon frequentibus pedum lotionibus. Præterea succis depur. cichor. endiv. sonchi, acetosæ in decoct. cichorac. addita semper hepatica; & per intervalla medicamentis serositates electivè educentibus. Pilulis capitalibus deinde ter repetitis caput purgandum. Inde acidularum aquarum usus repetendus: & postea capiti stillicidium refrigerans & exiccans, ut esset ex aquis nostris Lästrensibus administrandum; & pro utero roborando infusiones cum tubulo in aquis sulphureis exercendæ. Duo alia remedia mihi in animo sunt, in præsens tamen in dubium revocata, alterum utramque partem principaliter affectam respiciens, Decoctum scilicet sudoriferum, refrigerans tamen, sed valde exiccans, pro corrigenda capitis valde humida intemperie, & pro evacuandis à toto, & divertendis à capite serosis humiditatibus: Alterum pro remittendo jecoris fervore, & pro sanguine edulcorando; quæ commodè præstare posset lactis caprini usus, capite tamen prius magnà ex parte exiccato; de quibus tunc in arena consilium capiendum. Interim hoc quoque hyemali tempore aliqua agenda in subsidium Nobiliss. Patientis, quæ paucis, sapientibus viris proponam. Et primò, præmissis aliquo leniente, & quinque aut sex diebus exhibitò præparante sive diluto, leniens adhuc repetendo, inde cauterium coxæ inurendum, necessarium existimo: sicut singula hebdomada Magisterium mechoacann. ad gr. xv. aut xx. electuar. lenit. ad ʒss. immistum, summopere commendo. Et pro demulcenda sanguinis acrimonia usum lactis arte facti ad quadraginta aut quinquaginta dies propono, quod ita paretur.

℞. Sem. melon. mundat. sem. angurizæ, & cucurbit. mundat. ana ʒss. aquæ stillat. de succo cichor. aut endivizæ ʒvii. contund. semina, & cum præscripta aqua extrahatur emulsio, cui addatur syrop. de pomis ʒj. & misc. pro quotidiano potu matutino. Interim toto hoc tempore frequentes pedum lotiones aqua calente ante cibum erunt exercendæ, quæ utriusque affectioni prodesse poterunt. Et quamvis de parte affecta, nimirum de facie parùm sollicitus sim, attamen sicut præsentè affectu nullum medicamentum admovendum esse puto, ita absente, præservativum aliquod utile fore credo, quod esse poterit oleum saturni, & melius, balsamum, quod ex eodem oleo saturni & myrtino simul mistis parabitur, quo facies noctu saltem, illiniri poterit. Utero quoque prospiciendum censeo, sed potius topicis admotis, quam per os assumptis, ne magis jecori noceamus, quam utero proficiamus. Et ideo per exiguum siphonem clyster frequenter injici poterit, ex decoctione pulegii, matricar. organi, calameathi, satureizæ, lauri, additis granis aut moschi, aut trochiscorum de gallia moschata, quæ decoctio etiam parari poterit vino albo generoso, vel addatur ejusdem vini portio jam decoctæ ni paratæ. Verum tamen est quod in actuali hysterica passione & animi exolutione

porrigi poterit aliquod cochlear aquæ antihystericæ Quercetani, quæ adhuc validior evadet, si guttulæ opistæ Angeli Salæ additæ fuerint, & hæc si præflos non sint, præbeatut aliquod cochlear aquæ totius citri, aut cinam. additis guttulis olei succini; & eodem tempore pessi, seu pessaria introduci poterunt, eadem decoctione imbuta. Quod si contumax, vel frequens fuerit hysterica accessio, licebit quoque saphænam aperire, sed parcè nimirum ratione revulsiõnis sanguinem mittere.

Quibus congrua vivendi ratio erit addenda; præsertim caput ab æris inclementiis, tum calidis, tum frigidis custodiendo; suaves odores evitando; & per integrum annum à potu vini abstinendo, cui substituatut cerevisia tenuis, non generosa, hordeo paranda, addito quoque globulo fantalorum alborum. A vaporosis pariter, tum calidis tum frigidis cavendo; & in reliquis omnibus excellentiss. Medicis assistenti bus prorsus obtemperando, quorum prudentissimo iudicio etiam præscriptorum omnium rectum usum libenter committo. *Idem ibidem.*

Observatio Unica, super Affectione Hysterica.

AN affectiones muliebres Hystericæ distæ, ab utero potissimum, an à ventriculo depravato, an ab aliis corporis partibus originem traducant; an illæ aut ab utero, aut à liene, aut à pulmonibus, primariò vel secundariò pendeant, ego haudquam disceptabo. Controversias sanè Medicas levioribus ingenis, aut quibus aliis per otium licet, facile est suscitare; lites dirimere, prudenterque judicare, res est gravissima ac laboriosa, doctorumque Professorum subtili acumine perquam digna; sed morbum propulsare salutaribus remediis, est omnium utilissima, & summopere laudanda.

Mercatoris opulentissimi, qui paulò antè Munitentorum omnium Societatis *Africana* fuerat Præfectus, uxor eximia, annorum circiter triginta quinque, valetudine adversà diu laborabat. Sed intæ plures muliebres querimonias res præcipuæ notæ fuit, quòd ab horà decimà vespertinà, quæ ibat cubitum, usque ad secundam matutinam, erecta in lecto assidere pallio suo cooperta cogeret, neque interim caput pulvinari incumbere possit, metu strangulationis deterrita, à flatibus fursùm elevatis. Cùm Narcotica somnum nequaquam inducerent, quin eum potius arcerent, & perturbarent; cùmque Chalybeata, aliaque varia à Medicis præclaris antè præscripta, constitutioni tenerrimæ plurimùm obesse putarentur, equidem consului ut Bolum sumeret cubitum; itura, superbibendo cochlearia quatuor hujusmodi Julapii.

℞. Confer. flor. borrag. ʒij. castor. opt. ʒss. syrop. caryophyl. q. s. M. F. Bolus.

℞. Aqu. lact. alexit. ʒiv. puleg. rutæ an. ʒij. bryon. comp. pæon. comp. an. ʒj. syrop. de artemis. ʒiis. M. F. Julap.

Ex his tantum levamen protinùs sensit, tantam spiritibus pacem & requiem, ut in lecto decumbere non amplius dubitaret; & quanquam somno non ita repente se componeret, tamen noctem facilem, flatibusque immunem, neque somno mediocri destitutam, in posterum tradebat.

Sed quia Pilulæ illi magis gratæ fuerunt, hujusmodi præscripti, quarum unam aut alteram, quandoque se malè haberet, si horà decubitùs sumeret, nunquam placidà & tranquillà nocte Dominæ hæc

hæc postea carebat; neque à plus decem annis has pilulas in promptu semper habenti, necessarium fuit amplius confugere ad meum, aut cuiusdam alterius Medici auxilium.

℞. Castor. opt. sub. pulv. ʒj. myrrh. el. galban. puriss. ā. ʒss. croc. opt. ʒj. extract. gentian. in tantillo aq. gentian. comp. d. lut. q. s. M. F. pilul. mediocres.

Non hic silentio præterire possum, Narcotica feminis Hystericis, ad saporem inducendum, non sine noxâ & incommodo sæpè exhiberi. Siquidem Hystericæ propriè dictæ, ut castoreum, myrrha, galbanum, assa foetida, & crocus, quamplurimis mulieribus somnum tutò & efficaciter conciliant; quando Opiata aut Narcotica, quantumlibet nocturnæ requiei capessendæ sint dicata, præter alia mala & incommoda, eas mulieres insomnes agere noctes sæpè numero cogant. Inter omnia verò tempora, quibus Narcotica tenero sexui inauspicatissimè solent exhiberi, nullum mihi videtur magis infelix & infausum, quàm illud *Puerperii* tempus. Et quamquam neque Obstetrices vulgares, neque Medici ipsi, in torminibus & vigiliis Puerperarum, Narcoticis audacter uti sæpè minimè erubescant, tamen persuasissimus sum, sanam præus & firmam fœminarum multarum valetudinem, Narcoticis tunc temporis usurpatis præter modum sapissimè lædi, depravari & præ aliis omnibus causis propterea in morbidum ac valetudinarium statum perverti. Hinc igitur illis obstructions pertinaces, mensium suppressio, decolores & pallidissimi vultus, inappetentia, tormina ventris diuturna, melancholiæ, & nonnunquam mania superveniunt. Hinc denique labes morbida temperamento adeò clavo trabali insigitur, ut neque Chalybeatis, neque aliis quibuslibet possit in solidum tolli, ante proximum parturienti tempus, quo sanè vera, & maximè opportuna crisis eisdem sanitati prillina restituenti rursùm redit, & occasio idonea errores priores corrigendi, si qua unquam, ministratur. *Gualter. Harris, in Observationibus Tractatui de Morbis Infant. adjectis.*

Cadaverum Anatomica Inspektiones.

PUella quædam ante plures annos corrupta à veneris usu fortè diu abstinuerat: varia affectionis hystericæ symptomata sensim successerunt. Tandem immanes in hypogastrio dolores, tumores duri vagi, noces referentes imprimis dextrorsùm, nullis pacandi medelis pullularunt: Die 3. Octobris accessit, inveni decumbentem, tabidam tumidum ostendebat crus dextrum, vestigia comprimentis digiti circa malleolum retinens, sinistro quod prius intumuerat, extremè emaciato: inflatum etiam erat abdomen, oblitteratis prioribus extuberantiis, sceleron dixisses: die 7. Octobris anno 1660. circa horam 4. matutinam, annos 49. nata obiit.

Aperto cadavere, hepatis convexum, intestina crassa, livida & gangrænosa apparuerunt, indurato stercore plena: vasa spermatica præparantia femine albugineo, viscido, subcœruleo plena erant: Testes, uteri tubæ, vasa deferentia, vesicæ feminales, omnes inquam illæ partes femine inflatæ mirum in modum turgebant, ita ut in quibusdam incoctum, in aliis omninò excoctum, crassum, album & naturale, in aliis ita induratum esset ut steatoma referret: plus sanè semilibra binis chirurgis & mihi apparuit, pravi nullius odoris: Uterus parvus erat admodum, compactus, pyri instar supernæ & infernæ complanati, cuius orificium corruptelâ lividum erat, fortè ob intesti-

tinorum inferiorum viciniam gangræna labefactorum: pulmo, sinister imprimis, etiam vitiatum collis adharebat.

Catharina soror, honesta virgo, fortè quadragenaria, ab anno 1660. floribus albis laborans, magno cum hypogastrii & lumborum cruciatu, tandem exulcerato utero, & suppressi seminis virulentia, biennio post quasi tabida exspiravit: Inde facile conjecturis allequi licuit, plurimas mulieres, maximè corruptas, & viduas juniores, veneris usu interdictas, à cumulato, vel peculiariter infesto semine languere, tandem interire: Nec enim in illis nonnisi coacervari & labefactari potest, infinitorum malorum prava & venenosa qualitate contracta auctor, nisi excernatur, hinc illæ querelæ. *Joann. Nic. Binningerus observ. 90. centur. 2.*

Vir Illustris, in vicinia degens, uxorem ex illustri familia ortam ducit, formosam, pudicam, proceram, ingenio & corpore præstantem; hujus fastidium obrepit, ac pedissequæ ignobilis, pumilæ, deformis, suspecta castitatis amoribus irretitur: injuriam nescita & tacita uxor concoquit, omni officiorum & cultus genere conjugis benevolentiam revocare anititur: Interea à non exculco naturæ fundo crebris affectibus hystericis, ac multiplicibus vexatur, quibus melancholicum succedit delirium, erroris manii ream se professa, innocens; ab eo criminis veniam deprecatur, domesticos promiscuè quovis admittarios sustinuisse falsò evantians: hanc diutino mœore confecta & inedia, à longo decubitu, interveniente morte mentis errore & corporis languore exsolvitur.

Aperto cadavere, sola generationis organa in vitio deprehensa sunt, nam testes, vasaque omnia tum præparantia, tum asservantia, tum deferentia, femine turgere sunt deprehensa, sed indurato ac in gypseam duritiem concreto. *Joan. Riolanus Anthropogr. lib. 5. cap. 1.*

Cum fœminæ illustris paulò ante obitum affectibus (quos dicunt) hystericis gravissimè laborantis cadaver aperirent, uterum quidem prorsus intactum reperi, verùm juxta mesenterii plexus nerveos, (uti videbatur) in molem attolli & elevari solitos, visceris illius membranas ab invicem divulsas & solutas, ut circumquaque tumidæ & laxæ, quasi in bullulas sive vesiculas inflatæ apparerent. *Wallis Pathol. Cereb. cap. 6.*

Domina perillustis, forma elegantissima, optimaque animi & morum indole prædita, nuper in hac vicinia degebat, quæ per multos annos affectibus spasmodicis obnoxia, siquidem valetudinariam hanc diathesim originaliter, sive hæreditario contraxerat, atque hos morbidi seminis fructus, ferè quovis ætatis suæ lustro experta fuit. Potissimum verò quoties utero conceperat, (crebros enim conceptus & abortus passa) pathematis convulsivis, quasi hystericis, supra modum tentari solebat: quippe statim à mensibus cohibitis, particulae heterogeneæ ad cerebrum & nervosum genus translatae atrocissimi affectus paros xysmos intulere.

Postquam novissimè conceperat, primis mensibus, juxta pristinum morem, affectibus convulsivis subinde molestabatur, circa nonam gravidationis hebdomadam, à frigore suscepto, in febrem periculosam incidit, in qua dolores valde acuti, per plures dies in lumbis, & juxta hypogastrium gravissimè urgentes abortum minari videbantur: attamen dolores illi, prout ab eventu constitit, potius colici censendi, ab humore acri per nervorum ductus à cerebro in istas partes decumbente procedebant; nam circa febris declinationem, materia istac alibi translata, diarrhœas, pedum dolores, dispositio veius ulcerosa successerunt. Quamprimùm hæc Domina à febre & dolore convaluit, affectus convulsivi redibant.

bant, nam quolibet mane è somno evigilans, circa oris & faciei partes, necnon in brachiis & cruribus spasmos & contracturas immanes pati solebat; quæ symptomata procul dubio à serosa colluvie, in capite circa nervorum origines aggregata, ab iisque una cum succo irriguo, in somnis altius imbibita oriebantur; & cum postea eadem materies nervorum interiorum ductu, iterum in mesenterii plexus, ac lumbos ferebatur, istarum partium dolores atrocissimi, ac insuper paroxysmi quasi hysterici eam graviter infestabant. Enimverò isti faciei & membrorum motus convulsivi brevi tempore cessabant: usque tamen imbecilla, ac enervis, cum vultu pallido, gressu infirmo ac tremulo, atque alimenti tantum incongrui, & liquorum calidiorum appetens, persistebat; sub finem tertii mensis quo tempore constanter abortire solebat, menstrua eruperunt, quibus per duos aut tres dies, una cum membranarum laceratarum frustulis descendentibus, abortum expectabat: attamen fluxu isto cessante, dolores, velut parturientis, in abdomine & lumbis, uti prius exorti sunt, eamque hebdomadæ spatio die & nocte miserrimè torquebant: tandem balneo herbarum emollientium usâ, & exinde lecto ad sudandum commissa, uteri sarcinam deposuit: conceptus ita cum ingenti cruciatu decedens, galli iudici ovum & magnitudine & figurâ æquabat: hujus tunica exterior fuit lacera & disrupta, interior integra manens, aquæ limpidæ circiter ℥ss. & nihil præterea continebat; nulla quidem fœtus aut formati, aut usquam futuri rudimenta apparebant: postea per quatuor aut quinque dies lochia cum aliquibus membranarum frustis effluebant; interini dolores cum solita atrocitate urgebant; cumque elapso hebdomadæ spatio, haud spontè desierint, demùm iis sedandis remedia expetebantur. Propter hunc finem, imprimis linimenta, fœtus, balnea, & clysteres crebrò adhibentur; etiam medicamina uteri sordes expurgantia, in quas totius mali causa rejicitur, intus sumantur: priorum usum torminum breves intermissiones sequuntur sunt; subinde verò affectus cum insigni molestia redibat; quinimò intra tres hebdomadas, morbus plurimum ingravescens, multa alia horrenda symptomata ascevit: nam præter dolores in abdomine & lumbis, qui in dies atrociores fiebant, insuper in dorso, cervice, scapulis, necnon in brachiis & cruribus magno cruciatu mox affliciebatur, idque acerbius quoties lecto incalecebat: cæterùm crebra vertigine, vomitu & nausea, atque sæpius in die paroxysmis convulsivis gravissimis affligebatur; scilicet primò moles in hypogastrio ascendere visa, illicò totum ventrem cum impetu attollebat, mox respiratione cohibita, cum vultu cadaveroso successit: postquam ita velut demortua, per tria aut quatuor horæ minuta jacuerat, subito exire solebat, ut ab adstantibus vix comprimi, aut contineri posset; dein contractiones immanes & distortionis in cunctis oris & faciei partibus, necnon in omnibus corporis membris sequuntur sunt symptomata hæc revera hysterica judicabantur, quoniam Domina illustris ita nuper abortierat. Attamen hæc singula perpendens, in ea demùm sententia fuit, utriusque paroxysmi, scilicet tum ἀδυναμία, tum σπασμὸς causam omninò à mala cerebri & nervosi generis affectione, etiam absque uteri culpa pendere; nempe quod humor acris intra ἐνέφαλον congestus, exinde per nervorum ductus in partes longè distantias descenderet; qui membranæ & fibræ insidens, cumque humore à massa sanguinea in suo fermentescens, eas plurimum irritaret, adeoque dolores atrociter: postea dein cum particula heterogenea & explosivâ cum humore isto intra ἐνέφαλον admittæ atque ductus nervos subeuntes, spiritibus accrescerent, propterea diathesis spasmodica subinde in graves

paroxysmos erumpens inducebatur, prout mox fufius patebit.

Juxta hujusmodi Ætiologiam intentiones curativas instituens, Domina agrotanti, quo tempore gravissimè laborabat, sanguinem è vena saphæna misi, intra biduum lenè catharticum exhiberi, idque semel, aut bis in hebdomada iterandum præcepi: insuper aliis diebus, vesperi & manè sp. C. cervi, aliisque horis bis aut ter in die pulver. è margaritis & oculis cancerorum cum dosi sequentis julapii propinabam. ℞. aq. limacum, lumbricor. magistralis ana ℥iij. saxifragiæ cerasor. nigror. ana ℥iv. hystericiæ ℥ij. syr. è corallis ℥iij. misce: Balneo herbarum dulcium frequenter usâ fuit cum necessitas urgeret, opiata semper bono successu assumpsit; vesicatoria internæ parti utriusque femoris, etiam cruri applicabantur; porrò fœtus, linimenta, clysteres, cucurbitæ, sternutatoria, cum multis aliis administrationum modis, juxta symptomatum exigentias præscribebantur. Ab hac medendi methodo per 14. circiter dies adhibita, Domina illustrissima plurimum alleviata, paroxysmis convulsivis omninò caruit. Quinimò viscerum & membrorum tormina, aliaque symptomata valdè mitigata, citæ convalescentiæ spem optimam fovebant: Posthæc verò partim ob malam victus rationem, cui ægrotans vel paululum refecta semper indulgit, præcipuè tamen, propter subitam terris vel tristitiæ passionem, quam funestum accidens, intra proprias aedes contingens, excitat, recidivam passa, mox morbus in multo deteriorè statum evertitur; nam & spasmi & dolores atrocius infestabant; quin & ventriculus vomitu ferè continuo laceffitus, nec alimenta, nec medicamina admittēbat. Lac asinum per aliquot dies cum fructu quodam sumebat; quod tamen siquidem in ventriculo bilefcens, ei molestiam pareret, brevi omittēbatur: tandem in vitis omnibus remediis, juxta plurimorum medicorum consilia diligentissimè præscriptis, nobilissima patiens magis in dies, magisque elanguescebat, atque sensim mortis appropinquabat: biduo ante obitum, ventris & lumborum tormina plurimum remittebant, ipsaque solito alacrior facta, convalescentiæ spem quandam concepit: interea tamen conquesta erat, de capitis dolore & gravitate insigni; cumque circa initium noctis altè dormiret, expergescens in paroxysmum convulsivum valdè horrendum incidit, qui statim in apoplexiam citò lethalem transit; namque insensilis & ἀσπικτα facta, intra 12. horas hac vita emigravit.

Cum circa ægritudinis, ex qua Illustrissima Domina obierat, causam, varia indicia ferebantur, plerique nimirum mala omnia in affectiones uterinas, aliis in abcessum aut apostema, quod alicubi circa abdominis viscera latitans suspicari sunt, referentibus; placuit amicis ut cadaver, ob sanus diu prolatum, aperiendum, sedulo inspiceretur; adeoque genuinæ morbi & mortis causæ investigarentur, quod pensum curæ meæ delegatum, summâ quâ poteram diligentia executus sum.

Itaque primò circa habitum corporis observatum dignum erat, quod membra, & partes inferiores, juxta ac ultra dolorum sedes consistæ plurimum contabuerant, ut crura prorsus emaciata, instar sceleti apparerent: Interim facies, cervix, & brachia satis plena & torosa manebant, unde constat liquorum nervosum operi nutritio non minùs quàm facultatum animalium exercitio conferre: quare cum liquor iste, in lumbis & abdomine à transitu multum impeditus, & spasms continuis absumptus, haud debito influxu ad partes inferiores descenderet, iste propterea statim tum enerves, tum emarcidæ evaserunt. Hujusmodi atrophia in hoc differt, ab altera hæctica quæ sanguinis vitio contingit, quoniam in hac facies Hippocratica præcipuum morbi signum est, in illa vultus.

vultus aspectusque parum aut nihil mali produnt.

Domina Illustrissima cadaver, ut valde emaciatam, & viscera omnia inanita fuerint, tamen illud citissime computruerat, nam intra 40. horas, cutis per totum discolor, in hac parte livida, in ista viridis, inque alia subnigra apparebat; & corpus tam subito putrescens odorem summe tetrum expirabat: cujus ratio procul dubio erat, quod propter musculos spasmis perpetuis exercitos, mixtionis principia in tantum laxarentur, ut illa in dissolutionem prompta, post obitum mox ab invicem decederant, pari certe ritu uti observamus de carne ferarum, quæ aut cursu diuturno fatigatæ, aut fustibus contusæ occiduntur, hæc enim multo citius putrescit, quam illarum, quæ statu tranquillo & sedato macerantur.

Abdomine aperto, Intestina & ventriculus, satis sana, scilicet integra enim & bene colorata apparebant, erant tamen inanita, & quasi inflata, utpote quæ in perpetuas ferè evacuationes, scil. supra, aut infra habitas, sollicitata fuerint: in tota hac cavitate nulla abscessus aut apostematis vestigia cernebantur. Dum morbi causam perquirentes, viscera huc illuc devolvimus, in mesenterio aliquid notatu dignum occurrebatur: nempe circa medium ejus ubi dorso affigitur, atque majores nervorum plexus continet substantia laxior & pluribus quasi vesiculis inflata manus latitudinem æquans videbatur, eo scilicet ritu, ac quando in armo vitulino interstitia musculorum à lanis insuflantur, ut pars ea plenior & velut pinguior facta extumescat: Hoc mesenterii loco, quia tumidior & tactu mollior fuit, humorem aliquem doloris causam hospitari putaveram; aperiens verò deprehendi tantum membranas fuisse ab invicem solutas, & interstitiis suis nihil præter statum inclusisse: qualis membranarum separatio, & ab invicem divulsio, procul dubio inducta fuerat à crebris spasmis, sive spirituum explosionibus, quæ intra plexus, & fibras nerveas illis densissime confitas ferè continuo ciebantur; atque spasmi isti, ob particulas heterogeneas & explosivas illuc nervorum ductu à capite derivatas contingebant. Enim verò quod spectat ad ista ventris tormina, & in affectibus convulsivis velut molis ascensum & abdominis inflationem, non dubitandum est quin causæ morbificæ sedes in mesenterii parte delituerit: attamen quoniam uteri principaliter affecti tanta suspicio ferebatur, quantam hoc viscus meruerat, proximè inquirebam: itaque pelvim intra ossa pubis confitam diligenter scrutatus, uterum in debito situ & quoad omnia sanum, & solum testem reperi: corpus ejus ad justam molem, licet 5. tantum septimanæ post abortum præterierant, contrahebatur, scil. pyramidum minus & magnitudine & figura referebat; glandulæ ex utroque fundi latere, quæ testes dicuntur perexiguæ & flaccidæ, sine quovis humore superfluo, aut virulento, in iis contento, apparebant: uteri corpus ubilibet dissectum, crassitudine supra pollicem latum æquabat; ejusque interior cavitas haud major fuerat quam ut fabam contineret: intra hunc specum, sicuti in aliorum viscerum cavernis allolet, mucosum quiddam in perexigua quantitate includebatur; reverà circa uterum, aut appendicem ejus nihil extabat, cui tanquam causæ morbificæ symptomata modò descripta imputari poterant: quapropter hinc quod prius opinatus sum, *desiderium* concludere liceat passionem distas uterinas sæpissime ab alia causa quam uteri vitio excitari. Intestinis amotis etiam renes satis sanos reperimus; alter tamen eorum inflatae erat figuræ, scil. in plures lobos instar tenis vitulini findebatur. Lien, pancreas, & omentum sine culpa: ventriculus valde inflatus erat, ejusque tunica interior, absque plicis aut rugis planè erat, quod certè acciderat, propter crebros vomitus viscere hoc

spasmis ferè continuis affecto: porrò ob hanc rationem, scilicet stomachi tono præfracto, alimenta nec bene appetere, nec concoquere solebat. Hepar à sana constitutione plurimum defeciverat, fuit namque tumidum & subdurum, pallidi coloris, atque instar ligni putridi, exangue prorsus & exiccum, hoc procul dubio effecerat liquorum cardiacorum & impensè calidorum crebrior usus. Pulmones erant lividi coloris, & per totum obstructi, utpote ichore spumoso, & foetido infarcti: certè hoc viscus & hepar à longo tempore vitiosa extiterant, propterea ut sanguis diutius à recta crasi degeneret valde depravatus, ægritudinis prima semina, ejusque deinceps fomitem constantem suggesserit.

At verò præcipuam, & quasi originalem morbi causam in capite, idque non frustra quærivimus: Itaque calvaria exempta, vasa meninges & cerebrum perreptantia sanguine plena & distenta apparebant, cum in reliquo corpore inter dissecandum vix quidquam sanguinis effluerat: meninge crassiore amota, per alteram tenuem, & pellucidam, aqua limpida cerebri plicas & anfractus implens, ejusque totam compagem quasi inundans, cernebatur; reverà omnes cerebri cavitates & recessus colluvies serosa impleverat: *plexus choroides* aqua diu immersus, & velut elixus, discolor & semi corruptus evaserat: juxta nervorum splanchnicorum origines, aqua se plurimum insinuans, piam matrem, à medullæ oblongatæ caudice, per duos digitos latos separaverat, procul dubio horum nervorum ductu, materies morbifica à capite in mesenterii plexus descendens, & dolorum & spasmorum causa extiterat: porro eadem materies etiam aliorum nervorum capita afficiens, eorumque ductus pervadens, postea in aliis partibus, scilicet quibusvis ferè totius corporis, atrocissimas hæc affectiones produxit. *Thom. Willisus de morbis convulsivis cap. 10.*

Virgo annos nata 22. in otio magis quam laboribus educata, Ducis Albani Tyrannidem præveniens in voluntarium exilium mense Aprili 1567. patria exceiserat: Interea ex calamitate patriæ ægritudinem animo concepit, quamobrem per æstatem non ita commodè degebat, quin cruditatibus ventriculi & viscerum obstructionibus subinde laboraret; menses inordinatè stuebant, ex utero aliquoties suffocabatur: sub finem tamen æstatis, correctæ uteri expurgatione meliusculè habebat: pauld post sororium 22. Septembris ex Badoritia Lemgovium comitabatur; profectionis molestias utcumque ferebat, præterquam quod aberrans in itinere ferotino, præ metu tenebrarum, animo deficeret; ultimo ejusdem mensis evacuatio menstrua fiebat, sed modica, inde corporis lassitudo, & gravitas capitis, hypochondriorum inflatio detinebat: Dejecto appetitu, cibo parâcissimo, eoque minimi alimenti, in prandio tantum, à cœna abstipens, utebatur: circa 12. Octobris febris quotidie intermittens sub vesperam invadebat, qua durante, singulis noctibus animi deliquium, uterinæ suffocationi simile patiebatur, in quod extrema refrigescere, respiratio crebescere, prorsus concidere, nonnunquam ad tempus etiam planè intermittere, sine ullo spiritu, voce, motu, sensu, moribundæ instar: Interea pulsus celer, creber, inordinatus, inæqualis & minor quidem solito, nunquam tamen deficiens, multò minis *ασφυμῶς*: durabat paroxysmus iste alias dimidiam, alias integram, alias sesquihoram; quo finito semper ad mentem redibat: Passa fuerat hæc deliquia ter quaterque antequam febris nasceretur: Quæri solebat id mali à frigore quodam, ex inferiore abdominis parte surgente, inde thoracem & cor feriente exoriri, videri enim cor congestascere: Increbescere post dies paucos hæc lypothimia, ut nonnunquam mane, etiam postquam sur-

texerat

rexerat, ferè tamen vespere, vel ante, vel post febrilem accessionem, etiam ex levissima defatigatione obrepret: Animadverti tamen affectum hunc non solum ex lassitudine, verum etiam ex vehementioribus animi perturbationibus, tristitia, excandescencia, attentioribus cogitationibus, &c. recruduisse. Ternos plerumque insultus syncope ista ad tempus aliquod observabat, manè videlicet ex cubili descendente, crepusculo vespertino, & circa noctem mediam: Afficiebatur interim albo fluore, servato tamen utcumque menstrui ordine & tempore, præterquam quod deterius fuerit, colore & quantitate mutata. Urina tenuis, vix spicæ, sedimento ferè destituta: febrì adhibita sunt quæ cum moderato calore & partium tenuitate tergent, aperiunt & robor conferunt, ex quorum usu mitior reddebatur: circa calendas Decemb. evolutaria periodo mensura, frequentioribus jam factis lipopsichis, ut intra 24. horas etiam quinto repeterent, quum jam non aliunde quàm ex utero illas renasci judicarem, tardiorum solito matricis excretionem in neomeniis provocandam duxi, sperans inde commodi aliquid accessurum: Displiebat ad hanc rem in malleolis venæ sectio, propter hybernum tempus, exiguas & profundas venas, sanguinem paucum, crudum, corpus sobrium, noctes insomnes ex coenæ abstinentia, quam febris vespertina & *dyssiphia* imperabat: Purgaram quoque ante & subinde, sed clementius: Exhibui itaque Dauci pollinem ex aqua artemisæ: fastidienti obtuli ex asa scetida, dauco & castoreo pingui æqualiter mistis ℞. pilulæ forma: Cùm autem nondum obediret uterus, offerebam adventante vespere rursus ex iisdem catapotiiis duplam; Quibus devoratis in somnolentiam novam incidit, in quam cùm se vergere præsentiret; Quid nunc tandem fiet? aiebat, & paulò post soporatae instar jacebat: quo sopore discusso, obrepebat cum frigore consueta & vespertina oscitatio, assilientis febris prænuntia. Totum diem foco inhærebat, carens vaporario, & frigus premebat, ea itaque nocte cum febre delirabat: durabat autem delirium istud biduum ferè continuum, & jam finito febrili paroxysmo, nam interdiu nunquam febricitabat calore notabili: At cum catapotiorum subsidio uterus responderet, postridie theriacis opt. ℞. cum cinam. ana ex aqu. artemisæ & saccharo propinabam, quæ potiuncula eadem die menses comparabant, ferruginei, crassi, putridi & copiosiores solito per totum ferè quadriduum fluebant: Nihil tamen profuit ista excretio, imò symptoma acerbius & frequentius videbatur: Quod enim ultra quinque ad summum impetus uno die ex more non faciebat, jam deinceps nulla nec temporis, nec consuetudinis ratione habitâ creberrimè redibat, ut nonnunquam quater duarum horarum spatio repeteret, imò unicus paroxysmus septenas horas & quandoque denas expleret, neque is ejusdem formæ cum præteritis, sed respiratio strangulationi simillima fiebat, una cum sonitu & stridore magno, convulsioneque artuum tam violenta, ut præ concussione fulcrum cum toto cubili tremere & crepitarent, cum colli capitique inordinato motu, imò extensione velut tetano universi corporis, voce inarticulata coactâ, stridula, abrupta, displosa, clamosa, stentorea, ut præ violentia paroxysmi simul pierumque toto corpore sudaret: Finitis uterinis hisce etiam exacerbationibus, ferè desipiebat, absurda loquebatur, caput huc illuc assidè agitans, & cantillanti voce idem perpetuo occinens, neque ab hoc coccyismo desistebat nisi ad mentem rediisset, neque id nisi probè & præter solitum obdormiisset: Dum deliraret, imminentem symptomatis insultum annuntiabat his formulis, scammum hoc aufer, nimis hic est angustia, trabs nimis imminet, ego aduro; delinquente

animo, est mihi volandum paulisper, & simul cum hac voce, plerumque impetu quodam, corpus erigere, tanquam jam volatura conabatur, verum in mediis conatibus zgra deficiens menti eripitur: Durabat hæc amentia tres quatuorve dies continuos sine ulla restitutione mentis: Dum delirabat omnium, etiam minutissimorum quæ multò ante acta essent recordabatur, sed quæ multis verbis & obscuris efferebat: Tantæ rerum difficultati cum quid opponerem anxius delibero (neque enim ex frictionibus, ligaturis, fomentis, vacuationibus, odoratis & foetidis usque deque admotis, &c. utilitas ulla accedebat) ad catapotia illa non purgantia revertor, additoque mithridatio tali proportioni miscui, ut ad castorei pinguis simplum, asæ & dauci singulorum sexcuplum, mithridatii duplum accederet: hujus medicamētū quotidie ℞. in pilulas formatam exhibebam, cui cumini cochlear parvum ex cerevisia saccharata forbere jubebatur: Deprehendi antidotum expectationi utcumque prosperum, quare & instante vespera offerre audebam: cujus usus Dei beneficio, ita nobis succedebat, ut affectus, cujus frequentissimi uno die insultus, iudemque pertinaces esse solebant, vix tandem bis, idque multò mitius infestarent, imò ita quotidie decreverent ut infra nonum diem prorsus extinguerentur: Totum itaque biduum & mente & corpore valebat, victâ febrì jugulatoque hysterico malo, cibos appetere coepit &c. Die Decembris 21. falso suspicata est hominem in hypocausto adesse, cujus vocem audisse imaginabatur: hinc furtim, vacillanti gradu spontè in subucula è lecto per gradus 8. in atrium usque descendebat, etiam progressura ulterius nisi à terrore ad eam redeunte deprehensa fuisset; quam adventantem sentiens, magna cum celeritate scalam ascendens rursus se in lectulum proripiebat: subitum hoc illius robur satis mirari nequeo, quæ vel pridè de grabatulo vix ulnis exportari se inoffensè sustinuisset: Ex hoc descensu fatigato corpore, variaque imaginatione animo turbato, illicò in pristinum affectum prolabitur, per biduum delirans, 23. die iterum ad se redit: Interea 26. Decembris menses resuebant, qui ut commodius manarent, pharmaco promovimus, nihilo tamen sublevarunt symptoma: Alternis diebus ferè mentis compos fiebat, idque interdiu tantum usque ad vesperam: Per hos dies deficientibus catapotiiis, pulvisculum ex una 22. duabus dauci partibus edulcata cerevisiæ inspersum exhibebam, à quo mitius solito habebat per 4. dies continuos, licet semper vespertina accessione desiperet. Tertia Januarii 1568. ob ægritudinem animi ex fratris discessu, adeò rursus morbus sæviebat, ut intra bidui spatium plus minus 32. paroxysmos prioribus ferociores pateretur: reversi verò fratris præsentia malum denuò cicurabatur; quod postridie, ex ejusdem discessu iterum ferocire coepit: Ante quadriduum aliquando manè talis illam paroxysmus invadebat qualem ante Calendas Decemb. habere solebat, cum densissima respiratione & spiritus interceptione, suffocationis specie: 7. Januarii dolor quidam punctorius utrinque ab osse sterni, inter geminas mammillas, affligebat, neque tussiendo, neque respirando invalescens, imò sine tussicula, hærens nihilominus loco, ad singula ferè momenta spontè sua ita pungebat ut subinde vocem attollere cogeretur, sed sequenti nocte mitigans & ferè sublatas: 8. Recrudescerebat cruciatus ille & vehementer lancinabat, fomentorum usum non admittebat, quod illorum pondus pectori molestum esset; potus & cibus omnis oleosum quid sapere agræ videbatur: Purgabam eod. die catapotiiis, mediocris excretio sequebatur, nihil tamen remittebat dolor. 9. Cataplasma pectori nihil conducebat, imò profundius inde dolebat: paroxysmi uno die interdum plus minus 16, 20. utebatur tragemate

gemate ex diatrium piper. & castor. ana ʒb. sacchar. duplo; venæ - sectio, cucurbitularum usus perparum conferebant: 15. suspiciis increbrescentibus, extorta vix tandem causa, amorem erga Juvenem, iavita admodum fatebatur: Ex hoc animi affectu appetentiam cibi, somnos, sanasque cogitationes labefactatas: hinc illi 21. Decembr. ex cubili descendendi impetum, suspicione de delicto illo provenisse; Ex eo tempore eaque causa morbus illi cum ex acerbationibus magis sævire visus, cumque delirio majori & diuturniori quam antea, 18. mihi & uxori suspitiorum causas pervicacius sciscitantibus, etiam alios profitebatur, adeoque se amatoris imaginationibus ab eo ipso momento assidue perturbatam fuisse: 20. Hieram cum agarico mellitam hausit & commodè purgabatur: eodem die menses apparebant nigricantes, putidi, qui postmodum medicamento promoti laudabiliter fluxerunt. 2. Paroxyfmi uterini à purgatione & rarefiebant & mitigabantur, Edulia adhuc oleosum sapiebant, sed vespertino insultu rursus de mente excidebat: 23. A prandio oscitabat sæpius, frigebat cruribus & lumbis: novæ febris quotidianæ annotatio, priore jam diutius mense, discissa: 25. A meridie ad mentem revertebatur: 27. Post meridiem oborta vertigine querebatur, & se & omnia circumrotari; excipiebat hanc statim quiddam convulsioni simile, oculorum depravatus motus apertis palpebris, & derepente brachiorum manuum crurumque denæ aut duodenæ violentæ extensiones, distinctæ inter se mora perquam exigua, occupata mente & sensibus, capite immoto: His finitis illico solitus paroxyfms, strangulationi similis, cum tremula totius corporis concussione, subsequerebatur: A prandio, levissimo vomitorio exhibitio multam viscidamque pituitam rejiciebat; 5. Februar. inter multos paroxyfmos unus quinque horas continuabat, à quo desipiebat usque adeo ut me quidem ne dignosceret, in quo tamen nunquam errarat: 8. vesperti unicus paroxyfms octo horas implebat; Ante biduum de dolore sub nothis costis supra lienem, idque ab anteriore parte in dorsum usque, querebatur, sed rariis, exasperari tamen motu thoracis vehementiori: Dolor pectoris punctorius prorsus evanuerat, qui per quatuor septimanas duraverat; dolebat & circa dextram umbilici partem profundè, 10. unus paroxyfms res stupenda, per 12. horarum ferè spatium totum perseverabat: 17. Ceratum impositum parotidi, quæ in glandulis colli, sub aure dextra, strumæ non absimilis, ante quinque hebdomadas enasci cœperat, jam ad tactum dolebat: 23. toto die optimè valuit, mentis compos sine ullo paroxyfmo: 27. jam in sextum diem sine paroxyfmo ullo persistebat mentis compos usque in meridiem hujus diei, quo tempore in reparatum lectulum deportata, ex levissima hac defatigatione in paroxyfms veterem recidebat, ex paroxyfmo verò, in dementiam, sensit autem ante mediam noctem paroxyfms tres: Notandum quod præ metu sævissimi illius paroxyfmi pierumque vix ante quartum aut quintum diem lecto dimoveretur: A calendis Martii totos dies 17. continuos animo & intellectu pollebat, repetentibus tamen interim aliquando primis illis deliquis levioribus, nisi quod bis, dum lectus resciebat, ex transportatione defatigata, ratione excideret: 13. menstruum, quod redire debuerat, intermisit: 31. Tantæ vehementiæ paroxyfms novus erat, caputque de latere in latus sæpissimè agitabat, ut sanguinem ori exprimeret, qui ex capite manasse videbatur: Ad 20. diem Aprilis usque eadem morbi conditio: Maii 4. paroxyfms cum jactatione capitis totiusque corporis, comitante stridore vocis acutissimo inexpectatus adveniebat: 5. sanguinem ex basilica ad ʒij. detraxi: 16. venam malleoli secui, fluxit sanguis modicè,

Tom. I.

fortè ad ʒij. 25. sumpta cathal. ʒj. dejecit sexies: Junio mense graviora illa symptomata mitescere, adeoque miti cœperunt: Tandem sub finem mensis hujus nulli redierunt paroxyfmi, ne tunc quidem cum lecto moveretur. Sed toto hoc mense catarhus ad os fluens (quo jam à Januario fatigabatur) infestabat magis ut quod asslueret cava manu abjiciendum excipere cogerebatur: Julii 14. febris rursus intermittente quotidie repetente, & quidem duplici, alligi cœpit; hac febris plurimum emaciata imò exhausta est: Augusti 5. catarhus desinere cœpit; febris intermittens in continuam conversa vires prorsus labefactat: Post idus tenesmus ad frequentissimas sedes, sed irritas, cum summo dolore sollicitabat: A calendis hujus mensis, ferè non potuit, præ nimia macie consumpto corpusculo, in clunes amplius surrigi ut alvum aut vesicam exoneraret: hoc mense tumores illi duri & scirrhosi per se dimiui cœperunt, ut mortuæ ferè prorsus evanuisse viderentur: 18. paulò post tertiam matutinam sanam mente, constanti sive in J. C. ex hujus vitæ miseris emigrabat anno 1568. Corporis habitus, & quidem subpinguis, quo naturæ beneficio prædita erat, usque ad solstitium hybernium satis sibi constabat quamvis semel tantum quotidie cibaretur: imò ab eo tempore incrementum, adipemque contraxit majorem multò quam dum inculpatæ valetudinis esset: Nam à 21. Decembris meliori appetentia quam ante præstabat, pluresque quam cum sana esset, cibos sumebat, durabat id per menses ferè duos: Ab Idibus Februar. laudabilis illa corporis constitutio staccescere cœpit, fastidio nempe ciborum oborto, & febre quotidiana altera, quæ priori tamen mitior esset, per ingluviem suscitata: Interim nec ab hectica febris symptomata immunis fuit, quæ per menses plus minus sex ante obitum apparere cœperat, etiam ut ab aliis febris putridis liberata esset: 4. Calendas Januarii ad multas hebdomadas, sæpissimè unico die, tres, & quidem specie diversissimas inter se syncopas patiebatur: nam non rarò & illa tum leipothymia recurrebat, quæ ante calendas Decemb. singulis noctibus etiam dormientem opprimere solebat, idque potissimum quoties ad mentem reditura esset.

Dissecto corpusculo, pulmonis lobos, undique thoracis membranæ firmiter annexos ut sine labore aut dilaceratione divelli nequirent, eosque duris quibusdam tuberculis scirrhosis omni ex parte referros deprehendi: Tenuia intestina rubicunda, velut erysipelate quodam affecta: Bilis folliculum felle quodam virefcenti tumidam: Omentum ferè corruptum & consumptum; Cætera viscera bellè habebant: Jecur colore substantiaque bona, communem tamen humani hepatis magnitudinem excedebat: Uterus quoque, intestinum rectum, aut lien nihil præ se vitii ferebant.

Nulli alteri corporis parti, præterquam utero attribui debere immanissimos hos (quibus pia & pudicissima virgo tanto tempore excruciatâ fuit) paroxyfmos apud medicos in confesso est: Galenus certè atque Aëtius præter sensus, vocis, motus, & spiritus interceptiones, etiam hystericis artuum contractionem aliquando accidere testantur, quod quo facilius credam facit ipsa agræ adstipulatio, quæ de frigiditate ex imo ventre surgente, & cor ipsum quodammodo congelante, accessions initio queri solebat: sed quid in causa sit, fortassis controversia non omninò caret: statuitur autem ex probatissimorum veterum sententia causa duplex, videlicet vel menstrui vel seminis corrupti culpa; semini major vis tribuitur quam menstruo, ut toti corpori noxa afferatur. At si seminis corrupti tanta symptomatum diritas adscribatur, unde tanta ejus copia ut sedecim, ne dicam viginti paroxyfmos intra 24. horas suscitaret: præ-

E serjim

fertim cum id ipsum etiam sanis exiguum exiit, neque tam saepe ut caetera excrementa expelli possit, praecipue in virgine nunquam concubitum experta: adde quod tam longo morbo afflictæ in sextum usque mensem, priusquam hystericæ exacerbationes finem facerent, tam sobriae, ut unico pastu, eoque valde modico, ad menses aliquot, etiam ante decubitus acquiesceret, utpote tota praecedente morbum aestate in Clivia, propter exilium, patriæ calamitatem, parentum pericula morrenti & valetudinariae semen abundare nequiverit: De seminis acrimonia nulla est suspicio ob habitum corporis pinguisculum, qualis illi à natura fuit, adeoque in otio molliter educatae moribus, modestæ & pacificæ: At *Galenus* minimam corrupti spermatis particulam tantorum affectuum causam esse posse, ex phalangii & scorpionis ictu rabidive canis saliva asserit. Quod si ita habet, unde tam crebra totiesque renata hujus genitalis succi putredo? unde tam assidua ejusdem expulsio, quæ per sex menses, vix triduum sine ternis quaternisque insultibus ægram nunquam destituit? sanè tanta est febrilis paroxysmi æqualitas quanta putrefacti humoris uniformitas, quo discussio etiam accessio dissolvitur: similem hystericæ paroxysmi rationem esse statuamus, ut donec humor venenatus subsistat, tamdiu affectus quoque sæviat: sed si cum singulis insultibus finientibus ipsorum etiam materia absorbitur aut ejiciatur, unde tam subito nova colligetur? Quandiu phalangii, aut scorpionis & canis rabidi virus in corpore hæret atque agit, tamdiu quoque affectus ejusdem sine ulla intermissione perdurat continuè, neque novos facit paroxysmos; In febre quia concoctio & nutritio corporis assiduè recrementa quædam seponit, sit ut pro partis morbosæ qualitate, ejusdem nutrimentum atque excrementum vitietur; vitiatumque præ imbecillitate neque concoqui rectè, neque expelli commodè queat, sed inhærens putrescat & pro putredinis suæ natura hæc aut illa symptomata producat. At in seminis consideratione, tametsi testes ex continuo seminis accessu, pro suo modo sese alant, non tamen quicquid post sui alimoniam superfluum est id statim omne à se propellunt, sed tanquam in meliorem usum utile excrementum propriis conceptaculis reponunt & conservant, dum vel copia molestum turgeat, vel procreandæ speciei necessitas, ut illud excutiat sollicitet. Quamobrem, qua ratione horum frequentissimorum symptomatum causas in corrupti seminis venenosam substantiam rejicere debeam, assequi non commodè possum: nisi leatam quandam & continuam tanti temporis gonorrhoeam factam esse imaginemur, neque enim alibi quàm extra vasa semen putrescere verisimile est; vasis autem excidere posse, nisi cavitatem matricis excipiat statim, anatomici veteres negant: At si ita frequenter vel minima particula seminis in utero illabatur, illapsa putrescat, sanè putrefactum tandem necessariò semel Utero excuti debere verisimile quoque est, ut rem non tantum utero, sed & toti corpori adeò infestam & venenatam; si excussa fuerit, alienam sanè qualitatem facillè sensibus prodet, neque enim calore ut in febre dissipari posset: neque uterus tantum venenum perpetuò fovere valet: sed in hac ægra nulla vel paucissima humiditas, nec illa quidem ingrata qualitate prædita genitalibus (post finitos paroxysmos) emanasse animadverti potuit, teste sorore assiduo affidente. *Henr. Smetius Miscellan. lib. 4. epistola 7.*

Mulier quædam hystericis passionibus obnoxia, tandem moritur. Mesenterium plurimis glandulis scirrhosis, durissimis, & variæ magnitudinis & figuræ obfessum; vix ob duritiem discindi poterant. Uterus & Ovaria, cum Tubis, recenti quasi coagulato lacte surgebant.

Ex obstructis mesenterii glandulis saepe convulsio orta, praesertim quando cibo, vel potu corpus repletur, tunc enim magis istæ glandulae distenduntur, unde membranarum ruptura, distensio, & dolor. Porro convulsiones istæ in Abdomine, ob commotionem cum aliis visceribus, idque mediantibus nervis paris vagi & intercostalis, hystericam (ut dicitur, quamvis uterus sit inculpatus) passionem intulerunt.

Ægra hæc istas in mesenterio obstructions nunquam passa fuisset si acidis & viscidis humoribus se non divitem fecisset. Atque hoc acidum abundare testantur succi in Ovaris, Tubisque Fallopiis, ac uteri cavitatem coagulati. *Steph. Blancardus Anatom. Pract. Observ. 55.*

AGRYPNIA.

Vid. PERVIGILIUM.

AGRYPNOCOMA

idem quod

COMA VIGIL.

ALBOTIS

idem quod

TERMINTHUS.

ALBUGO seu LEUCOMA

Vid. OCULIVITIA.

in Biblioth. Chirurg.

ALCOLA

Est nomen morbi apud Avicennam, idem significans quod *Aphtha*.

ALGEMA, ALGOS.

idem quod

DOLOR.

ALOPECIA

Capillorum est defluvium; sic dicta quod vulpibus frequenter accidat. Vid. Pilorum defluvium, sub titulo *Pilorum Morbi*, in *Bibliotheca Chirurgica*.

ALPHUS

idem quod

VITILIGO.

ALVI FLUXUS

Vid. DIARRHOEA.

ALVUS SUPPRESSA, DURA
& Pigra.

Expulsio in intestinis, aut imminuitur, aut ad tempus omnino nulla est, unde enascitur alvus dura, vel alvus suppressa.

Causa

Alvūs suppr.

MEDICO-PRACTICÆ Lib. I.

65

ria ve: d̄ rhabar. agar. & senna; aut electuarium lenit. cum elect. diacatholico. Repetenda tamen erit validioribus humorum præparatio. In quem usum erunt syr. de beton. compos. de fumo terra, ac de pomis pariter composui, cum decoctione proportionata in jure ex melissa, lupulis, borragine, cichorio, fumaria, agrimonis, & sem. citri: quos syr. alternis diebus opus erit dejectorios reddere, addita decoct. epithymi Mesues. Purgantibus verò prædictis, aut similibus absolvenda erit eorundem purgatio. Deinde ad educendos humores vitiosos superfluos, qui in primis viis hærent, atque roborandum ventriculum, probatur potus aque Tetutiana, cui permisceatur mel. ros. sol. aut aque Calderiane illarum inopia, qua alias usus est cum aliquo juyamento. Tollendis obstructionibus viscerum naturalium, tamen si tactui non sint obviæ, & flatibus discutiendis, ventriculoque roborando ex usu erit decoctum aliquod ex sassaparilla, & radice china, cum gallo juniore, ac simplicibus aperientibus temperatis, puta cuscuta, radicibus graminis, pentaphylli, capillo veneris, & hujusmodi, cui quolibet quoque die instillari poterunt aliquot ebalybis potabilis guttae. Jecoris verò calorem compescet interna seri caprini potus, quod alternis diebus modo dejectorium fiet addito syr. de polypod. compos. vel infus. senna, vel decoct. epithymi; modo diureticum cum infus. radicum aperientium temperatarum, aut emuls. sem. mel. semper tamen infusa absinthii coma in ventriculi gratiam. Est infecus quinetia hepatis regio inungi poterit ung. santalino, & rosato. Ventriculusque roborabitur stillicidio ex aquis Thermalibus. Atque ad alvum ciendam frequenter in usu erant pilule ex aloë lota succo rosarum. Viscera demum roborari poterunt conferva ex roremarino absinthio, betonica, & cōfect. de hyacintho.

In victa fugiat cruditatem, abstineat ab omnibus cibis status excitare valentibus, & crassum succum generantibus; Vino non prorsus aquoso, sed medicum utatur: à venere, præsertim à cibo abstineat, negotiaque & curas vitet. Utatur cibis, qui præterquam quod nutriunt, vim etiam habeant alvum solvendi, ut sunt ficus, uvæ pensiles, beta, mercurialis, & alia hujus ordinis. Ipsius alii usum in primis à patiente intermissum non improbarem; ventriculum enim roborare, ac sua acrimonia intestina irritare valet. Bened. Silvaticus Consilior. & Respons. Medic. Cent. 2.

De Adstrictione Ventris. Pro Juvene Studiosissimo.

Octavus nunc agitur annus, V. C. cum juvenis studiosissimus temperamenti frigidioris, & siccioris totius, partium verò principum, & aliarum, variis, ut inferius dicemus, patitur alvi adstrictionem, sive siccitatem insignem, adeo ut nunquam egerantur faeces, nisi alicujus externi stimuli levioris ope, usu scilicet prunorum, pomorum, cum crudorum, tum coctorum, & caricarum: vel clysteribus. Quia verò ab hoc affectu graviter offenditur, præsertim in concoctione ventriculi, propterea ab ipso liberari exoptat. Quod ut consequamur, primò inquirenda est hujus affectus causa, qua sublata, illicò tolletur & ipse affectus.

Affectus autem hic est symptoma in excretis præter naturam retentis, dependens quidem immediate ab alio symptomate, actione scil. læsa, & expultrice intestinorum labefactata, cum faecum excretio sit expultricis intestinorum, crassorum potissimum munus; mediata tamen à morbosa corporis dispositione dependet. Omnia enim symptomata sequuntur morbos, ut umbra corpus. Posset quidem provenire ab externis erroribus, cibis scil. copia, vel qualitate, vel ordine assumendorum peccantibus, ut

Tom. I.

colligere est ex Gal. 1. de Sanit. tuenda 12. & 13. & 2. Aph. 20. Verum cum morbus octo annorum non fiat ab externis erroribus, ideo videndum est quales sint morbosæ corporis affectiones. Quæ cum possint esse in mala compositione, vel intemperie: in mala quidem compositione, qualis est obstructio ipsorum intestinorum, vel pori fellei, per quem bilis ad intestina permeat ad irritandam expultricem, vel compressio, & angustia à tumoribus, aut scorbutis, aut alterius generis partium intestinorum incumbentiis: nullus istorum indicium se prodit. Si enim esset obstructio in intestinis, non adeo levi negotio subducerentur faeces; si verò in poro felleo, ictericus fieret patients, faeces essent albicantes, quæ tamen quando egeruntur, tenues sunt, & flavi coloris, licet non semper: quando enim duræ sunt, nigricant: alii verò tumores, vel cum materia, vel flatulentia tensionem inducerent, duritiem, & renitum, cum aliquo pondere in partibus inferioris ventris, quæ non observantur; ut propterea omne vitium sit ad intemperiem referendum: quæ tamen vel est ventriculi, vel jecoris, vel intestinorum. In ventriculo quidem calida erit, cujus ratione pauca alimenta assumuntur, & assumpta assantur, quæ propterea difficulter descendunt, & sunt causa adstrictionis. Verum crediderim quod patients laboret potius intemperie frigidioris. Appetit enim, non sinit, manifesto frigiditatis indicio, cum pituitæ proventu, quod ex faecibus patet, quæ sunt pituita viscida veluti viscata. Igitur vel jecoris, vel intestinorum fuerit. Qualis autem sit jecoris intemperies siccitatis alvi causa, potissimum dubium est, nec præter rem: hinc enim caliditas absorbens humiditates superfluas, siccitatem infert, cum frigiditas contrariam ab eadem inducat lubricitatem; illine verò eadem caliditas, dum bilis copiam gignit, irritat expultricem, antequam humiditas assumatur: ut inquit Gal. in comm. Aph. 20. 2. Sect. Frigiditas verò bilis generationi contraria, prohibet irritamentum, atque ita causa siccitatis: ita ut caliditas possit esse causa cum siccitatis, tum humiditatis alvi, ut & frigiditas. Quod ut brevibus decernatur, dixerim utramque qualitatem, quando valde excedit, esse causam lubricitatis: caliditatem quidem, ob copiosæ bilis generationem; frigiditatem verò, dum omnino prohibet exsiccationem; utramque verò remissam, vel moderatam potius, esse causam siccitatis: caliditatem quidem, ratione attractionis; nam attractio sit à jecore etiam temperato, ex Gal. in Com. cit. qui cum bilem non generet, non sit irritamentum; à levi item frigiditate, quæ licet minus attrahat, minorem tamen etiam bilis copiam generat.

Quare cum patients studiosissimus laboret potius intemperie jecoris utcumque frigida, cum siccitate, crediderim hanc esse solam causam alvi adstrictionis, quatenus scil. hujus ratione non generatur ea bilis copia, quæ ad intestina transmissa per porum felleum expultricem irritare possit: atque adeo facultatis intestinorum vitium proveniet ab errore externo, defectu nempe stimuli expultricem excitantis. Quod autem jecur patientis hujus vergat potius ad frigidum, patet ex frigiditate corporis totius, & siccitate; frigiditate item extremorum hyeme frigidissima, sitis defectu, nulla oris amaritudine, venarum angustia, & glabrie inferioris ventris. Non tamen adeo insignis est obstructio illa, quæ omnem intercipiat bilis transmissionem; ut propterea faeces sint flavi coloris, quando sunt humidæ, cum verò sunt sicca, nigricantis. Non ergo hæc fuerit sola causa hujus adstrictionis alvi quam censuerim potius esse intestinorum intemperiem; ita ut afficiatur facultas, non per errorem externum solum, sed per morbosam partem cui inhæret affectionem, cum in primis sint affectus diuturni;

F 3 qui

quæ licet in principio possint esse per consensum, progressu tamen temporis sunt essentialia. Cujus autem generis sit hæc intemperies si queratur: non aliâ, dixerim quam illi contrariam, quæ expultricem juvat, quod sit ab humida intemperie, cum caliditate præsertim. Ergo lædetur ab intemperie sicca intestinorum cum frigiditate, præpollente tamen siccitate, & remissa frigiditate. Quod autem siccitas obtundat vim expultricis, adeo palam est, ut id probare supervacuum sit. Quæcumque enim retentricis vim intendunt, expultricis remittunt. Unius enim robur, quod alterius est infringit: ut hoc nomine imbecillitas retentricis oris superni ventriculi sit causa vomitus, quæ scilicet tunc validius agit expultrix, licet non valde irritata quia non obstruitur facultas retentrix. Quare eum intendatur vis retentricis à siccitate, noxam ab ipsa capiet expultrix. Hinc fit quod styptica frigida & sicca sunt adstringentia: quia augent vim retentricis. Quod si siccitati jungatur frigiditas, augetur etiam magis vitium expultricis: quia tunc quoque hebetatur sensus tactus intestinorum, ratione potissimum frigiditatis, quæ torporem quandam inducit in sensum, quem & tollit omnino, si valde excedat. Idcirco cum intestina patientis nostri sint frigida & sicca, nil mirum, si etiam alvum habet adstrictum, eum ob imbecillitatem expultricis, tum ob imminutum sensum irritamenti à fæcibus, quod sit ab intemperie frigida intestinorum, ob paucabilem, & pituitam obtundentem sensum partis, & acrimoniam bilis. Intemperies itaque ista, bilis defectus, & pituitæ præsentia, erunt causa siccitatis alvi in patiente nostro. Quod autem possint intestina hac intemperie laborare, patet ex præteritis erroribus, atque à juvantibus, & lædentibus. Refert enim se in hunc affectum incidisse post sudorem superfluum in balneo. Hic enim exsiccat magis intestina quam alias partes: quia eum sint membranosa, sunt etiam ex se sicca. Adit se juvari ab humectantibus, non autem ab aromaticis, quæ cum aliâ conferre deberent irritando, lædunt tamen, dum augent siccitatem. Quinimò juvamentum præfens suscepit ab injectis clysteribus ex oleis calidis, adeo ut ab ipsorum usu alvus lubrica ipsi fuerit octo, & plures dies, absque aliis præfidiis; non aliam sanè ob causam, quam quia ab ipsis corrigitur intemperies excedens intestinorum, eum frigida, tum sicca. Queret tamen quispiam, qua ratione cum siccitate adesse possit pituitæ copia. Nec ad rem est, quod hujus non sit tanta copia, quæ humectet omnia intestina. Non enim est tenuis & fluida, sed viscida & crassa, quæ propterea non sufficit iis humectandis. Si porro objiciat, quod à frigiditate durentur fæces. Responsum in promptu est, id fieri ob longiorem in his moram, cujus ratione utunque partes sint frigida, ob viciniam tamen partium calidiorum absumuntur partes magis liquidæ, atque ita exsiccantur fæces. Fæcessit postremo negotium, cur usu leviorum humectantium scum alvus facile subducatur, & sine molestia, à castia tamen id succedat cum torminibus; cum syr. ros. solut. eam vel nihil, vel leviter cicut. Hoc enim fit, quia castia est statulenta, neque humiditate actuali pollet, nec ita facile dissolvit duritiem fæcum, ut ipsa sine molestia, & dolore educat, eum syr. rosat. non hæreat in intestinis; ac proinde licet actualis sit ipsi humiditas, non agat tamen in fæces duratas, sed statim à natura deturbetur, antequam subducantur fæces, ut sit ab alimentis humidis, quia hæc permixta cum cibis ad intestina descendunt, quæ propterea dum diutius ibi hæreat, magis etiam humectant, atque alvum lubricum efficiunt. Et hæc de causis hujus affectionis plus satis. Pituitam enim quod spectat, hujus proventus est à cerebro frigido, & humido, quæ decumbit in ventriculum, quem jam constitimus frigidiorum.

Ex his non est difficile conjectare, quid de

hoc affectu sperandum sit: quandoquidem licet dixerit Hipp. 2. Aph. 20. quod quibus juvenibus alvus est sicca, iis senescentibus humectatur, non tamen in casu nostro ita facile locum habere potest, ut scilicet ex mutatione temperamenti, ratione ætatis mutari possit hæc affectio: quia ortum ducit ab intemperie frigida, & sicca, quæ in dies invalescit exacta juventute. Nulla ergo ab ætate spes, nisi ob frigiditatem ventriculi, & aliarum partium nutritioni dicatarum maxima pituitæ copia alvum lubricam efficiat. De qua verba fecit Hipp. 3. Aph. 31. eum dixit, eam senibus contingere, & in Australi constitutione Aph. 17. ejusd. sefert, ut propterea dixerit etiam ventriculum plus æquo humidum alvum lubricam reddere. Verum hæc est cum morbosa dispositione.

Idcirco præfidiis medicis cienda erit alvus non expectata ætatis mutatione. Quod licet non sine difficultate fieri possit, cum affectus sit confirmatus, octo scilicet annorum; non tamen propterea optatum finem non consequemur, generosis diutius adhibitis remediis. Quod hæcenus non fuit præstitum.

Quo verò ex methodi lege procedamus à ventriculo, & intestinis primò pituita ipsa est eluenda, hanc attenuando, incidendo, & detergendo; deinde intemperies propositæ sunt contemperandæ; intestinorum quidem, & jecoris calefacientibus & humectantibus, cerebri verò parum calefacientibus, magis exsiccatibus, & divertentibus materiam fluentem ad alias partes, si omnino prohiberi non possit ipsius generatio per intemperiei remotionem. Omnium tamen maximè, & in primis rectæ victus rationi dabimus operam, tum & pharmaceuticis præfidiis, omnis chirurgicis, quæ in præfenti casu locum non habent, excepta levi sanguinis melancholici editione per hæmorrhoides.

Victus ergo rationem quod spectat, debet esse medicamentosa, ita ut utatur in prima mensa alimentis alvum cientibus, prunis potissimum Hungaricis, vel Hispanicis: sicubus item, vel juleb ex iisdem & aqua, ab Alzaravio proposito parato ex decem partibus aquæ, & una ficuum alborum coctorum ad juleb consistentiam. Brassicæ etiam non valde coctas, aut malvam, betam, & uvas passas in jure coctas, vel opportuno tempore, etiam recentes, optimè maturas, albas, montanas habeat in usu. Omnis etiam victus ratio sit actu, & potentia humida: quales sunt caro vitulina, agnina, vervecina, porcina recens, cum vino albo subdulci; missis pomis ut refrigerantibus, & humiditatem excrementitiam producentibus; aqua item, & vino acido; omnia enim hæc lædere possunt. Et hæc quoad victus rationem.

In pharmaceuticis laudo primò lenientia, ut el. lenit. cum manna, vel syr. viol. solutivum, cum manna, florem cassiæ cum manna; deinde præparantia sine diluto, ut syr. de corticibus citri, de mentha, cum oxymel. simplici, ne scilicet præterlabantur primas vias. Validiora deinde purgantia erunt ex usu, ut diacath. cum diaph. vel rhab. & agaricus-cum. fol. femæ in infus. addito mell. ros. sol. & manna. A quorum usu summopere conseret, quo magis eluantur primæ viæ à materia viscida & pituitosa, aquæ Tetuiana potio tres, aut quatuor dies, ad lib. iij. sem. vel iij. cum melle ros. sol. in primo cyatho. Quamquam enim sile constet, cujus ratione exsiccare potest, cum tamen non diutius hæreat in ventriculo, vel intestinis, non nocebit, cum præsertim ab ipsius usu plures dies sint usurpanda humectantia, eum interna, tum externa; & quidem intrinsecus jus galli anise.

Causa est vel in ipsis intestinis, vel in ipsis contentis expellendis. In ipsis intestinis, si vel inflammata fuerint & tumefacta; vel post dysenteriam ita coaluerint, & eorum parietes agglutinati invicem sint, ut nulla super sit via materis excernendis; vel etiam, si insensilia, paralytice tacta, unde aut spicula excrementi non percipiant, aut illi egerendo motum aptum, sc. compressivum, non habeant; De aliis quæ Ileam faciunt, motumque intestinorum peristalticum invertunt, hic non est quod agamus, suo siquidem reservantur loco. In ipsis contentis expellendis erit causa alvi pigrae aut suppressæ, si vel indurata nimis fuerint, vel viscosiora, atque alterutra hac de causa, ad motum inepta. Indurantur fæces, vel quod ingesta jam fuerint dura; vel ex succorum salinorum intestinorum cavo per varios tubulos suffectorum, actione penetrantiori, unde ab eo, quocumque demum quod fluxilitatem aliquam ipsis faceret, spoliatae, excrementi tantum quasi caput mortuum prædictorum salium terrestreitate sua vim eludens, relinquuntur. Præterea ea est quandoque salium in intestinis in vectorum natura coagulatoria, quæ excrementi portionem in lapideum quid pergere valeat; unde vidimus aliquando gypseam materiam intestini recti cavum ita opplentem, ut omnis contentorum exitus fuerit impossibilis, priusquam inferiens hæc materia per remedia, imò manualementem operationem emota fuisset. Viscosiora redduntur excernenda, vel itidem per copiosa alimenta viscida usurpata; vel propter bilem parcius admistam; (cujus beneficio diluantur excrementa, atque ea propter clysteris naturalis nomine venit) vel propter succum pancreaticum austeriorem, fluxilibus excrementi particulis in pituitosum quid, intestinorum parietibus quàm facile adherens, coagulare aptum; vel propter potum parcè nimis haustum, &c.

Curacionem quod attinet, illa minimè tentanda venit si intestina post dysenteriam coaluerint; si verò inflammata, aut paralytica, illis medendum, quæ ubi de inflammatione & paralyti, dicuntur. Si alvus supprimatur aut pigrescat ex alimento duriori, aut viscosiori ingestio, necessariò cum molliori, & minùs tenaci, atque potus parcius cum largiori est commutandus, reliquam quod spectat, iis quæ emolliunt, ut & quæ stimulant, res perficienda; atque si durius quid ano vicinum reperitur exitum ita obstruens & obturans, ut contentorum nihil prorsus pervadere queat, illud quacumque demum arte emovendum.

Inter interna alvum emollientia & lubricantia apprimè facit oleum amygdalarum dulcium, & ut quidam volunt, ova forbilia, atque potus copiosus, vel simplex & ordinarius, vel passulatus, passulæ enim vel per se, vel paucò arcano duplicato Myrsichii permistæ hypochondriacis pertinaci alvi difficultate laborantibus, in potu exhibitæ, maximè conferunt. Conducit item serum lactis, succo pancreatico præprimis nimis austero, temperando atque corrigendo maximè idoneum, præbet enim falsum quid & nitrosum volatile non parvæ efficacitæ; & ulterius præterea emollit si tamarindi ipsi incoquantur. De decocto semp. tartarizato, electuariis purgantibus, passulis laxativis variæ compositionis, quia unicuique eorum usus satis est notus, hic nihil addimus, ut nec de decocto sicum longo nimium usu, ex observatione Henrici ab Heers, pediculos ingenerante. In alvi obstructione remediis communibus non ita facile obediente, quidam tanquam infallibile medicamentum commendant aurum fulminans à gr. vj. ad x. cum extracto hellebori nigri in pilulas compactum, interim tamen nec spei, nec votis respondit effectus in quibusdam aegris, sc. parum movit; revera, si salium, & dissolventium & præcipitantium

Tom. I.

tota propè materia in illo fuisset restita, per eorum aculeos. magis expurgasset, sed tum vi corrodeute atque venenosa egisset, quàm ipsum iteratis lotionibus spoliare omnino consultum est. Alii pro secreto habent vinum in quo per mensem mercurius vivus fuerit infusus, illudque ad cochleare unum vel duò exhibent. Non ingratum est medicamentum tinctura tartari antimoniatæ parcè aromatizata, in vino, vel etiam jusculo ad gutt. xx. propinata per dies aliquot, ut nec tinctura antimonii post eisdem in oleo nitri per deliquium, digestionem, spiritu vini extracta, atque etiam liquor terræ foliatæ tartari, aliaque id genus de quibus consuli possunt scriptores Chymici.

Inter externa sunt primò Clysteres è variis herbis, aut aquæ, aut jusculo carniùm, & omasorum, aut lacti incoctis, sed præcipuè ex oleis parati, sic enim pituita etiam viscidissima parietibus intestinorum adherens ut ab iis aliis mediis divelli nesciat, commode extrahitur, eadem ratione qua ipsorum beneficio materis emplasticas, glutinosissimas à manibus facile separamus, ea propter in doloribus colicis à pituita vitrea non tantum intestinis agglutinata, sed eorum etiam tunicas per salia corrosiva immista, lacerante, generosæ sunt efficacitæ. Si verò induratee prorsus fæces solvens validius exquirant, incoquantur pulpa colocynthidis, imò immisceatur sal gemmæ ipsumque vinum stybiatum; interim tamen per blandiora sæpius repetita negotium hoc venit tentandum, priusquam ad vehementiora procedatur, quæ ut optimè observat Ballonius præmaturè injecta volvulos quandoque intulerunt. Secundò suppositoria è variis petita materiis, & præcipuè ex alumine vel in longum scisso, oleisque illito, vel etiam pulverato atque cum mucilage gummi tragacanthi aqua liliorum alborum extracta, in massam compacto; alii loco suppositorii quam maximè laudant intrusionem digiti oleo semini napi, vel lini intincti. Tertio sunt topica imò ventri, vel ipsi tantum umbilico illita, inter quæ sunt unguentum de aethanita aliaque officinalia, at pro specifico habetur Zibethum, [quod etiam in colica umbilico inunctum secretum est] valet item cataplasma è felle tauri & colocynthide, admisto si lubet aloë, imò esula & sale gemmæ cum farinis. Quidam præterea topica sua plantis pedum emoveant, quale est quod commendatur ex oleo populeonis cum hiera picra confectum. De exemplis rarioribus quale Principis illius apud Meibomium qui alvum deponere non potuit nisi pridè à servo flagellatus; item de tussi & sternutatione quandoque pro excrementorum ejectione necessaria, in eumque finem à Platero imperata, nihil hic addimus; subjungimus tantum, quod si à tumefactis atque dolentibus hæmorrhoidibus factum præpediatur exclusio, foru lactis cui chamomilla, verbascum, hyosciamus &c. fuerint incocta aliisque anodynis esse agendum. Sequuntur jam

*Curaciones, Consultationes, Observationes,
& Cadaverum Anatomica Inspectio-
nes, è variis Auctoribus.*

Curaciones.

Curatio Clariss. Joh. Hartmanni.

IN tardissima alvi dejectione à quacumque causa procedente mirabilis est effectus essentia salis tart. cum sp. vini extracta & ad consistentiam redacta, cujus gutt. ij. usque ad vi. vel viii. tandem singulis diebus vesperi horis 2. à ccena in haustulo vini vel alio liquore exhibeatur, donec spontè subsequatur lubricitas

F. 2

alyi

alvi. Hoc felicissimè usus sum in melancholia hypochondriaca. *Hælenus Job. Hartmannus.*

Curatio Clariff. Job. Michaelis.

Arcanum ex æthere in hoc casu in forma suppositorii exhibet Angelus Sala in fine operum. Valet etiam clyfma ex croco metallorum & ol. olivarum. Item sp. vini cui per mesem mercurius est infusus etiam valet. Prius, quod notandum, croci metallorum decoctum debet filtrari, aliàs nocet. ℞. ol. lini, raparum ana ℥i v. diacoloc. q. ℥vj. vel ℥j. f. l. a. clyfma. ℞. pulp. passular. ℥iij. pulv. rad. jalapp. ℥b. scam. rosat. ℥ij. crystal. tart. alb. ℥iij. cum l. q. syr. ros. f. electuarium. Rob. passularum optimè prodest in siccoribus, præsertim, ubi hepar est nimis calidum. In alvi obstructionibus præprimis à siccitate, minimè conveniunt aloëica, neque rhabarb. myrobalani &c. quia nimis exiccant, & post se adstrictionem relinquunt. Optimè verò eo in casu conveniunt potus largiores, ut & passulæ laxativæ ℥b. ad ℥j. elect. de tamarindis cum fol. senæ ab ℥b. ad ℥vj. vel ℥j. pruna item laxativa. N. 10. vel 11. *Hælenus Joan. Michael prax. clinic. general. libr. 4. cap. 16.*

Idem

Pro alvo suppressa in Gravidis.

Alvi suppressio ac durities vel tarditas curatur cibus liquidis & humectantibus, ut jusculis purgantibus, butyro, malv. borrag. &c. alteratis. Item prima mensa fumantur pruna dulcia vel mel. rosatum ad 3. vel 4. co. hl. quæ si gravis respuat clysteres humectantes & emollientes sine omnibus purgantibus in minori quantitate sine periculo injici possunt. Cave tamen ab herba mercuriali, quia menses ciet, exempl. gratiæ ℞. Decoct. hord. & jusculi carnis, vel pulli ana q. s. flor. borag. herb. pariet. ana m. s. colat.

℞. ℥vj. adde mell. rosat. vel sacchari Thomæ ℥v. vel ℥j. vitell. ovar. n. 1. m. f. clyster. Quem obstetrix prudenter & cautè, fistula scilicet non superne versus uterum, sed inferne versus os ischiaticum directè applicare debet. Suppositoria hic minùs tutè adhibentur. Cæterum si calor adsit, hepar refrigerandum, clysteribus admisceri etiam potest ol. amygd. dulc. violarum, rosarum &c. oleum amygd. dulcium etiam per os commodè assumitur.

Idem

Pro Alvo suppressa in Infantibus.

Si oritur à causa frigida & sicca post purgationem humectantia profunt. Manna, Cassia, passulæ laxativæ, poma laxativa, rob. passul. brod. prun. laxat. minime verò profunt validè purgantia, cum exsiccant & adstringant. Si oritur à pituita viscida, convenit Mechoacanna vel suppositoria officinalia pro infantibus. Possunt illiniri ol. diacolocynthidos, pomum Borsorianum purridum cum pinguedine anserum intestinis illitum; Item pinguedo anserum & gallinarum cum juglande umbilico imposta; Item unguentum de Arthanita cum unguento dialthææ. ℞. Unguent. de arthanit. ℥ij. fellis taur. inspiss. ℥j. cum ol. diacolocynthid. f. l. a. linimentum. ℞. Decoct. emoll. ℥vj. vel plures, unguent. clysmat. ℥ij. vel iij. f. l. a. clyfma. *Hælenus Idem. lib. 6. prax. clinic. general. cap. 13.*

Curatio seu Consilium Clariff. Solenandri.

Linimentum hoc illitum umbilico alvum movet, nec post se detrimentum relinquit. ℞. ol. amygd. dulc. rec. pingued. anser. butyr. majalis unguent. dialth. ana ℥ij. colocynthid. gr. xvi. falsis ℥b. spec. hieræ simpl. ℥j. diagryd. gr. xv. misc. pro linimento. *Hælenus Reinerus Solenander, Consil. 29. Sect. 3.*

Præter Curationes jam allatas, vide præterea quæ ex Etmullerò habentur, sub titulo Intestinorum Morbi.

Consultationes.

De Alvi Astrictione. Pro Nobili Patiente.

Alvi astrictio, de qua cõqueritur nobilis hic patiens, & cujus causa consilium petit, à duplici causa dependere posse videtur; primò quidem à summa jecoris caliditate, ratione cujus humiditas excrementa fluidiora efficiens absorbitur, quæ idè caprarum facibus similia excerni necesse est. Secunda verò hujus affectus causa non abs re est insignis materię pituitosæ copia, quæ in ventriculo frigidiori, & humidiori quàm par sit congeritur, ac generatur: cujus indicia sunt status ipsi, qui frequenter patientem ipsum torquent. Hæc itaque pituitosa materia, prout sui crassitie ac visciditate olim graves obstructions in hypochondriis induxit: ita in præsentia ad intestina ipsa decumbens, munimento nimis valido dum ipsa defendit, faccum stimulos obtundit, quibus natura utitur ad ipsas extra corpus expellendas; accedente quin etiam prætermisso ciborum acrimia usu, quorum beneficio irritata expultrice intestinorum facultate antea alvus liberè fluxat.

Cæterum licet non adeò facilem, non tamen impossibilem censeo hujus symptomatis curationem, remedium beneficio, quæ opportuna nobis videbuntur: atque eò certius in eam spem erigor, quoniam ad omnia tentanda promptus est hic patiens, atque remediis adhibitis, licet non adeò validis facillè aliquando respondet alvus.

Quoniam igitur ablata tantùm causa removetur effectus; idè primo illi incumbendum erit. Jecoris itaque caliditas contemperanda, ventriculus, ac intestina detergenda, expurgandaque erunt, atque illi suum robur conciliandum. Quæ singula præstari poterunt remediis Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Diæticis.

Chirurgica quod spectat, venæ sectio tutum remedium erit ad jecoris fervorem compescendum: educeturque sanguis cum ex jecoraria dextri cubiti, tum ex saphena, tum & ex hæmorrhoidibus; quarum repetitam apertionem summopere profuturam censeo, eo præsertim nomine, quod ita sanguis crassus, ac faculentus, qui in ipsis hæret, & eò à natura transmittitur, commodè evacuabitur, & natura forte ita edocta ipsas in posterum referare poterit. Funiculos duos gestat, atque cum illorum alterum occludè summopere exoptet, non admodum præter rem existimo, si inostus coxæ removeatur, quò saltem patienti satis fiat.

Quoad Pharmaceutica præsidia, totius purgatio erit instituenda, in qua pituitosi, ac melancholici humoris potissima erit cura. Leniens propterea erit, vel electuarium lenit. cum speciebus hiera simpl. vel syr. ros. sol. aut mel. ros. sol. cum potypod. & manna, dissoluta in decoct. sem. citri in jure. Præparantia erunt syr. de corticibus citri, viol. simplex, mel. ros. & oxymel. simplex, sine diluio primò, ratione ventriculi humidioris. Purgan-

tia

Quibus intentionibus ut satifaciamus, ex fonte Chirurgico non unica tantum est deprecanda sanguinis missio; bilis enim neque tenuior, sed crassior & mista, & idem erysipelas non exquisitum sed spurium censendum, in quo & Galen. & reliqui quoque sanguinem mittunt; Aperiatur igitur jecoraria dextera, sed parca mittatur, ut ejusdemeductio ab hæmorrhoidibus repetatur. Cauterium nuper inusurum & apertum, custodiendum, spe concepta fore, ut presentia cura præservativa expurgata nimirum bile, intemperieque calida jecoris remissa, non amplius irruat in crura & interim paulatim biliosa ferocitas minor reddita, per cauterium expurgetur.

Ex pharmacia reliqua sunt deprecanda remedia: & primò leniens erit syr. ros. solut. rec. cum portione man. clarificatæ, cui superbibat aut aquam hordeaceam, aut serum. Præparans erit, à viro Excellentiss. jam propositum, julap. acet. aromatis. addito polline cremor. tart. & aq. flor. citri. Inde repeti poterit potio ex syr. ros. solut. & depolypod. sero superepoto. Mox ad ulteriora præparantia humectantia deveniendum; cujusmodi esse poterunt succi depur. & per arenam trajecti cichor. borrag. pom. dulc. ad ℥ij. in decoct. in jure pullæ parata, malv. viol. fonchi & endiviæ. Sequenti verò die præbeaturs flos cassiad ℥ij. vel iij. summo manè & post horam superbibat seri capr. aut asin. libram, tribus verò horis ab assumpto sero prandeat. Tertia die repetat succos, & quarta florem cassiæ, sic alternatim perseveret ad vigesimum usque diem. Verùm decimo die exacto, adli poterit flos cassiæ rhab. opt. ℥j. Transactis verò jam dictis viginti diebus, præbeaturs potio ex syr. solut. mann. clarif. cum sena & tartaro, addendo infusioni jam dictæ consueta rhab. ℥ss. cui, incepta evacuatione, superbibat seri depur. ℥ij. & duabus horis ab assumpto sero prandeat. Sequenti verò die assumat seri depur. ℥ij. summo manè: deinde sequentibus diebus, tribus saltem aut quatuor vicibus præbendum erit serum caprinum depur. ad ℔iv. vel v. cum vehiculo dejectorio, eodem modo quo aquæ Tettucianæ exhiberi solent, idque ut hypochondria excalescunt & exiccata refrigerentur & humectentur: offeratur autem aut quotidie, aut tertio quoque die, habita virium ratione.

Tandem pro jecoris intemperie calida corrigenda, æquarum acidularum & ferrealium thermalium usus opportunus esset, quibus substitui posset Noceriana, quæ mineralis non est; cum solam terram samiam pro fundamento habeat; quam si respuat Nob. patiens, statim deveniatur ad lactis asinini usum, ut quod jecoris & venarum calorem contemperare, & furentis bilis acrimoniam & motum compescere valeat. Et quamvis biliosis & murmurantibus hypochondriis ab Hippocr. denegari videatur, eò quod facile corrumpatur, corruptionem tamen minimè sequituram spero, præmissis jam propositis humectantibus & refrigerantibus medicamentis. Incipiat igitur ab ℥v. cum semi cochleari sacchari albi, & ascendat usque ad x. cum integro cochleari: assumatur autem statim multum, quinque horis ante cibum, cui minimè superdormiat, & perseveret ad quadraginta vel quinquaginta dies. Nec vetare potest usum, quia, *lac dare caput dolentibus malum*, illud enim intelligitur de capitis frigidis affectionibus, cum calidis & siccis sit verum remedium. Eodem tempore Balneum aquæ dulcis non esse omitendum mihi videtur, horis vespertinis administrandum, alteratæ fol. mal. viol. nymph. fonchi, salicis, viginti saltem diebus, quo viscera omnia totumque corpus cum sanguine ad moderationem redigi poterunt. Nec interim capitis tutela omninò negligenda, sed à prandio in usum ducat conservam rosarum: si cut quoque sub ingressum lecti, cui addi posset exigua

portio Diarrhod. Abbaris, aut reformari cum genn. tinæ. coral. chymicæ.

Hæc omnibus congrua addatur vivendi ratio refrigerans, humectans, & potius incrassans, à Peritissimo viro præscribenda, à quo reliqua quoque proposita fuerunt, & à me in præsens confirmata. *Raymundi Joan. Fortis consultationum censura quarta.*

Observationes.

N. Ab Offendorph. Nobilis Germanus, militans sub Capitaneo Lex, Vir fortis & florentis ætatis, ordinariè tantà alvi constipatione laborabat ut vix unquam absque medicamento alicujus usu eandem deiceret, quod malum ipsi multis annis familiare fuerat. Interea tamen non ægrotabat, sed cum alvus jam quinque sexve diebus substiteret, tunc somnolentus & in actionibus omnibus piger fiebat. Accidit mense Augusto, cum alvus per septem dies constipata pilulis suis ordinariis (quæ ex præscripto Medici cujusdam Germani semper secum portabat) non moveretur, ut D. Romphium, Regina Bohemæ Medicum ordinarium (qui tunc temporis Principem Auriacum in castris sequebatur) adierit, qui injectis duobus clysteribus, & duabus potionibus catharticis fortioribus exhibitis, cum alvum emovere non potuisset, non ausus fuit ulterius procedere. Quapropter ipse vitæ suæ metuens, è castris Noviomagunt ad me venit, ac totum negotium mihi exposuit, simul aliquod salutare auxilium exposcens. Decimus sextus jam agebatur dies quo alvus constipata erat. Ego ejusdem emotionem sequenti clystere tentare volui.

℥. Radic. bryoniæ ℥j. herb. malv. althææ, mercurialis, absynth. centaur. minor. florum chamomill. meliloti, anam. j. fol. senæ ℥ss. pomi colocynthidis ℥j. sicum ping. num. vii. sem. anis. ℥ss. coquantur in aquæ communisq. ℔ ad ℥x. colaturæ adde vini stibiati ℥iv. fiat enema.

Hoc cum per horæ quadrantem retinisset, alvus vehementer conturbata fuit, & ultra viginti dejectiones subsecutæ sunt, cum maximo levamine. Postea diætam emollientem & laxantem præscripsi, atque sic illum tanto onere levatum, benè lætum ad castra remisit.

Inveniuntur nonnulli quibus alvus mirabiliter constipatur, eorumque varia & stupenda exempla collegit Schenckius observ. lib. 3. in talibus naturis, si cathartica exhibita nihil prosint, non semel observavi vinum stibiatum clysteribus admistum egregiam operationem addidisse, idque tutò, cum cathartica fortiora per os exhibita, interdum prohibito transitu, facile aliquod periculum inducere possint. Memini me aliquando rustico Bataviensi robusto & valdè constipato catharticum forte exhibuisse, à quo cum alvus planè non commoveretur, postridie injeci enema cui, præter alia, semiunciam tabaci sicci incoctam, atque sic alvus egregiè deturbata fuit. Novi capitaneum navis bellicæ, qui mihi narravit, sibi quondam in mare alvum multis diebus constipatam fuisse (unde valdè anxius fuerat) neque à Chirurgo suo multis variisque medicamentis emoveri potuisse; tandem verò cum jam de vita desperaret, quendam ex nautis consuluisse ut aliquantum raturæ unguis pollicis cum haustu cerevisiæ biberet, quod cum fecisset, se maxima anxietate correptum in animi deliquium incidisse, ita ut ipsum moriturum omnes arbitrarentur, postea verò ad se rediisse, & sursùm deorsumque enormiter purgatum, atque sic ab imminentis mortis periculo liberatum fuisse. *Ibrand. De Diemerbroeck. Observation. & curat. Medicar. 89.*

Novi illustrissimas & formosissimas Dominas, quæ cæterùm sanissimæ, & quotannis uterum gerentes, nunquam nisi vigesimo, vel serius, die, alvinas feces deponunt

deponerent; nec quidquam inde incommodi etiam puerperæ sentiebant.

Vixi cum Sacerdote Religioso, omnium quos novi mortalium ingeniosissimo, linguas enim Orientales, Hebræam, Syram, Arabicam, autodidactos ita calluit, ut eas publicè, in celeberrima Germaniæ Academia docuerit, summa cum laude. Hic nunquam nisi post 24. diem, alvi beneficium à puero sensit, sanissimus, nec ullum unquam expertus pharmacum.

Generosus quidam jam multos annos ita vixit, ut fecum alvinarum nihilo plus per anum quàm per oculos excernat, accumbit sub meridiem mensæ opiparæ, convocatis ut plurimum aliquot Nobilibus, comedit, bibit, nihil à quoquam accumbentium discrepans. Sub horam primam surgit à mensa, pridianum prandium revomit, retentis accuratissimè omnibus recès ingestis, postridiè illa, ut hesternæ egestus, putidissima, atque ab alio stercore non differentia, in vomitione conatus nullus, mora nulla, simul & semel magnam quantitatem extomachatur, abluto aquis odoratis ore, ad mensam redit: ventriculum interim quod illi in sequentis diei meridiem satis sit, resumere cogit, jentacula, cœnsque ignorat, solo prandio contentus. Sic jam ultra 20. annum continuat.

Sæpè mihi in mentem venit, duos illi, ut animantibus ruminantibus esse ventriculos, quorum unus altero recens impleto, vomitu se depleat. *Henricus ab Heers. observ. 29.*

Amicus quidam meus non solum 10. 15. aut 20. dierum spatio incolumis sine fœcis dejectione servatus est, sed contigit aliquando, alvum, ita exsiccitam fuisse, ut usque ad tres menses sanus perfectè existeret. *Dominicus Panarolus. Observ. 1. pentecoste 1.*

Cum viro quidam nullis medicamentis solvi poterat alvus, & jam per dies 14. ex toto suppressa erat, ipsi statim dedi mox ante cibum ℥j. sequentis electuarii è zizibis dicti devorandam, quo certè alvus continuo fuit emollita, mota & subducta, nec de novo alvus suppressa fuit. Electuarium è zizibis. *κοπραγωγός* sic se habet. ℥. Polip. q. recent. benè mundat. ℥viij. fol. orient. rad. althææ ana ℥iv. anisi ℥β. fiat omnium decoctio s. a. in aq. fontan. donec veniat ad ℥ij. plus minusve postea cola cum levi expressione. Colaturæ expressæ adde pulpæ zizib. (i. e. jujub.) lotæ cum vino albo potenti & maceratæ in dicta decoctione, postea per fetaceum transmissæ, ℥ij. sacchar. albiss. ℥iv. bulliant iterum ad cydoniati consistentiã. In defectu zizibi, ponatur uva passa detractis Arillis. Hoc electuarium communicatum est ab excellentissimo D. Doctore Alexandro Petronio. *Martinus Rulandus. curat. 79. cent. 10.*

*Hier. Thrivarus. comm. in aphorism. 20. sect. 2. Hippocr. scribit, rusticos jam dudum nosse experientia, si nudis pedibus humi obambulant, ventrem pertinacem solvi, atque ejus rei historiam refert Brassavolus cap. 9. tract. de Medic. purgant. Dum scribit Ferrarensium Ducem Borsum in alvi duritiem incidisse, & per triiduum nihil excrevisse, & consultum ea de re medicum eo tempore insignem, Michaellem Savonarolam, suasisse clysterem injici, quo nihil proficiente, jussit pavimentum, quod erat marmoreum, frigidâ aquâ copiosiore conspergi, & Ducem lecto surgere ac nudis pedibus ambulare: non 50. passus pertexerat Dux, cum per ventrem dolorem, ac *βοδωρ* sentite cœpit, sedem petiit & potentissimè excrevit, quo facto jussit Savonarola, aqua in qua herbæ calidæ essent decoctæ, Ducis pedes, ac crura ablui: quod consilium, Dux centum aureis remunerari jussit.*

Hoc proculdubio accidit ob pedum, quem cum paribus nervosis & membranosis, qualia etiam sunt intestina, habent consensum, & ob intestinorum refrige-

rationem; sicut aliàs etiam, si venter frigori exponatur, dolor colicus, & alvi excretio copiosa excitari solet.

Verùm Brassavolus hoc periculosum auxilium esse putat, & non tentandum, cum tormina inducere possit, & Diarrhœam. Nonnullis ex solo purgantium odore, alvus laxabatur. Novi medicum, cui, si in vola manûs, pomum colocyntidis contineret, donec incalesceret, alvus laxabatur. *Daniel Sennertus. cap. 4. sect. 2. lib. 3. practica.*

Cuidam alvi fœces duræ in podice sublitterunt, nec egredi etiã vehementi conatu propellere tentaret, poterant, adeò ut podicem, cum cruciatu, nimium aperirent, & veluti divellerent, huic ut mederer, flexionationem movi, & cum tussie jussu prius podice fomentato cum oleo, quibus conatibus & impetibus scibalon propulsum & ejectum est, reliquisque excrementa subsecuta sunt. In multis aliis, quibus ob duritiem excrementa ægrè per podicem feruntur, tussim imperando ea ut prodirent, quæ alio constu exprimi non poterant, effeci. *Felix Platerus, observ. lib. 1. pag. 225.*

Seni cuidam qui singulis tribus septimanis, aut aliquando mense alvum semel reddebat, hoc consilium dedi ut pinguis jusculis uteretur, in quibus & malva incocta esset. Romana quædam mulier urticâ tenellâ ex oleo & sale comellâ alvum sibi reddebat. *Peirus Forestus, observ. 24. lib. 21. de mesenterii & intestin. affectibus.*

Vidi duos qui nullo animonio, aut alio ecprotico ne quidem hellebori extracto alvum laxabant cum meo consilio priorum unguium præsegmina & raturam bibissent, vomitu juxta secessuque abundè se deplebant. *Henricus ab Heers, observ. 29.*

Vir quidam corpore athletico post viscerum intemperiam, & gravem morbum per 18. dies, alvum habuit suppressam, cui ter interjecti clysteres, sed in ventre resistentes, & alia medicamenta exhibita, non potuerunt ad obsequium sollicitare. Tandem cum omnia videret esse conclamata, nec ullam superesse sanitatis, vitæque diuturnioris spem, amicos convocat, inscisque medicis aliquot vini rhenani cyathos exhibit, solitas delicias, ultimum ita vale illis dicturus. Dehinc tamen post vini, cujus usu assueverat, haustum siccatosque calices, murmure in ventre orto, liberaliter soluta alvus ægerque medicis stupentibus, celeri pede ad se, & sanitatem rediit, diuque superstes inter amicos pancreaticè vixit. *Thomas Bartholinus, histor. 40. cent. 5.*

Quendam contumax alvus tantum non ad incitas redegit, nequicquam hic solutivis, sive per os, sive per anum adhibitis proficientibus: perlat obstructio per duas vel ultra septimanas pertinaciter: venter tumore intumescit duro, cum calore p. n. gravioribusque symptomatis: duro igitur nodo durum quærendum esse cuneum arbitratus, nisi tartari emetici gr. vj. ex aqua pingui seu lapida assumenda, applicato simul supposito: hinc sequuta diu expectat alvi solutio *ἀνορθωτῶ*, debili quidem hinc existente ægro, sed paulò post integrè sano. *Ehrenfried Hagedornius Miscell. curios. anni 73. observ. 16.*

Virgo laborabat obstructionibus irresolubilibus: Pharmacopæus multis tentatis, desperatus desperatæ porrigit ℥iij. mercurii crudi; quo facto magno impetu copiosissima successit evacuatio, ægraque post paucos dies pristinam adeptam sanitatem. *Samuel Ledelius misc. cur. anni 1672. Observat. 225.*

Sicuti variis de causis mortales alvi profluvia inquietos reddunt; ita etiam contra ipsorum excrementorum ejectio per alvum nimis tarda eos valdè molestat. Hujus autem exemplum obvenit *Dom. Samueli Cabellavo Medico* hic Hagæ anno 1677.

antiqui, sed pinguis; quale erit, si decoquatur cum capite vervecis, additis pulegio, caribamo, malva, althæa, & aliis purgantibus, humectantibus. Quod si ante ipsius utrum admiserit bolum paratum ex gummis emollientibus, puta opoponate, bdellio, cum castoreo, summo per se conferre poterit. Hæc enim humectandi facultate prædita alvum etiam subducunt ex Gal. vel illorum loco commendatur ab eodem serum caprinum cum sale, Lib. de Cibis boni, & mali succi, & in Aph. Cujus usus si forsitan non vacat noxa, quia nimis refrigeret, quo nomine mihi suspectus est, ejus loco utetur lacte asino, aut caprillo, aut etiam asinino, cum portuicula salis: & quò magis calefaciat, & abstergat, illi permiscebitur mel; hoc enim omnibus scopis satisfaciet. Et hæc quoad interna per os assumenda. Nec minus usui erunt clysteres ex oleo chamamel. amygd. dulc. anethino, & rutaceo, à quibus summum hætenus suscepit juvamentum. Extrinsecus vero ventriculo & toti abdomini administrari poterit stillicidium ex oleo chamamel. amygd. dulc. amararum, cum portuicula salis: de mentha & anetho postea vero inunctio, vel emplastrum ex radice malve, althæa, cum aspyo, vel lotura lanarum, vel etiam balneum aquæ dulcis alteratum, malva, althæa, meliloto seu ugræco semine lini. Præsentis remedio erit, si fiet infessus in his aquis non valde calidis ad umbilicum usque. Capiti vero ad exsiccandam humiditatem, & corrigendam intemperiam frigidiorum conferet stillicidium ex aqua Divi Petri supra futuram coronalem. Et hæc in casu præsentis dixisse satis. Quæ subjiciantur iudicio & censuræ Clarissimorum virorum. Idem ibidem.

De alvi Adstrictione duorum annorum cum dimidio, in Vestali. Ad Perillustrem, & Doctissimum Virum Job. Baptistam Maginum Medicum Præclarissimum.

Rarus sanè est affectus, quem mihi discutendum proponis, Vir Præclarissime, aded tamen accurate expensus, ut sat mihi futurum censeam, si subscripsero iis, quæ disertissime, & doctissime à te conscripta video. Tres enim affectus excutiendos proponis Adm. Rev. Vestali valde molestos, alvi scilicet adstrictionem gravem aded, ut biennium cum dimidio nil alvus dejecerit, quamquam pluribus, iisque per os, per clysteres, & per suppositoria, & umbilico applicitis generosissimis medicamentis fuerit usa; cui accedit vomitus chyli ruditer confecti, singulis diebus, vel tertia quaque die, cum puncturis, & dolore ventriculi, ejusdemque quadam inflatione. Uterinam denique præfocacionem, non raro ipsi molestam, & mensium suppressionem annum integrum durantem, cum periodico sanguinis menstrui vomitu, modò sinceri, modò aliis humoribus permixti. Quæ omnia ipsi contigerunt, postquam mense Novembri anno 1646. sacro ordini adscripta est; cum mense Decembri proximè secuto tertiana duplici continua per subingressum correpta fuit, à qua tamen liberata est; cum alioquin patiens ipsa sit juvenis annorum 20. temperamenti calidi & humidi, optimi habitus, & robustissima; quæ & in præsentem eadem est constitutione prædita, ut propterea non immeritò dictum sit rarum imò rarissimum esse præsentem affectum.

De quo brevibus acturus, supponam tanquam certissimum, feces non excerni per alvum, quia non generantur: non generari vero, quia chylus non recipitur in intestinis tenuibus, ubi facta purioris ejus partis suctione per venas mesaraicas, quod superest excrementum crassum & terrestre statutis temporibus per alvum excernitur; ac proinde quotiescunque chylus descendere non potest, nec fecum generationi

suppetit materia. Hujus autem rei causa me quoque judice est, angustia pylori natura sua valde angustæ, nunc vero potissimum, ob decubitus humoris melancholici crisis ritu in declinatione febris ad illam partem à natura transmissi, fortè quia putredo obfidebat primas vias, prout ferè semper in intermittentibus accidit. Ideoque dictum fuit ab Hipp. quod à ventre superiore rigor, & ab inferiore febris. Quod autem illuc confluerit, compertum esse potest ex dolore pungitivo persillente, inflatione circa illam partem, & ex doloris intensione ad manufactam compressionem, & ex fissuris oblongis in superficie nigricantibus, in intima parte rubicundis, ex quibus sanguis niger emanare videtur: quæ aliquando sanantur, aliquando recurrunt. Hæc enim omnia in regione orificii inferni apparentia luce clarius produnt humorem melancholicum crassum ad illud confluisse, ibique tumorem scirrhosum, vel saltem perfectam obstructionem produxisse, ac proinde ita coarctasse meatum illum, ut chylus transmitti non possit; qui propterea ventriculum gravans, irritata expultrice; per vomitum statutis temporibus egeratur. Quod si quærat quispiam, quomodo nutrirî possit Adm. Rev. patiens, impedita sanguificatione ob penuriam chyli per mesaraicas ad jecur non permeantis; optime quidem rationem reddis Vir doctissime, quod scilicet portio aliqua tenuioris, & magis habituosi chyli transmittatur per vias angustiores. Verùm quæ habituosâ illa materia tam diu nutrire possit, ac tantam sanguinis copiam subministrare, quæ mensium profluvio annum cum dimidio sufficiat? Equidem crediderim, per venam Gastricam majorem, & coronalem ejusramam, cui cum pylorica consensus est, allici posse tantum chyli laudabilioris, quod per mesaraicas jecori subministratum sufficiat cum nutritio, tum periodico mensium fluxui: licet sanguis crassior sit, & quia crudior, ex chylo non perfectè elaborato gignitur, & quia magis exustus à jecoris fervore unde postmodum successit alter affectus, nempe suppressio mensium, facta obstructione vasorum uteri, qui restuens ad jecur, & per venas prædictas ad ventriculum, statutis mensibus periodicè vomitus excernitur, præcedentibus doloribus, ob vasorum tenuitatem, per quæ transmittitur. Neque mirum videatur, quod uterinæ præfocaciones superveniant in adolescente sanguinea, virgine adulta. Semen etenim, sanguisque mensruus detenti, putredine aliqua inquinari auram veneficam cordi, partibusque spiritalibus efflant, à qua uterinæ præfocaciones. Et hæc de essentia, & affectus hujus causis peroptimè à te proposita sunt, quibus ego quoque non possum non subscribere.

Utinam autem aded facillè accedere possem tuo prognostico. Siquidem quàmmaximè vereor, ne tumor ille ventriculi non admittat curationem; cum dependeat à materia progressu temporis crassiore reddita, nec tot remediis adhibitis nil cedente; sicuti de suppressione scripsit Hipp. semestrem eam non revocari: quanto difficilius ergò annua. His autem affectibus persistentibus, fieri non poterit quin labem insignem ducat ventriculus, ita ut vomitus asuetus, respuat tandem cibum statim assumptum. Ut cunque tamen medicis præsidii supersedendum non est, cum plures historias habeamus eorum, qui menses, & annos sine cibo vixerunt, & tandem convalescerunt. A Fernelio autem, & aliis Autoribus curatio proponitur ejusmodi affectuum ex tumoribus, quos tamen à pituita magis, quàm à melancholia originem duxisse mihi persuadeo. Pituita autem diuturniori coctione digeri, atque per validiora detergentia removeri potest, melancholia non item. Non ob id tamen intermittenda sunt medica præsidia, præmissis indicationibus ex methodo à te propositis,

quas non repeto.

Materias remedium quod attinet, si de Chirurgicis sermo fiat, laudatur sectio saphenæ alterutrius pedis, tres, vel quatuor dies ante periodicum sanguinis vomitum; pauca tamen semper copia, ac intercessis vicibus, ita ut semel detrahatur ad unc. iij. & die subsequenti ex eodem foramine tantundem. Deinceps mane, & vesperi pedes in lixivio calido, alterato *abrotano, matricaria, artemisia, pulegio*; applicentur cucurbitulæ non scarificatæ, & si venas habet exiles, sicut scarificationes longiores pulpæ surarum: apponanturque vesicantia internis coxis. Suffitus quinetiam aromatum, & fomenta pubi applicita erunt accommodata. Omnibus his externis accedant interna juscula aperientia *ex capillo ven. artemisia, origano, cum succo depurato radicum iridis Illyricæ, & spiritum vitrioli*; solidioribus omissis, ob interceptam ipsorum penetrationem.

In Pharmaceuticis notandum censeo, quod ab omnibus purgantibus cujuscunque generis, & quacunque forma administratis abstinendum est, supposito quod fæces non generantur, ut dictum fuit, & quod alios humores à toto ad ventriculum trahant. Propterea mihi abundè esse interna, & externa emollientia, attenuantia, & laxantia. *Oleum amygdal. dulcium* extractum sine igne, *cum saccharo*, frequenter, pauca copia assumptum ex usu censeo; *syr. itam de pons, de liquiritia, succum malvæ, albæ, ammoniacum* boli forma, & hujusmodi, quæ in materiis impactas emollire valeant; mox *syr. de hyssopo, de præstio, acetosum simplicem*, & semper pauca copia. Externè ventriculo ex usu sunt, *emplastrum de meliloto, ung. dialbæ, omentum animalium, mucilagines feminum malvæ, radicum albæ, branca urticae, &c.* hujus generis emollientia, & quidem plures dies, à quibus colibeatur vomitus per adstingentia. Clysteres acres præscribi poterant, & aliquando ex oleis tantum laxantibus. Quod si his vel similibus dejici non possit alvus, & dolor non valde urgeat, rubificans ventriculo applicari poterit.

Victusque ratio debet esse parcissima, sæpius repetita, ciborum optimi succi, & facilis conditionis; viamque subdulce non generosum in usu sit. Et hæc casui adaptanda illis, quæ doctissimè & disertissimè fuerit proposita à Viro Doctissimo. Faxit Deus O. M. ut omnia ad vota succedant. *Idem ibidem.*

Pro Alvò suppressa in Sexagenariò &c.

Alvi adstrictio in Senè.

Perillustri senex sexagesimum secundam annum agens, temperamenti sanguinei ab ortu modò ad melancholicum vergentis, post errores multis ab hinc annis commisso, & præcipuè in victus ratione, cibariis nempe valdè silitis & aromatibus infarctis, à scabie sagvillima tandem fuit correptus, per quinque annos ipsum excruciantem, magnoque cum labore, repetitis expurgationibus cedente, à qua liberatus, prillimum statum recuperavit, à morbis immunis vivens: solummodò post sexagesimum annum torqueri cepit alvi adstrictione insolita ac pertinaci, adeò ut non nisi medicamentis exhibitis alvus respondere valeat, & magis magisque invalescit affectus; in hoc enim cursu erysipelate sparso in facie & in capite fuit tentatus à quo medicamentorum opeliberatus fuit, & ad præservationem inustum fuit cauterium in cruris dextri parte interiori. Quievit aliquantisper; sed hoc hyemali tempore præterito rediit erysipelas in crure & in coxa, non semel, sed bis & ter infestans, tandemque etiam in capite, sanatum propriis adhibitis medicamentis, Laborat in præsens alvi stipti-

itate molesta cum flatuum in ventre strepitu, adeò ut nisi utatur medicamento aliquo solutivo vix fæces externi possint. Quare pro levamine tanti viri, hoc tempore veris purgationem instituire decrevimus, tuo tamen sapientissimo judicio proponendam.

Sicut ab atra bile in toto existente elephantiasin excitari, in parte verò particulari Cancrum, dicebat Galenus, ita & nos in casu Nobilissimi Viri asserere possumus, quod bilem crassam, quæ jam præteritis annis diu in toto scabiem & pioram producebat, eadem sanata, à toto ad partem, & primò ad caput, postremò ad crura natura demandaverit & deposuerit, & affectum erysipelatosum constituerit, quem licet legitimum esse potuisse propter ætatem vix credi possit, attamen bilem redundantem arguere licet, tum quia jecoris temperamentum calidum & siccum ab aromatum & salitorum usu, & forsitan etiam meraco potu comparatum fuit, tum quia evanescent affectus, nullo in partibus relicto tumore. Et quoniam non nisi à jecoris fervore bilis copiam generante, erysipelas produisse censendum idè ad corporis peripheriam non ampliùs, ut superioribus annis, transmissa, sed in centro modò detenta, & jecoris & hypochondriorum fervorem necessariò adauxit, à quo & intestina ipsa quodammodo contracta, & fæces quàm maximè exiccatæ fuit necesse, unde alvi stipticitas, quàm facilè hypochondriacus affectus quoque aut comitatur atque comitabitur: rugius enim & murmura in abdomine abundantia, sicca potius exhalationis, quàm vaporis, sicque flatuosæ affectionis non leve jure merito præbent indicium, eoque magis, cum ad melancholiam vergere annotetur in morbi tradita historia: cujus affectionis comes esse solet alvi stipticitas, tum ob adductam superius siccitatem, tum ob crassas flatuositates fecalis excrementa suspendente; & nonnunquam à cruditatibus viscidis expultrici facultati torporem quandam inducentibus: In hujusmodi autem insigni alvi stipticitate excrementa biliosa, quæ per inferiora evacuari debuerant, ab hepate per venam cavam ad cor, indeque per carotidas externas ad caput delata, & ab arteriis ad integumenta transfusa ad superficiem pervenientia, erysipelas per intervalla excitant. Quod cruribus quoque accidit, bile ipsa per crurales arteriæ ramos à prudenter infixo Cauterio eo revocata, copiosioris & superabundantis bilis indicium, ut quæ per Cauterium tota expurgari nequiverit.

Affectus quidem non spernendi: nam licet erysipelas ad extra pelli bonum sit, cum affectus superficialis evadat, nihilominus quoniam partem nobilem aggredi cepit, & quia si per internas quoque carotidas bilis serpat in caput, nec extra pellatur, affectus erit priori contrarius, malus enim non solum, sed pessimus evadit, nimque & meningum inflammationes & phrenitica deliria cum acuta febre, & tandem quoque ex eo interitus contingere solent. Sed præterea & in cruribus temporis progressu aut tumorem, aut ulcus aliquod post se relinquere posset. Foveatur autem ab alvi stipticitate, à qua & alii affectus acutiores, ut ardentes febres, derivari possunt; ut propterea non sine ratione Hippocrat. dixerit, quod ventris torpor omnium confusio.

Ex quibus adductis non est difficile, quid factu sit opus, cuilibet Medico cognoscere. Primò namque ventriculus & intestina ab excrementis expianda. Secundò si quæ lateant in mesenterio obstructions, humectantibus & aperientibus referendæ. Tertiò bilis in toto redundans minoranda & expurganda. Quartò jecoris & hypochondriorum fervor contemperandus, siccitasque corrigenda; & tandem caput quoque pacto robotandum.

Quibus

in famula, quæ morbo laborans quinque amplius hebdomadarum spatio semel tantum alvum exoneraverat, primum scilicet quarto decimo die, ac deinde post trium hebdomadarum intervallum, quamquam & quotidie sufficientem alimenti portionem sumeret, unde factum, ut ei valde anxie venter multum intumesceret, atque ipsi purgantibus opus esset; quæ licet jam ab alio Medico præscripta, injectionesque per alvum adhibitæ essent, illa tamen nequaquam per alvum quidquam excernere potuit, quare supra dictus Medicus ipsi tandem præparantem, & simul purgantem mixturam præbuit, atque hinc nonnihil singulis horis cochlearim sumere jussit, quod cum illa per duodecim quatuordecimve horas, uti decebat, fecisset, denuò ipsi alvus enemate fortiori, atque emollienti simulque purganti, at nec quicquam fuit stimulat. Quare ejus venter per viginti quatuor horas in antecellum fatus fuit sacculo emoll. ac attenuant. herbis, nec non feminibus repleto, quæ in vino albo gallico, tenuiorisque cerevisiæ simili copiâ cocta erant: postea autem purgans potus è sol. senæ, rhabarbaro, spec. diacarth. & manna constans matutino tempore ei datus est, cujus usum tempore pomeridiano durorum admodum, atque argillæ similium excrementorum secuta est, terque, quaterque emissio, ipsamque famulam non ita diu post angor, ventrisque tumor deseruit; quamquam persuaserint ei Medicis, ut dictæ mixturæ usum non intermitteret; atque ita deinde ipsa convaleuit. *Corn. Stalpart vandervoel Observ. 55. Centur. 1.*

Nobilis quædam Matrona annos præter propter quinquaginta jam nata, ea est ab infantia alvi stypticitate, ut semel tantum intra decem aut duodecim dies eam deponat; vivit interim hilaris, nec affectionibus hypochondriacis hæctenus obnoxia, appetit & vegeta est, imò respectu ætatis jam paulò provectæ, formosa, nec aliquid unquam molestius patitur quam quando alvus solutio fuerit, unde à medicamentis purgantibus, solaque etiam rhei tinctura in leypothymias, aliaque non minus gravia deducitur symptomata. Cum nuper apud me conquereretur de ventriculi quodam pondere atque indigestione, ipsi exhibui elixyr volatile mihi familiare, è variis aromaticis & theriacalibus constatum, verum cum sic, (ut aliquibus evenit per aromatica & volatilia assumta) alvus aliquatenus mota fuisset, tam malè habuit, ut eo amplius uti noluerit.

Cadaverum Anatomica Inspecciones.

Religiosa mulier intestinorum doloribus multis jam mensibus urgebatur & alvus nihil nisi ægrè & durum, idque decimo tantum quoque die reddebat. Mortuæ corpore inciso, inventa sunt intestina alio callo constricta, adeoque iter angustum relinquebatur ut dejectiones ægrè transmitti possent. *Benivenius de Abditis c. 30.*

Joan. Pressius, Medicus Romanus, se in cadavere Capucini vidisse asserit Duodenum intestinum undique replem stercore coloris atrii, levi & durissimo; quod in plures partes divisum tubera ad unguem æmulabatur, sine tamen magno fœtore; quod à caliditate maxima ortum habuisse credibile est. Pater ille cum prius juris, alteriusque rei cochlear sumeret, statim vomebat, & cum vomitu magnam pituitæ vitæ quantitatem excernebat, absque eo quod ullus tumor, ullusque stomachi vicinarumque partium dolor adesset.

Id à quo eveniat conjecturâ assequi possumus: nam cum pater prius ferè quotidie quintam toris marini essentiam sumeret, si quis diceret ex hoc ortum suspensisse; fortè veram morbi causam indicaret: Medicamenta enim chymica sicut aliquando mirabiles

producent effectus, ita sæpè absque modo & mensura adhibita sunt tanquam gladius in manu pueri: facile illa quinta essentia sicut hepar excalefacere; ita qualitate ignea humidum ventriculi absumere potuit. *Dom. Panarolus pentec. 2. Obs. 29.*

Quidam 40. annorum obstructione alvi sæpè laboravit, post mortem repertus ingens abscessus circa fundum ventriculi, ex eo genere qui steatomatici dicuntur, ad magnitudinem anserini ovi, qui satis durus fuit redditus. *Ex Joach. Camerarii Observ.*

Quidam ante annos 30. aut 60. ita alvus pigra erat, ut non solveretur nisi clysmate aut alia arte: Hujus rei causas varias machinabantur, sed cadaveris apertio rem aliter habere demonstravit, nam intestinum jejunum ita angustum & cartilagineum est deprehensum, ut vix per illud chylus deslueret, itaque diu morabatur in eo, tum propter angustiam tum propter impeditum motum peristalticum. *Ballonius Epid. lib. 1. pag. 58.*

Nuper ex dentitione difficili convulsa fatis cessit N. filiola, aliàs ab ortu sui vestibulo sana, præterquam quod in excernendis fœcibus, etsi liquidis, summam pateret difficultatem, & talem quidem ut ex conatu nimio & respiratione retenta tota facies nigresceret. Exenterationi traditum corpusculum. Inventa viscera omnia sana, præter intestinum iæcum, in quo tres nodi una ferè spithama inter se distincti visendi erant; in horum quolibet magna portio hujus intestini, ipsi mesenterio non adhærens, abscondita latitabat: *Ex observ. D. Matth. Franc. Hertodi Medici Moravi, in miscell. curios. anni 1670.*

Septennis puella diarrhœa corripitur: à mulierculis largè cydoniatum illi exhibetur; alvus inde omninò reseruit: hinc tormina, dolor ventris, mors. Aperto cadavere, cœcum intestinum adeò cydoniato obturatum deprehenditur, ut illac nihil pertransire posset. *Fernelius Patholog. lib. 6. cap. 9.*

Quidam gravis affectus alvum prorsus cohibuit, qui tandem ventre supra modum intumescente decessit è vivis, inventum est colon usque adeò pituita infarctum, ut solidum prorsus censeretur, nihilque omninò fœcis in alvum delabi sineret. *Fernelius Patholog. lib. 6. cap. 9.*

Miram quod cuidam per totam penè vitam contigit; alvus nil penè reddebat nisi liquidum, aut sollicitata pharmacis: nesciebatur quo id esset referendum. Aperto cadavere, repertum est in medio unius crassi intestini annulus crassus & durus, qui mediam penè intestini partem occupabat: sic crassiora excrementa non poterant transmitti: *Ballonius Paradigm. 30.*

Uxor N. partui vicina, post comestionem fructuum horariorum & lactis, superhausto magno haustu cerevisiæ frigidæ, statim incidit in dolorem in latere sinistro sub regione Hepatis cum alvi adstrictione. Secto corpore 50. post die mortuæ inventa est in eo loco pars intestini coli putrida & denigrata. *Observat. D. D. J. Hefsi.*

Alius cum intemperantius coenasset, incidit in dolorem ventris circa pubem acerrimum, cum sensu caloris & adstrictione alvi. Secto mortui corpore, invenimus colon illum locum planè putrefactum, ita ut etiam ad levem contactum planè rumperetur. *Idem ibidem.*

Fœmina quædam uterum gerens, per omne tempus gestationis, neque minus ultimo mense, totas dies indefinenter à summo manè in multam noctem acubebat, perpetuò sedens, in sese quasi contracta & incurvata, prono capite, ut solent acui intentæ: hinc in ventris tantam constipationem incidit, ut totis 10. 15. 20. etiam diebus, ne semel quidem alvum dejiceret, id quod illa parvi faciens neglexit, pergens quousque poterat tum sedendo tum nendo; donec præ incredibilem ventris tumorem & dolorem (quorum

urgua-

unumque ex alvi fecibus retentis contractam erat] sedere ulterius ac nere non posset. Decumbit tandem misera, tormina ventris ejusdemque tumor, indeque orta anxietas, crescunt in dies, ac in tantum augentur ut res in extremo periculo videretur esse omnibus quotquot illam adibant: Suppositoriis & clysteribus ad alvum ciendam vel dolorem leniendum ne proficiebatur quidem tantillum: Clyster enim qualiscunque vel quantuscunque injiceretur, in recto nonnihil tantum inhærebat (ut res tandem patuit) intestino, paulo post regressus, nihil protus secum educebat; Partus insuper labor, durantibus his ventris torminibus, illam occupat, accersitaque Obstetrice factus, etsi immaturior, vivus tamen editur sic recte: At etiam si foetus egressus esset, ne tantillum quidem detumuit venter, sed idem, ne dicam major, & tumor atque renitentia & dolor permanebant, ut res aspectu etiam terribilis adstantibus, existimantibus fore ut jam præ nimia tensione rumpere venter: Quid multa? diem suam ægra obit, ipsamet rogans ut sibi mortua aperiretur & inspicere venter; factum. Ibi verò colon inventum (secto peritonæo & sublato omento) primum omnium è sede sua emotum sese oculis offerebat, totum gangrænosum; color ex cæruleo rubicans, qui color etiam per abdominis musculos, & cutim, nimia extensione extenuatam quidem illam, transparebat: Ea verò intestinum illud apparebat magnitudine, distentum scilicet mero stercore, ut amplioris canthari, cui pueri etiam caput inferi posset, capacitatem referret: Reliqua verò intestina superiora omnia flatibus maximè turgebant, supra modum; hinc colon, ea parte qua in sinistro latere aræne descendit (urgens inde flatibus intestina elevantibus, hinc verò stercore copia, extensione intestini secundum crassitiam seu profunditatem, illud brevius reddente, quasi que contrahente illud secundum longitudinem) è loco suo discesserat usque ad umbilici regionem; sub eo namque intra ductum rectorum musculorum abdominis conspiciebatur, à ventriculo rectà in medio descendens: Hinc absque dubio ipsius coli inferius, qua parte recto intestino continuatur, contorsione facta, tota via fecibus & flatibus exituris, clysteribus verò intraturis in universam præclusa est: Tanta verò ex perforato colo foetidissimum sæcum illuvies effluebat, ac si jumentum aliquod mactasset. Atque hinc manifestum est quid gravidis conferat multa vita sedentaria neglectaque alvi dejectio, maximè verò ad ultimum usque gestationis mensem producta. *Ex observationibus Franc. Tidicæi Medici Thoruniensis Borussii.*

Nobil. N. jam in senio constitutus, alvi suppressionem incurrit, quam arcere tentarunt Medici medicamentis & clysteribus, quæ nihil per interius educebant: exhibitum quoque oleum amygd. ad ℥vj. pondus, quod tamen nec ipsum quicquam eduxit per inferius: Ultimo loco ceream candelem, per anum indidit, cujus portio ad cubitalem longitudinem intromissa, nitida, nullisque fecibus deturpata extracta fuit, nulla tamen nec proinde excretionem sequuta: Aquæ thermales quoque ex aquario propinata, quæ & ipse ad intra corpus deventæ nihil profecerant: Quare ab 11. decubitus die extinctus, cum febris valida & indeficiens supervenisset. Cadavere aperto, intestinum rectum, in parte superiori, ita per digiti transversæ longitudinem coaluisse ac coivisse repertum, ut vix tenuioris funiculi crassitudinem æquaret; utrinque in confinio intestini partibus in tumorem quendam velut glandulosam elevatis: ex quo factum quo minus feces in superioribus intestinis genitæ, per consuetam, familiaremque regionem naturæ detraherentur; quinimò nec thermalis aqua coangustatam partem potuit pertransire, sed in

monoculo congregata reperta.

Intestina quidem non solum ex flatuum repletionem, sed etiam ex acrim humorum, frigidæque ac vitæe pituitæ redundantia, atque etiam ex intemperie sola dolere posse omnibus compertum est, quinimò & ulcera frequenter pariuntur, & Apostemate corripuntur atque etiam suppurantur, ut docet *Galen.* cap. 8. lib. 7. de loc. affect. At quod aliqua in parte ita arefcant ut transitus per illa intercipiatur, rarum admodum est nec antiqui scriptores, quod meminerim, docuerunt, sicuti itaque animalium intestina arte intorqueri scimus, fidibus parandis in lyra, testudinis aliorumque instrumentorum musicorum usum, ita & aliquando ex ignea humoris alicujus caliditate ita arefcere in corpore humano intestinum contingit, ut in chordæ seu funiculi formam redigatur, ut nec spiritus quidem transitum admittat: Quod verò in corpore humores ignei generari possint & adurentes, nulla probatione indiget, qui in intestinum aliquod prolabentes istud arefcere possunt ut ex igne lora & membranam paginam arefcere, atque ad minimum redigi conspiciamus, quod in prænarrato factum censeo, qui cum ex ætate ad venereos congressus minus aptus esset, frequenter ad excitandum veneris stimulum pharmacis quibusdam calidissimis utebatur: Quod verò in toto ægritudinis tractu nullus vomitus excitatus fuerit, causa fuit quod non intestina tenuia & superiora laborabant, sed duntaxat inferiora crassioraque, unde quæ per os ingerebantur, liberum è ventriculo ad intestina, ad eam usque affectam partem transitum habebant, ita ut mesaraicarum venarum medio, ad Hepar delatum alimentum corporis nutritioni distributum inservire posset: feces verò ex valida calida intemperie multum exsiccabantur, atque in variis intestinorum anfractibus collocabantur, in quibus non solum per dies, sed & per mensem, nulla insigni noxa suboriente retineri posse non semel observatum est. *Marc. Donatus hist. mirab. lib. 4. c. 10.*

Mulier robusta, sexagenaria, nihil excrevit per alvum spatio novem dierum: Aperto cadavere, inventa pars Ilei tota inferior coaluisse, ut nihil hac via pertransire potuerit, *Bartholinus centur. 6. observ. 38.*

Fœmina quædam, per septem vel octo annos, vix unquam sine medicamento feces deposuerat: vel si quando spontè sua, post ingentes conatus deponeret, *abida illa erant:* quibus verò Medicina tolerat auxilium, isdem & coloris sui tincturam & suspicionem dabat non satis bilem à sanguine separari, augebant hanc pustulæ rubræ per totum corpus, sed maximè circa regionem Hepatis, cum insigni dolore diffusæ: Durities etiam hepatis se extrinsecus tactui objiciebat: Tandem tabes cum febre hectica miserimum tot miseriarum finem attulit.

Avebam ego tot morborum causam penitus scrutari, sed nihil impetrare potui quàm ut obiter Hepar inspicerem, quod contenderem ibi latere totius mali originem, & latebat: Nam ipsum erat durum, & folliculum fellis exhibebat *in sese collapsum* & ferè totum consumptum: haud dubiè causam tam difficultum initio secessuum, postea ex permissione bilis cum sanguine, dolorificarum pustularum originem. Interim concludendum nobis reliquit, quandoquidem permistio humorum importuna tantum corporibus creet incommodi, diligentem Medicis adhibendam curam, ut commoda semper fiat separatio maximè bilis cui separandæ, præter folliculum fellis, tot fabricata est natura sagax alia instrumenta, *Theod. Kerckring. Spicil. Anat. observ. 82.*

Matrona per triennium asthmate periodico detenta, per aliquod tempus nunquàm nisi clysteriis aut aquis laxativis sollicitata illi alvus suam fecit officium, ad omnia autem purgantia melius se habuit: Illius vesica

Alvus suppr.

vesica fellea magna, aperta nihil continuit bilis, sed lapidem inclusum habuit magnum, inæqualem pondere 4. drachmarum officinalium: Hinc conclusimus alvi constipationem ortam procul dubio fuisse à defectu bilis. *Carolus Raygerus in miscell. curios. anni 4. obs. 2.*

Sutoris uxori excrevit 60. ætatis anno ingens tumor inter alvum ac vulvam, sed loco penitiorè quàm ut eo vel penetrarent medicamenta pus moventia, vel ferrum abscessum aperiens: unde factum ut in dies laudis sese extendens, pervenerit tandem ad eam magnitudinem ut suppresserit ipsi juxta alvum ac vesicam: quarum partium cum non potuerit carere usu, carendum fuit vita.

Periculosa uti sunt duriora tubera, inter gulam ac asperam arteriam se insinuantia, sic neque sine evidenti discrimine est ille tumor qui hæret maribus inter vesicam & intestinum rectum; & fœminis inter easdem partes ac vulvam intermediam: præsertim si adultus nec maturefcatur maturè, nec effundat tempestivè pus in se contentum: intercludit quippe sua mole exitum excrementis illac erupturis, impediendo rigidè ne descendat alvus, profluat vulva, vel lotium deponat vesica, quæ impedimenta occidunt infallibiliter hominem. *Nic. Tulpius observat. 10. lib. 3.*

Juveni à duobus calculis in vesica deprimebatur eo usque rectum intestinum, ut coarctatum produxerit plurima membranosa filamenta, intertextentia tam arctè interiorè ipsius fistulam, ut nihil excretorum potuerit amplius transmittere. *Idem obs. lib. 3. c. 2.*

Quidam Sutor per mensem aut ultra, fœces alvi non excreverat, multis clysteribus, ac potionibus purgantibus frustra usurpatis, tandem interiit; aperto cadavere, omnia intestina inventa sunt fœcibus, aut alimentis, vel potulentis, omninò repleta, instar sanguiculorum [vulgò *boudins*] quod judicatum fuit à facultate intestinorum expultrice abolita provenisse. *Samuel Forminus, Observ. 18.*

Bajulus per quinque fermè hebdomadas fœces alvinas non deponens, quamvis catharticiis supernè & infernè præscriptis, tandem obiit. A fato sectus, intestina ei quorumvis ingestorum, fœciminis ad instar repleta. Tecmaris in Medicinâ multi usus. Haud semper novimus quæ intus latent. Curandi methodus fuit optima; ast si scivissent Medici intestina, aut spasmo, aut paralyfi laborare, vel nihil fecissent, vel alio modo Medicinam applicassent. Ex spasmo, aut paralyfi intestinorum, contenta non multùm proritantur, exinde ab ingestis repleta fœcimines representent. Cathartica spasmm potius augent quàm diminuunt. Hic potuisset usurpari balneum calidum, & lac cum rosmarino, vel veneto sapone coctum calidè propinari. *Stephan. Blancard. Anat. pract. observ. 30.*

AMAUROSIS

Est totius lucis in Oculo impedimentum de quo vid. *Gutta Serena.*

AMBUSTIO.

Vid. *COMBUSTIO.*

AMENTIA.

Vid. *DELIRIUM.*

ANAPHALANTHIASIS.

Est pilorum in superciliis desluvium de quo vid. *Pilorum Desluvium, in Biblioth. Chirurgicâ.*

ANAPHRODISIA

Tom. I.

Idem quod *Impotentia Venerea.*

ANASARCA.

Vid. *HYDROPS.*

Item quæ de eâ *Ethmullerus*, sub titulò *Nutritio lesa.*

ANCHILOPS

Vid. *ÆGYLOPS.*
in Biblioth. Chirurgicâ.

ANCYLOBLEPHARON.

Est vitium oculorum; quando palpebræ, vel inter se, vel cum alba, aut nigra oculi parte concreverunt & cohererent. vid. *Oculorum vitia, in Bibliothecâ Chirurgicâ.*

ANEURISMA.

Vide in *Biblioth. Chirurgicâ.*

ANGINA.

Vide de hõc morbò in *Bibliothecâ Chirurgicâ.* Quibus jam addemus quædam Medicinam ac Medicum specialius spectantia, è Clarissimis Viris, *Laurentiò Bellini*, & *Lucâ Tozzi*; superadjectâ etiam *Observatione ex Clariss. Gualteri Harris.*

De Anginâ sic Clariss. Laurentius Bellini in suò de Morbis Pectoris Tractatu. Anginæ species paulò ante Galenum, ipsò etiam affirmante, nimis curiosè in quatuor species distinxerunt ad nomenclaturam potius pompam, quàm rei momentum, videlicet Cynanche, Paracynanche, Synanche, Parasyanche.

EST inflammatio circa fauces; & siquidem (in quæbant) sit in musculis interioribus laryngis, appellatur Cynanche; in exterioribus, Paracynanche; in interioribus pharyngis, Synanche; in exterioribus, Parasyanche. Inanis sanè distinctio, neque inanis solùm, immò etiam vix factu possibilis, ut quilibet statim intelligit, dummodò noverit, quàm nullius magnitudinis sint musculi laryngis proprii, quàm proximi inter se interni, & externi, cum nempe inter eos nihil præter scutiformem medium sit, quæ ab alterutrorum inflammatione pressa alteros premat oportet, cum sit mobilis, & ad inflammationem disponat. Qui autem sunt indices horum locorum, & ejusmodi particularum tam exiguarum, cum seorsim inflamman- tur? Qui sunt musculi externi, & interni pharyngis? Sed de his satis. Cum autem has distinctio- nes advenierint, ut distinguerent anginas diversæ violentiæ, nempe diversi gradus, nos in genere Anginam exponemus cum affectionibus suis, quæ sæviores, mitiores esse poterunt non secus, ac esse possunt diversi gradus in quolibet alio morbo, & illa nomina omitemus, quemadmodum à Medicis etiam communiter omittuntur, ac rejiciuntur. Solam autem anginæ divisionem in veram, seu legitimam, & spuriam retinebimus, & in exquisitam, quàm jam Cynanchen, & mitiorem, quàm Paracynanchen appellant.

G

Antecæ

Antesedentia.

Quicquid premere potest partes faucium, vel obstruere, ita ut sistatur ad eas sanguis, & in tumorem, qui sit vera, vel mixta inflammatio, easdem attollat, vel sistere salivam in suis glandulis, ita ut attollantur pariter in tumorem, frigus externum collo applicatum, inspiratio aeris frigidioris, humidioris &c. Pleuritis, Peripneumonia, Asthmatis omnis species, obstructio venarum prope jugulos, conversio vertebrarum cervicis ad interna, convulsio musculorum circa fauces, siccitas, vel quilibet aliud collum pervertens, vel fauces exsiccans, ut nimius æstus, clamor, cantus coactos. Humor copia ad fauces, dolor ad easdem, plethora, cacochymia, febris, vel alii morbi, qui præcesserint; partis naturalis imbecillitas, tumor, vel tuberculum juxta vertebras cervicis ad partes faucium: cibi, & potus frigidiores, ictus, vulnera, contusiones earum partium, spinæ, vel ossicula iis infixa, ulcerantia per os assumpta, & quæ sunt hujus generis tantum non infinita.

Conjuncta.

CUM spuria absentia febris. Spuria autem, quæ à luxatione vertebrarum colli, & quæ ab humore frigido. Hæc igitur cum illa conjuncta sunt, nempe luxatio introrsum (& cum luxatione colli positus, & motus ejus vitiat) & copia humorum frigidorum, qui tum magna copia confluunt ad os. Reliqua communia sunt etiam Anginæ legitimæ. Cum hæc igitur hæc conjunguntur. Febris major, aut minor, & continua: difficultas respirationis major, aut minor, sine ulla, aut cum aliqua pectoris, aut pulmonum læsione cum periculo, & sensu suffocationis, si angina sit exquisitor. Deglutitio plus minus difficilis, ita ut ingerenda quælibet aliquando per nares reddant: aliquando major difficultas respirationis, quam deglutitionis: aliquando major deglutitionis, quam respirationis: aliquando Orthopnæa etiam cum sublimi respiratione, & ore hiante. Dolor ad partes faucium altior, humilior, cutaneus, profundior, antè ad alterutrum latus, ad utrumque. Tumor aliquando exterius conspicuus, & ruber, aliquando nullius coloris, durior, mollior, aliquando non conspicuus exterius cum sensu doloris interioris, & suffocationis: lingua livida, nigra, inflexa, retorta. Aliquando durorum difficilior, quam liquidorum deglutitio. Aliquando febris cum rigore, dolor capitis, maxillarum intumescencia, difficilis sèlvæ deglutitio, fauces plene saliva viscosa, sed non excreat, non decumbit, difficulter loquitur. Aliquando tumor linguæ ad posteriora, & tonsillas, aliquando tumescit gurgulio, aliquando sub lingua, & prope pectus: oculi prominent, ut strangulatis, intente intuentur, nec converti possunt: anxietas, ardor in facie, faucibus, collo: intuentibus nihil mali habere videntur. Sensu, & intellectu hebetes, aliquando nullus sensus, sopor, venæ colli tumidæ. Vox clangosa, rauca, strangulabunda, stertor. Quæ igitur Angina cum horum gravissimis conjuncta est legitima, & exquisita dicitur, vel Cynanche: quæ cum levioribus Paracynanche.

Succedentia.

Peripneumonia. Si febre detento suffocatio repente superveniat nullo in faucibus apparente tumore, lethale. Angina correpto si tumor appareat in collo, bonum; foras enim morbus vertitur. Quibus ex angina liberatis ad pulmonem mali sit conversio, ii intra

die septem moriuntur; si vero hos evaserint, purulenti evadunt. Strangulati nondum mori non se recolligunt, quibus spuma circa os fuerit. Ab Angina detento tumor, & rubor in pectore superveniens, bonum; foras enim morbus vertitur. Narium pinnae motæ, respiratio exigua, & longa, extrema frigida, & livida, pulsus parvus, sudor frigidus sub axillis sunt mortis instantis affectiones.

Et si cum Angina tot conjuncta sunt, mille possunt antecedere, nec pauca succedunt; rem tamen totam brevissimè, atque facillimè expediemus. Quoniam enim Angina est inflammatio, nempe tumor ad fauces; produci igitur illa poterit ab iis omnibus, à quibus inflammatio, sed hæc vel per subsistentem sanguinem intra arteriolas, easque proinde distrahentem, vel propter ejus exudationem ex iisdem: igitur Angina à quibuscunque vel sistens, vel exsudare facientibus sanguinem è vasis suis. Id ipsum de saliva intelligendum esse patet, tum quia ipsa subsistens in canalibus suis eosdem extendit extrorsum, tum quia etiam exsudans ex iisdem infarcit vasa, in quæ defluit, adeoque producit tumorem sui generis. Sistens autem humores, vel in exudationem perducentis possunt esse experimentia quælibet, ut patet, ad quæ revocanda sunt frigida densando villos, & coagulando, adeoque sistendo humores: humida vel infaciendo, vel laxando villos, ut in paginis, vel contrahendo, ut in chordis, & funiculis; humorum copia ad fauces premendo solum, vel vasa nimis infarciendo, ita ut motus fiat tardior, vel exsudatio, & simili ratione operabuntur plethora, & cacochymia: hæc referenda est colli luxatio introrsum; premit enim glandulas, aut vasa sanguinis, aut utraque, unde tumor in collo ad locum pressum: hæc convulsio musculorum per colli, & fauces positum; similiter enim prement per continuam, & validam contractionem; hæc tumor, vel tuberculum colli ad partes faucium; premit enim similiter. Similiter ad hæc pertinet instita imbecillitas partium, quæ sua debilitate concidunt, & proinde minus vivide allabentia liquida in fluxum agant, adeoque subsistant, & tumorem pariant: ictus, & contusiones, & vulnera vel solum premendo, vel humores è suis canalibus in interstitia derivando, in quibus stagnent. Siccitas dirigere coget villos, unde affluentibus humoribus non cedent, humoresque subsistere cogentur, eoque magis, quod siccitas liquidiorum etiam ipsorum partem aut absumet, aut sistet, unde etiam ex se ipsis sient minus ad motum faciles, similique de causa calida præcipue cum siccitate conjuncta, immò facilis propter calorem magis exsiccantem producent Anginam: sic clamor, & cantus coactus hæc faciunt, cum propter motum calefcent clamantes, & absumant humidum. Dolor cum absque majuscula aliqua divisione non fiat, poterit aliquando etiam pendere à laceratione aliquot canaliculorum, ex qua effusio humorum, unde tumor; sed etiam absque illa effusione fieri tumor poterit per solum stimulum, & fluxum derivationis: ad dolorem, & vulnera pertinent spinæ, & ossicula infixa faucibus, & quæcunque ulcerant. Febres, quæ præcesserint, deponere possunt materiam in quacunque parte corporis, quæ vel sit propter imbecillitatem inepta expulsionem ejus materię, vel natura apta separationi ejusdem quidem materię, sed propter copiam ejus non valeat ipsam totam secernere intra idem temporis spatium, quo ex sanguine eandem recipit. Asthma, Pleuritis, & Peripneumonia conjuncta semper sunt cum quiete sanguinis, vel saltem velocitate minori, quam naturalis esse debeat ad truncos, & ramos principes venæ cavæ; in singulis enim illis affectionibus prohibetur excursus sanguinis per pulmones, unde subsistat ad auriculam dextram &c. opus est, adeoque in tumorem attollat colli partes. Similiter itaque idem continget tumor, si quacunque de causa venæ ad col-

lum, & fauces obstruantur, ut patet. Non minus expe litè, planè, ac breviter conjuncta omnia ex sua necessitate deducemus. Et primò quidem in spuria per luxationem, aut inversionem colli luxatio ad partes fau. iam premet, unde tumor: sic inversio cum fieri non possit, absque eo quòd membranæ canalium, & quarumlibet aliarum partium in parte, quæ invertitur, contentarum distrahaantur, neque distrahi, quin comprimant, prement pariter. Decrit autem febris, cum non sit vitium in humoribus: cum autem per solum tumorem successu temporis etiam sanguis vitari possit, fiet aliquandò, ut etiam in angina spuria, quæ fit à luxatione, vel inversione, adsit febris. Similiter si fiat ab humoribus frigidis, aderit pressio, & quidem erit vel per cacochymiam universalem, ac tum erit facilius in febrim lapsus, vel per vitium aliquod peculiare in glandulis totum ferè sanguinem in humorem salivalem similem convertentibus, ac tum febris difficilior: neque enim corrumpere poterit, nisi postquam vitium ejusmodi universo sanguini communicatum fuerit, atque insuper oportebit, ut sit ejus naturæ, quæ requiritur ad fermentationem, obstructionem &c. cum per hæc febris fiat. Quoniam igitur Angina exquisita est tumor ad fauces, guttur, & collum, per has autem partes ducuntur canales cibi, & potus, & aeris, nisi igitur utriusque naturaliter pateant, & moveri possint, nec deglutitio, nec respiratio succedere poterit juxta naturæ ordinem: non patebunt autem, si comprimantur, & Angina comprimatur: prout igitur Anginæ tumor utrumque canalium ex æquo comprimet, vel moveri prohibebit, vel plus minus alterutrum, ex æquo vitabitur deglutitio, & respiratio, vel ipsarum alterutra plus minus. Manifestum autem est, quo exterior, & minor, & mollior est tumor, eo minus comprimendos canales expositos: quo laryngi proximior, vel in ipsa larynge fuerit, eo magis respirationem, & deglutitionem lædendam; prohibebitur enim laryngis motus, qui etiam ad deglutitionem ex ijs, quæ de hac operatione scripsimus, necessarius est, & tumor magis occludere poterit summum œsophagum, ad quem cum hiant foramina in nares ducentia, materię quælibet deglutientis ad palatum perducæ, ibique pressæ per impetum à linguæ motu conceptum, & duriores tumoris obicem in patentia foramina experientur, & reddentur per nares. Quod si inflammatio sit minor, neque ex toto prohibeat motus canalium, neque premento eos prorsus occludat, ea facilius deglutientur, quæ minori impetu, & cavitate œsophagi indigent, ut deglutiantur: hæc autem sunt quæ sponte sua diffiunt, & ex se ipsis cuilibet angustia se accommodant, nempe liquida; liquida igitur aliquando facilius deglutientur, quàm dura, seu solida. Quo autem humilior erit inflammatio, nempe quo magis versus jugulos, & ad partes externas colli, eo minus patietur œsophagus, cum interiora colli respiciat, & ad eas partes cedere possit. Si verò angustia asperæ arteriæ sit maxima, ita ut per ipsam non nisi difficillimè quantitas aeris naturali respirationi sufficiens duci possit, omnia tentabimus, ut aptam illam quantitatem ducere valeamus, adedque musculos omnes pectoris movebimus, & pectus ipsum pressione scapularum, & brachiorum levare conabimur, unde respirationem sublimem exercebimus, & Orthopnoicè spirabimus, tum ut illam etiam resistentiam vitemus, quæ provenit à pressione pectoris supra lectum, cum etiam ut pulmo minus super asperam arteriam premat, seu fiat fluxus aeris per eandem facilius. Cum itaque angustia fistulæ pulmonaris per pressionem fuerit maxima, fiet respiratio cum sono stertoris, sibili, vel cujuslibet alius, ut ex ijs, quæ de respiratione, & sono scripsimus: vox immutabitur pro ratione mutationis in quantitate, & impetu aeris, qui

Tom. I.

respiratur, & canalis, per quem ducitur, unde si adsit siccitas, vel humiditas inæqualitatem superficiem, tensionem, vel concidentiam nimiam in eadem faciens, fiet vox rauca, clangosa &c. Ulterius tum ratione harum mutationum, cum etiam ratione motuum, qui per pressionem, calorem, vel humorum copiam possunt ad os hyoide, & linguæ basim, & musculos ejus prohiberi, fiet, ut lingua minus aptè moveri possit, unde vox, & loquela difficilis, ac tandem ingravescente morbo planè sublata: quibus adde, per eandem pressionem obstrui posse nervos, & arterias, per quas ducuntur liquida contrahentia. Ore etiam hiante succedet aliquandò respiratio vel ab assuetudine in necessitate ducendi ingentem copiam aeris, vel quia per calorem, & dolorem ad fauces convulsus sit musculus dygastrius, vel inflammatio ad ipsum usque pertingat, cujus contractione cum maxilla inferior deorsum trahatur, eo convulso os in disclusionem confluatur, & permanebit. Ob inflammationem dolor, ut patet, & doloris locus, ubi inflammatio, quæ si profundior fuerit, fieri poterit, ut tumor non pertingat ad usque cutem, unde dolor etiam acerrimus sine externo tumore: si magis cutaneus fuerit, apparebit rubor, si inflammatio sit exquisita, albus, aut nullius coloris: si composita &c. sit inflammatio, œdematodes &c., & ad alterutram, vel utramque partem durior mollior, &c. pro diversitate materię, & quantitate, & diversitate loci. Licet autem ad cutem non appareat, suffocationis sensum, & ipsam suffocationem poterit producere, quoties erit ad contactum fistulæ pulmonaris in ejus corpore, vel cavitate, ita ut eandem validè premat, & excursum aeris prohibeat. Hæc igitur omnia contingunt, si tumor sit ad tonsillas, & posteriora linguæ, si in gurgulione, si sub lingua, & prope pectus. Linguæ autem motibus ad fauces, œsophagi, & laryngis vitatis, & respiratione plurimum læsa neque excreare poterit æger, cum ea omnia ad excretionem concurrant, ut in excreatione nostra exposuimus, eoque facilius continget excreationis impotentia, si pituita viscida, nempe maxime resistens motui, ad fauces hæreat, & adsit copia talis humoris: vel propter calorem, & siccitatem absumentem partes liquidiores, vel propter abundantiam ejus in sanguine, vel vitio glandularum separantium: In hunc modum affectus dari poterit rectus positus, seu non decubitus ob difficultatè respirationis. Quoniam verò per collum arteriæ carotides, & venæ jugulares ad caput tendunt; si igitur utraq; per inflammationem comprimantur, nec sanguis in cerebrum fluere, neque refluens duci poterit in pulmones, sed subsistet in facie, & faucibus, hinc igitur intumescent oculi, & fiet eorum motus quasi tonicus, & apparens intentus, seu fixus intuitus: anxietas aderit, nempe quidam anhelitus laboriosus propter angustiam fistulæ pulmonaris, calor in facie, collo, faucibus ob moram sanguinis ad eas partes, & viciniam, vel præsentiam inflammationis: tumebunt venæ colli, cum ex ijs non derivetur sanguis in truncum. Sanguine autem non derivato per Carotides ad cerebrum cessabit pressio, & generatio spirituum, vel obstructis venis, & non arteriis subsistet ad cerebrum, & nimis premet, adedque sensuum, & mentis hebetudo, nullus sensus, aut sopor: quæ si fiant, etiam tolletur motus, & æger converti non poterit, sicut etiam in aliquibus partibus, puta brachijs, ac pectore tolli poterit motus, & sensus per solum pressionem nervorum, qui per collum ad eas partes ducuntur. Lingua livida, nigra, inflexa, retorta: prima quidem duo à sanguine sistente propter obstructionem ad fauces, magisque sicco per vim caloris proximi ab inflammatione, qui quo copiosior, & siccior, eo nigrior, seu magis lividi coloris, quo autem minoris quantitatis, & humidior, eo minus vividus lingue color. Inflexa autem, aut retorta vel per convul-

G 2

sionem

tionem musculorum alterutius lateris, vel fibrarum suam, aut deorsum inflectentium, ut de dygastro dictum est, vel per eorundem exsiccationem ab inflammatione, vel in contrahentibus ipsorum alterutro resolutio per obstructionem nervorum, aut arteriarum. Si igitur arteriæ carotides compressæ supponantur, subsistet sanguis ad pulmones, unde inflammabuntur, & succedet peripneumonia, sicut etiam eadem succedere poterit compressis nervis ex collo abeuntibus in musculis pectus moventes, neque enim huius musculi moveri poterunt, neque moveri pectus, & trajecti per pulmones sanguis ijs immotis: quoniam sola difficultas spiritus peripneumoniam poterit producere, cum per ipsam prohiberi possit apta pulmonis dilatatio, unde sanguis intra ipsum subsistet. Febris quæ deinceps, & subito suffocari se sentiat nullo tumore apparente in collo, faucibusque; materia igitur febrilis cumulat in intimo intra collum, ita ut vias spiritus occludat, vel quid simile pariat exsiccando &c.; illud igitur lethale. Si in angina tumor prius ad cutim, seu externas partes non apparuerit, mox verò appareat, fiet id per tumoris augmentum extorsum, unde minus introrsum premet, & boniter omnis: non tamen ita se res habebit necessarîo semper; fieri enim potest, ut sicut crescit ad exteriora, ita & crescat ad interiora, & urgeat canales: si tamen fiat exterior, medicamentis facilius tractari poterit. Decimum Aphorismum sectionis quintæ superius exposuimus: quadragesimum verò tertium secundæ in Apoplexia, quibus addimus, fieri etiam spumam posse in summa angustia fistulæ pulmonaris cum paucitate pituitæ; illa enim angustia, & huius paucitas facient, ut per minimas partes misceri possit aer, & pituita, & spuma fiet: mors autem continget per interceptionem spiritus. Si verò nares moveantur, erit ex ijs, quæ de stertore scriptimus, argumentum summæ penuriae aeris, sicut respiratio exigua, & longa. Extrema frigida, & livida, defectu sanguinis, qui advenire deberet, & quiete ejus, qui jam altus est, refrigeratusque est. Pulsus parvus à viribus fractis, & paucio sanguine; sudor frigidus à defectu motus, & copiae sanguinis, & præcipue si sub axillis sit, ubi locus natura calidior. Hæc igitur omnia proximæ mortis sunt argumenta. *Hælenus Bellini.*

Anginæ Descriptio, ac ejusdem Cura, ex Clarissimo Lucâ Tozzi.

Cum Inflammatio penitiores oris partes occupat, & fauces, ac guttur afficit, majoremque deglutendi, & respirandi difficultatem parit, cum acuta febre conjunctam, ægrotantes veluti strangulati videntur, & Angina hic morbus dicitur, ab ἀγγων, quod idem est ac suffoco, & strangulo.

Quamvis autem à Græcis Authoribus nonnulli differentiam fecerint inter κοράνην, & σωάνην, quod illa (ut adnotat Sennertus) canum per ællum sitiens more, patientes cogat amplo hiatu, & exercitâ linguâ spirare, adeoque gravior sit; hæc verò à suis simili passione correptis deducta, levior; Galeno tamen ejusmodi differentia inuicem exsistimatur, cum etiam Hippocrati, & vetustioribus commune fuerit utrumque confundere. Verum tamen est Anginam propriè intelligi inflammationem illam, quæ musculis, gutturi, & gulæ accidit; unde angustia fit in ductibus aeris, & cibi: quare si alie adjacentes partes inflammationem subirent, non hæc angina diceretur, sicut quæ ab alio tumore, quam ab inflammatione, contingeret, ut plerumque in catarthis fieri solet. Hanc autem diversitatem vel

ab ipso Hippocrate colligere licet, qui 6. epid. sect. 7. inquit: *Aliquibus fauces inflammatae sunt; quibusdam Angina oborta.* 2. etiam de morbis plures Anginæ differentias constituit, quas ab aliarum partium, quam à musculorum gutturi, inflammatione, deducit.

Alii præterea ab affectis musculis tum externis; tum internis Gutturis & Gulæ, alias Anginæ differentias ex Galeno 4. de loc. aff. c. 3. numerarunt. Si namque interni faucium, seu Gulæ musculi inflammantur, κοράνην; si verò externi σωάνην; sicut & κοράνην, si interni laryngis, seu gutturis musculi; ac σωάνην, ubi externi fuerint inflammati. At has nominum distinctiones adeo contemnere visus est Galenus, ut dixerit tum primum homines res ipsas neglexisse, cum nimio studio nominis quærere cœperunt. Quare concludit omnes affectus, qui huic loco, id est faucibus accidunt, si spirationem quoquomodo reddant deteriore, ab ipso, scilicet Hippocrate cynanchas, id est Anginas, nominari. Idemque confirmat 4. de rat. vict. in acut. 30. & 3. progn. 18. Meminit verò c. 4. de loc. aff. cap. 3. cujusdam Anginæ ex luxatione vertebrarum cervicis ad anteriora, unde fauces comprimuntur, impediturque ciborum, & potuum ad stomachum transmissio: id quod potissimum accidere potest ab ictu, aut casu, aliòve simili. Hippocrates tamen epid. 2. sect. 2. refert quibusdam hanc Anginæ speciem accidisse, sed citra cervicis a causa externa læsionem; quamobrem vix simile est à confluxu humorum vertebrae fuisse luxatas, indeque læsas fauces cum gutture.

Animadversione autem dignum videtur contingere interdum cum ingenti difficultate respirationis, & sorbitionis alimentorum subitas suffocationes, nullo tumore fauces occupante, ut loquitur Hippocrates 4. Aph. 34. adeoque latentes Anginas dicitur Aretæo, à tumore, & abscessu, in gangrænam desinente, præsertim in glandula Thymo, ut observavit Riolanus, & nos nuperrimè experti sumus in quodam juvene, qui ex gallica lue in maximam deglutendi, & spirandi difficultatem incidit citra tumorem faucium, aut colli. A pulmonis etiam abscessu simile quid se observasse refert Dodonæus; quamvis inter Anginas id non audeat referre Sennertus.

Inflammantur musculi faucium, & tumescunt à sanguine ibidem stagnante, aut vitio sui, aut vitio eorundem partium: itemque à lymphâ non bene à sanguine secreta, & à confluxu aliorum succorum sanguinis motum per eas partes impediunt. Immodici quoque clamores, aeris inclementiæ, vel astringentiæ, vel aquiloniæ, tussis vehementes, violentique vomitus, cibi etiam austeri, & astringentes gelidi potus, itemque fungi, lepus marinus, atque planta illa, à solani genere, quæ vulgò Italis bella-donna dicitur, aliæque id genus, quæ partes gutturis, & faucium exasperare, & tumescere, vel sanguini præterfluenti impedimentum præbere possunt.

Vera Angina, sicut à difficultate respirandi, & deglutendi, atque inspectione faciliè innotescit; ita difficulter curatur, & ob maximam acutiem cito ægros ad interitum perducit: dicitur enim ab Hippocrate morbus lethalis, ex quo paucissimi evadunt; & rursus quod quinta, septima, aut nona perimat. Id ipsum confirmatur à Celso, & à Galeno. Gravior autem est, cum difficilem anhelitum affert, nullo tumore in faucibus apparente. Eo autem erumpente in collo, vel in pectore, salutare; nisi tamen erysipelas intro recurrat. Si verò malum à faucibus in pulmonem repat, intra septimum interficit; ultra hunc diem verò commutabitur in empyema. Cæterum si cum difficultate respirandi con-

conjungatur oris foetor, vel circa guttur, & fauces livor, aut albor appareat, sphacelum arguit, & gangraenam; quam partium extimarum refrigeratio, pulsuum languor, & sensuum hebetudo, ac sopor consequetur; ut fertur accidisse post annum 1618. per totam ferè Italiam. Cavendam autem ne humor ex Angina suppurata, in Tracheam, & Pulmonem delabatur: is namque suffocationem afferre posset, vel saltem empyema, & phthisim.

Hippocrates sicut variam pluribus in locis describit Anginam à varietate partium affectarum, & symptomatum illam concomitantium; ita diversam instituit Curationem. Etenim lib. 2. de Morbis à crasso phlegmate & viscosa saliva tres Anginae species memorans, abluitionibus, fomentis, & gargarismis ex origano, nasturtii semine, satorejâ, apio, menthâ, & nitro utitur. Deinde lib. 3. de paracynanche agens, suffitum commendat ex hyslopo, sulphure, & bitumine, præter ea, quæ pituitam educant. Præterea lib. de locis in homine: Angina, inquit, quam cynanthen Græci vocant, à sanguine fit, cum sanguis in venis, quæ in collo sunt, compactus fuerit. Sic affectus, à venis, quæ in brachiis sunt, sanguinem detrahens. & simul alvum infernè subduces. In idem ferè recidit lib. de rat. Vill. in acut. comm. 4.

At Hartmannus potius ad vomitum moventia, atque imprimis ad aquam benedictam, confugit, præsertim si febris urgeat: sic enim ait inflammationem cedere, & apostemata rumpi. Si his locus non sit, devenit ad succum è cancris vivis, & sedo majori expressum; vel ad aquam Cantzmeyranam è sedo majori, & sale ammoniaco per distillationem elicitam; vel ad gargarismum à seipso descriptum cap. de gustu abolito, & depravato. Verùm advertit Cardilucius, hæc potius ad nigredinem, & scabritiem linguæ curandam pertinere; quamobrem ipse alia proponit, atque præter aquam benedictam Rulandi ad vomitum provocandum, pro gargarismo utitur non repellentibus, sed potius foras evocantibus, ex spiritu vini, urinæ, vel salis ammoniaci; adhibitis exterius relaxantibus, & emollientibus; ac deinceps ad rumpeandum apostema exhibet succum expressum nasturtii hortensis, vel aquatici mistum cum quarta parte aceti, & tantillo olei olivarum, & salis communis ad cochleare unum, vel alterum sæpius per vices repetendo. Ipse verò Hartmannus externè applicat emplastrum ex nidis hirundinum; atque internè rasuram dentis Apri, cinerem cancorum ustorum, & hirundinum, imò & Noctuæ: poriterque consolidam, prunellam, ululariam, cervicariam, mentham crispam, rubum Idæum. Commendat insuper spiritum nitri in haustu aquæ fontis calido simul cum spiritu vini. Ac tandem in usum gargarismi sale ammoniacum permiscet vel sal prunellæ.

Rasuram dentis Apri ad ℥j. cum oleo amygdalarum dulcium, & saccharo candido, præsentaneum remedium inquit esse Franciscus Valleriola; atque extrinsecus cataplasma ex nidis hirundinum, decoctis in oleo chamæmeli, & liliorum. Ubi etiam magnificat cinerem crematarum hirundinum ad ℥j. assumptum, cum hydromelle; vel etiam illitum ex Dioscoride, & Galeno. Ex iisdem nidis aliud cataplasma conficit Deckers ad praxim Barbettianam; & aliud Forestus in observationibus; atque aliud Amatus Lusitanus, & Platerus. Sed suum præ cæteris extollit Adrianus à Mynsicht, qui plures etiam gargarismos in eundem usum describit, & celebrat.

Senarcto prodesse dicitur fungus sambuceus elixus, ac sumptus, & foris etiam impositus, præter alia quæ ex aliis approbat.

Solo decocto radicis althææ, caricarum, & zinziberis cum quadrante vini, ubi agaricum fuerit mace-

Tom. I.

ratum se illustrem Mulierem anginâ correptam sanasse testatur Jacobus Dovynetus.

Apud Scultetum describitur Gargarismus, qui in omnibus Anginae speciebus, cum in principio augmenti fuerint, maxime commendatur, si eo fauces sæpius colluantur. Componitur autem ex pulveris sinapis ℥j. s. aceti acerrimi ℥j. aquæ plantaginis ℥iij. sacchari albisissimi ℥ij.

Pulverem sterconiscanini effert Valleriola ex Galeno, Ægineta, & Avicenna. Et Fridericus Hofmannus, hirundinum, anserum, columbarum fima, in quibus sal nitrosum delitescit.

Alii commendant succum nucum viridium expressum, ac depuratum, aut quod ex illo componitur Rob, & extractum: At sæpè salutare experti sumus hypericum, & papaverem rubrum, præsertim verò utriusque extractum, & sal, cum stibio diaphoretico, ter, aut quater exhibitum; atque extrinsecus cataplasma ex caricis decoctis cum oleo chamæmelino, & croco.

Amuletum tandem creditur filum sericum purpureum, quo vipera fuerit strangulata, collo circumductum ex Galeno, & Thoma Bartholino: itèmq; Bufa, seu Rubeta cocta, & instar emplastri adhibita ex Cardano. E Territorio Aletino advehuntur lapides quidam oblongi, rotundi, rectâ excavati, ac pertusi, qui collo gestati, ut asperam arteriam contingant, feruntur ab angina certissime præservare.

Ad Tumores verò colli, & cervicis referuntur strumæ, & scrofulæ; ac qui speciatim gutturi accidit Bronchocele dicitur. Fieri putantur ab humore lento, & glutinoso suâ vesiculâ concluso: neque in collo, reliquodque corpore erumpere dicuntur, nisi primum Mesenterium occupaverint, ut cum Guidone, & Ingrassia testatur Jo. Riolanus lib. 2. antrop. cap. 15. unde solutu difficiles illæ evadunt. Fautentur tamen plerique eas curatas tam faciliè, ut admirationi fuerit. Sic Panarolus asseverat se vidisse brevi tempore, & faciliè deletas strumas non alio medicamento, quàm Aloë, si nempe ipsius folia, præsertim æstate sub cineribus calidis aliquantulum detenta, per longum, & medium dissecta, super strumas quotidie apponantur. Et Helmontius unico mense, prægrandes evanuisse vidit, hoc remedio, quod habet: Spong. mar. in carbonem combusta ℥iij. ossis sepia usli, piperis longi, zinziberis, pyrethri, gallar. sal. gemm. calcis testar. ovorum singul. ℥j. M. hæc cum aqua stillat. ex præfatis spongis, & exic. paulatim. Cape deinde hujus pulveris ℥8. ut paulatim liquatus deglutatur; vel fac illinctum, & boeium disperebit, inquit idem Auctor. Subdit insuper alios defectu spongiæ sumere pilosam excrementiam seu lanuginem sylvestribus rosetis innascentem, atque hujus pulvere feliciter uti. Commendat pariter hoc unguentum, quod ita parandum monet: ol. laur. ℥. viij. olibani, mastich. gumm. arab. resine abiagn. singul. ℥iij. destilla, tum iterum destilla cum cineribus clavellatis.

Alium pulverem non valde dissimilem describit ex Arnaldo Villanovano Sennertus, & P. Barbette, quem conficit ex cineribus spongiæ mar. oss. sepiæ, piper. long. cinnam. sal. gemm. pyrethri, nuc. cupressi, gall. cortic. quercus, flor. ros. rubr. singul. ad ℥8. exhibet verò ad ℥ij. vel ℥j. Et Deckers commendat spiritum salis ammoniaci internè, & externè. Et Rulandus oleum sulphuris calidè applicatum. Et Borellus oleum Bufonum; atque è foliis chelidonii majoris, & nicotianæ. Et Scultetus oleum laqueatarum viridium.

Vim maximam in hanc rem inesse scribit Boyle Paronychiæ folio rutaceo (quæ Bauhino est sedum Tridactylites, seu Alfine petræa) cujus plan-

G 3

tas

in Cerevisia infusæ usû, paucis diebus, & sine dolore juvenem quendam hoc morbo graviter afflictum sanatum refert.

Similem opem præstare pulverem radicis Pentaphyui cum vino exhibitum; irèmque filipendulæ, & agrimonie notat Forestus lib. 3. *obs. Chirurgie*. nec non etiam scrofulariam ex Matthiolo Platerus lib. 3. *pract.* atque flores genistæ in pulverem redactos, ex quo electuarium cum melle rosaceo conficit Io. Rajus ad scrofulas expertum. Cardilucius ad Hartmannum parat sal pumicis, & tartari, cum sale gemmæ, atque eximium medicamentum esse dicit.

Fabricius Hildanus emplastrum describit ex pluribus simplicibus compositum, & ut ipse inquit, efficacissimum. Et Riverius cataplasma ex foliis cucumeris asinini: atque aliud Platerus lib. 3. *observat.* Zacutus verò ex radice Bryonice unguentum præparat additis terebinthinâ & cerâ, quod numquam fallere ait lib. 1. *prax. admir.* Thomas Bartholinus demùm hæc de strumis scribit: Homines fide digni observarunt strumas, aliosque tumores aboleri, si pars affecta affricetur ad manum cadaveris humani: ita enim sensim evanescere tumores, prout sensim putrescit cadaver: quod tardius hyeme, citius aestate contingit. An autem id verum sit, experiatur qui velit.

Ad strumas præterea apertas mirabile dicitur unguentum à Fabricio ab Aquapendente descriptum quod tale est: *olei laur. ℥j. ceruss. pulver. & aquâ vite levigat. ℥j. alum. rupei ℥b. sal. comm. ℥ij. m. & f. unguentum.*

At in glandularum tumoribus quibuscumque dissolvendis major fides præstanda medicamentis ex mercurio paratis, diaphoresim tamen moventibus; sicut & suffimentis ex cinnabari vel sacchari, vel Antimonii; servatâ interim convenienti dietâ. A cerussa etiam Antimonii descripta ab Angelo Sala ad mensum integrum, & ultra assumpta atque ab emplastro de ranis cum ☿, & emplastro de spermate ceti extrinsecus admoto opem maximam sequutam aliquando ipse expertus sum. Hactenus Lucas Tezzi.

Observatio de Anginâ,

ex Clariss. D. Gualterô Harris.

Conjux Excellentissima Præsulis amplissimi; & Archiepiscopi Reverendissimi, pietate, eruditione, & prudentiâ singulari maxime conspicui, Anginâ corripiebatur. Interiores laringis & faucium musculi phlegmone tenebantur, tumorque internus deglutionem inhibebat. Os pariter illuvie phlegmaticâ & spumosa obruebatur.

Manu accersitus phlebotomiam in brachio instituebam, & paulò post enema emolliens injiciendum; quo rejecto, Domina insignis Linctus insequentis cochleare singulis horis accipiebat. Notandum verò, si tumor ejusmodi faucium, introrsum versus, omnem deglutiendi facultatem auferat, Cucurbitula sicca una aut altera colli spondylis affixa, ita musculos gulam, sive œsophagum, & guttur comprimentes retrò abducet, ut opportuna potestas detur medicamentis hauriendis, aut alimentis absorbendis, durante scilicet Cucurbitularum applicatione.

℞. Ol. amygd. dulc. recent. flor. sulph. ā ℥j. cryst. tartar. pulv. ℥j. syrup. de althæ. ℥ij. ol. nuc. mosch. still. gtt. iv. sacch. cand. ℥ij. M. F. Linctus.

Ex operatione medicamenti tam vulgaris, quod primas vias, citrà reliqui corporis perturbationem ul-

lam, commodissimè expurgat; & alvi sæces, durante phlegmone, satis validè detrahit, rediens proximo mane inclytam Dominam ab anginâ perfectè liberatam invenim; ac deinde post duos dies haustum catharticum propinabam. Hoc verò morbo laborantes, iterùm atque iterùm audiivi constanter asseverantes, quod ex singulis cochleariis ejusmodi Linctus delibatis, intumescencia sensibiliter magis magisque decrescere solet.

Et profectò constat Sulphur, tam vivum, quàm in flores sublimatum, in tumoribus illis faucium, hæmorrhoidalibus, aliisque pluribus præstantes, minimèque contemnendas continere vires. Annotandum solummodò universalialia illius usui præcedere debere; & corpora fluida, ac constipationis immunia prius reddi oportere, quò curatio, ejus ope, feliciter ocyus, que succedat.

ANGLICUS SUDOR.

Vid. SUDOR ANGLICUS.

Item Febris Maligna.

ANGOR.

Est potius symptomam morbi alicujus, quàm motus ipse, & consistit in quâdam quasi cordis constrictione, quæ sanè pessimum est signum si in principio febrium acutarum advenerit.

ANHELOSI.

Sunt Asthmatici de quibus vid. *Asthma* aliæque respirationis læsæ species.

ANI ULCUS.

Vid.

ULCUS ANI, in *Biblioth. Chirurg.*

ANI FISTULA.

Vid.

FISTULA ANI, *ibidem.*

ANI CONDILOMATA.

Vid.

CONDILOMA in *Biblioth. Chirurg.*

ANI INTERTRIGO.

Vid.

INTERTRIGO ANI, *ibidem.*

ANI PROCIDENTIA.

Vid.

PROCIDENTIA ANI, *ibidem.*

ANI PRURITUS.

Vid. Etmullerus in hac ipsâ Bibliothecâ, sub Titulo, *Intestinarum Morbi.*

ANO:

ANOREXIA.

Anorexia seu Inappetentia, cum sit una e famis læsæ speciebus, pro ejus natura melius intelligenda, quid sit famis prius explicare non inutile fuerit.

Fames autem nihil aliud quam cibi absentis appetitus, ut eò scilicet reparentur damna sanguini, & partibus solidis illata; ob eorum particulas, tum sensibilibiter receptas, tum insensibilibiter per cæca cutis spiracula in circumfusum aërem distatas.

Circa illius causas & irritamenta, cum varient opinioniones præcipuas recensere non pigebit. Galenus eumque sequuti multi causam famis unice constituerunt in quadam suctus sensatione ventriculo inanito familiari, quam sententiam illustraturus Anton. Menjotius sic scribit. Partium omnium, primùmque externarum, quippe quæ ob aëris viciniam interioribus prius inanescent, inconspicua vacuatio appetitum naturalem provocat, qui inclinatio quædam, ac ipsa *force* insita propensio potius quam peculiaris ac distincta potentia: Solicitato appetitu naturali sit attractio succi alibilis e minimis sicutimisque venulis, quæ a majusculis venis vicinis & continuis aliud nutrimentum rapiunt, hæcque rursus ex aliis majoribus & sibi propinquis, donec per successionem quandam velut in choro translatione festinanter facta, tractionis impetus perducatur ad melsaricas venas. Hæc in intestinis totæ desinant ac obliterantur, nec proinde a ventriculo, ut communiter fertur, quasi radices stirpium e terra, sed ex intestinis pabulum, hirundinum more, quæritant; moxque intestina medio pyloro tanquam ore ventriculum lactant atque sellant. Verùm ut nervosè admodum adnotat Glissonius arteriæ hunc suctum non perpetrabunt, quandoquidem earum munus est tantum sanguinem ad partes affundere, quæ actio repugnat suctui. Non venæ, quarum officium est excipere & reducere sanguinem ab arteriis effusum, non ventriculum sugere. Insuper neque nervis hic suctus convenit: Hi enim motum ventriculo, sensumque quo suctum, si fortè adesset, percipiat, impertiantur; at suctum ipsum moliri nequeunt. Restant ergo tantum læsæ, quæ huic muneri præstant, sed hæc raræ admodum, (aut potius nullæ) in ventriculo reperiuntur. Quibus addimus quod etiam si hæc in ventriculi fundum implantarentur, non tamen propterea sugerent, sed tantum exciperent illud quod ventriculi actio satis attenuasset elaborasset, ut per crustam ipsius villosam, aliaque secernicula ad ostia vasorum lacteorum posita transmitti posset. Neoterici plures spiritibus acidis superius ventriculi orificium vellicantibus, hoc munus demandantes, eos in liene exquirunt, indeque per vas breve, sive sub forma vaporis, ut placet Helmontio, sive sub forma liquoris, quod pluribus magis arridet, in ventriculum deducunt. Verùm etiam si humorem acidum e sanguinis miscela in liene non tantum separari, sed etiam exaltari, concedamus, non tamen propterea concludendū credimus succum illum, in ventriculum quomodocumque per vas breve deduci posse; nam & ligaturæ, & valvularum situs, jamque constans apud omnes sanguinis circuitus opinio, satis superque evincunt nihil sanguinis aut succi acidis per vas memoratum e liene in ventriculum, sed potius e ventriculi parietibus in venam splenicam, quò per partem ad hepar debebatur, procedere. Nobilissimus Des Cartes, ejusque autoritati assurgentes quidam viri Docti, acido famis causam cum prioribus quidem tribuunt, sed illi in stomachum devehendo arteriæ cæliacæ ramos puncupant; quod ulterius explicat Ludovicus de la Forge dum addit,

non quidem omnes sanguinis particulas per has arterias appellentes, isti officio destinari, sed quædam tantum maxime fermentaceas quæ a poris aptis exceptæ in visceris cavum intromittantur. Ve ùm quandoquidem gratis hæc omnia a Viris Clarissimis afferuntur, illis aut studiosius expendendis, aut diligentius impugnandis non immotamur. Alii tandem quibus calculum nostrum facile adjicimus, volunt chyli sedimentum seu portionem ponderosiorē atque crassioribus particulis salinis prægnantem in fundi ventriculi rugis profundioribus resistere, ibique salivæ indefinenter deglutitæ & succo per vasa excretoria minima, e glandulis iidem ventriculi minoribus producta, advecto, intimè misceri. Addunt præterea particulas hæc varias invicem mistas proprio ventriculi calore, alioque a partibus adjacentibus mutuato, ita exagitari, ut earum portio aquea exhalet, sulphurea volatilifetur, atque salina, quæ abundantior, exaltetur, sicque spiculis suis sulphure volatilifato temperatis, tunicæ ventriculi nerveæ vellicationem specificam inferat, quæ cerebro communicata ex legibus unionis animæ cum corpore famis sensum excitet.

His ita positis quis non videt famem aboleri sensim debere & propterea Anorexiam induci, si vel a vita nimis otiosa; vel si alimentum per multum tempus ingestum sit nimis aqueum, imò si sit nimis crassum & terrestre, quorum illud diluendis salibus in ventriculum allatis, hic verò iidem obtundendis & stupefaciendis, potius quam exaltandis aptum est; vel si saliva iners atque viscidior e faucium & palati glandulis ad inferiora continuò depluens lente re suo fermenti vires quasi pessundet; vel si orificia vasorum e glandulis tunicæ ventriculi productorum mucò obstruantur, sicque humori illac in cavum visceris derivando obicem ponant; Vel si laxiores eadem glandulæ, laxiorque aut aquosior ipsa sanguinis miscela serum copiosius sufficiat; Vel si rugæ ventriculi ita obliterentur ut particulis salinis ponderosioribus descriptis ad tempus ipsarum exaltationi necessarium continendis non sufficiant, easque prius quam par est elabi sinat; Vel si calor partis, viscerumque adjacentium, (coi non parum intervit fibrarum ventriculi vigor, quò circum alimentum validius coarctatus, illud proximè complectitur) languescat, aut in gradu qui venæ digestionis aptus est non reperitur; aliique de rationibus, nihil aut parum deperdatur succorum in corpore circulantium; Vel ventriculus flupore aut narcosi afficiatur, proptereaque vellicationes minùs percipiat; Vel tumor aliquis aut aliud corpus extraneum, aut foedus humor ab ulcere tum in ipsa parte, tum in vicinis constituto, exudans, aut vapor ab iidem corruptis continuò exhalans viscus in munere suo perficiendo interturbat. Sic ab orificio ventriculi, aut alia ejusdem substantiæ parte ulcerata; a compresso per magnum & ponderosum hepar stomacho; a copiosa adipe, aut potius sebo circa fundum integræ superficiæ ventriculi adnato; a corruptione, imò tandem syderatione, tum ventriculi fundi, tum ipsius pylori; a lapillis pluribus in ventriculi fundo pronatis; ab admodum dilatato ventriculo, fibrisque ejusdem profus relaxatis; ab induratis iidem fibris motibusque ad cibi exceptionem, compressionem, & exclusionem necessariis profus ineptis; a vomica, aut tumoribus cavæ hepatis parti connatis; a pancreate magno & scirrhoso; a putrefacto omento; a dextro rene consumpto & sinistro pure infecto; ab utero corrupto, & quasi gangræna affecto; a pyloro indurato, aliisque similibus causis anorexias factas probavit cadaverum anatomica inspectio.

Quandoquidem quod plantæ in sui vegetationem & conservationem per radices exugant, animalia per comellionem faciunt; satis apparet famis absentiam

magno fore detrimento; præcipue si illi omnis propè vorandi impotentia adjuncta sit; sic enim corpus necessarîo non tantum marcescit, sed etiam sanguis sit evanidus & instar vappæ, languent omnes succi, & ipsa viscera; sicque anorexia & cachexias, & icteri & hydropes, aliorumque multorum morborum, est paratia. Itaque inappetentia immoderato appetitu deterior censeri debet, quia ab hoc non tot damna evadunt, faciliusque etiam est naturam incitamentum inibere, quam detractantem incitare. Interim tamen cibi fastidium simplex atque acutum passio est plerumque chronica, nec absolutè formidanda. Imò nec in principio, augmento, & vigore morbi acuti terrificata est anorexia, quòd eo tempore opus sit tenuiore victu, ac extincta febre symptoma dispareat. At ruente morbo censetur magis infausta, ut habet Menjotius, & ut causa, & ut signum; Ut causa quòd obsit refectioni ac recreationi membrorum defectorum: Ut signum quòd recidivam interminetur propter reliquas morborum apparatus. Secus dejecta sub finem morborum appetentia, ob facultates corporis laceratas, attritas, suisque munis segnoiter fungentes, ægritudinis recursum per se non prælagit, nec ut sic affecto succurras continuè ad purgationem deveniendum, quin potius in corroborantium usu expectandum donec vires ventriculo æquè ac aliis partibus reddantur. Hisce omnibus addamus ex Hippocrate. In morbo diuturno cibi fastidium & sinceræ dejectiones, malum. Aphor. 6. sect. 7. In longis intestinorum difficultatibus, cibi fastidium malum, & cum febre pejus. Aphor. 3. sect. 6. Ut plurimum omnes malè habentes, circa in via quidem cibum bene sumentes, neque quicquam proficientes, tandem cibum rursus averfantur; qui verò circa initia cibum vehementer fastidiunt, postea autem bene appetunt, si melius evadunt. Aph. 32. sect. 1. De prognosi ejus anorexiæ quæ ab aliqua è causis quæ in variis cadaverum refectionibus allatis, apparere, nihil adjicimus, quia Lector satis superque videt quid de illis judicare debeat.

Curatio varianda est pro ratione causarum quæ anorexiam faciunt; in genere tamen probantur vomitoria blandiora ex antimoniò infuso parata, item purgantia mitiora & præprimis aloëtica indeque parata varia elixiria, (tum acida, tum volatilia) ut & pilulæ. Conducunt etiam plantæ amaræ & aromata è quibus decocta, tincturæ, essentia, & vina medicata, confici possunt. Quidam maximè commendant spiritum veneris, omnesque etiam acidos spiritus, qui revera non tantum pituitæ ventriculi parietibus agglutinatæ, incidendæ valent, sed etiam fermento suscitando, ventriculoque excitando; illi tamen omnes commodius & tutius adhibebuntur si prius edulcorati fuerint.

Ex tartaro etiam plura conveniunt, maximè verò tum tinctura, tum liquor è terra ejusdem foliata paratus. Inter fructus non immeritò laudantur cydonia, quorum etiam succus amaris admittus, magnæ est efficacitæ. De applicationibus externis, emplastris scilicet variis, balsamis, litibus, scitibus, hæc verba non facimus, illa enim omnia satis cuique sunt nota, aut ex his quæ mox afferenda è variis autoribus restant, innotescunt.

Curationes.

Curatio Clariff. Joh. Hartmanni.

In fastidio & inappetentia valet spiritus vitrioli philosophicus, cujus effectus satis laudari nequeunt. Exhibendus is est in vehiculis convenientibus (in aqua menthæ, acetosæ, in vino, brodio) Fastidium id sit ex succo vitriolato viciato in ventriculi fundo, &

consopito, qui iterum excitatur acidis. Elixir vitrioli Myntichti, si morbus ex defectu fermenti, insignis est stomachicum.

Externè cibi fastidium auferit Epithema ex vino malvatico & aceto ana, cum crusta panis pulvere caryophyllorum (si imbecillitas ventriculi quoque accesserit) aspersa & aliquoties calidè supra ventriculum posita. Idem efficit unguentum ex butyro capræ & oleo caryophyllorum stillatio mistum inungendo ventriculum (præsertim in chronicis.) Hactenus Joann. Hartmann. Prax. chymiatric.

Curatio Clariff. Joh. Michaelis.

In Anorexia à debilitate caloris non datur melius remedium, quàm ambra in substantia, vel saccharo mixta, ut & pulvis analepticus Mindereri. ℞. Pulv. stomach. ʒij. pulv. epat. rubr. ʒj. misce. Dos. 2. cupid. cultr. ℞. Essent. menth. ʒij. sp. vitriol. rectific. ʒij. misce. ℞. Elix. stomach. ʒʒ. ℞. Spec. ad morsul. imper. ʒj. pulv. stomach. q. ʒij. cum l. q. sacchar. in aq. menthæ solut. F. morsul. ℞. Sp. mastich. ʒij. sp. vitriol. philosophici ʒj. misce.

Myva cydoniorum ad abjectam appetentiam mirabilis est, teste Zacuto. 2. histor. 66.

Aqua cinnamomi cydoniata in frigidis stomachi affectibus valet. Optimè myva cydoniorum potest cum hac vel aq. menthæ misceri essent. menth. sal pergrinant. Ambra datur à gr. 4. ad 5. cum saccharo, vel quod melius cum sæcula aronis. Ex pulv. analeptico Myndereri, sæcula aronis & ebor. sine igne possunt fieri rotulæ. Hactenus Joann. Michaelis in Praxi clinica generali.

Curatio Clariff. Joh. Cratonis.

Cum materia catarrhi in ventriculum delabitur, sæpè inappetentiam, Nauseam & Vomitum conciliat; contra hæc mala ita ageadum.

℞. Aloës lotæ & succo rosar. aliquoties imbutæ, ʒj. rhei elect. cum aq. cinnamom. aspersi ʒiv. extract. rhab. ʒʒ. agar. trochisc. ʒj. pulv. mastich. ʒʒ. dissolvatur agaricus oxymelite, & omnia cum syr. conservationis zinziber. misc. ac fiat massa pilul. aloem in exigua quantitate sumpsit, quod hæmorrhoides fluere, cæterum ʒiv. alvum quater placidissimè subdlexerant. Ventriculum de quo querebatur, tali unguento inunxi, & subito melius habuit.

℞. Ol. nostr. stomach. ʒj. nuc. mosch. ʒj. mastich. pulv. ʒj. misce. descriptio olei nostri stomachalis hæc est.

℞. Ol. absynth. ʒʒ. summit. absynth. m. j. caryoph. santal. citrin. ana ʒij. ros. rubr. ʒj. macis ʒʒ. mastich. ʒij. vini odorat. ʒʒ. coq. ad vini consumptionem, & æstatis tempore collocetur in sole, hyeme in loco calido. Cum vomitiones molestæ essent, ordinavi sequens scutum stomachale.

℞. Ladani puri ʒij. mastich. ʒij. lign. aloes santal. citrin. galang. caryophyll. nuc. moschat. ana gr. vij. ol. stomach. & ceræ q. l. aspergatur speciebus arom. rosar. & obducatur syndone. Hactenus Jo. Craton. consil. 13. lib. 5.

Curatio Clariff. Lazari Riverii.

Curatio hujus affectus, si ab aliarum partium vitio dependeat, ab earum curatione desumenda est. Si verò ex proprio ventriculi vitio contingat, ad calidam vel frigidam illius intemperiem cum materia conjunctam reducenda est.

Calida intemperies curanda est primùm humoris biliosi expurgatione blandè & frequenter repetita eoque componi poterit ex rhab. myrobal. tamarind. syr. rosac,

rosac. vel de cichor. compos. cum rheo: aut si æger sit ad vomitum proclivis, blandis vomitoriis provocandus erit. Idem humor alterabitur julepis aut insculis refrigerantibus, in quibus non omittendus est spiritus vitrioli, aut sulphuris, quandoquidem acida omnia, præterquam quod bilem valdè contemperant, appetitum etiam maximè excitare valent. Unde sit ut acetaria: illatis tempore ad excitandum appetentiam frequenter usurpentur, vel simul & semel humor ille biliosus alterari & expurgari poterit apozemate convenienti, cui ratione ventriculi addi poterunt absynth. pont. m. s. myrobal. citrin. ꝑ. post purgationem ad ventriculum roborandum convenient myva cydoneorum aut cydoniatum ipsum vel syr. cydon. cum syrup. de absynth. mixtus, tabellæ damargar. frigid. vel triasantal. vel etiam diarrhod. abbat. si obstructionis suspicio fuerit, vel opiata sequens.

℞. Conditur. lactuc. & cucurbit. ana ꝑ. conserv. acetos. ros. fl. cichor. & bugloss. ana ꝑ. santal. rubr. corall. præp. margar. præp. ana ꝑ. trochisc. de spodio & sem. acetos. ana ꝑ. cum syr. de limonib. f. opiata, cujus capiat ad magnitudinem castaneæ manè & serò, superbibendo parum vini diluissimi.

Exterius verò sequenti unguento regio ventriculi inungatur.

℞. Ol. rosar. myrtini, & cydonior. aceto rosac. lotor. an. ꝑ. santal. omnium, corall. rubr. coriandr. præp. ros. rubr. ana ꝑ. gran. Kermes & spodii ana ꝑ. ceræ alb. q. s. f. linimentum, quo sub tepido inungatur dicta regio bis aut ter in die, addendo acet. rosac. parum unctionis tempore, vel eodem paritè admoveatur placenta rosac. aceto irrorata, aut in eodem parum macerata, quæ removenda erit priusquam incalcescat. Denique in perseverante affectu plurimum proderit balneum, vel semicupium refrigerans & humectans bis aut ter repetitum.

Si à frigida intemperie producat inappetentia, Curatio instituenda est per evacuationem humoris morbifici, & ventriculi corroboracionem. Vacuatio potest fieri per vomitum, si æger sit nauseabundus, & facile vomat, aliàs per fecesum, idque pilulis præcipue, quæ hic magis conveniunt, quia diutius in ventriculo morantur, ut docet *Galenus lib. 4. de sanitate tuenda cap. 7.* qui etiam valdè commendat pilulas de hiera, quæ exhiberi possunt ad ꝑ. vel ꝑ. manè duabus horis ante pastum; vel in hunc modum componi possunt.

℞. Aloës elect. sacco absynth. diligenter nutritæ ꝑ. agaric. troch. ꝑ. rhei pulv. & vino albo irrorati ꝑ. nuc. mosch. spic. nard. ana ꝑ. sal. tartar. mastich. & cinnam. ana ꝑ. cum syrup. de absynth. f. massa pilul. ex cujus ꝑ. formentur pilulæ vj. deauratæ: capiat summo manè, si velis integrè purgare: vel sumat ꝑ. horis duabus ante prandium, bis aut ter in septimana. Possunt acui diagraedio si validius purgare volumus. Validiores pilulæ non conveniant, quia humores ab aliis paribus ad ventriculum alliciunt.

Si pilulæ devorari non possunt, fiat infusio fol. fenæ, myrobal. rhei & agar. in vino absynthite vel decocto stomachico.

Terebinthina: usus opportunissimus est, quia viscera omnia commode repurgat, maximè si ex ea & rhab. pilulas confecerit.

Post purgationem sufficientem, ad roborantia veniendum est, tam interna quàm externa, quæ in sequentem modum præscribi poterunt.

℞. Syr. de absynth. ꝑ. capiat manè jejuno stomacho per plures dies, vel illius loco viuum absynthites substitui poterit.

℞. Conserv. anthos, menth. cort. citr. condit. nuc. mosch. condit. ana ꝑ. myrobal. condit. numero j. confect. alkerm. ꝑ. tunicar. interior. ventric. gallinæ

præp. ꝑ. pulv. aromat. rosat. & cinnam. ana ꝑ. cum syrup. de mentha. f. opiata; vel cum sacch. rosac. f. conditum. Utatur manè, superbibendo parum vini generosi. Dictis remediis utiliter additur sal absynth. vel oleum menthæ arte chymicè extractum: vel sal absynth. & cortic. arantior. vel alterutrum ad ꝑ. in vino vel jusculo dissolutum exhibeatur. Sequens etiam syrupus efficacissimus est.

℞. Syrup. cydonior. & condit. cort. citri ana ꝑ. aq. cinnam. ꝑ. ol. sulphur. gutt. xii. M. capiat cochl. j. per intervalla. Aqua clareta frequentissimo in usu apud multos habetur, cujus compositio talis est.

℞. Cinnam. crassiusculè triti ꝑ. maceretur in ꝑ. aquæ vitæ per se in vase vitreo: in alio vase vitreo per se & seorsim macerentur sacchar. albiss. ꝑ. aq. ros. ꝑ. sicut hæc omnia seorsim in infusione per duos aut tres dies, agitando quolibet die pluries hæc duo vasa: tandem simul misceantur materiae in ipsis contentæ & per manicam transmittantur, colatura servetur in vase vitreo benè obturato: sumat cochl. i. aut 2. jejuno stomacho.

Apud *Parisienses* maximo in pretio habetur syr. de absynthio Penæ, in maxima frigiditate ventriculi aq. cinnamom. sola præstantissima est. Non minoris efficacitæ est syr. cinnamom. cum aq. vitæ confectus prout describitur à *Quercetano* in Pharmacopœa.

Ad idem præstat spiritus mastiches, ita compositus.

℞. Mastich. ꝑ. galang. ꝑ. spirit. vini ꝑ. digerantur ac destillentur.

Utile est etiam elixyr proprietatis à *Crollio* descriptum, cujus gutt. xii. aut xv. cum vino exhibitæ mirè stomachum roborant.

In affectu inveterato plurimum conducit decoctum ligni guajaci aut salisfræ, in plures dies sumptum, cum levi sudore, aut sine eo in debilibus. Aquæ etiam thermales sulphuræ & nitrosæ, quales nostræ Bellilucanæ, magnâ copiâ per plures dies sumptæ, crassos & mucilaginosos humores, omnemque ventriculi & intestinorum illuviem potenter abstergunt & evacuant.

Balsamum *Peruvianum* ad roborandum ventriculum præstans & efficax est remedium, si ejus guttæ aliquot cum vino Hippocratico, vel alio hora una ante cibum exhibeantur.

Exterius verò admoveantur fomenta, linimenta, & emplastra in sequentem modum.

℞. Rad. cyper. galang. ireos, flor. cort. citri sicc. ana ꝑ. sol. menth. hyslop. salv. rosivar. & majoran. ana m. j. sem. anis. bacc. lauri, nuc. mosch. caryophyll. cinnam. ana ꝑ. fl. stœchad. schananth. rosmar. ana p. j. incidenda incidantur, & contundenda contundantur, ut artis est, includantur duobus sacculis interpunctis, qui macerentur in vino generoso, & applicentur regioni stomachi calidè vicissim.

℞. Ol. absynth. menth. nardini, ana ꝑ. ol. nuc. mosch. ꝑ. lign. aloës, macis, cinnam. ana ꝑ. ceræ param. f. linimentum: quod præstantius evadet, si addideris olei caryophyll. gutt. vj. mosc. & ambr. griseæ an. gr. vii.

Fiat etiam linimentum ex ol. nuc. mosc. & balsamo *Peruviano*; vel ex oleo absynth. mastich. & balsamo *Peruviano*.

℞. Mast. emplastr. de mastich. aromat. rosat. an. ꝑ. ol. nuc. mosch. q. s. f. empl. scutiforme, applicandum regioni stomachi.

Crato sequens emplastr. miris laudibus effert.

℞. Ladani ꝑ. ceræ ꝑ. ol. nuc. mosch. ꝑ. f. emplastr. massa ad usum.

Admonet *Galenus* hujusmodi emplastra diutius non esse in parte detinenda, quia tandem calorem dissolvunt. Hactenus *Lazarus Riverius lib. 9. prax. Med. cap. 1.*

Vide:

Videatur praeterea Etmullerus sub Titulo, *Fam. Lassa.*

Consultationes.

Inappetentia insignis &c.

Affectus, de quibus potissimum conqueritur Perillus Matrona, annor. 52. sunt insignis inappetentia, difficilisque liquidorum deglutitio; quibus accedunt rugitus, ructus, tensiones hypochondrii dextri, non sine aliquo dolore, vomitusque copiosissimae pituitae acidae, cum sponte, tum arte excitatus; de quibus querelae primò fuerunt autumnò praeterito, licet antehac 20. & pluribus ab hac annis conquesta fuerit de continua inappetentia, oris amaritudine, tarda coctione, diarrhoea, jecoris obstructione, & magna flatuum copia.

Ex quibus unicuique compertissimum sit, ventriculum esse partem essentialiter, & graviter affectam, atque affectionem ipsius esse intemperiem frigidam & humidam, eamque non immaterialem, sed junctam cum magno pituitae acidae, crassae & viscidae proventus, cum in ventriculo genitae propter intemperiem praedictam, & errores praeteritos in assumptorum qualitate, tum & aliunde susceptae per consensum cum aliis partibus male affectis materias vitiosas ad ipsum transmittentibus. Partes autem mandantes sunt duae potissimum, caput nempe humidius, & fortè æquo calidius, & jecor praecaudum cum à naturae primordis, tum à prohibita ventilatione caloris ipsius, ob graves & obvias ipsius obstructiones, unde fons omnium malorum. Inappetentiae verò causa est prohibita corrugatio oris ventriculi, quod fit à pituita cum à capite jugite delabente, tum in ipso genita; quam ob causam neque sinit, & liquida deglutire non potest, ob flatuum copiam; à quibus fit etiam rugitus, & ructus ferè continui: sicuti ipsius pituitae vomitus, & obstructiones ortum debent, ad tactum dolorificae in hypochondrio dextro.

Est utique praesens affectus curatu difficilis ob morbi durationem, magnitudinem, & complicatos contrarios affectus praeter naturam; cum praesertim in hac aetate declivi tantum non langueat calidum innatum in ventriculo, fonte & origine ferè omnium malorum. Non propterea de salute Nobilis Matronae deponenda spes: quin imò alacriter congruis praesidiis tentanda erit.

Quare praemissa primarium viarum expurgatione, detergenda, & evacuada est materia in ventriculo contenta, discutendi status, obstructiones attenuantibus, incidentibus, detergentibus, & evacuantibus sunt referendae, atque contemperandae sunt intemperies viscerum male affectorum; ventriculi quidem calefacientibus & exsiccantibus, jecoris, refrigerantibus, & capitis exsiccantibus; virium interim ratione habita congrua victus ratione. Quae praestabuntur remediis Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Dieteticis.

Sanguis propterea educendus venit ex salvatella, ac deinde ex venis fedalibus, ad divertendam fluxionem, & jecoris fervorem contemperandum. Fonticulus sinistro brachio inurendus, pro derivatione materiae à capite ad ventriculum fluentis.

Inter Pharmaceutica, praescribatur lenientis loco *bierra piera Gal. cum elect. lenitivo.* Praeparantur humores *syr. sine diluto putà oxymel. simplicis melle ros. simpl. syr. de betonic. & de corticibus citri, cum emuls. sem. citri;* quo tempore vomitus à cibo cicandus. A quibus exhibeatur triduum aqua Tettotiana, ad lb. tres, cum quatuor uncis melli. ros. sol. in primo cyatho. Deinde praescribantur *syr. aperientes.* In quam rem usi erunt *oxymel compositum, syr. de cichor.*

cum rhab. & byzantinus cum aceto, addita decoct. agrimonie, ceterach. centaur. beton. scordii, & cichorii, alternisque diebus exhibeantur unc. iij. decoct. epithymi Mef. Loco praedicti decocti, atque repetita corporis purgatione cum infusione *agarici, & rhabar.* in decoct. *myrobalanorum chebularum, & emblicorum,* addito *syr. ros. sol. & de polypod. composito.* A quorum uso assumat singulis matutinis horis *drach. j. rhab.* in tenues taleolas incisi, cum *passulis, 15. dies, circiter.* Hujus enim ope roborabitur ventriculus, flatus discutientur, obstructiones aperientur, additis externis inunctionibus ventriculo, pulveribus exsiccantibus capiti, & epithematibus ex *succo cichorii, & agrimonie jecori;* superinducto cerato *oxycroceo.*

Sic enim praedictis affectibus prospectum ibimus; recta victus ratione instituta, & alvo lubrica servata *pl. de tribus cum rhab. ad drach. j. tertio quoque die* sub vespere hora ante cenam assumptis, non neglecto modico corporis exercitio. *Benedict. Silvatic. consil. & respons. Medic. centur. 3.*

Anorexia cum Siti immoderata.

Illustriss. quadragenarius, temperamenti totius & jecoris calidi & siccis, mediocri habitus exercitio & venationibus antehac assuetus, modo tamen multis ab hinc mensibus, ob trus ex casu affectum, domi continuo morari coactus, cibisque & potibus immoderate indulgens, tribus ab hinc mensibus de inappetentia conqueri cepit, quae adeo tandem invaluit, ut cibos non solum averteretur, sed omnino ab iis abstinere cogatur. Sitis tamen illum maxime infestat, cum oris amaritudine, licet spura, imò & vomitus etiam quandoque viscidae materiae & amarae observentur. Quamobrem infelix Pat. de agendis ad appetentiam recuperandam nos consulit.

Quoniam itaque ad vitam continuam instaurationem indigemus, prout continuo resolvimur, & haec forsitan à nobis neglecta fuisset, nisi aliquid ad illam irritamentum natura molita esset, ideo nobis appetentiam indidit, primò naturalem, ultimò animale, quae quoniam in ventriculo magis viget, quam in aliis partibus, ideo propriam esse ventriculi actionem, & potissimum ejus officii statuimus, prout in fundo ejusdem concoctio perficitur, unde jure Gal. ventriculum *ciborum divinum promptuarium* appellabat; Quare si appetentia propria est ventriculi actio, inappetentia ejusdem actio imminutè laesa omnino censenda, quam Anorexiam Gal. nominavit. Hoc autem affectu detentum esse Nob. hunc virum manifestum est, adeo hucusque adaucto, ut inappetentia ad ciborum abstinentiam deveniret, & Anorexia ad Aponiam transiit fecerit.

Affectus autem hujus immediata causa est defectus suctionis in ore ventriculi, quae casu nostro non solum deficit, quia non fit, sed quia etiam, si aliquando fit, non percipitur. Primò autem non fieri credendum, quoniam suctionem praecedere debet venarum exinanitarum naturalis appetentia, atque hanc totius exinanitio, quam non adeo facile fieri posse in Nob. Pat. ob intermissa exercitia arbitramur, à quibus caloris ope toto corpore rarefacto, non solum per diaphoresim universalem, excrementorum, verum & proborum succorum copia resolvebatur, quod haec quiete & otio fieri minimè potest. Sed praeterea factio haec licet aliquando fiat raro tamen aut nunquam percipitur, quoniam suctionem sequitur illius sensus, atque hunc appetitus animalis, ex Arist. enim appetitus procreatur ex fuga vacui, quod sequitur inedia, dum venae majores à proximis non solum, verum & à distentionibus, in subsidium cordis sanguinem attrahunt, unde & ventriculus ipse exinanitur sicque excitatur factio, quae à facultate Animali influente percipitur,

sentitur, à qua offertur primo tensio inde Phantasia, ut tandem ab intellectu Agente illustrata, à Passibili intelligatur, & facultatibus ministris imperetur, ut indigentia prospiciatur. Cum verò os ventriculi cruditatibus, ex libera vivendi ratione congestio, infarctum fuerit, suctio non percipitur, quia adstrictio & corrugatio perfici nequit, præterquam quod mucositatibus, biliosi quoque humores adjunguntur, quæ utpote calidi corrugationem eandem prohibent, quæ vel à frigido succo fit, vel à frigiditate non sine ope inanitionis inductæ. Hinc Cleonactides febricitans, quia non abhorruit à cibo, biliosum succum & calidum non habuisse in ventriculo creditum fuit, à quo fastidiosi, id est, appetitu carentes fiunt. Quamobrem in casu nostro deficit appetitus, tum quia non præcedit totius exinanitio, quæ omnium prima ad appetitum excitandum concurrere debet, unde suctio fieri non potest, tum quia, si interdum fit, ejus abest sensus in ore ventriculi, adeò ut ob primam causam naturalis appetitus orietur, ob secundam Animalis, qui propriè fames dicitur.

Affectus equidem semper magni faciendus, intensa enim vel resoluta ciborum appetentia futuram prænuntiat ægritudinem, adeò ut sani à cibo diu abstinentes in convulsiones incurrant. Apositia quippe invadens hominem tandem interficit, cujus vita sine cibo in septimum diem protrahi posse credidit Hipp. dum dixit, quod *vita hominis septem dierum est*, & usque ad undecimam Plinius. Quæ tamen utraque affectio perpetuæ veritatis non est, sed variat pro varietate ætatis & temperamenti, siquidem *qui crescunt plurimum habent calidi innati, & ideo plurimo indigent alimento: senes verò facillimè jejuniunt ferunt ex Hipp.* Ita humidum temperamentum diutius famem tolerat, ut videre est in Animalibus degentibus in latebris, ficcum verò in ediam diu non fert, ut in picrocholis quotidie experientia demonstrat.

Quamprimùm itaque Patienti Nob. appetentia restituenta antequam vires deficiant, ac proinde difficilior reddatur curatio. Quod præstabitur congestos humores, tum in venis, tum in spatiis evacuando, ut non solum totius exinanitio, indeque sectio obtineatur, verùm etiam sectionis sensus. Secundò ventriculum roborando. Et tandem aliqua à proprietate juvenantia in usum ducendo.

Atque à fonte Chirurgico repetita depromenda sanguinis missio, licet Avic. moneat, quod nauseantem phlebotomare non oporteat, etenim sectio venæ, nostro casu, inappetentiæ causam auferre potest, unde est concedenda, libet parca. Conveniunt etiam totius corporis frictions. Balneum quoque Aquæ calidæ cutem rarefacere, humores insensibiliter resolvere & discutere, ac exinanitionem adjuvare poterit. Et licet Hipp. cibos fastidientes non esse lavandos pronuntiaverit, intelligendus tamen de iis, in quibus adest succorum defectus, ob metum syncopes.

A Pharmaceutico fonte primò evacuantia defumenda & vomitoria, ex Hipp. dicente, quod *si quis febrem non habens abstineat à cibo, & cordis morsum, & vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit, purgatione indigere per superiora significat.* Quod aliàs repetit dicens, *Si sine febre os amarum, & cibum averfatur, pharmacum dandum: hæc enim à bile patitur.* Cui subscripsit quoque Paulus. Præscribatur itaque vomitorium, sed blandum, ne nova attrahatur à jecore materia ad ventriculum ipsum.

℞. Juris carniæ rad. raph. alterati ℥x. julap. acet. ℥iij. m. pro vomitorio. Indè clyster. quoque infundatur, qui possit tum evacuare, tum à ventriculo revellere. ℞. Decoct. mal. viol. mercur. hord. ℔j. syr. ros. solut. ol. amyg. ana ℥iij. salis parùm, vitellum ovi, m. pro clyst. Tertio loco præbeatut leniens,

ita parandum. ℞. Elect. lenit. flor. cass. ana ℥iij. crem. tart. ℥iij. m. f. b. Seguentibus verò quinque diebus præparans hujusmodi. ℞. Julap. acet. ℥iij. Pollin. crem. tart. ℥iij. m. pro syr. & sic pro aliis. Postmodum evacuans hoc pacto. ℞. Elect. lenit. ℥vj. cremor. tart. ℥℔. spec. hieræ simpl. ℥℔. m. f. b. à quibus hora post ebibat aquæ hordeacæ libram. At quoniam, licet biliosus humor adsit, ob visciditatem tamen, pituitosi & crudi permissionem in ipso ventriculo hæreat, ideo ad perfectam ejusdem detersionem & ventriculi abluitionem, aqua turturiana cum vehiculo mellis, & syr. ros. sol. opportunissima fuerit, semel exhibita, quinimo etiam repetita, si viscidæ atque tenaces observatæ fuerint excretiones. Inde repetantur præparantia, serum nempe capr. depur. ad ℔j. vel aqua hordeæ, præmissis ℥iij. julap. acet. Septem autem exactis diebus ita purgentur humores. ℞. Elect. lenit. ℥vj. crem. tart. ℥iij. Pii. de tribus ℥j. m. f. b. quibus hora transacta superbibat seri depur. aut aq. hordeac. ℔i℔, & tribus post horis prandeat.

His peractis ventriculus quodammodo roborandus hac ratione. ℞. Conserv. ros. ℥vj. spec. Diarrhod. Abb. ℥j. tinct. corall. chymicæ gut. x. m. reform. elect. roborat quoque conserv. cydon. tinctur. ros. cum sp. vitriol. extracta. Sicut extrinsecus emplastrum de crusta panis Montagnanæ vel de pulpa cydon. sub cineribus coctorum additis pulveribus ros. sumach. & mastiches, cum aceto reform.

A proprietate juvant acida omnia, unde multi in hanc opinionem devenerunt, quod inappetentia fiat ex succo vitriolato vitriato in ventriculi fundo, & veluti sopito, qui iterum acidis suscitetur, ideo spiritus vitrioli Philop. nunquam satis laudari potest, in exigua aq. menthæ quant. vel vino exhibitus. Extrinsecus verò mirabilis habetur inunctio ex butyro capræ, cum aliquot guttulis olei Caryophyllorum reformata.

His accedat congrua victus ratio, circa quam observandum, quod sicut, *somnus stabilis, rectorum dormitatio.* Unde Gal. ait quod *quos volumus profundè dormire, tantis pervigilare faciamus.* Ita casu nostro, quem volumus esurire non oportet adeò ad cibum capiendum sollicitare. Secundò notandum quod cibus, licet parùm deterior, suavior est concedendus, quæ enim oblectant, addit Gal. avidè expetuntur. Tertio consuetudinem, tempus & ordinem observare oportet. Vitentur autem pinguis, oleosa, cerebrum, medulla Animalium, nauseabundi & ingrati odores, ventriculus namque gratis & bonis odoribus gaudet, & ut ait Avic. *amat aromatizationem.* Acida & acerba appetentiam excitant. Sapa ventrem firmat & appetentiam irritat, sic olivæ muria & aceto conditæ. Aqua quandoque potius loco præferenda, *Edax* ab Hipp. dicta, unde Piscatores & nautæ avidè cibum appetunt. Miva cydoniorum amissam appetentiam restituit, ut notat Gal. corpus exerceatur. Vigiliæ potius quàm somno indulgendum. *Raymund. Jo. Fortis consult. Tom. 1. Cent. 2.*

Astia & omnimodum ciborum fastidium.

Pergratæ mihi fuerunt litteræ tuæ humanissimæ; dextro mihi Mercurio traditæ, hoc ipso gratiores, quod de nato Tibi ex conjugè tua lectissima, propitia *Junone Lucinia* filiolo, lacta mihi annunciarunt evangelia. Eam Tibi cum conjugè lectissima salvom & perpetuum esse velit Deus opt. max. qui Te utrisque benignè beavit. Malè saltem me habet conjugis tuæ, meliori fortuna dignæ, Astia & omnimodum ciborum fastidium, quo non tantùm toto impregnationis tempore, sed & nunc, dum nutricis munere fugitur, imò, pectore ingemiscit, accedentibus in super hyte;

hysteriis symptomatibus admodum molestis. Non Teletet, antequam Virum experta esset, & post contractum quoque matrimonium, quam mira & absurda malacia, à pravis & certo modo corruptis humoribus, in ventriculo ob læsam ejus concoctionem collectis, orta, miserè fuerit emacerata. Recruduit illa, dum utero gerebat, nec dam evicta, cujus genuina quædam soboles est inappetentia. Ordinarium est hoc malum, virginibus chlorosi laborantibus, & gravidis quoque ob menstruum suppressionem, quæ in corpore moram trahentia vitiosam induunt qualitatem, & ad partes superiores regurgitantia non tantum ventriculum & ejus maximè orificium superius, appetentiæ sedem, pravo succo inficiunt, à quo actiones ejus depravantur & appetitus inprimis à naturali statu dejicitur; sed & vaporibus, ab eadem minera exhalantibus, hypochondria distendunt, caput gravant, atque mammillas de quo conqueritur, acrimonia sua vellicant. Hinc certè omnes lacrymæ ac totius fundi calamitas. Inveterato huic malo & quasi in habitum degenerato, bonis avibus eradicando *Æsculapio*, aut potentiore aliquo numine opus erit, maximè cum in mulierum morbis curandis Medicos divino inprimis auxilio indigere, magnus ille & æternum venerandus è Coo senex prudenter affirmet, quod non facile quivis mulierum morbus superetur, præsertim vetustus. Quia tamen naturæ potentia ac virtute atque temperamenti bonitate incurabiles propè morbi interdum vincuntur, velim, ut conjux tua dictum factum non minus de bonæ famæ, quam boni corporis habitus Nutrice, cui filiolum lactandum elocet, diligenter circumspectat. Durus hic quidem sermo, sed sanum consilium. Metuendum enim ne mater cum prole dulcissima, cibo debito destituti fame pereant. Sine cibo vita diu prorogari nequit. Si quidem, ut ellychnium lampadis olei fomento conservatur; Sic genuinus humani corporis calor, humiditas & vires, quæ continua & occulta corporis exhalatione fatiscunt, salubri & debito cibi & potus pabulo conservantur, quo nec assumpto, nec apposito, neque infanti lactando sataget conjux, neque proprias vires reparare & custodire poterit, quibus consumptis ipsum extinguere necesse est. Magna fatetor, sunt incommoda, quæ ab infantum elocatione nutricum incuria sæpè sæpius contingunt, quæ adeo nota sunt, ut veteribus pro verbii occasione præbuerint apud *Aristophanem*, quemadmodum nutrices pascis malè. Sed è duobus malis minus eligendum, & præstat filioli elocationem periclitari, quam matrem cum filio perdere. Tu hæc serio tecum ruminabis, & quod maximè consilium videbitur facies. Laborat præterea conjux tua pertinacissimis viscerum naturalium, Liebis præsertim obstructionibus, ad quas referandas antequam accingamur, ventriculus probè erit ab omni humorum, in eo latitantium, saburra everrendus, ne si malè sit huic coquo, totum amplius trahatur in malignitatis consortium. Hinc mari assimilatur, quasi mala toti corpori communicet, ab eodemque recipiat. Id leni emetico, addo etiam vitriolato, omnium optimè feceris. Quid si hujus remedii vim expertaris si ægram disto audientem habuerim, velim ut vitrioli albi, ex artis lege probè depurati semidrachmam, cum extracto Glycyrrhizæ, vel centaurei minoris in binas pilulas efformatam, jejuno ventriculo devoraret, superhaustio modico seri lactis, cerevisia, more *Anglicano*, segregati, observato debito regimine. Medicamentum hoc tutum est & quod ventriculum non transcendit, cui quoque roborando non parum est accommodatum, antimoniali longè præferendum; Hæc enim non sine magna humorum perturbatione operationem suam perficiunt. Id tanti mecum est momenti, ut repetendum susserim, si votis, quod spero, responderit, & ægra cum *sipela* sustinuerit.

rit. Omne hujusmodi ventriculi eværiculum excipiat alvine sentinæ deturbatio, ut istud Augiæ stabulum exactè, si fieri possit, expurgetur, habito effectuarum virium respectu, de quarum custodia maximè solliciti esse debemus, quum prima indicationum omnium ea sit, quæ de viribus sumitur. In eam rem amara præcipuè, quæ simul abstergendi virtute pollet, usui erunt, atque hinc aloè ventriculo grata & amica dicitur. Præparentur humores oxymelitis, uncii duabus, syrupi de mentha & absynthio uncia cum dimidia, invicem miscendis & decocto hyssopi diluendis bina dosi propinandis & postea purgetur sequentibus pilulis, recipiendo pilularum de Hiera cum agarico, mastichinarum, ana ℥ij. aggregativarum ℥j. alexiphargarum, ℥iij. & cum balsamo Peruviano fiant pilulæ num. 30. quarum capiat quinque pro dosi. Interim corroboretur ventriculus speciebus aromatici rosati saccharo permittis & cum pane albo tosto, vino canarino vel malvatico inebriato, hora una ante singulos pastus devorandis. Extra verò soveatur ventriculus decocto menthæ absinthii rosarum rubrarum & florum camomillæ, nuce moschata, caryophyllis & similibus in vino factis, & imponatur emplastrum sive scutum stomachale ex caranna & tacamahaca in aqua cinnamomi solutis, adjectis speciebus aromatici rosati, cum balsamo Peruviano in emplastri formam redigendis. His adjungenda proba victus ratio quæ neglecta oleum & operam ludet ægra. In ea videntur omnia, quæ ventriculi orificium laxare apta nata sunt, qualia sunt pinguis quæque. Fugienda quoque ingrata & nauseabunda. Usurpentur, quæ vim habent sensum appetitus stimulantis, in quorum censu sunt salsa & acria, modestè assumpta, & in prima potissimum mensa. Cibus ita præparetur, ne multa masticatione opus habeat, alioquin si diu in ore versandus sit ingratus evadet & appetitum pervertit. Vinum ventriculo confert mediocre, modicè austerrum, gustui gratum, non verò generosum, quo vires debiles fieri & ratio & experientia docet. Prodest absynthites. In genere potus & cibus, modestè calefaciendi, siccandi, attrahendi vim habeat, calorque sopitus excitandus exercitio & laboribus, ante pastum ineundis, cum distributionem ciborum promovendo appetitum egregiè excitent, quod in laboribus deditis manifestum est. Singulas diætæ minutias recensere nimis longum foret. Hoc saltem notandum ex *Hippocratis* oraculo, quod qui cibos deterioris notæ appetunt, cibos verò boni succi pertinaciter aversantur his cibum parum deteriorum permittendum esse. Sed hæc sufficientiant. Neq; refert quàm multus; sed quàm apposita & efficacia præscribantur. Ventriculo quodammodo restituito, de viscerum infarctu referendo cogitandum, stadium chalybeatum percurrendo, in quo totius curationis cardo versatur. De quo in posterum. Tu his fruiere in conjugis lectissimæ compendium uberimum, Vale. *Frideric. Lossii consil. 12.*

ANOREXIA & CIBI FASTIDIUM.

Juvenis vitam agens sedentariam, ex obitu fratris morore confectus, queritur de imbecillitate virium sensim subnata, de appetitu prostrato & alimentorum, in specie calidorum & carnosorum, insigni fastidio, suis contra molesta est, & bibat licet, statim tamen repetit; superveniunt fluctuationes in regione stomachi, palatum & lingua glutine quasi obdulta squalent, somnus profundus est, urina tenuis, pallida, alvus naturali officio satisfaciit.

Suprà propositus casus si penitus considerationi sub-

subjicitur, ad affectus ventriculi haud dubiè referendus est. Ut autem in specie huic affectui nomen imponamus, certumque morbum statuamus, ex quo deinceps reliqua symptomata infecta fuerit, juxta definitionem symptomatum, quæ morbum partim sequuntur, partim comitantur, vocamus illum Fastidium seu Anorexiam; quatenus in genere quidem ab omni eduliorum genere videtur abhorretere æger, in specie tamen carnis etiam averfatur. Non quidem me lætet, Fastidium si in genere consideretur, involvere simul inappetentiam cibi & potus, sed quod hic æger siti vexatus fuit, non opinor; eam fuisse excitatam, quatenus appetiverit vehementer, sed quatenus saltem halitus illi ex humorum in ventriculo & intestinis existentium effervescencia vellicaverint faucium supremitates; non enim mirum, linguam squalore viscido faucesque esse oblitas, æstuque laborare corpus, quem insequatur inensa sitis.

Partem itaque primariò affectam statuimus sic merito ventriculum, speciatim officium ejus superius seu stomachum, quia fermentum stomachi malè affectum arbitramur mucosum, & in specie, quatenus suam volatilitatem perdidit, & hebes ac iners redditum fuit: unde omnia ingesta partim in flatu, partim in viscidos succos fuere mutata: ad quod restantur fluctuationes in & circa stomachum subortæ, quæ non solum ingestis, citra digestionem tanquam in bursa vacua contentis, sed etiam excitatis quibusdam flatibus, adscribendæ; Unde ex his, quæ dicta sunt, facile eruitur

Causa hujus fastidii & anorexiæ proxima, est vitium fermenti digestivi iners seu hebes facti, h. e. non sufficienter acido volatilis, & ita non satisfaciens digestionem. Nempè obortum est fermentum digestivum mucosum viscido tenaci, ex impedita digestionem enato: nam quemadmodum vis fermentalis in parte spirituosâ; sustentaculum tamen habet in humore acido-volatili, latitante in stomachi plicis ejusque porulis, unde malè affectis nostris corporis spiritibus simul in deterius ruit humor ille, investiens istos spiritus, quos primariò pro fermento venditamus. Hoc itaque fermento successivè corrupto omnia, quæ ingeruntur, corrumpuntur, acorem, nidorem, visciditates & multas alias inducunt qualitates perverfas, hinc perit omnis appetitus, & alimentorum defectu homo delassatur magis magisque simul spiritus animales afficiuntur, unde non raro in talibus lipothymia, aliique spirituum animalium excitantur affectus. Ostendit hoc & appetitus prostratus, à fermenti inertia maximè dependens; quin imò fastidium carnosorum pingue viscidum, in stomacho oberrans, ordinariò ostendit. Unde & digestionem deficiente tenuis ac pallida urina reddi solet. Saliva verò, quæ non ultimum gerit punctum in restituendo fermento, acris & glutinosa ipsa facta, uti sovet malum in stomacho, ita non diluens fauces, sitis causam præbet. Quibus ita positis, & spirituum animalium debitus vigor & volatilitas deficiunt, unde torpidis his ipsis redditus somnolentia quædam ægro molesta est, & virtutem insolita imbecillitas. Quod verò in hoc patiente urina tenuis & pallida à digestionem vitata orta fuerit, facile probari potest: nimirum ordinariò, ubi digestio vitata, nullaque, uti communiter dicunt, contingit coctio, ibi crudæ tenuesque excernuntur urinae. In testimonium febres adduco, ubi, quamdiu adhuc urina cruda atque tenuis, tamdiu testatur de digestionem ventriculi nondum restituta. Sed præter hanc causam & possumus dicere, quod potus ille multò copiosior propter sitim assumptus non potuerit tamdiu morari in ventriculo ad tracturam urinae suscipiendam, uti fit in potatoribus, qui itidem urinam crudam emittere solent, dum nimium ingurgitant potulenta: & ex

Tom. I.

hoc principio deduco & alvum in hoc patiente suo officio fungentem; ubi enim multum bibitur, vix alvus obstructa esse solet.

Properandum nunc est ad Causam occasionalem seu remotam, quæ (nisi aliæ prægesset esse me latentem) sufficere potest primò vitæ sedentaria, hinc maximopere mœror ex obitu fratris, omnes digestionem impediens, & ita viscidum collectionem occasionem præbens, prædisponente ipsa vitæ sedentaria ægrum ad hunc ipsam affectum. Mœrorem quippe potentem satis esse ad prosternendum omnem appetitum, & hinc inducendos varios morbos, quotidiana loquitur experientia: solus hic interdum causa est, & hominibus non solum interdum sanctatem, sed etiam vitam perdit.

Non omni caret periculo hic affectus: Nam confirmatus ad tabem necessariò disponet ægrum: quid imò periculum est, ne hectica adjuncta eò magis malum exacerbet: aut redeunte appetitu, ipsis crudibus in ventriculo aciescentibus, periculum subest, ne appetantur, quæ non digeruntur, unde cachexia & morborum chronicorum patente fores.

Interim tamen, ubi prudenti utitur Medico, non desperandum de convalescentia.

Unicus hic in Cura hujus affectus respectus ad ventriculum est habendus: nempè viscidus mucus removendus, hinc acidis volatilibus & aromaticis stomachi digestio restituenda.

Ut verò successus optatus sequatur, ex fonte dietetico & pharmaceutico media haurienda. Et quidem in specie quod attinet dietam: ibi ex causis sex non-naturalium rerum primariò suaderenda mœroris sepositio; hinc blandus motus instituendus: unde suaderem conversationem cum amicis plus minus lætis.

Quod si verò ob nimiam lassitudinem æger lecto detineretur, à pharmacia curæ principium sumendum, & ex hac quidem, vomitus ante omnia convenit: blandus idem & cautè provocatus: v. g.

℞. *Si emet.* gr. ij.

Sacch. gr. vj.

M. f. Pulvis: D. S.

Brech-Pulver auf einmal.

Vel in forma liquida:

℞. *Croci metall.* gr. v.

Infund. in f. q. Vini Rhenani.

stent per noctem in digestionem loco calido: manè filtratur per chartam:

Filtraturæ ℥j. D. S. *Brech-Wein.*

Hinc pro stomachi digestionem & appetitu revocando analeptics, & stomachico-aromaticis succurrendum erit;

℞. *∇ Mentb.* ℥j.

Cinnam. ℥b.

Succ. Cydonior. vel Rubi idæi ℥vj.

theriacal. ℥b.

Laud. opiat. ferm. gr. ij.

Syr. de Canell. ℥b. M. D. S.

Magen-stärckend Träncklein.

Vel sufficit haustus vini generosi, vel panis triticeus vino intinctus, sensim sensimque deglutitus. Hinc usurpentur blandè acida volatilia stomacho valdè grata, in specie tartarea, specialissime autem cremor tartari, qui læpius assumatur; est enim acidum resolutivum, non destructivum; item sal ammoniacum, terra foliata tartari: hinc extractum absinthii, calami aromatici, &c. internè assumptum commendarem. Ex quibus & similibus sequentes formulæ præscribendæ:

℞. *Elix. Oli Mynf.* ℥b. D. S.

Magen-stärckend Elixir.

Accipiat 30. gutt. bis in die, manè in vehiculo calido, vespertim in frigido, semper bihorio antè pastum.

H

Vel

Vel \mathcal{R} . Elix. Propriet. vel Elix. stomach.
D. Mich. $\mathfrak{z}\mathfrak{b}$.

Detur & signetur simili modo.

Vel \mathcal{R} . $\textcircled{\text{+}}$ ci depur. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$.
spec. diatrion piper. $\mathfrak{z}\mathfrak{b}$.

M. f. Pulvis. div. in 5. doses æqu.

D. S. Magen-Pulver.

Capiat omni manè unum.

Vel \mathcal{R} . Liqu. Δ -fol. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ $\mathfrak{z}\mathfrak{b}$.

D. S. Magen-Essenz.

Dosis 40. Tropfen bis in die.

Vel in malo magis chronico :

\mathcal{R} . Rad. acori veri $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.

HB. absinth.

mentha aa. M. j.

rad. gentiana $\mathfrak{z}\mathfrak{b}$.

sem. cal. maj. aa. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.

Incisa & contusa includ. nodulo :

D. S. Magen-Püschel.

Infundatur vino, de quo capiat æget omni die bis haustum; addendo omni haustui guttas sex spiritus salis dulcis.

Externè verò scrobiculum cordis juberem illinire oleo destillato calami aromatici, cum oleo nucistæ in balsamum redacto. Nec inconsultum foret sacculum applicare, herbis, floribus & radicibus aromaticis & carminativis repletum.

Vel \mathcal{R} . Crustam panis medullosam :

Immerge vino generoso, vel acidulo, vel Malvatico, adspere pulver. nucis moschatæ, macis & caryophyllorum.

Applicetur tepidè.

Item conducere gargarismata pro abstergendo mucro viscido linguæ & faucium.

Pro siti verò tollenda ordinarem Julebum cum succo cydoniorum, citri & spiritu nitri dulci, addito appropriato syrupo ad gratum saporem redactum, e. g.

\mathcal{R} . Decoct. Citri Myns. $\mathfrak{lb}\mathfrak{j}$.

Tinctur. fl. bellid. $\mathfrak{z}\mathfrak{b}$.

Syr. rubi idai,

scabios. aa. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$. M. D. S.

Alterirender Julep vor den Durst.

\mathcal{R} . Decoct. fol. & rad. acetos. $\mathfrak{lb}\mathfrak{j}$.

succ. ribium.

rubi idai aa. $\mathfrak{z}\mathfrak{b}$.

Tinctur. fl. violar. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.

Syrup. cydon. aromat. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.

M. S. ut antè.

\mathcal{R} . Decoct. fol. & rad. acetos. $\mathfrak{lb}\mathfrak{j}$.

succ. Cydonior. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$.

Tinctura fl. rosar. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.

Syr. acetos. Citri $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.

$\mathfrak{z}\mathfrak{i}$ dile. q. s. M. S. ut supra.

Michael Eismullerus in Collegio Consult.

Observationes.

De Anorexia mirabili.

Honesti & spectabilis, dum viveret, viri Gerhardi Roggen, relicta vidua, præclaris tam animi quam corporis dotibus pollens, sensim sive prægressa aliqua causa externa cibum minus appetere incipiebat, de nullo præterea conquerens fastidio, de nullo tædio, nisi quod nil comedere, nihil quoque bibere posset. Temperamento autem cum calido esset & humido, aqualiculum habebat satis capacem & genas ut venusta erat, rubentes. Rogarunt sæpius cognati, ut opem quæreret medicam. Ipsa verò cum remedia fastidiret, semper contradixit, cum satis commodè haberet, nec ullum sentiret malum: cur ergo, inquit, Medicinam adhiberem? sana sum, & satis

obesâ: nonne quilibet me rideret? sufficit exigente necessitate medicamentorum capistro collum subdere. Continuabat interim, imò in dies augebatur appetitio, ut aliquam viriam jacturam sentire inciperet. Varia interim præparabantur fercula, cum condimentis variis, pisces, carnes, aves, fructus horæi omnis generis, & alia apponebantur, quibus sana sæpius delectabatur, frustra omnia: & quod mirum erat, non fastidiebat cibum vel potum, imò videre eum poterat, & ejus odore non offendebatur sed comedere penitus non poterat, quod nullum sentiret appetitum. Cum persuaderetur, ut juscula saltem, quò corpus sustentaret, ebiberet, impossibile sibi hoc esse, & pejus sese sine dubio habituram, imò rejecturam se ingestum omne regerebat. Durabat affectus per 17. septimanas, in quibus perparum, imò penè nihil biberat, multo minus autem imò vix polonicum grossum valens comederat. Vocor tandem, num ad aliqua possit persuaderi remedia. Cum defectum fermenti causam affectus hujus cognoscerem, illi appropriatis mox succurrere medicinis tentavi. Verumuti à cibo, sic à medicamentis longè major erat aversio. Nil sibi hæc profutura perpetuò dicebat, cum sana esset. Tandem præter spem vehementissimam narium patiebatur hæmorrhagiam, quam cognati nullis artibus sedare poterant. Advocor, venam ad revulsionem faciendam incidi curo, anacolleta fronti applicatur, linteum in acetum rosarum calefactum immersum hepatis regioni adhibetur, lapis hæmatites in substantia & tinctura propinatur, nares fungo (povis dicto) obturantur, sicque sedatâ hæmorrhagiâ exanimis penè ad sese rediit, & ad jusculi usum per vim persuasa est. Recrudescere autem ad levem motum malum, ut rubentes initio genæ & labia pallefcere statim inciperent, quem pallorem ad ultimum vitæ halitum etiam servabant. Redire quidem aliquatenus videbatur appetitus, ita ut juscula, & ovum forbile bibere inciperet; relinquebat autem hæmorrhagia hæc tam gravis cachexiam, hanc excipiebat anasarca, quæ liberalius licet, frustra tamen adhibitis remediis ob exhaustum cum spiritibus calorem, tandem in beatam desinebat a videri. Joann. Schmidii.

Miles quidam chronicâ febre malè multatus, incipiens jam aliquantisper respirare ab accessionibus, supplex à me petiit, ut appetentiam in se planè dejectam revocarem, alioquin intra quadriduum indubiè periturum, ego præscripsi potionem ex $\mathfrak{z}\mathfrak{b}$. diaphœnic. cum absynth. vulgaris & agrimon. decocto. Postea sequentibus veluti cote, appetentiam acui.

\mathcal{L} . Fol. agrimon. absynth. vulg. cent. min. ana m. \mathfrak{b} . F. omnium decoctio: de colat. capiat $\mathfrak{lb}\mathfrak{j}$. cum pauco saccharo, jussi ut novem dies huic decocto indulgeret. Sed post dies quinque rediit ad me, enixè rogans ut caninam appetentiam usu medicamenti nostri excitatam obtunderem, quod præstitimus abstinendo à potione nostra amara, illique consulendo ut butyro & vino generoso uteretur. Plures eodem remedio in talem affectum incidisse testis sum. Petrus Pachecus.

Vir quidam Consularis apud Delphenses, cum inapetentiâ laboraret, ad incitandum appetitum; unâ cum Vergetio Medico Hagbano sequentia præscripsimus.

\mathcal{L} . Syr. de limonib. de acetos. citri $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$. syrup. acetos. simpl. syr. ros. ex multis infus. sacchar. rosac. ana $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$. syrup. menth. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$. m. capiebat omni manè duo cochlearia, pauco vino rhenensi addito, egregiè profuit. Verum post discessum alterius Medici, cum medicamenta abhorreret, macerabam per noctem absynth. Romani comam, & dentis leonis radicem unam atque alteram, paululum contusam, in vino rhenensi; manè vinum expressum propinabam, & dictu mirum vir Septuagenarius veterem mortuum

tuam postea & vivum deiecit, & appetitus miraculi instar, rediit. *Petrus Forestus observat. 8. lib. 18. de stomachi affectibus.*

Juvenis quidam macilentus ob biliosos humores cibum averfabatur; eum hoc modo curavimus. Cum mordaces humores biliosi ventriculum lancinarent, & hic nauseabundus & in vomitum satis proclivis esset, statim jejuno ventriculo emeticum blandum exhibui. Deinde pro levi purgatione propinavi syr. ros. pallid. ℥ij. cum ℥ij. seri lactis; qua potione brevi bene excrevit biliosa. Bilioso humore evacuato, & intemperie ventriculi calidâ syr. acetos. citri & granator. acidor. alterata, imperavi deinde ut persicam in principio pastus assumeret; hæc enim maximè appetentiam incitat, si à causa calida prostrata sit. Syrupus de persicis hunc in modum fit, quo uti possumus in tali casu.

℞. Succo persicor. nondum plenam maturitatem assecutorum ℥iv. decoq. ad dimidii consumptionem: permittantur sæces subdidere: Deinde adjiciantur succi malorum punicatorum ℥vj. sacchar. q. s. simul perfecte coquantur, depurentur, adjectaque sacchari citrini q. s. suaviore odore reddantur: dantur ex hoc syr. ℥ij. manè & vesperi duabus horis ante pastum. Si persica desint, pro illis substitui potest succus pomorum acidorum redolentium. Exterius foras & unguenta adhibui, deinde apposui ceratum santalinum, victu quoque refrigerante utens, & moderato somno, rectè deinde valuit. *Petrus Forestus observ. 7. lib. 18.*

Abstinencia insolita.

Quædam Marta Tæler, nata in Provincia Derbensi, ab ictu sibi in dorsum à molendario inflictio, lecto diu affixa est, unde parùm convaluit; sed post paucos dies iterum recidivam passa, sentit in gula deglutendi difficultatem, & unâ prostratum appetitum, adeo ut à festis Natalitiis mensis Decembris Anno 1667. abstinere desierit ab omni cibo solido, uti & pedetentim ab omnibus liquidis, nisi quod rarissimè paucæ guttæ juris prunorum coctorum, vel aquæ saccharatæ, vel succus unius uvæ passæ instillentur, cum pluma in os. Tredecim menses elapsi sunt ab omnimoda hac abstinentia inchoata. Nihil evacuatur per urinam, alvum, vel os: labra sicca cum pluma prædicta madefiunt. Volæ manûs sæpè madidæ reperiuntur, vultus suis floridus, vox sonora. Abdomen ad ipsam spinam concidit, quæ manu palpatur, non obstantibus musculis & intestinis, jam aridis, mediantibus. Cavitas est insignis à cartilagine ensiformi ad umbilicum. Pars trunci superior valdè emaciatur, sed inferior longè magis: cutis pruriginosa foeditate exasperatur, quare aliquando lacte abluitur. Rarè dormit; sorores aiunt, illam quinque septimanas egisse infomes. Curiosi multi undique confluunt ad illam visendam Medici, Chirurgi, alique, qui integras noctes, per vias huic negotio invigilarunt, ut, si forsan fraus aliqua ab ipsa vel amicis facta fuerit, detegeretur: nullus hic est religionis prætextus, nullus Enthusiasmus. Mense Febuario præterlapso, hanc mirabilis hujus historię rationem accepi, de cujus veritate nullus dubito; utrum virgo adhuc superstit nescio, nihil adhuc de morte ejus auditum. *Henrici Sampsonii.*

Norbergæ virgo quædam, statura corporis gracilis attamen ossium compage robusta temperamenti calidi, sicci, ad iracundiam facilis, à juventute assueta ob conceptum odium ac dissidium sæpissimè aliquot dies inpransa, & sine omni potu, citra virum lapsum permanere. Imò quodam tempore, & in ætate nubili, ob ejusmodi causam, inediam

Tom. I.

atque sitim per dies quindecim sub ædium supremo tecto, loco squalido & tenebricoso latitans, cunctorumque confortium ac alloquium fugiens, tam pertinaciter sustinuerat, absque omni degustatione cujuslibet cibi, & aquæ alteriusve liquoris, ut familiares illam morbos sibi gravissimos ascituram metuerent. Sed illa sextâ decimâ sub nocte, cum cæteri dormiebant, prodiens incepit panis buccellam aquâ fontanâ imbutam tantùm lambere, moxque rursus in latebras suas recessit; die decimâ septimâ iterùm noctu buccellam panis aquâ imprægnatam modò rodebat; decimâ octavâ jusculum tenue tepidum cum pauxillo pane intrito sorbebat, demumque subsequenti tempore alios cibos quoque in minima portione sumebat, zythumque delibabat, usque alimentis ordinariis in dies stomachus probè assuesceret; nec unquam inde sanitatis noxam sentit, ac de more hoc ætatis annum quinquagesimum octavam attingit. *Helvigi.*

Christianus ab Ummerlom, vini mercator, anno 1636. mense Martio valdè nauseabundus erat, & appetitum dejectum jam multis diebus habuerat, ita ut vix quicquam comedens totus debilis evaderet. Quia autem pestis tunc temporis crudeliter grassabatur, ipse se pestilenti labe infectum esse putabat. Verùm non pestis, sed ordinarium suum præservativum, quò contra pestem quotidie ante meridiem nimîa copiâ utebatur, mali causa erat, nempe vinum absinthites. Quapropter hujus vini usum planè prohibui, & dietâ conveniente præscriptâ, corpus leviter expurgavi, ac deinde sequens conditum præscripsi.

℞. Rad. calam. aromat. nucis moschatae, maceis, florum sulphuris, ana ℥iij. cremor. tart. ℥j. cinnamom. elect. ℥j. gariophyllorum ℥ss. pulveriscentur subtilissimè, deinde addantur rad. helenii condit. ℥vj. conserv. anthos ℥ss. zinzib. condit. ℥vj. olei vitrioli gut. xv. syrapi de limonib. q. s. f. conditum.

Hujus conditi manè & vesperi interdum etiam meridie particulam edebat, & vini absinthitæ usum intermittebat. Hinc brevè, cessante pauseâ, rediit appetitus. Ex illo tempore conditum hoc tanti fecit, ut illud postea per aliquot annos multoties à Pharmacopæo confici curaret, ad appetitum & sanitatem (ut aiebat) conservandam. *Isbrand. D. Diemerbroeck. in observ. & curat. Medic.*

Dominus Heer, Nobilis Anglus circiter 30. annorum cum per aliquot dies, præter consuetudinem, crapulæ nimis deditus fuisset, atque hinc ventriculi functiones interturbasset, multasque cruditates in eo collegisset, adeo inappetens evasit, ut spatium septimanarum vix quicquam comedere potuerit; Tandem meo consilio hoc vomitorium assumpsit.

℞. Folior. asar. recent. ℥ij. contundantur & exprimatur succus cum decocti raphani ℥iij. adde expressioni, oxymelitis cum agarico, ℥j. misce, f. haustus.

Hinc enormiter evomuit. Postea radicem helenii conditarum tria quatuorve frusta bis terve de die assumere, dietam calefacientem instituere, à crapulis abstinere, vina generosa quidem sed pauciore quantitate bibere & statim post prandium vel cœnam (quia ventriculus illi admodum humidus erat) frustulum unum aut alterum haledis salitæ crudæ comedere jussi. Atque hoc modo appetitus illi paucis diebus optimè restitutus fuit. *Idem ibidem.*

Vir inter nostros Primarius sexagenario major, apud me conquestus est de tanta inappetentia, quæ per duos annos ultimò elapsos omnem prorsus carniem aut jusculorum ex iis paratorum assumptionem arcuisset. Consului masticationem thei, & usum elixyris cujusdam volatilis amari. Post aliquot septimanas mihi obviavit, dixit, se ex usu præscripto

H 2

meliùs

melius quidem habere, sed quandoquidem non praeflo essent qui quotidie admonerent de assumendis, remedium adhibendorum ut plurimum oblivisci. Cujus oblivionis poenas non diu postea luit, siquidem debilitato ventriculo, illiusque vitio crudis multis aggestis, in hydropem ascitem sensim incidit, quod, post aliquot menses, miserè enectus est.

Vir quidam spectabilis circiter septuagenarius, à pluribus annis summo ciborum fastidio cum laboraret, vitam vino generosiori sustentabat, atque ea propter quandoque Baccho paulò liberalius litabat: languor tamen totius in dies augebatur, & tandem in Arquatam nigrum incidebat, quò brevi extinctus est.

Mulier quaedam quinquagenaria vino nimium dedita, in eam anorexiam incidebat quae per annos propè duos ne quidem carnis unciam, aut jusculorum guttam ipsam haurire sineret; vino itaque unice vivebat, in quo quandoque panis frustulum intingebat. In ea diæta, per annum integrum nutria vitae ordinaria sustinere valuit, & per urbem, quamvis languida, ambulare. Altero verò anno lecto affixa, ultimum diem expectavit, illumque nullis remediis prorogare valuit, quandoquidem ad ea omnia ita nauseabat, ut illorum particulam assumere ipsi pro se impossibile fuerit.

Ex his & innumeris similibus quas afferre possem historiis, abundè patet anorexiae pertinacioris prognosim semper insustam esse, nec ab ea aliud sperandum quam lethalia symptomata, morbosque ut plurimum insanabiles.

Cadaverum Anatomica Inspectiones.

Juvenis robustus cum lauto convivio interfuisset, eadem nocte dolore stomachi correptus fuit, qui ab initio mitis, sed post auctus & vagus factus est: nunc de dolore acutissimo capitis, mox, & in ipso momento, de maximo cruciatu ventriculi, ventris & artuum conquerebatur, cum vomitu omnium ingestorum: quandoque febris adfuit continua, anorexia: vigilia à praedictis doloribus vagis ejulare cogentibus: multa à D. Roscio frustra praescripta, nam post tormenta 18. mensium, tandem anno 1599. obiit.

Inspecto cerebro, in ejus ventriculis ad duas libras aqua limpida inventa; arteriae item & venae membranarum cerebri sanguine crasso & saculento surgebant. In ventriculo orificio superiori, parte anteriore, ubi ramus sextae conjugationis inseritur, ulcus erat magnum ac foetidum, in vacuum ventriculi usque penetrans: caetera in ventre inferiore rectè se habebant: ventriculus praeterea humoribus corruptis, foetidis & atrabilariis refertus erat. *Fabr. Hild. cent. 31. obs. 20.*

Mulier Romana 35. anno per plures annos inappetentiam passa, cum tussi sicca & spirandi difficultate, cum frustra variorum Medicorum auxilia tentasset, moritur: Dissectoque ejus cadavere, ventriculi omnes fibrae nigrae duraeque repertae sunt; Tres verò pulmonum lobi adeò indurati, ut potiùs tophos lapideos quam carnem omnibus videntibus ementirentur: Lien ovi gallinaei magnitudinem non excedebat. *Ex. Sphereri observationibus.*

Filia sexennis post lentam tabem, doloribus hypochondriorum & Inappetentiâ, seu prostrato ciborum desiderio, viribus fracta expiravit. In dissectione cadavere Hepar universam ferè occupabat abdomen, ventriculumque adeò ad inferiora depresserat, ut quasi ab oesophago videretur separatus: Pulmo sinister consumptus Tabi dederat occasionem, Pondere igitur Hepatis incrementis propter impeditam circulationem depressus ventriculus cibos vitae necessarios respuit. *Thom. Bartholinus cent. 4. observ. 71.*

Cum nonnulli paucillam quantitatem cibi assumere possint causam videre visus sum in vigili arcis

Dellavienfis: Hic quidem munus suum obibat; sed aliquot annos conquestus erat de cibi fastidio & vomitu, ut ferè solo potu se sustentare cogereetur, moriebatut tandem.

Aperto cadavere abdomen humore aquoso repletum reperiebamus: Deinde omentum putridum, ut ad tactum statim divelleretur: Praeterea fellis vesiculam secundum quendam ramum ruptam: Quin & corrugatio aderat, seu concretio quasi membranarum scirrhotodes: foramen quoque ventriculi vetus, quemadmodum ex lateribus nigris, crustosis & inveteratis patebat, conspiciebatur; cui & ulcus fistulosum jungebatur: tandem etiam ventriculi capacitas admodum exigua, & vix cum nucis juglandis magnitudine conferenda, occurrebat, quibus sanè factum fuit ut nihil ferè comederit; omnesque cibos ingestos statim rejecerit: quemadmodum saniei ratione exulcere, omentum & vesicula fellis computuerunt; & ob foramen portio potus ad abdomen delata fuit: Miror verò, cum foramen vetus appareret, cur non major aquae copia ibi reperta fuerit? forsitan *venae ventriculi avidae*, cum parùm alimenti assumerent, avidè potum statim luxerant & ad melaeraicas detulerant. *Philip. Salmuth. cent. 1. observ. 43.*

Ulcere ventriculi visus fuit quidam cerevisiae color laborare, & quidem interioris partis: huic non modò ventriculus malè affectus erat, sed omnia viscera inferiora corrupta ac foetidissima: Multo tempore hic pallidus admodum fuerat, & mali in facie coloris: circa digitorum articulos tumores habebat; delectabatur cerevisia forti & medicata: Contigit huic ut ventriculo pure ac crudis humoribus repleto, cibum potumque non solum aversaretur, sed conatus ne transmittere quidem potuerit: Profuit serapium acetosum, cujus uno aut altero cochleari sumpto, mox pituitam crudam, copioso pure permixtam vomuit: quod cum aliquoties deinde faceret, & vomitus tandem non amplius succederet, ad sanitatem se rediisse sibi persuadens, alia remedia admittere recusavit: Supervenit paulò post digiti unius sinistri pedis sphacelus; qui cum arte Chirurgi constitisset, mox dextrum pedem gangraena occupavit, & velociter progrediens, brevi supra talos pervenit: Hoc tempore cum de vitae periculo admoneretur, respondit se nullà corporis parte dolere, neque unquam antea doluisse: Ita absque dolore, paucissimis post diebus, sub initium Julii, è vita migravit, tertio videlicet mense ex quoque vomuisset.

Hujus omnia viscera, quae aperto corpore in conspectum venire, corruptissima fuere, multo potè consistente pure: quorum tantus factor, adeoque gravis ac molestus, ut diutius haerere non fuerit possibile: multò minus singulas partes lastrare: Et tam foetidum corpus necesse fuerit mox sepulturae committere: Videtur hic *interna viscera sensu destituta habuisse*, contra planè quam nonnulli alii, quibus sensu praedita sunt. *Dodonaus Observ. 27.*

Inappetentia ab intestinis Sphacelatis.

Viduus quidam literatus, quadragenario major, melancholicæ, & dum viveret, valetudinarie constitutionis, mens. Februario anni 1670. solito plus conquestus est de Ructibus austeris, Inappetentia & dolore ventriculi, necnon renum & dorsi: Subsequentè dehinc sunt *obstructiones alvi*, noctes inquietæ & saepe insomnes, doloresque obscuri, gravativi circa Hia, itque in sinistro latere supra ventriculum quasi ascendentes: febris apparuit nulla, major tamen nonnunquam sub vesperam quam interdiu,

diu, Lumborum dorsique incalescentia: urinæ pallidiores plerumque & crassiores deprehensæ, cum sedimento copioso, nonnunquam Tartaro rubeo, sæpius albo, mucoso: Pulsus in dies debilior, ab initio tardior, versus interitum celerior; supervenit his omnibus vomitus sanguinis nigricantis, in grumos majores tenacissimos maximam partem concreti, qui cum intra triduum copiosior aliquoties redisset, ægro, exhausto virum thesauro, leipothymias frequentiores, ipsam denique mortem accersivit.

In aperto corporis mortui abdomine atque thorace, sequentia, ad partem affectam, / causasque morbi & mortis imprimis facientia, occurrerunt notatu digna. 1. Pinguedo quidem fat multa sub cute per totum corpus diffusa. 2. Musculi verò abdominis & thoracis excarnes. 3. Cor nihilominus obesum satis, duriusculum, compactum, bene constitutum, sanguine vacuum. 4. Pulmones, quoad colorem quidem à naturali statu parum differentes, flaccidi tamen & exanguis, horumque lobus dexter inferior versus dorsum thoraci annexus. 5. In ventriculo nullus sanguis, tunica bene constituta: 6. Lien justæ figuræ, magnitudinis & coloris. 7. Mesenterium non glandulosum, sed una cum pancreate naturaliter constitutum. 8. Hepar admodum magnum, totum obvolvens ventriculum, admodum pallidum, totum licet sanguine vacuum, ponderans tamen libras med. iij. & uncias viij. 9. Vena portæ versus Hepar sanguine exhausta. 10. Intestina in sinistro latere fuere bene constituta: quæ verò in dextro, livida, nigricantia, sphæcelata, vasaque melsarica in intestina desinentia sanguine nigricante turgida. 11. Intestini coli pars superior in sinistro latere supra ventriculum inflata, qua verò deorsum vergit, incisum, sanguine concreto, feculento, nigerrimo, instar picis, quale vomitu rejecerat æger, admodum repletum. 12. Renes pallidi & flaccidi, inque dextro horum materia multa Tartarea, & circa infundibulum calculus instar fabæ minoris. 13. In sinistro verò major & albicans calculus, pondere serupulorum v. figura & magnitudine cordis avium oblongiore tornata, multæ materiæ seroso lacteæ, quæ una cum plurimis particulis tartareis, instar calcis, per totam renis substantiam dispersa erat, quasi innotans. *Ex observationibus D. Friderici Ortblöii, Medici Uratislaviensis.*

Anorexia à Ventriculi fibræ prorsus laxatis.

Vir quadragenarius post longam Anorexiam in Hydropem Ascitem incidit, quo, nihil proficientibus remediis seledissimis, 28. Junii anno 1682. enectus est. Aperto cadavere sequentia adnotavimus. Omentum prorsus retractum, seque ad umbilicum usque non extendens, illudque ut & imi ventris viscera omnia in aquis contentis ita macerata, ut extus subalbida apparerent, hocque magis aut minus pro varia eorum ipsorum, natura, coloreque naturaliter magis aut minus saturato. Hepar inter alia prorsus album, membrana crassa, scirrhusa, variisque protuberantiis onusta, vesiculis. Vesicula fellis albida, bilem interea complectebatur coloris ad naturalem aliquomodo accedentis. Secundò quod præcipuum fuit, quodque hic ad rem maximè facit ventriculi flatibus turgidis rugositates omnes erant prorsus obliterate, ejusque corpus, seu potius cavitas, multò ultra naturalem statum distendebatur, eò quod fibræ sensim non tantum lavate, sed etiam quasi lacere, visceris capacitatem intra proprios terminos non continuissent, sed illud quotidie magis dilatari visissent: Unde nihil mirum si fermentum appetentiæ naturali excitandæ aptum, in ejus rugis non fuerit elaboratum, proptereaque & anorexia, & à cruditatibus per partem debilitatem aggestis,

Tom. I.

hydrops tandem lethalis, enati sint. De aliis in eo ipso subjecto repertis nihil addo.

APEPSIA.

Vid. *DIGESTIONIS VITIA.*

APHONIA.

Vide quædam de eâ sub Titulo

VOCIS VITIA.

Hic tantum afferemus Præclariss. Meniotii Dissertationem Pathologicam de Aphonia.

UT præternaturales vocis affectiones harumque causæ ritè comprehendantur, quasi ob oculos ponendum est industriæ naturæ in eâ formandâ artificium. Musculi mesopleurii sociâ collectione thoracem vehementer confringendo, fuliginosum aërem systole cordis ejectum, per bronchia pulmonis ad truncum asperæ arteriæ indeque ad ejus caput, laryngem videlicet compellunt, eadem ratione quâ ex uriculari tibiâ à brachio ipsam comprimente, aer extruditur; è laryngis autem rimâ, quam Græci γλωττιδα, Latini fistulæ lingulam nuncupant, aer ille fortiter elisus, sonitum edit; cum propter itineris quod fertur angustiam, sicuti ventus è conceptaculis arctioribus vi quâdam veluti luctando erumpens perstrepat: tum præcipuè ob ejus allisionem ad epiglottidem sibi obviam, quam nempe aer ille exsufflatus percutit. Verùm quia sonus ille sicuti tussientium atque mustitantium inconditus extaret ac informis, solers natura musculos quosdam laryngi præposuit, qui dum ejus rimulam pro libito angustant atque dilatant, explosum aërem variè figurando, ei modulationem adjiciunt; haud secus ac labiis parumper disjunctis, certoque modo configuratis & porrectis harmonicis sibilus editur. Nam si aqua è fonte per siphones eructata, horum formas mutuatur, quantum magis aer à gutture è quo exilit, diversis signabitur figuris, quippe qui aquâ longe tenuior sit, & ad figurationem omnem paratior. Proindeque vox ab Aristotele appositè definita est ἀέρι ἰσχυρωμένῳ καὶ φερόμενῳ, *Aër figuratus ac delatus*: indeque delumpta est vocum distinctio in obtusas & acutas, quæ etsi exiles, puncto tamen acrius tympano, aures ostendunt: hinc etiam fit ut longiore viæ spatio, hebescente aëris in vocem quasi tornati figurâ, seu ut ait Lucretius, *formaturâ*, vox confusè ac indistinctè exaadiatur; similiter ac quadratæ turres, eminèd rotundæ apparent.

Ad naturæ tam affabre voces ex aëre fingentis imitationem, ars ingeniosa, pneumatica Musices instrumenta, ac præ illis fistulas organicas adinvenit: nam follium motor, thoraci exsufflanti; folles pulmonibus; tubuli, bronchiis cannaeque spiritali; ac reliqua machinae structura, mirabili laryngis officio respondent.

Tandem porrò esslatus ille aër è tracheâ arteriâ ad laryngem, ubi jam evasit in vocem, tanquam à cano-ro aucupis uriculo, fertur ad gurgulionem: (quem Galenus ἀλωττιδον vocis appellat, & quò convulsò ἀλωττιδον ἀτάρατον inopinatum sonum reddi scribit Aretæus) moxque ad palati testudinem ceu ad το ἕρμιον aut lyrae cameratum concavum devehitur, in qua sicut etiam intra nasi calamos variâ reflexione resonans, ultimum assequitur vocis complementum. Quamobrem si fornix ἢ ἕρμιον hoc est palati, quam Lucretius *lingua templum* nuncupavit, cavernosa nimium fuerit;

H 3

leu

seu propter ossium corrosionem, ut in his qui Venetis calcitrati tacti sunt; seu propter errorem r̄is & φ̄p̄m̄ ut in φ̄b̄is, vox in oris inanitate quasi in specu obscuratur, & velut in recessu auditur; idque vitii κολοσ̄m̄ vocant: pariterque male liberis narium semitis vox ἀγ̄ḡ profertur atque inoelans: nam polypus, teste Hippocrate, φ̄δ̄ζ̄ζ̄τᾱῑ σ̄ο̄μ̄φ̄ον̄ vocem obscuram promit atque inconcinnam, ac gravedinis vox est μ̄ο̄ζ̄ζ̄ρ̄ῑα minus limpida & indecora: sicut ex adverso non satis aperto ore, major pars vocis per nares insuaviter effunditur, hominesque sunt ἀσ̄φ̄ή̄μοι, Barbari nasitatem appellant.

Apertissime ergo Galenus hæc quinque distinguit, expirationem, exsufflationem simplicem, exsufflationem sonoram, vocem & loquelam: ac expirationem fieri docet ab universis thoracis musculis ipsam contrahentibus; exsufflationem à mesopleuris; exsufflationem cum strepitu à musculis faucium (dum nempe has stringendo viam aëris coarctant, necnon etiam epiglottin ex accidenti deprimunt, in quam aër vi ac impetu pulsus impingit) vocem à musculis gutturis; ac postremò loquelam à lingua.

Ex dictis patet organa φ̄ων̄ῑα, quibus vitiatæ vox obicitur, esse quintuplicia; scilicet materiam vocalem vel exprimere, vel excipere, vel deducere, vel modulari, vel perficere. Partes exprimentes sunt musculi intercostales ἐκ̄φ̄ο̄σ̄ή̄σ̄ᾱῑσ̄; opifices: excipientes, pulmo, nam animalia eò carentia, vocis emittendæ facultate destituantur, ut r̄is observatum est ab Aristotele: deducentes, aspera arteria: modulantes, larynx inis musculis instructus; perficientes denique, columella, palatum & narium tubi.

Author libri de voce & anhelitu Galeno attributi, vocem inter arbitrarias functiones probat esse præstantissimam, quod ex cogitatione, motu animæ nobilissimo, proficiscatur; ac scitè arguteque observat, vocales nervos haud è spinali medullâ quamvis viciniori, sed è cerebro oriundos esse, ut vocis ministerium, mentis domicilio continuum foret. Igitur cum ea sit vocis dignitas, tripertitam hujus læsionem, videlicet abolitionem, imminutionem ac depravationem, ac quantum licebit ingenio perpendamus.

Ᾱφ̄ων̄ια altum est vocis silentium, itaut ne suspiriis quidem locus supersit. Vocis autem defectum hic non agitamus confortio cerebri sive oppressi, ut in apoplexiâ; sive convulsi, ut in epilepsiâ; sive exoluti, ut in moribundis procreatum, proindeque cæterarum operationum animalium ruinâ comitatum, quo sensu καταφ̄ο̄σ̄ή̄σ̄ᾱ mala exprimentur nomine ᾱφ̄ων̄ιας uno notatissimo symptomate, nempe vocis absentia, reliquarum actionum προ̄ᾱρ̄η̄σ̄η̄σ̄ᾱῑσ̄ lapsum complectente: sed de vocis privatione volumus intelligi, haud communem viriutis animalis injuriam, sed instrumentorum quibus vocis actio concredita est, privatam culpam consequente, per quam ægri mentis compotes, sensa animi vel nutu exprimunt, vel literis consignat.

Hujusce igitur ᾱφ̄ων̄ιας causæ sunt multiplices, juxta ordinem seriemque membrorum voci famulantium enarrandæ.

Primò paralysis nervorum dorsaliū musculis intercostalibus insertorum, qui non amplius præstant ᾱφ̄ων̄ιας ἀπ̄ό̄μᾱν̄ε̄σ̄ῑσ̄ ἀπ̄ὸ̄ τ̄ῆ̄σ̄ φ̄ο̄ν̄ῑᾱς, simultaneam plurimū spiritus extra motionem, quomodo apud Galenum poer in dorsi principium prolapsus obmutuit. Sic costis seu fractis seu luxatis vox vincitur, quia musculi interpositi cessant ab officio; iisdemque musculis fauciatis, vox amputatur, partim quod redantur ad motum invalidi, partim quod doloris formidine conquiescant. Addunt plerique per vulnera thoracis, si penetrantia fuerint, aërem, vocis materiam effluere. At aër pectoris vulnere redditus, ille ipse videtur esse qui per vulnus habuerat ingressum, cum per-

severet respirandi necessitas, nec pulmo aërem ore absorbere ac revomere desinat; imò non pauci per fosso thorace fistulam dia gerant, nullo proavis vocis detrimento.

Secundò resolutis nervis cervicalibus vox intermoritur, sed offensâ simul respiratione; hi namque nervi ad septum transversum præsertim deferuntur.

Tertiò vox aboritur interceptâ in partibus materiam vocalem excipientibus ac deducentibus ductuum libertate, vel à vaporibus qui inferne sursum obrepentes comprimunt membra spirabilia; vel ab ingenti ac subitaneo catarrho qui supernè deorsum devolutus ἀσπ̄ᾱν̄τῑπ̄ὸ̄ ἢ ἀνασπ̄ᾱν̄τῑσ̄, φ̄ί̄π̄ε̄ταῑ, ut loquitur Hippocrates. Delunt enim inferiores meatus, quibus pulmo admittas depellit fluxiones, sed per solam asperam arteriam quâ ipsas accipit, easdem datur rejicere.

Quartò vox nulla edi potest, si aër affatim ac violenter è pulmone propulsus, simulam laryngis nimio-pere recludat; quo pectò tussis apud Hippocratem, atque etiam risus, vocem abruptit: το̄ζ̄ᾱρ̄ β̄ί̄ᾱ φ̄ῑδ̄ό̄μ̄ῡο̄, ἀσπ̄ᾱν̄ῑδ̄ῑσ̄μ̄ο̄ inquit Aristoteles in fragmento de audibilibus, id enim quod impetu rapitur, arduum regere atque moderari, ac idcirco tumultuaria, nec certis modis gubernata aëris collisio, vocis loco turbidum ac immodulatum edit fragorem.

Quintò vox perditur ob laryngis angustiam, ut in anginâ: item propter resolutionem nervorum recurrentium laryngis musculis implantatorum, unde quantumvis materia vocis non desideretur, hæc tamen in vocem conformari nequit. Quomodo apud Galenum quidam choeradas extrahendo, læsis his nervis puero induxit mutitatem; alter verò uno duntaxat illorum nervorum violato, semivocalem ægrum reliquit. Quinimo præter aphoniâ paralyticam, quedam est convulsiva à spasmo dictorum nervorum atque musculorum: atque etiam citra ullam resolutionem, convulsionemve, si laryngis musculi aut vulnèrentur, aut exarescant, aut plus æquo madefiant, vox contabescit; quemadmodum quoque à lassitudine eorum phlegmosâ, quam diuturna attulit validâque vociferatio.

Tandem ob nimium sobitumque spirituum excursionem, ut in ἀπ̄ε̄ρ̄χ̄ᾱλ̄ῑσ̄ῑσ̄ καὶ π̄ῑρ̄χ̄ᾱλ̄ῑσ̄ῑσ̄ prægrandi iracundia, ac effuso gaudio, sed magis adhuc propter cumulationem illorum retrocessum in acerbissimâ mælitudine, & gravissimo nec præviso timore, quem Galenus ἐκπ̄ᾱλ̄ῆ̄σ̄ῑσ̄ vocat, immutescimus. Verùm ista vocis ἀπ̄ο̄σ̄η̄σ̄η̄σ̄ fugax est, nec firmiter fixa.

Omittimus tumidi vaporis inopiam ob extinctum fere cordis calorem, modico egentis inspiratu; etenim causa ista simul cum voce, reliqua evertit vitæ munia, hic autem particulares, ut jam præmonuimus, aphoniæ causas scrutamur.

Quibus causis vox intercidit, iisdem minuitur, sed remissioribus, aut si æque intensis, saltem minus extensis, & quæ organa phœatica dextra tantum aut sinistra malè habeant.

Imminutæ vocis tria potissimum constituuntur genera. Primò vox intercisa, sive aphonia intercalaris, per quam instrumenta voci deputata, haud uno velut tenore munus suum absolunt; sed in mediâ quasi viâ cæspitant offendantque, ut in pueris ejulantibus.

Secundò vox cursu quidem inoffenso continua; sed elanguescens, καταλ̄ῡμ̄ή̄σ̄ῑσ̄ [nam fractum dicitur de omni infimo] atque adeo surda ut ferme sit ἀσπ̄ᾱφ̄ῑσ̄, quam idcirco nigram vocitavit Hippocrates, & Avicenna sonitui comparavit duarum laminarum plumbearum simul attritarum, cui candida & argentea adversatur: ita Aristoteles in fragmento de audibilibus voces memorat τυφλ̄ῆ̄σ̄ καὶ κ̄ε̄κ̄ο̄σ̄η̄σ̄ῑσ̄ cæcas ac

ac nubias, item λευκὰ καὶ φασγὰ albas ac subnigras; Et Tranquillus scribit Neronem exiguae & fuscae vocis fuisse. Nec profectò novum est objectorum sensibilem, ac ipsarum quoque sensationum nomenclaturas ab uno sensu ad alium transferri; Plinius siquidem surdum colorem appellavit; & odores, dulces vulgò vocantur; sic apud Horatium *exurdant vina palatum*; & apud Persium *nec spirent cinnama surdum*: notatque Erotianus in onomastico καὶ φασγὰ ἰσθλαμῶν sumi ab Hippocrate pro cæcitate: sicut vice versà Latini scriptores aure cæcum dixerunt pro surdo; ita Dionysius Halicarnassæus voces celebravit molles & duras, læves & asperas, dulces & amaras: proindeque, ut ingenue dicam, injurios mihi videtur in Archigenem Galenus ipsum tam severe arguens, quòd saporum nomina doloribus indiderit, ac dolores austeros, dulces, flosque constituerit. Sed ad rem.

Tertium infirmæ vocis genus catulorum vocalæ simile est, hæcque vox catulina cum claritudine gracilescent: ac videtur juxta Aristotelem posse nominari *περὶ φωνῆς* quasi piliformis, vulgò *un filet de voix*, sicut exilissima cranii fractura *περὶ φωνῆς* dicitur. Quibus imbecillæ vocis speciebus tremebunda addi potest, contremiscentibus vel rigentibus musculis voci devotis, unde *τραπαιζῶντες* frigore quallatorum voces vacillant.

Hippocraticæ de aphoniâ prognoses soporosos affectus præterit; respirationem quoque propter illis dantur in hærendū, quæ nostrum institutum spectant. Instrumentorum dialecticorum ac phoneticorum affectus sunt quasi pro angeli & æneatores ægritudinum cerebro nervisque impendentium; sic apud Hippocratem lingua tremula, delirium; vocisque tarditas epilepsiam vel apoplexiam portendit, ob multas nervorum propagationes loquelæ & voci à cerebro suppeditatas. Aphonia convulsoria fatalis est ad mortem dolore crudelissimam; paralytica verò indolenter affligit. Formidabilior est vocis carentia quæ à nervorum recurrentium, quàm quæ à dorsali in valetudine progignitur: Illi namque sunt furculi sextæ *ὀσφύϊας*, ac idcirco cognatione, affinitate ac necessitudine cerebrum maxime attingunt. Denique major incumbit calamitas ex *ἀφασία*, quàm ex *ἀναψία*; sermo enim plurium organorum numerum, nobilioremque eorundem apparatus postulat, quàm vox; ac ut facilis, ita innocentius vitatur: Quare per morbos, primum *ἀναψία*, deincepsque in ipsorum procurfu *ἀφασία* exurgit; ut videre licet exemplò Pythionis librò tertio Epidemion.

APHONIA.

Vide quæ de hæc in *Bibliotheca Chirurgica*.

APNOEA.

Vid.

RESPIRATIO ABLATA.

APOPLEXIA.

Apoplexia est subita sensuum omnium, tam interiorum, quàm exteriorum, pariterque motus omnis, & functionum animalium, (præter respirationem) privatio, cum universi corporis resolutione & consernatione. Homo etenim hoc morbo oppressus non aliter quàm victima ad aram prostrata, uno quasi ictu percussus concidere solet.

Varia sortita est nomina, nam syderatus, & attonitus morbus, Hippocrati *ἀφασία*, alijs etiam gutta dicta est. Syderatus autem & Attonitus morbus primò vocatur, quia eò affecti æquè subito corruunt ac si ful-

mine forent tacti, aut vehementi ictu ab invisibili manu desuper inflicto, quasi exanimis prosternerentur. *Aphasia* secundò appellatur ab Hippocrate, vel quia ea affectis vox præcipue deficit, vel quia sub vocis privatione cæteras operationes animales laxas intelligit. Gotta tertio ab iis nuncupata est qui in hac ridicula fuere opinione in utroque temporum latere sanguinis guttam dependere, quæ si forte in alterutro decidat hemiplegiam faciat, si verò in utroque, apoplexiam gignat. Ab hac denominatione suam petit signaturam pro libro convallium Crolius, illud enim pro specifico habet in hoc morbo, quòd scilicet ipsius flos quasi gutta inclinatur ac pendeat. Apoplexia tandem dicitur à verbo *ἀπλάττω* quod frequentativum est verbi *πλάττω* ferio, & propterea significat vehementer ferire, quò affectus horrenda gravitas designatur.

Partem in hoc morbo affectam cerebri ventriculos & quartum præcipue dixere quidam, quæ opinio in hodierna anatomica luce stare minimè valet; cum enim jam non ambigatur cerebri ventriculos cloacas esse exonerandas substantiæ cerebri, glandularumque in toto plexu choroide intertextarum foribus destinatas, quis non videat, ut bene adnotat Christianus Langius, eandem esse non posse spirituum & excrementi officinam, eandem culinæ & cloacæ dignitatem, idem regis & vilissimi servi conclave. Nam ut subjungit ille quantum lumenque tandem sit quòd illac excernitur, certum est, quòd etiam parum coeni immundi multum lymphidi collutulet inficitque. Semel verò positò ventriculos cerebri spirituum emporia & promulcondos nullatenus esse, necessariò sequitur morbi in eorundem affectione propriè positi, sedem in hisce cavitatibus non esse exquirendam, sed potius in ipsa cerebri substantia cineritia seu glandulosa spirituum animalium officina genuina, nervisque inde dependentibus.

Ut autem Apoplexiæ causas eruamus necessarium erit ut prius aliquid de spirituum animalium in ea affectorum genesi, ac distributionibus, instrumentisque istis munitis destinatis aliquid præmittamus. Spirituum materia est in ipso sanguine, & in capitis interiora vehitur per arterias cephalicas, vertebrales scilicet & carotidas, quæ in productiones innumeras diremptæ in corpore cerebri cineritio præcipue obliterantur. Jam verò corpus illud cineritium, à colore dictum, nemo hodie ex demonstratione Malpighii nescit esse magnam glandulam de genere conglomeratarum, in cujus glandulis (ea ipsa methodo qua in alijs corporis partibus variæ secretionis ministerio glandularum persciantur) purior atque volatilior sanguinis pars salino sulphurea in spiritum animale eisdemque vehiculum exaltata & elaborata, ulterius seceritatur, atque ab innumeris tubulis corpus cerebri callosum medullamque oblongatam atque spinalem constituentibus, & à glandulis memoratis quasi totidem vasa excretoria dependentibus, per sibi continuatos in totum corpus nervos abundè derivatur. Corpus autem hoc cineritium seu corticale veram esse spirituum conficiendorum officinam ex eo patet quòd vasa sanguinea, eorundem materiam deportantia in ipso omnia propè absumantur, nec alii cuiquam propterea parti cerebri aliud sufficiant, quàm quòd aut ipsi enutriendæ, aut illi in functionibus suis adjuvandæ, necessarium fuerit, sic multum sanguinis in piam & duram præcipue matrem distribuitur, quò scilicet corpus prædictum proximè complectentes, illud blandè foveant suoque calore actuent. Hisce sic positis facile concludemus apoplexiam oborituram, si vel spirituum efformatio per affectum corpus cineritium subito impediatur, vel eorundem distributio per suos canales interceptiatur, vel confusio in eos inducatur. Efformatio impeditur; tum si ipse sanguis multa serositate prægnans in cerebrum irrumpat ipsiusque sub-

stantiam corticalem non tam alloat quam quasi submergat, glandulasque ipsam constituentes ad absolutam turgescerentiam adimpleat, imò mucò facile in viscere frigidiusculo congelabili inferat; Tum si ipsæ glandulæ à pondere incumbente compressæ, aut à sanguine extravasato & in grumos coacto circa ipsas stagnante ita molestantur ut proprii muniti obviscantur; Tum si aura aliqua assentur maligna spirituumque generationi atque motibus tota natura insensita, qualis è venenis quibusdam, cryptisque subterraneis exspirare potest. Distributio intercipientur, si canales, vel à glutinosa sanguinis putrilagine aliisque obstruantur, vel à comprimente & circumcingente corpore arctentur, & constringantur vel in sui continuitate solutionem patiantur, imò ita contorqueantur à vi aliqua sibi facta ut ipsorum cavitatis continuatio non parum alteretur. Hæc omnia facient, tum proprium sanguinis vitium mox memoratum; tum plenitudo vasorum nimia per suppressas evacuationes solitas; tum cohibitas ejusdem refluxus per impeditas jugulares venas, vel à grumo sanguinis, vel à polypo aliquo corpore in ipsis enato, vel à tumore aut laqueo constringente &c. sic enim sanguis in cerebro aggeritur, vasaque sua tenella ad disruptionem usque distendit; tum concussio, delapsus ex sublimi, ictus, vulnusque cerebri profundum; tum abscessus, aliisque tumor in cerebro enatus, atque ad certum augmentum deductus, itaque locatus ut præcipuas glandulas, indeque productos nerveos canaliculos comprimat, sique totam visceris œconomiam interrumpat; tum spirituum animalium refluxus subitus ad propriam originem, à timore vel alia aliqua causa occasionali indactus, qui confusionem & consternationem inibi pariat &c. Queritur hic quomodo cessante per morbum, rationetque illius jam allatas, motu omni voluntario, persistet tamen motus naturalis? Cui quæstioni facile est Willisio respondere, cum enim aliam spirituum motibus spontaneis, aliam eorum qui motibus naturalibus dicantur, originem faciat, illam affici posse hac intacta affirmare potest. Verum quandoquidem de hisce omnibus à Viro Clarissimo asseris non ita constat apud egregios Anatomicos, satius est dicere primò in confusione & cõturbatione spirituum à morbo attonito, aut potius ejusdem causis facta, illos animæ imperio ita subtrahi ut mandata sibi commissa nec exequi valeant, nec aliquid pro unione inter duas hominem constituentes partes continuanda, facere. Secundò & præcipuè, facillimum esse spiritibus eas subingredi vias quæ ab ipsis rudimentis fetus jam eritæ, animali auræ pro puncto saliente movendo, devehendæ assueverunt, sique spiritibus quantumvis depauperatis & conturbatis patulæ redditæ sunt. Quod idem dici nequit de aliis nervis motas scilicet spontanei instrumentis, quando quidem illi nequaquam continuato indefinenter spirituum influxu fuere actuari, sed tantum per intervalla, unde viæ per eos non ita sunt apertæ & liberæ, quin vi aliqua ab anima, ex ejus cum corpore unione impressa, opus sit pro spiritibus in eosdem inducendis.

Signa Apoplexiæ diagnostica ex supra dictis abundè satis patent: Si quis enim subito corruat motu, sensu, ac voce destitutus, sola respiratione eaque difficili & stertorosa, imò quandoque nulla permanente, si memoria laxa suo pondere concidant, non minus quam mortuorum, pulsu inter im in principio satis forti & pleno, aliquando etiam debillissimo, persistente, apoplexiam adesse non erit dubium. Distinguitur autem à Syncope quòd hanc sensus non destituat, pulsus tamen absolute deficiat. Ab epilepsia in qua membra non staccida, sed variis motibus & agitationibus convulsa videntur. A Lethargo in quo & febricitat æger, & oculos subinde excitatus aperit, atque

ad interrogata delirans respondet. A Caro in quo respiratio non est difficilis, ita ut eo affecti tranquillo & quieto somno dormire omnino videantur; imò in quo omnis profusus sensus non intercipitur. A suffocatione uterina, in qua patiens subinde conqueritur, atque interrupta iuspiria ducit &c. Signa Apoplexiam præcedentia pro varietate causarum etiam variant; si enim à sero cerebrum opplente oriatur, præcessit sopor, hebetudo atque ad actiones animales quædam imbecillitas, memoriæ imminutæ atque gravitati capitis & totius corporis adjuncta; Si ab extravasato sanguine, ni illud à vulnere contingat, prægressa fuit ut plurimum dura cephalalgia; Si ex abscessu, febris, lethargus, imò phrenitis præivere; Si à tumore alio, stupiditas, tenebrosa atque vertiginosa affectio, imò gravans capitis dolor, ejus fuere præcursores. Apoplexia à vulnere continuitatem cerebri solvente, ab ictu aut casu partem tum commovente, tum canaliculos nerveos contorquente, à laqueo vasa sanguinem è cerebro referentia constringente, à timore grandi spiritus ut dictum est conturbante, venenis & exhalationibus venenatis aliisque causis externis enata non habet signa sui præcedanea.

Prognosis quod attinet, vix alia quam funesta potest denunciari, cum Apoplexia sit morbus acutissimus & periculosissimus, dicatque Hippocrates experientia fretus fortem apoplexiam impossibile esse solvere, debilem verò non adeò facile. Quid verò affectum hunc validissimum à debili per varios suos gradus distinguat, ex superioribus innotescit. Aserit præterea Hippocrates eos ad vitam non redire quibus spuma circa os apparet, quamvis Galenus nonnullos in vitam reduci, referat quibus spuma circa os apparuit. Sed attendendum ad naturam spumæ credit Etmullerus, alia enim vera est quæ ex imo pectore sensim scaturit, & sursum fertur sensim sensimque augmentata; alia illegitima, (qualis est epilepticorum) ex membranis pituitariis, vel potius glandulis iis infertis atque subjectis, abundè stillans: illa ominosum quid omnino exhibet, hæc verò non item. Non dubitamus à variis respirationis lætæ gradibus, indeque denominata apoplexia, debili, valida, ad validissima, prognosim cum Hippocrate deducere, validissimamque apoplexiam in qua respiratio profusus deficit, deploratam pronunciare, interim cum Willisio credimus sideratos qui mox pulsu & respiratione privantur, & paulò postea infrigidati, animam exhalasse videntur, non statim lecto esse eximendos aut administrationibus Medicis destituendos. Imò quamvis vitæ spes nulla affulerit, nonnulli post tres aut quatuor dies sepulture esse mandandos; quippe tales aut sponte, sicut remedium usu quandoque reviviscunt. Nam etiamsi pulmones à pectore alternatim per musculos suos elevato & compresso sensibilibiter non moveantur, interim tamen à propriis suis fibris tacite agitantur succosque in suis vasis contentos aliquatenus promonent & pellunt, unde etiamsi pulsus non appareat, circulatio tamen quædam intestina permanet. Sic Hirundines, si Autoribus pluribus fides habenda, in fundum maris Baltici se dejicientes, illicque per totum hyemem inhabitantes, nulla sensibili fruuntur respiratione per totum suæ submerisionis tempus, interim succos conservant in venis suis circulationibus quam maxime aptos, siquidem adventante æstate, à solis radiis vires mutantur satis integras, ut ex imo maris volatu suo non tantum auras petere, sed etiam ad remotas regiones transmigrare queant. Eadem est ratio submerisorum de quibus in Ephemeridibus Germanicis fit mentio. Sic & nos aliquando in aquis suffocatos, caloreque, motu, sensu, respiratione & pulsu profusus destitutos, vidimus ad vitam reductos, tum per inversionem corporis, inductamque calorem, tum præcipuè per insufflatum in tracheam

cheam per tubulos aërem, qua ultima methodo canes strangulatos & per horas jam resolutos, non semel exciavimus, facta scilicet in iis laryngotomia, atque per intrusam in tracheam tubulum, insufflato sobriè aëre, quo machina pneumatica vi strangulationis sopita rursus actuaretur, succique omnes animalis per ipsam transecti.

Si evacuationes tumper venæ - sectiones, tum per vomitoria & purgantia validiora peractas, imò si adhibita alia remedia excitatoria levamen aliquod sequatur, spes salutis affulget, sin verò affectus vi omni remediiorum major supra nyctemeri spatium sine remissione persistit, aut in deterius vergit, de ægrotante conclamatum est. Si in difficillima respiratione sudor supervenit lethalis est, oppressionem enim integram, non verò naturalem aliquam atque profuturam secretionem denotat. Si Apoplexia juvenem mediæque ætatis virum temperamenti sanguinei, adoritur, non æquè funesta erit ac si senem, debilem, aut emaciatum aggreditur. Si post primum morbi attoniti insultum bene finitum, ægrotans tamen torpidus magis fiat, imò crebra vertigine afficiatur, signum est recidivam in prociñctu esse; si verò cerebro bene liberato hemiplegia aut paraplegia fiat, vix recurret apoplexiæ paroxysmus. De prognosi apoplexiarum omnium à causis occasionalibus mox memoratis prognatarum facile est pronunciare; de ea tantum quæ ex ebrietate fit adducemus ex Hippocr. Aphor. 5. sect. 5. Si ebrius quispiam derepente obmutescat, convulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut ubi ad horam pervenerit, quæ crapulæ solvuntur vocem recuperet. Notandam autem hic per obmutescentiam five *apoplexiam* Hippocr. apoplexiam designare, quod supra jam vidimus.

Curatio vel est pro paroxysmo præsentem tollendo, vel pro eodem imminente præcavendo. In præsentem paroxysmo, quandoquidem vix satis percipi potest, an à causa invincibili, abscessu scilicet suppurato, vel tumore in cerebro enato &c. originem trahat, festinanter adnitendum ut cerebrum liberetur, spirituumque vigori suo restitutorum viæ expediantur. Itaque primò ut sanguinis in cerebrum impetus ex situ ægri aliquatenus cohibeatur, hic, si satis robustus fuerit, commodè extra lectum in cathedra tenuiter vestitus locabitur; si verò imbecillis lecto imponeatur, sed capite erecto ac ad latus modò unum, modò alterum inclinato. Hisce enemateque acriori injecto, quandoquidem sanguis nimis turgens causam morbificam aut infert, aut augere valet, de ipso sedandò primò cogitandum, eumque in finem in quibusvis ferè apoplecticis necessaria est venæ - sectio; quamvis enim de ea Cornelius Celsus pronunciet lib. 3. Cap. ultimo apoplecticum vel occidere vel liberare, sæpè tantum mortem differre, vitam interim infestare, non minùs eam, etiam larga manu, celebravimus. Postea vesicatorium amplum cervici atque cruribus, cataplasmata attrahentia plantis pedum applicabimus, tempora & nates imò palatum oleis succini, aut castorei sale volatili oleoso nostræ præparationis, item balsamis rutæ, atque apoplecticis variis sed sine moscho ac ambra confectis perungemus; atque in vehementiori malo sal volatile viperarum, aut sanguinis humani, probè pulveratum per nates in os ipsum parè insillabimus. Vomitorium interim parabimus, illudque in minima dosi, quò scilicet faciliùs hauriatur; huic intentioni adhibebimus vel extractum Glauberi emeticum ad ʒj aut ʒij. vel solutionem tartari emetici adjecta, dosi extracti panchymagogi in spiritu vini soluta, & pauco sale volatili viperarum. Vel si largiorem haustum ebibere æger valeat, decoctionem purgantem validam conficiemus illique cum speciebus benedictæ laxativa, syrupoque rhamni cathartici &c. adjungemus vel vinum

stibiatum vel oxysacchar. Salæ &c. Si ab ejusmodi remedio nec evomat, nec alvum dejiciat æger, clysterem acriorem iterabimus, atque si opus fuerit suppositorium etiam in anum intrudemus, quo scilicet intestinum crassum aliàs sopitum, excitemus, seque citius exoneret faciamus. Frictiones totius corporis & præcipuè ejus extremitatum dolorificas, cum succussionibus etiam moderatis interponemus, salia volatilia naribus continuo admovebimus, eaque frequenter in spiritu ceraforum nigrorum, lilior. convallitum, aquis apoplecticis & epilepticis compositis soluta, haurienda exhibebimus. Si verò malum non minùs interim perseveret jugulares venas aperiemus, toti capiti raso vesicatorium imponemus, sternutatoria valida ex florib. lilior. convall. cyclamine, asafuro, elleboro albo, imò ipso etiam euphorbio parata in nares insillabimus, cauterium actuale nuchæ inuremus, cucurbitulas scarificatas scapulis, continuòque etiam femoribus & tibis, applicabimus, aliæque etiam supra memorata repetemus. Hirudines temporibus, vel pone aures, vel in ipso naso, admovebimus, nec præsidia priùs intermitteremus, quàm à paroxysmo liberatio, aut ab eodem mors advenerit.

Curam prophylacticam quod spectat, ea respicit tum eos qui insultibus apoplecticis fuerint tentati; tum eos qui in hos proclives videntur, qui scilicet à parentibus apoplecticis sunt procreati aut vertigini, incubo ac hypothimæ frequenti obnoxii vivunt, quorumque caput amplum sustinetur à collo toroso &c. Hæc autem cura remedia nec ita valida, nec tam multa expectit, sufficiat igitur vere & autumnò catharsim atque phlebotomiam, imò quandoque vomitionem semel instituere, decoctaque subinde, pulveres, electuaria, atque aquas stillatitias ex antiapoplecticis parata, assumere, adjecto salium volatilium usu frequenti tanquam antiapoplecticorum omnium veræ basis. Fontanellæ, si corpus sero multo turgeat, vel inter homoplasas, vel in brachio atque crure, cruciatim excaventur, non neglectis interim, variis anni temporibus, pilulis usualibus, tum ex massa de succino Cratonis adjecto oleo succini, ejusque sale volatili verè urinoso, tum ex aliis id genus, noctu hora somni, sub ipsum lecti ingressum vorandis. Imprimis verò exquisita victus ratio instituat, erroresque omnes in rebus non naturalibus vitentur. Remediorum antiapoplecticorum tam simplicium quàm compositorum, è quorum sylva seligi potest quò parentur variæ formæ medicamenta, catalogus potest videri, tum in Schreöderi Pharmacopœa illustrata & aucta, seu potius indice morborum atque remediiorum ipsi adjecto, tum alibi passim; quapropter non est quod de iis hic ulterius agamus.

Huic nostræ de APOPLEXIA explanationi, adjungemus illa quæ habet Clarissimus Bellini, super eòdem Morbò, ordine Geometricò scripta, in suò de *Morbis Capitis* Tractatù.

Apoplexiæ Antecedentiæ.

Apoplexiam hæc antecedunt, cerebri humiditas, in somnum facilitas, difficultas ad motum præcipuè à quadragesimo in sexagesimum annum, repletio, & compressio à vaporibus aliqua ex parte corporis venientibus, vertigines diuturnæ, stupores, tremores præcipuè capitis, incubus continuè incidens per noctem, dolor capitis subitus, atque acutus, venæ jugulares turgidæ, oculis modo tenebræ, modò splendores obversantes, eorumque

que, & faciei rubor, vel faciei pallor cum oculis humidis, naribus, & palato, vel excrementorum ex ista tibus fluentium interceptio, colli tumor, extremum refrigeratio sine ratione, palpitation, fridor denarium in somno, urina velut æruginosa, atra, modica, subsidentia crassa quasi farina cum multa spuma tenaci.

Coniuncta.

Cum apoplexia iam iam corripiente hæc coniunguntur. Vox eorum similis, qui strangulantur, vel sonus quidam altior, & gravior, & protrahitur quasi mugitus: mox subitus gravi mole corporis collapsus, decubitus qualis dormientium, nullus motus præter respirationem, & cordis, adeoque etiam pulsus. Respiratio, & pulsus aliquando tam parvi, ut æger mortuo similis videatur etiam ad tres dies. Cæterùm respiratio plus minus debilis, & semper cum stertore coniuncta, & stertor eo altior, quo respiratio magis coactè, seu majori nisu pectoris quanquam debiliter exercetur: hæc eadem respiratio modò ordinata est, modò nullum ordinem servat, intermittens, rarior, frequentior, major minor, Pulsus similiter in debili respiratione non ita multum à naturali statu recedit; quo autem debili, & difficiliore respiratione, eo pulsus languidior, rarior, minor, tardior, inæqualis. Hujus conditionis apoplexiam nuncupant fortem, ubi autem minus debilis, faciliore contingit respiratio, debilis nuncupatur. In utraque nullius sensus indicium sive externi, sive interni, neque excitantur, nisi vis adhibeatur major, aut minor pro diversis morbi fortitudine, quæ si summa fuerit, violentia quælibet frustra est. Spuma etiam circa os aliquandò contingit, sed illud rariss, multoque rariss spuma per nares redditur. Similiter aliquandò febris, & hæc vel sub initium morbi, vel eo iam protrahito, eademque vel remissior, vel intensior, vel essentialis, vel symptomatica. Insuper ephedris, seu tenuis, ac paucus sudor aliquandò additur, aliquando etiam phærentis. Postremò apoplectici in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit, quæ tamen etiam est perniciofa, si in apoplexia, quæ repente ex solutorio modo contingunt, morbo iam longè protrahito succedat, ut Hippocrates in Coacis.

Succedentia.

Qui ex Apoplexia restituntur in paralyfim plerunque abeunt.

Quoniam ut sentiamus, oportet, liquidum in nervorum fluere, ac resuere undarum per nervos omnes, præcipuè autem cerebrum, & spinalem medullam, & in altero eorum motuum nervi insectantur extrorsum, seu sicut naturali amplitudine majores, in altero minores; quoties igitur adierit facultas aliqua circa cerebrum, quæ motum illum extrorsum prohibeat, prohibebitur etiam sensus. Hujusmodi autem facultas vel contingit solum nervorum superficiem absque eo, quòd in ipsos nitatur, adeoque eosdem sstere permittit in naturali amplitudine, & solum prohibet, ne dilatentur ulterius, vel ipsos urget interius, & in amplitudinem naturali minorem cogit. Contingat primò solum, ita ut nervorum amplitudo naturalis perseveret, quoniam hujusmodi facultas non comprimit nervos, eorumque glandulas; igitur neque generationem liquidum prohibebit, neque fluxum quantitatis naturalis per eosdem ad usque musculos, sed ejusmodi quantitas detinet totum animal in motu tonico; igitur per ejusmodi facultatem contingentem solum nervos Animal in motum evadere poterit, & si quidem statim ac illa facultas operari incipit, aliqua corporis pars ita posita invenitur, ut stare, & conservari in æquilibrio rectæ positionis non possit,

nisi refluxus aliquis liquidum per nervos opem ferat, subito collabatur corpus oportebit. Si verò facultas illa nervos constringat, tum hoc ipsum multò magis necessariò continget. Quoniam enim facultas constringit nervos, & eorum glandulas; constringet igitur etiam canaliculos arteriarum, per quos intra glandulas derivatur materia spirituum, adeoque minor sanguinis copia ducetur in glandulas, & minor liquidum copia generabitur, & minor ejus quantitas per nervos intra musculos fluere, quæ si ne quidem motui tonico producendo sufficiat, muscoli destituentur vi detinendi ossa in apta positione, & se ipsos vindicandi à vi gravitatis propriæ deorsum nitentis, quare totum corpus subito collabatur. Quoniam verò vis ejusmodi facultatis comprimentis esse potest diversorum graduum; dabitur igitur aliqua, quæ musculus minimas resistentias naturaliter movendis necessarium; alia autem, quæ necessarium illum influxum minuet quidem, non tamen ita, ut iidem musculi aliquantulum se contrahere licet debiliter, & coactè non possint, unde etiam partes minimè resistentes, quæ ab iis musculis movendæ supponuntur, ab iisdem musculis dimoveri poterunt, licet debiliter, & cum nisu, & lento motu: hujusmodi autem musculi dicati motibus partium minimè resistentium sunt ferè omnes contrahente destituti, quorùm præcipuè sunt musculi pectoris, & cor; posita igitur ejusmodi facultate comprimente cor, & pectus debiliter plus minus, & plus minus coactè movebuntur, prout facultas comprimens constringendo facit, ut in musculos cordis, & pectoris influat quantitas liquidum diversa à quantitate liquidum naturaliter influentis: per motum autem musculorum pectoris debiles, aut validos, liberos, aut coactos sit respiratio plus minus debilis, & valida, expedita, aut coacta; per compressionem igitur expositam hæc diversitate in respiratione continget, & si quidem compressio omnem influxum spirituum prohibeat, tollitur planè respiratio, & nisi auferatur causa comprimens, tandiù absq; respiratio vivere poterit animal, quamdiù absq; motu sanguinis durare potest, quod certò statuere non possumus quantè sit temporis. Supponantur autem musculi pectoris debiliter contrahi; cavitas igitur pectoris parum dilatabitur, & parum aeris in pulmones irruet, unde parum extendentur: interim verò sanguis in pulmones parum extensus à corde truditur; igitur in expiratione idem sanguis è canaliculis capillaribus pulmonum extrudi non poterit, & propterea intra eosdem subsistet, unde etiam animal non sentiente ij motus excitabuntur in pectore, quibus excitandis assuevit idem Animal, quoties extensio pulmonibus addenda est, & impetus contento aeri assuevit autem stertori, motui scilicet excitabili etiam in somno, tempore nempe, quo non sentimus, & stertor per tremulum pinnarum motum in inspiratione majorem aeris copiam, & majori cum impetu per nares in pulmonem impellit (ut in propositione 16. secundæ partis nostræ respirationis ostendimus); tam igitur animal stertet. Facile autem patet ex his, non dissimilia in corde debere contingere; si etenim compressio talis fuerit, ut omnem influxum liquidum per nervos impediatur, non pulsabit, & tandiù vivet Animal, quamdiù poterit. Si verò impediatur solum ex parte, liquidum excidet in villos cordis in minori quantitate, unde debiliore contractio ejus, & extrusio sanguinis minori cum impetu, unde pulsus debilis, & quia idem liquidum excidet etiam per intervalla majora, fiet pulsus debilis, & simul rarus. Quia verò per debilitatem respirationis sanguis subsistet in pulmonibus, & partim etiam detinetur ad cerebrum à facultate constringente, & proinde prohibente refluxum ex arteriis in venas; igitur in sinistram
finem

finum cordis derivabitur quantitas sanguinis naturali minor, adeoque etiam minor trudeatur in arterias, unde pulsus minor. Denique tam respiratio, quam pulsus, aut motus cordis erit æqualis, aut inæqualis, intermittens, aut quomodolibet varia, prout causa comprimens persistet semper in eadem parte cerebri ejusdem, aut diversi roboris, quod cum determinari non possit propter innumeros modos, quibus illa modò minui, modò augeri, modò cessare, modò recurrere potest, satis erit id in genere proposuisse. Vox strangulorum similis, quo tempore inflat apoplexiæ paroxysmus, à pluribus causis pendere potest, de quibus inferius, sed quia etiam produci potest ab aliqua hætenus expositarum, ipsam hic addimus. Quoniam vox acutè subtrauca à strangulatus emittitur, & fit per fistulam, & per fistulam ejusmodi vox fieri non potest, nisi aut ejus amplitudo constringatur, aut major sit impetus, quo aer illam subiens, aut egrediens eliditur; igitur nisi in apoplexiæ paroxysmo supponatur aliquid fistulam pulmonariam infarciens, atque ita ejus amplitudinem minuens, vox acutè subtrauca haberi non poterit, nisi per incrementum impetus, quo ducitur, vel redditur vocalis aer. Facile autem quisque observare poterit acutè subtraucum quiddam nos sonare faucibus, quoties sobitò, & majori cum nisu expirare, aut inspirare nitimur, quod si validius adhuc prællare moliamur in inspiratione, succedet stertor, nempe motus narium tremulus cum sonitu per easdem partes, & fauces, & proinde haufus aeris copiosioris; est igitur illud acutè subtraucum sonans è faucibus veluti parvus stertor, vel stertoris initium, eritque proinde ejusdem usus, ac necessitatis, quanquam minoris, quam stertor. Quoniam igitur jam iam inflata apoplexiæ incursum musculi debilius contrahuntur, subsistet in pectore sanguis, unde copiosiori aere opus erit, quem hauriemus excitando eos motus, quos excitare vigilantes assuevimus, quoties copiosiora aerem ducere non possumus per motum pectoris, qui motus sunt illi, quibus acutè subtraucum ad fauces sonamus, motus nempe stertoris, & vocis strangulorum similis. Ab hac eadem necessitate trudendi sanguinem subsistentem in pulmonibus sub primum morbi initium pendet sonus gravior, & protractus quasi mugitus, protractio enim illa, & gravitas certum signum est, sonum ejusmodi esse veluti suspirium intensius, seu per majorem copiam respirati aeris factum, majorem autem copiam aeris inspirabit mox apoplexia corripendus, ut sanguinem subsistentem in pulmonibus exprimat, non secus, ac suspirantes solemus, ut à nobis alibi ostenditur. Patet igitur ex his omnibus, provenire debere Apoplexiam à quacunque causa ita premente cerebrum, ut per constrictionem ab ipsa proveniente impediantur undæ nervorum, quibus sentimus, & naturalis fluxus liquidus per nervos in musculos. Sive igitur comprimens illud sit liquidum, sive durum, calidum, aut frigidum in vasis, aut extra vasa, cujuscunque demum generis, & qualitatis, producet semper apoplexiam, sicut etiam sive sit in ventriculis cerebri, sive in ipso ejus corpore, aut superficie, dummodò talis sit compressionis, quæ expositas naturales affectiones impediatur. Itaque primò si vasa piam matrem intextentia nimis infarciantur, ita ut extendantur ad spatium naturali majus, unde totum cerebrum premant validius, exposita omnia contingunt, sive infarciantur naturali sanguine, sive humoribus excrementitiis cujuscunque generis. Idem continget, si non universa pia mater, sed ipsius portio, quæ intexitur truncis omnium nervorum ad foramen magnum occipitis, similiter infarciatur; truncus enim ille nimis compressus prohibebit, ne fluxus, & refluxus ad cerebrum pertingant, sed eos subsistere coget ad locum compressionis, & deri-

vare liquidi naturalem copiam à cerebro in musculos non sinet, cum ad eam partem, quæ compressa supponitur, nervi fere omnes colligantur. Idem continget, si vas aliquod majus arteriosum majori aneurismate extendatur intra cranium; comprimere enim poterit tumor molem universam cerebri, & eadem subsequenter. Similiter eadem continget, si intra cranium vas sanguineum rumpatur, aut ita dilatur, ut sanguis excidere possit aut circa cerebrum, aut circa ventriculos; succedet n. eadem compressio. Quin humor omnis, qui præter naturam colligi possit extra vasa, pituitosus, liquidus, vel coagulatus, vel cujuscunque generis, dummodò premit, eadem prodigia nullo negotio producet in corpore, sicut etià quicquid intra cranium præter naturam in majusculam molem sive liquidam, sive solidam cumulat, ut sunt lapides, ossa, cartilagine, tumores œdematosi, scyrrhi, albumen coagulatum, pili, & si quæ sunt alia monstra, quæ nimis frequenter in qualibet parte corporis ad irreparabile hominum exitum generantur. Longum esset ex sua necessitate deducere affectiones singulas, quæ hominibus accidunt per apoplexias à singulis expositis diversis causis comprimentibus provenientes. Nos unum, aut alterum genus exponemus, quæ erunt ad instar omnium, & ex iis patebit necessitas earum rerum, quæ pie unque apoplexiam antecedere communiter assent, & nos superius recensuimus. Primò autem difficultas motus à qualibet causa comprimente proveniet, ut patet ex superioribus; sed eo major erit repugnantia, & fastidium, si vasa infarta sint humoribus frigidis, atque humidis plus minus tenacibus; cum enim vasa sanguinis infarta supponantur, ejusmodi humores maxime abundabunt, seu erit corpus cacoehymum, unde generabuntur spiritus minus vividi, & minus mobiles, adeoque minorem vim exerent. Insuper etiam membranæ musculos constituentes materia minus valida rescientur, cum aluntur, e unque propterea laxiores, & facilius cedentes, hoc est, contractionibus validis concipiendis minus idoneæ, unde ægrius, & difficilius in motum venire poterit Animal. Stupor etiam, ac tremor à quocunque comprimente produci potest; quicquid enim prohibet vel solum undas per cerebrum, vel undas simul cum influxu liquidus per nervos in musculos, faciet stupidum cum motu musculorum, vel stupidum sine motu. Quia verò humores pituitosi generant spiritus minus vividè exilientes, & concipiendis undarum motibus minus aptos, & quando vasa infarta ijs humoribus supponuntur, iidem humores in corpore abundant oportet; necessarium igitur erit, ut vasis refertis frigidis humoribus stupor succedat. Uterius stupor eo facilius continget, quod nervi iisdem humoribus humidis aluntur, unde magis flaccidi, seu minus rigidi, ac tensi evadunt, ex quo rursus ad concipiendos undarum motus facilitas minor, seu stuporis necessitas. Tremor verò præcipue capitis à pondere facultatis comprimentis provenire poterit, cui sustinendo cum inassuetum sit Animal, musculos rectores capitis modo contrahit, quantum opus est ad rectè sustinendum caput cum adjecto novo pondere facultatis comprimentis, mox verò, ac si esset in naturali statu, restitui se musculis permittet, unde caput cum adjecto pondere liberum à facultate musculorum retinente deorsum per gravitatem agitur, quo sentiens Animal statim rursus musculos rectores contrahit, quos deinde rursus restitui permittit, ut intelligat, caput ne rursus dilabatur, & hos motus alternè repetit, quousque interim corripit toto impetu Apoplexia. Motus autem alternus frequentis contractionis, & restitutionis in musculis facit illum motum in affixis partibus, quem tremorem appellamus; patet igitur unde tremor præcipue capitis. Tremor autem

tem reliquam partium etiam cordis incertus, & vagus, seu palpatione, vel ejusdem partis major, minor, intermitteas, inæqualis provenit à loco, quem mutat causa comprimens incremento, vel decremento, & hujusmodi aliis, quæ facillè innotescunt. A quacunque etiam causa comprimente pendere potest dolor capitis; neque enim compressio fieri potest absq; aliqua partium, sive continui compressi divisione, ex qua divisione confurgit dolor: acutus tamen dolor à calida potius, quàm frigida causa proveniet propter impetum, quo calor movetur, ac ferit, dividitque villos; sed etiam à frigida, dummodo sit frigidum aliquod subito, & vivido impetu invadens. Tumor colli, & jugularium abundantiam similiter humorum manifestè demonstrat, & si quidem venæ colore sanguineo se se obiciant, indicatur abundantia sanguinis naturalis, qui in venis subsistit, neque in auriculam cordis exonerari, quantum copia postulare, potest, unde venæ intumescunt supra naturalem amplitudinem, & sanguis coloris est saturi, cum non sit admixtus aliis humoribus ipsius colorem diluentibus; & quia innumerae venulae per collum seruntur, neque intumescere possunt singulae, quin extorsum urgeant partes colli singulas, quibus accumbunt, universa colli moles extorsum ab ijs per ambitum urgeatur oportet, seu ut collum totum intumescat; si verò venæ sint quidem tumidae, sed coloris dilutionis, admixtum erit sanguini plurimum humoris perspicui, cujusmodi pituita, & pituitam participantia, critque infartus vasorum per humores frigidos, & huic venarum coloris conjunctus erit tumor colli coloris diluto pallidi eadem de causa. Idem intelligendum est, ut facillè patet, de colore faciei, oculorum, & aliarum omnium partium. Tenebrae, vel splendores obversantes oculis similiter à pressione qualibet; quicquid enim prohibet, ne intra nervos opticos fluat, ac resuat liquidum per undas, faciet, ut Animal licet sit diductis palpebris, & certò vigilet, nihil nomen videat, seu tenebras suis obversari oculis asserat. Si verò hujusmodi pressio aliquandò talis sit, ut movere possit speciem alicujus rei splendentis, tunc splendores suis obversari oculis affirmabit: cum verò excitatio specierum splendida representantium fieri facillè possit per corpora majoris impetus, verosimilius erit, cum splendores obversantur oculis, imminere apoplexiam ex copia sanguinis, quanquam eadem species excitari etiam possunt per partes frigidas, dummodo toto, ac valido impetu incurrant in speciem rei lucentis. Dentium stridor in somno nihil differt à tremore, vel palpitatione; neque enim aliud est stridor dentium, quàm sonus ab allisu mutuo oppositorum dentium proveniens; allidi autem non possunt dentes oppositarum maxillarum, nisi muscoli ipsas moventes subito, ac validè contrahantur. Apoplexiæ autem ex abundantia frigidorum humorum circa cerebrum subsistentium mox invasuræ erit urina æruginosa, atra, modica, subsidentia farinacea cum multa spuma tenaci; color enim æruginosus, ater, & parva quantitas proveniunt à quantitate liquidi minori, quàm quæ naturaliter contineri in urina deberet: quare illa liquidi portio intra corpus subsistat alicubi oportet, & cum cætera apoplexiam portendant, subsistet ad cerebrum. Sedimentum similiter farinaceum ab humorum crassitie, sicut spuma tenax, unde periculum majus fortioris apoplexiæ propter frigidorum humorum crassitiem, vel non ita magnum, si indicent illæ urinæ, partes aquosiores liquidi detineri ad cerebrum, & expurgari crassiores, viscidioresque per urinam. Ab eadem causa invasuram apoplexiam portendet extremorum refrigeratio sine ratione, perductis scilicet ad summum corpus, & per aliquod spatium ibidem subsistentibus partibus frigidis pituitæ nullo temporis ordine, prout movetur, vel

in tanta quantitate colligitur, quæ frigus possit producere. Sicut etiam sive supprimantur excrementa narium, palati, oculorum &c. sive eadem partes plus æquo stillent, aut in majori copia expurgent, abundantia eorundem humorum indicabitur, qui si intra corpus detineantur, suppressis eorum expurgationibus fortior apoplexia ingruet. Neque minoris indicii apoplexiæ à frigidis erit Incubus continuè incidens per noctem, dummodo ad productionem ejus nihil conferat assuetudo, quam comparaverit aliquis cogitandi terrificum aliquid, quo respiratio supprimatur, & pressio corporis, aut nifus musculorum etiam in somnis fiat, qualis in vigilantibus pondere aliquo pressis; nifus enim ille irritus indicat parvam copiam spirituum, adeòque frigiditatem, & crassitiem humorum. Sed de his clariùs, cum incubum exponemus. Hanc ipsam arguit cerebri naturalis humiditas, quæ generationem, & cumulationem humorum humidiorum promovet: hanc ipsam in somnum facillitas; in somno enim spiritus humidiores, & crassiores sunt, & minùs apti concipiendis undis, sicut etiam laxiores, flaccidioresque nervi, & proinde iisdem motibus obeundis minus idonei, seu inepti sensibus: quæ omnia eo erunt certiora, si ætas sit senilis, anni tempus, hyems, regio Septentrionalis, vel quælibet alia frigida, & humida, & reliqua hujusmodi, ut patet. Vertigines nullam determinatam compressionem indicant; quæcunque enim illa sit, dummodo mobilis, & violenta, & per partes tam minimas, atque tam validi motus, ut species quælibet etiam non nisi per motus vividissimos excitabiles dimovere loco possit, vertiginem excitabit, ut clariùs etiam, cum de vertigine, Denique etiam vapores cujuscunque generis à quacunque parte corporis elati apoplexiam posse portendere, dummodo comprimant, ex hætenus expositis manifestè patet, de quibus tamen non sumus ita solliciti, cum jaudent illi quidem satis fidenter, atque communiter, sed nulla ratione demonstrantur. Affectiones contrariæ ijs, quas exposuimus, antecedere apoplexiam ab infartu, vel abundantia humorum frigidorum etiam extra vasa, antecedunt apoplexiam à calidis; cum autem hæc sint summa apoplexiarum genera, facillè ex his patet necessitas, & dignotio aliarum causarum observando, quid antecedentium, quid conjunctorum adsit, aut absit, vel quid ab ijs diversum. Patet igitur ex hætenus expositis, à quælibet causa cerebrum ita comprimatur, ut fluxus, & refluxus per undas prohibeantur, nullum sensus indicium ab apoplectico dari posse, cum omnis operatio sensum indicans ab ejusmodi motibus per undas pendeat, atque insuper ut sensus aliquis in apoplectico per externum objectum moveatur, oportere, ut ejusdem externi objecti vis sit tanti impetus, qui undas possit producere, quarum momentum majus sit momento compressionis: tunc enim flecti extorsum poterunt nervi, atque introrsum resitui, seu illos obire motus, qui sentiendo necessarii sunt. Cum igitur vis compressionis incerti sit gradus, & esse possit cujuscunque validitatis, dari poterunt apoplexiæ, in quibus patiens majori, aut minori stimulorum vi ad sensum redigatur: aliæ autem, in quibus nempe erit vis compressionis insuperabilis, eludent omnem violentiam, qua annitatur apoplecticum ad sensum revocare. Patet insuper ex circuitu sanguinis, atque ex huc usque declaratis in apoplexia per compressionem ex plethora, vel cacochymia in vasis, fieri non posse, quin vasa etiam universi corporis eodem humore infarta non sint, ex quo necessario sequetur facillior in apoplexiam, & quidem graviolem lapsus. Sive etenim sanguis, sive alius humor vasa infarciat, villi musculorum non secus, ac de cerebro dictum est, nimis comprimantur, unde eorum sinuli, in quos derivati debent liquida motum produ-

producentia, angustiores fient, & aut nullam, aut naturali minorem quantitatem eorundem liquidorum motum producentium admittent, unde vis musculorum minor, aut nulla, & proinde motus difficilis, aut ablati. Similiter cum nervis plurimis præcipue ad ipsorum caudices advolvatur rete ex vasis sanguifluis, à vasis illis nimis infartis isdem nervi magis comprimentur, & per nimiam compressionem prohiberi poterunt undæ intra ipsos, seu motus ad sensum necessarii. Si verò vasa infarciantur humore non naturali, aliud majus malum humor ille non naturalis producet, nempe pravi alimenti appositionem cum nimia compressionem conjunctam in musculis, & nervis; atque insuper ossibus, ut manifestum est, fierique poterit, ut non solum pravum alimentum apponatur, sed deponatur ad musculos, nervosque per corpus distributos materiæ pituitosæ, terree, grumosæ, & hujusmodi mille, eæque si ad ossium articulationes cumulentur, poterunt eorum motus impedire, & in hanc potius, quam illam inflexionem cogere, unde collabendi necessitas, vel facilitas major, præcipue si conjuncta fuerit affectio illa ossium cum impedimento quolibet musculorum, quæ omnia ex se ipsis patent; sanguis enim idem per omnes canales corporis brevi fluit, unde fit, ut eorum aliquis per ejus, vel contentorum humorum copiam nimis intumescere non possit, quin intumescant omnes. Tertio autem ex his intelligitur, inter possibiles apoplexiæ causas esse aliquid comprimens musculos omnes corporis, nervosque per ipsum distributos naturaliter se habente cerebro. Similiter enim in hoc casu tolleretur sensus, & motus: quia tamen id contingere non posset, nisi per compressionem arteriarum omnium, quæ per corpus feruntur, ijs exceptis solum, quæ feruntur ad caput, quod etsi possibile censendum est, factum tamen difficile, ac rarissimum existimandum, idè satis erit id indicasse, neque de eo verba facimus ulterius. Rursus ex declaratis patet, posse apoplexiam contingere non per quantitatem sanguinis, aut humorum, hoc est, per compressionem, sed per solam qualitatem; cum etenim exposuerimus superius varias apoplexiæ affectiones per spiritus nimis crassos, humidos, frigidos, & undis concipiendis inaptos, similiterque per nervorum villos nimis flaccidos ab appositione alimenti aquosioris; si igitur supponatur massa sanguinis ita vitiata, ut nihil contineatur in vasis, vel pars maxima contentorum nihil sit præter liquidum pituitosum plus minus viscidum, frigidum, aut quid simile, paulatim partes omnes quæ solidæ, quæ liquidæ corporis reparatæ ejusmodi humoribus flaccideant, spiritus hebetes generabuntur, & ratione superius non semel exposita sensus, & motus tollatur cum reliquis affectionibus, quæ apoplexiam constituunt. Postremò ex circuitu sanguinis, & expositis subito patet, apoplexiam & quidem fortissimam, ac subito interimentem producendam non traducto sanguine ad partes corporis, quod fieri poterit subito, si subito rumpatur aliquis venarum, aut arteriarum truncus ad cor; eorum enim aliquo disrupto ad nullas partes sanguis derivari poterit, adedque nec reparari, neque exprimi spiritus, nec liquidum ex sanguine in musculos derivari, unde subita, & propter rupturam vasorum ad cor irreparabilis sensus, & motus ablatio. Id ipsum continget, si stimulo aliquo sive per nervos, sive per arteriolas coronales intra villos cordis deducto iidem villi contrahantur tam valide, ac tamdiu in contractione persistant, ut motum sanguini non imprimant per totum illud tempus, ultra quod vivere non potest Animal sine irusione ejus: quod etiam fieri poterit per stimulum in cavitate ventriculorum. Vel si prohibeatur motus cordis per vim aliquam exterius circumprimentem, vel qualibet alia ratione impedientem,

Tom. I.

ut feri abundantia, vel concretio in pericardio, pericardii divulsio à diaphragmate, tumor, lapis, vel quid simile intra pericardium, diaphragma, aut pulmones genitum, subita, atque universalis pulmonum obstructio, polypus, vel grumus sanguinis in ventriculis, aut truncis majoribus ad cor, obstructio truncorum arteriarum, quæ ad cerebrum abeunt, earundem compressio, vel ruptura; ex his enim omnibus nemo est, qui non videat, aut nihil sanguinis derivari ad cerebrum pro generatione spirituum, aut ad reliquas etiam partes pro motu musculorum, & proinde sive ejusmodi non naturales affectiones paulatim increverint vix sensili augmento, tandem verò ad observabile, ac summum impedimentum devenerint, vel quod fieri etiam potest subito contigerint, subito invasuram apoplexiam. His autem adnotatis facilius explicantur, quæ superius apoplexiæ affectiones, & ad quod ejus genus pertineant, clarius patet. Quoniam itaque spuma est quid compositum ex aere, & liquido aqueo viscidiori; spuma igitur reddi non poterit nisi liquidum ejusmodi adsit: in apoplexia autem minima vis viget in partibus, ut expositum est, & ad secretionem humorum vis illa requiritur; igitur seceretur liquidum illud, vel ratione copiarum solius; vel ob debilitatem succumbentis naturæ, nempe villos ob lassitudinem cedentes. Quia verò aqueum liquidum in os deducitur, vel per ostia canalium salivarium, vel per asperam arteriam ex pulmonum glandulis minimis, vel per œsophagum ex ipsius glandulis, & ventriculo: respirat autem apoplecticus; igitur undecumque spumæ liquidum derivetur, admisceri poterit aeri, qui respiratur, adedque formam spumæ induere. Quia verò apoplecticus etiam stertit, quod fieri vix potest nisi huante ore; saliva igitur, quæ per salivales effluit ductus, satis liberè per os apertum poterit effluere absque permixtione aëris unde non spumescet præcipue si in naturali quantitate effluat è canalibus suis; est enim illa quantitas satis exigua; quod si naturali quantitate fuerit major; argumento igitur erit, maximam pituitæ quantitatem in corpore abundare. Hæc verò major quantitas facilius dilabatur ad fauces, & motus ejus ad eas partes promovebitur à vehementia, qua spiritus per stertorem ad fauces truditur, & cum ipso spiritu quicquid liquidum in cavitate oris, & narium continet, ibique propter clausum œsophagum, & operam laryngis simulam subsistet, adedque misceri poterit cum aere, qui per fauces ducitur, atque redditur, ac demum aucta jam mole deducetur ad rictum oris, & dilabatur quasi spuma. Sed multò facilius id ipsum continget, si humor pituitosus à pulmonibus, & eorum fistula, vel ventriculo, & œsophago ducat originem, in pulmonibus enim statim miscbitur per minima cum aere, qui ducitur, atque redditur; si verò ex ventriculo per œsophagum, eidem aeri admiscebitur ad fauces, in quas œsophagus desinit. Itaque pituita à pulmonibus, vel ventriculo veniens magnam ejus abundantiam in corpore arguet, & multo majorem, si ab utrisque partibus, & majorem adhuc, si etiam à vasis salivalibus. Hinc igitur patet, spumam non in omni apoplexia debere contingere, sed in illa solum, quæ vel ab abundantia pituitæ infarcientis provenit, vel à pituita sine infartu vasorum, & in utroque casu secerri per debilitatem, & lassitudinem villorum: atque insuper multo majorem copiam pituitæ argui, si spuma reddatur etiam per nares; tanta etenim erit, ut ipsi non sufficiat amplissimus exitus per os, sed erumpat etiam per nares, cavitates nempe magis angustas, eritque verosimile indicium, provenire illam à pulmonibus, aut œsophago, cum magis sit rectus exitus ex iis partibus per imminetia narium foramina, quanquam, & reddi potest per nares pituita ad fauces jam prolapsa ex ore, ibique detenta, ac denique sola etiam

pituita

pituita, quæ in nares derivatur, potest spumescere præcipue in stertore propter impetum aëris. Quia verò maxima pituitæ lentum, & motum tollentis copia facit, ut Animal brevi moriatur, hinc quibus apoplecticis, seu exsoluis spuma circa os fuerit, exitiale; spuma enim talis excedentis copiarum affectio est. Quoniam verò in glandulis cutaneis seceratur sudor, & excernitur per vim villorum in ipsam sudorem intentionem; in apoplexia igitur non dabitur ejusmodi nifus, nisi admodum lassus, atque infirmus. Si igitur ad glandulas sudoris successivè pertingat sanguis, ex quo paulatim sudoris tantillum pro ratione virium seceratur, & sensim in majuscula quantitate cumuletur, vel ante apoplexiæ insultum cumulatus fuerit, & sola pressione lætæ molis exilire è glandulis possit ad superficie cutis, tenuiter, & parum sudare videbitur apoplecticus, quod erit etiam extremæ lassitudinis indicium, & facilius continget in apoplexia pituitosa propter ejus humoris sudori similis in corpore abundantiam. Affero jam ulterius, cum apoplexia à quacunque compressione proveniente conjungi posse phrenitidem, sed difficillimè in compressione ab humoribus pituitosis. Primò etenim in plethora, quoniam phrenitis est inflammatio cerebri, & membranarum ejus, vasa autem nimis infarta vel ipsa sunt inflammatio, vel in inflammationem statim abeunt, si aliquanto magis infarciuntur, & in tumorem cogantur, qui tumor ipsissimam inflammationem constituit, quam cum tuberculo, seu tumore, seu systrophicam appellant; apoplexia igitur per compressionem à sanguine in dies procedente, vel etiam per brevius spatium temporis poterunt vasa sanguinis ita intumescere, ut abeant in inflammationem cerebri, & membranarum ejus. Quia verò canalibus sanguinis ultra naturæ modum infartis motus ejus sit tardior, & sanguis ex tardiori motu ad putredinem, fervorem, fermentationem, obstructionem vasorum disponitur, atque ex his omnibus causis generari potest febris; igitur cum illa inflammatione febris etiam conjungi poterit, qualem eadem inflammatio exigit, nempe acuta, & continua. Quoniam verò pars inflammata in tumorem attollitur; majus igitur spatium occupat, in majus autem spatium cogitur à sanguine; igitur in partem inflammatam major copia sanguinis ducitur, atque sistitur, quam ante inflammationem; sed hæc copia major deducitur ab universa massa sanguinis, & intra partem inflammatam sistitur; igitur reliqua vasa sanguinis post inflammationem aliqua ex parte detumescant oportet, prout magis intumescit assistente sanguine pars inflammata. Dabitur igitur in cavitate cranii pars inflammata, quæ per tumorem majus spatium exiget, adeoque proximum cerebrum magis comprimet, sed reliqua vasa circa cerebrum aliquantulum exinanita prement minus, unde minus impediunt liquidum nervorum, quin in undas veniat, adeoque aliquantulum fluctuare poterit: quia tamen ad partem inflammatam viget pressio major, hinc non erit integra, neque ordinatum succedens fluctuatio, unde delirium. Adde his, intensum calorem ab inflammatione proveniente vim addere aptam quidem excitandis speciebus, sed confusè, & per nullam aptam compositionem, seu delirium excitandum. Hæc etiam faciunt, nempe ad confusam excitationem specierum impulsus, & repercussiones semper variæ, quas subit sanguis in partem inflammatam incidens, ex quibus proveniunt impulsiones similiter variæ in partes cerebri proximas, & excitatio specierum minimè coherentium, sed qualium fert casus ex vi, & appellu diverso sanguinis. Hæc eadem inflammatio succedet faciliè, si facultas premens sit lapis, os, scyrrhus, quid liquidum coagulatum, & quidlibet simile; fac enim pressionem maximam vigere ad aliquod vas

sanguinis majusculum, cujus fluxum impediatur premento canale, ita ut latera opposita ad contactum veniant, & sanguis cogatur sistere ad pressionis locum; igitur ad eandem partem continuè derivabitur novus sanguis, qui ibidem sistet, adeoque pars continere debet majorem quantitatem sanguinis, seu majus spatium occupare, seu intumescere, idemque continget, si facultas comprimens vigeat ad ramusculos capillares, sed per majusculum spatium extendatur, ut inflammatio ab illius pressione proveniens sensilem effectum possit producere. In cacochymia autem similem intra cranium provenire posse tumorem, ex expositis necessariò evincitur, tumorem inquam non inflammationis nomine designandum, sed frigidum, puta cedematosum, scyrrhum, aut quid simile, dabitur enim similis vasorum tensio, & si in aliqua parte tendantur magis, & infarciuntur, reliqua aliquantens exhaurientur, & contingere poterunt valde similia his, quæ à vera inflammatione producuntur. Sed insuper vera etiam produci poterit inflammatio, si ex tensione vasorum fiat humoris aquei exsolutio extra eadem, qui humor vel cerebro, vel vasis accrescat, ita ut unum sanguinem, qui superest, fluere prohibeat; tunc enim legitima inflammatio dabitur, ut patet. Postremò quæcunque sit apoplexiæ causa, dummodo effervescente, putrescente, fermentescente, aut obstruere possit, in has ipsas affectiones veniat apoplecticus oportet. Febris igitur excitabitur, & quidem sub apoplexiæ initium, si causa in fervorem, obstructionem, &c. tunc temporis venire poterit, vel post processum temporis longiorem, si longiori tempore opus habuerit ad fermentescendum, obstruendum &c. eritque remissior, si parva materiarum quantitas motum fermentationis conceperit: intensior, si magna: & essentialis, si fiat ratione solius fermentationis in spiritibus, aut humoribus: symptomatica, si ratione alicujus liquidi in aliqua parte corporis fermentescentis. Accedat igitur febris sub initium apoplexiæ, sed debilis; erit igitur debilis motus, debilis calor, & supponatur morbus à cacochymia; igitur erit abundantia humorum, qui solvi difficilè possunt, adeoque à motu, & calore febris difficilè subigi, & in motum agi poterunt; interim autem, & brevi temporis spatio dejiciuntur vires, æger igitur sufficere diuturno tempore non poterit, & morietur. Apoplexia autem ab eadem causa proveniente invadat febris acior; erit igitur materiarum febrilis copia major, & ad motum solutionis concipiendum facilius, & febris motus, & calor intensior, unde breviori tempore materies apoplexiæ subigetur, & solutionem concipiet, quare levabitur interim æger, & evadet à morbo, ita ut verissimè dixerit Hippocrates de his ipsis ægris loquens secundo de Morbis, *Si sanguis incalescat, & separetur à bile, sanantur: si amplius refrigeretur, moriuntur.* In eadem verò Apoplexiæ causa accidat febris morbo jam longè provecto; materia igitur ejus erit crassior, & maximè contumax, & vix motui concipiendo idonea, cum plurimum temporis ad ipsum concipiendum postulaverit, & superveniet ægro jam per morbi longitudinem viribus fracto, unde & apoplexiæ, & febris violentiæ sufficere non poterit: & quidem si febris sit debilis, vix quicquam levaminis ab ipsa sentiet æger propter materiarum contumaciam à parvo febris motu, & calore minimè superabilem; si verò sit debilius, ægrum jam viribus planè fessum prorsus prosterneat, & morietur. Quod de febre asseritur in apoplexia frigida, idem asserendum de phrenitide cum ipsa conjuncta; inflammatio enim calore suo humores frigidos poterit discutere, vel fundere, unde superveniente phrenitide in ejusmodi apoplexia, quo tempore æger adhuc valet viribus, boni esse omissi poterit. Quia tamen possunt etiam dari humores frigidi, qui calo-

re durentur, tum phrenitis superveniens, sicut etiam febris malo erit; causam enim apoplexiæ magis contumacem, & insuperabilem faciet. In apoplexia autem à plethora, quocunque tempore invadat febris remissior, aut validior, periculosa semper erit; etsi enim motu, & calore suo plurimum sanguinis tenuioris potest absorbere, quia tamen & reliquum ad calorem concipiendum disponit, hoc est maximè rarefendum, adeoque majus spatium occupandum, & proxima quæque comprimeadum, atque insuper maximè exsiccat, & motus prohibet, unde ex se ipsa etiam sine apoplexia periculosa est, hinc febris in apoplexia plethorica semper erit cum majoris mali suspitione conjuncta, minus tamen timenda, si debilis, & in principio: magis, si validior, & morbo jam provento. Hoc ipsum de phrenitide dicendum est, ut patet: per tumorem enim illius reliqua vasa per minimam partem mole sanguinis levantur, sed & affectio ex se ipsa etiam sine apoplexia periculosa suspitioni est, & rarefactio major, & exsiccatio, adeoque motus sublatio ab illa proveniens, ut de febre dictum, periculosa sunt. Patet igitur ex his, in quo apoplexiæ genere, & quo tempore febris superveniens esse debeat salutaris, aut secus, sicut etiam phrenitis, & qua ratione sit intelligendus Hippocrates ad verba sub initium exposita, quibus de febre in apoplexia determinat. Quoniam verò in apoplexia cacochyma abundant humores in toto corpore, cum igitur illa solvitur, vel humores in unaquaque parte stagnantes discutiantur, vel partes aliquæ adhuc supersunt, in quibus materies contineatur. Manifestum est in primo casu totum corpus à privatione sensus, & motus liberandum; in secundo verò solas illas partes, à quibus materies apoplectica discussa est, reliquas autem permanuras in privatione sensus, & motus, nempe in eadem apoplexia, sed particulari, vel privatione sensus tantum, vel motus tantum, prout materies, quæ in illa parte continetur, certa quadam ratione afficit nervos, aut musculos, ut explicabimus cum Paralysis exponemus. Sola etiam compressio, quæ duravit per totum tempus apoplexiæ, potuit ita obstruere, & conglutinare vasa, ut post apoplexiam disci non potuerint, unde paralysis. Potuit coagulari aliquid, vel durescere circa, vel intra vasa: potuit pars aliqua esse debiliore constitutionis à natura, unde minoris motus, seu vis ad exprimendos non naturales humores, adeoque humor ex apoplexia superstes, dum circumfluit cum sanguine, ad hanc debiliorem partem hærebit: potuit esse debiliore ex usu, quia nempe per usum hominum, legem, aut consuetudinem minus exerceatur, unde idem de cubitis: vel debiliore ex morbo, qui præcesserit, ejus partis; vel ex majori angustia naturali vasorum, unde fluxus difficilior per eandem partem, & si quæ sunt his similia. Ex quibus patet etiam, apoplecticos ex plethora posse in paralysis solvi; sanguis etenim poterit similibus de causis in hac potius quàm illa parte detineri, vel per apoplexiæ perseverantis tempus grumos producere, vel aliquid durius circa, vel intra vasa parere, vel exsiccare, atque ita canales occludere, & nervos ineptos concipiendis undis reddere. In utraque autem apoplexia in paralysis soluta eadem paralysis vel confirmari, vel augeri debet ex affluu continuo materiæ per leges motus sanguinis: continuè etenim nova humoris quantitas affluit, quæ & ratione impedimenti, quod invenit, & ratione imbecillitatis in parte non refluet per venas, sed in eadem parte subsistet, & pressionem, atque inde pendente paralysis conservabit, vel augebit: & conservabit quidem, si quantum affluit, tantum per poros cutis perspiret: augebit, si minus perspiret, quàm affluit.

Ex omnibus igitur jam expositis apoplexiæ affe-

Tam. I.

ctionibus antecedentibus, conjunctis, & succedentibus patet, quid apoplexia ipsa, nempe earum omnium complexus sit, eamque nihil aliud esse, quàm subitam privationem sensus, & motus ab aliqua ex supradictis causis proveniente. Qua proinde de re non sumus ulterius solliciti. Illud solum animadvertendum est, apoplexiam nihil habere communionis cum somno, nisi quatenus decumbit, stertit, nec sentit æger, quæ etiam contingunt in eo, qui dormit: at dormiens non sentit quidem, sed movetur, alitur, dum dormit, adeoque ad vivendum disponitur, apoplecticus contra sit continuè magis morti proximus, nec ali potest. Quemadmodum igitur in paralysis particulari pars destituta sensu, & motu dormire non dicitur, nec status ejus somnus, ita in apoplexia, quæ nihil aliud est, quàm perfecta paralysis universalis, dormire dicendi non videntur ipsa correpti, nec apoplexia ipsa somnus, sed privatio sensus, & motus à causis longè diversis proveniens, quàm à quibus venit somnus. Sed & hæc nobis minus curanda.

Illud notabis potius, quemadmodum morbi omnes, ita & apoplexiam esse idiopathicam, vel sympathicam. Idiopathica ipsa est, cum primariò afficitur cerebrum, sympathica, cum secundariò per affectum alicujus alius partis, quæ per suam illam affectionem cerebrum in apoplexiam pertrahat. Id per vapores à partibus ascendentes sæpè contingere asserunt: nos hunc vaporum ascensum prætermittimus, & eorum loco corpus aliquod fluens cum sanguine reponimus, vel rupturam vasorum ad cor, vel impedimentum motus ejus, &c. de quibus superius. Hæc igitur de essentia, & causis Apoplexiæ. *Hæcenus Laurentius Bellini.*

Curationes

Clarissimi Luca Tozzi, Apoplexiæ Curatio.

Convenire Apoplexiam cum Epilepsia in causa proxima docuit Galenus 3. de loc. aff. c. 7. & 6. Aph. 56. eamque esse crassum, frigidumque humorem, præsertim pituitosum cerebri ventriculos obstruentem, adeo ut spiritus animales ad organa inferiora descendere non permittat. Atqali, inter quos Sennertus, causam hujus morbi esse credunt, intermissionem spirituum animalium, vel propter meatuum angustiam, vel propter eorundem spirituum torporem, & narcosim vel, propter ipsorum effusionem, perturbationemque.

Hermetici illam attribuunt nebulosis exhalationibus in cerebrum evedtis, atque ibidem conclusis, instar nubium (ut loquitur Quercetanus) in ære expansarum, quæ deinde conglacientur ab humore, vel vapore salinæ, mercurialis, vel sulphureæ conditionis, ut præsertim esse solet spiritus acidus vitrioli naturam adeptus. Licet Paracelsus jecori, & pulmone vitium hoc interdum adscribat, & modò sulphur, modò mercurium illius causam accuset.

P. Barbette causam existimat lympham esse crassiflorem nervos obstruentem. Et Fredericus Deckers in notis ad eundem addit etiam ex Platero Pituitam tenacem, sanguinem extrà proprios ductus stagnantem, omnemque materiam viscosam in cerebro collectam.

G. Blasius illam refert ad defectum spirituum animalium in musculis, à quibus sensum, & motum unicè pendere arbitratur.

Sylvius verò Leboë in eorundem spirituum defectum, torporem, immobilitatem, vel conturbationem vehementem adscribit: in defectum, vitio sanguinis, vel cerebri; in torporem ab usu opiato-

I 2 rum,

rum, aut meri immoderato: in conturbationem obiectum, vulnus, casum. His quoque addit defectum ipsorum in organis ob viarum obstructionem, angustiam vel compressionem solutamque unitatem cum nervorum, cum arteriarum, præsertim carotidum.

I. Wepferus postquam observasset in cadaveribus quorundam hoc affectu defunctorum sanguinem à venis egressum in grumos concrevisse, vel etiam ferream colluviem totum cerebrum inundasse; statuit tandem loca principaliter affecta in Apoplexia, non esse ventriculos, sed cerebri, & cerebelli substantiam: Causam verò proximam esse, vel impeditum sanguinis per arterias in cerebrum influxum, vel prohibitum spirituum animalium è cerebro, & cerebello per nervos ad subjectas partes descensum.

Willisius, constituta primùm duplici Apoplexiâ, quam alteram cerebro, alteram cerebello assignat, atque hanc, vel *accidentalem*, vel *habitualement* nuncupat: Causam prioris adstruit ingentem continuitatis solutionem in ipso cerebri medullio, aut subitam spirituum dissipationem; illam quidem à sanguine in cerebrum effuso propter casum, ictum, concussionem, ejusdemque sanguinis acritudinem; itémque ab apostemate, sive abscessu disrupto, vel etiam à ferosa colluvie; hanc verò à Narcoticis potentioribus, & ab aquarum ardentium potu immodico. Posterioris autem Apoplexiæ causam conjunctam consistere docet in cerebri, & corporis callosi poris protius oppletis, oclusisque, atque in spiritibus à materiæ irruentis maligno contactu dissipatis, ac veluti acido vitrioli affectis, redditisque motui ineptissimis. Denique tum cerebrum, tum cerebellum huic morbo obnoxium arbitrat: Cerebrum, si ciebraz vertigines præcedant: Cerebellum, si Incubus, pulsus intermittentes, syncopes, ac iteratæ lipothymiz.

Helmontius sicut ceteras ægritudines cerebri, ita hunc affectum vitio *Duoviratus*, attribuit, sed præsertim stomachi. Non tamen negat Apoplexiam ex utero, & ex vitio fellis fermento. Hinc remediis illam curari, ait, stomacho aptissimis, præcipuè aromatibus; Recentem verò multoties promotum solum vomitu.

Verùm si anatomicis observationibus standum est, à pluribus, variisque causis Apoplexias ortas deprehendes: scilicet ab oclusis vasis; à concreto sanguine, aut extra proprios ductus per cerebrum effuso; ab obstructis, ulceratis, vel compressis arteriis, præsertim caroticis, à sero, & lymphâ flagnante in ventribus, ab hydatidibus, & variolis in meningibus, & plexibus; ab abscessu; à pure; à calculis, aliisque gravantibus, opplentibus, vel dissolventibus cerebri substantiam.

Si præterea externas causas spectemus, frequentiores, & manifestiores illæ observatæ sunt, Capitis ictus, contusiones, terrores inopini, fœmen, immodicus vini, aut ardentis aquæ potus, Narcoticorum immoderatus usus, vehemens animi motio, potissimum Ira, Pudor, Mœllitia, Timor. Novi latronem, qui cum vellet quendam adoriri, à quo fuerat injuriâ affectus, ab illo frusto carnis ictus, irâ simul, & timore commotus, repente concidit, & mortuus est. A peculiari etiam Temporum, & Aëris constitutione accidunt non rarò in quibusdam Regionibus Apoplexiæ, ut ex pluviosa tempestate evenire scribit Hippocrates 3. *Aph.* 16.

Speciatim autem notatu dignum est, quod idem Hippocrates 4. *de rat. viñ. in act.* sub nomine *Aphasia*, Apoplexiam fieri docet propter interceptionem vasorum: inquit enim: *cum quis repente obtumescit, id venarum interceptiones, oclusionesque faciunt.* Quod etiam innuere videtur lib. 2. *de Morbis.*

Interceptiones autem nonnisi ad impeditum sanguinis circuitum referri possunt. De qua re Rolfinck *dissert. Anatom. lib. 6. cap. 50.* Legi quoque meretur Ferrius *de abd. rer. caus. c. 15.*

Neq; despicienda est observatio Avicennæ *fen. 1. 3. tr. 5. c. 12.* dicentis: *Qui plurimum vivunt vena sectione propter melancholicum sanguinem, ex multitudine quidem phlebotomia juvari videntur, sed in fine deficiunt, quoniam incident in Apoplexiam, & similes morbos.*

Itaque ab his cunctas causas Apoplexiam inferre valentes, deducere, nullo negotio licebit. Ad signa verò quod attinet: Cum quis repente concidit omni sensu & motu privatus, supersit solum respiratio, sed difficilis, aut interrupta, procul dubio Apoplecticus existimandus est. Quandoque etiam adeò sit debilis respiratio, ut ne vix quidem percipiatur, & si ori admoveatur candela accensa, vel speculum mundum, & perpolitum; Unde nonnulli, tamquam mortui sepulturæ traditi fuerunt. In his igitur certius vitæ indicium est pulsus, qui licet exiguus, aderit tamen; eoque differt Apoplexia à syncope. Hac enim sensus non destituit, quamvis pulsus deficiat: illam verò committunt sensuum omnium abolutiones, sed pulsus perseverant. Internoscetur insuper ab epilepsia, lethargo, caro, uteri præfocatione; quia in epilepsia corpus convellitur: in lethargo febricitat, & aliquo sensu gaudet; nam lethargici aliquandò vocati respondent, & inducitur dolore commoventur: in caro respiratio non tam graviter offenditur, & aliquis sensus manet: demùm in uteri præfocatione, neque respiratio læditur, sed & patiens conqueritur, & sentit, interrupta suspiria ducit, & plerumque etiam facies ingeati rubore suffunditur. Ceterum causæ, partim ex superius traditis, partim etiam ex adstantiam relatione, eliciuntur: quamquam in hoc non rarò Medici decipiantur.

Præcedere autem solent Apoplexiam gravans capitis dolor, vertigo tenebrosa, corporis tremor, desidia, aut languor, internorum sensuum turbatio, evidens in memoria defectus, in somno gravitas, & Incubus, dentium stridor, & labiorum palpitatio: de quibus latè *Ægineta lib. 3. c. 18.* & *Avicenna 1. 3. tr. 5.*

Hinc Prognosis ad malam est, nam ut plurimum Apoplectici intra quatrimum moriuntur. Solet tamen in Paralysem desinere, vel in hemiplegiam, deposita nimirum materiâ in partes inferiores. Hippocrates 1. *Aph.* 42. *solvere fortem Apoplexiam, inquit, impossibile, debilem verò non facile.* Et 6. *Aph.* 51. *Quicumque sani dolore capitis repente capiuntur, & statim muti (græcè *Ἀπλωαί*) fiunt; & stertunt in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit: quem Aphorismum de Apoplexia Galenus exponit. Præterea non referri in vitam eos, quibus spuma circa os apparet, dicitur 2. *Aph.* 43. [quamvis Galenus in *comm.* nonnullos in vitam relatos, referat, quibus spuma circa os apparuerit] Et 7. *Aph.* 58. *Quibus cerebrum aliqua ex causa concussum fuerit, necesse est statim mutos fieri; disruptis fortasse venulis, aut arteriis, effluoque sanguine cerebrum comprimente, ut extant historiz apud Wepferum, Fernesium, & Heericum ab Heers. A graviore etiam, vel leviori respiracionis læsione de vario eventu licebit prælagire, documento Galeni 3. *de loc. aff. c. 7.* Quod Apoplectici absque respiracione ad dies integros deducantur, & tandem expergiscantur, & reviviscant, scribit Willisius evenire non propter calorem vitalem denuò in corde exsuscitatum [namque hic non ponitur dispersit] sed quatenus materia morbifica è cerebello discussa, vel evaporata, cordis motus, tamquam horologii ponderibus appensis, redintegratur. At cur**

cur tamdiu sine respiratione in vita conservari possint, non explicat. Verisimile quidem est, eo tempore ferari à motu musculos intercostales, & diaphragma; Pulmonem verò lentè tamen, & non admodum expandi, quantum satis sit motui cordis, & sanguinis conservando, qui nostris sensibus vix conspicuus est: tamen intercipi quoque posse vitam observemus in his, qui in aquis pereunt; pedibus enim suspensi, & calido adjuti, plerumque reviviscunt, etsi ad horam mortui jacuerint. Ad hoc etiam facit, quod hyeme ex Istri fundo hirundines conglobatim retibus ad piscandum, paratis extrahuntur, atque ad solem expositæ expurgantur, quamvis deinde ad longum tempus vitam non trahant: quod non ita evenit cum suapte natura, vere adveniente, hyems solvitur; illæ enim resurgunt, & usque ad nos nidificandi, gignendique proles advolant. Daniel Bartolus Jesuita in libello Italico, cui nomen fecit *Del Ghiaccio*, ait, ad mare Balticum quotannis multa hirundinum millia convenire, quæ tandem arctè in globos coeunt, atque ita in maris fundum sese dejiciunt, ut ibi hyemem transigant; additque aliquandò volumina illa hirundinum lagenis extrahi. Quod verò Galenici de Transpiratione, seu Perspiratione, dicunt, imperceptibile est, cum Apoplectici in his casibus adeo refrigerentur, ut penè marmorei evadant, & fuliginis perspirationem per cutim admittere non possint: præterquam quod decipiuntur quoque in usu Respirationis, ut alibi dictum.

A gravi hac in Respiratione noxa contingit, ut Apoplectici, vel nunquam, vel rarerè evadant: læsâ namque tam graviter Respiratione, sanguinis, & cordis motus interturbatur, ac impeditur, undè vita desinit, quam à cordis, & sanguinis motu esse, alibi explicuimus.

Ut igitur aliqua ex his quæ de illius curatione Medici scripserunt, attingamus. Vetustiores Dogmatici, & Galenici iisdem ferè medicamentis usi sunt in Apoplexia, ac in Epilepsia, cæterisque soporiferis affectibus, solum in Apoplexia purgantibus validioribus urgent, aliisque vim habentibus quoquomodò evocandi; quoniam hanc existimant comitari ventriculorum cerebri maximam obstructionem; quamobrem nedum cathartici acrioribus obstruentes crassos succos solvere, & educere conantur, sed etiam balanis, clysteribus acerrimis, vesicantibus, cucurbitulis, cauterio cervici, & suturæ coronali admoto, necnon candente sartagine moliantur.

Nec insuper à venæ sectione ablinent, præsertim si vultus rubicundus appareat, fulti etiam auctoritate Celsi, qui *lib. 3. cap. 27.* inquit: *Si omnia membra resoluta sunt, sanguinis missio, vel occidit, vel liberat. Aliud curationis genus vix unquam sanitatem restituit, sæpe mortem tantum differt, vitam interim infestat. Post sanguinis missionem si non redit & motus, & mens, nihil spei superest; si redit, sanitas quoque prospicitur.* Hinc Paulus Ægineta omnibus aliis postpositis medicamentis illicò ad phlebotomiam confugit, neque semel tantum, sed bis; & eodem aut sequenti die, sectâ venâ cubiti, vel cephalicâ, ut vult Avicenna, Rhasis, & Mesue. At Aëtius primùm vomitoriis, vel clysteribus ventrem exonerat, mox sanguinem mittit, cui consentit Oribasius.

Inherent his Recentiores Galenici, sed cautius procedendum arbitrantur in sanguinis detractiõne; cum à pituita illa pendere videatur: quare clysteribus potius, cucurbitulis, & evacuantibus, tum universalibus, tum particularibus insistent. Si verò à sanguine illam ortam credant, ducti à rubore vultus, à suppressâ ejusdem evacuatione, venarum,

Tom. I.

arteriarumque tumore, sanguinis missionem primùm instituunt, postmodum purgantia exhibent. Sic pariter ab opiatis inductam, vel ab ictu aut vulnere, tractant excitantibus ægrum, & vulnus, Chirurgorum ope, ad cicatricem perducentibus.

Hermetici sua his adjiciunt antiapoplectica. Et quidem inter purgantia præstare vident, helleborum, ejusque extractum, & syrupum helleboratum dictum descriptione Quercetani: ac inter roborantia, balsamum antiapoplecticum, & aquam antiapoplecticam Hartmanni, itémque oleum camphoræ, spiritum apoplecticum cum vitriolo præparatum, & elixir cephalicum Michælis, aquam apoplecticam Mynsichti, ejusdemque balsamum.

P. Barbette sicuti existimat lympham crassiorum nervos obstruentem causam hujus affectus esse; ita illi evacuandæ, attenuandæque incumbit. Quare exhibet resnam agarici, & extractum catholicum, cum tartaro vitriolato; pariterque decoctum senæ, radicis ireos, agarici, & feminum pæoniæ cum diacarthamo. Commendat insuper tamquam efficac medicamentum spiritum salis dulcem ritè præparatum, & continuò in vino, aliòve potu assuetò ad guttas x. vel xv. assumptum. Additque ejus Adnotator Deckers omnibus præcellere salis ammoniaci flores, vel ejusdem spiritum, cumque non tantum pituitam solvere, verum etiam acido austèrum corrigere, atque mæstos hilares reddere. Fatetur præterea seipsum felici cum successu usum linimento ex oleo succini, spicæ, castorei, additis floribus hyperici, & succo rutæ expresso. Purgantibus verò miscendum jubet Castoreum, addendamque resnam colocynthidis, extractum hellebori nigri, tartarum vitriolatam, & spiritum salis ammoniaci.

G. Blasius aliam, atque aliam curationem pro variis causis suscipit. Quare cum spirituum defectu ortam Apoplexiam arbitratur, remediis spiritus deficientibus insistit. A narcoticorum immoderato usu, fumo carbonis, vapore calcis, similisve; Alexipharmacis, sudoriferis, errhinis, & apoplegmatismis utitur. Si à cerebri imbecillitate, Cephalicis roborantibus, & antiapoplecticis. Si ab angustia viarum, scilicet nervorum, pro causæ conditione varia, varia exhibet. Semper autem ac ab humore obstruente, aut comprimente illam fieri putat; enematis, & balanis acris ejus evacuationem molitur, præter sternutamentum moventia, cucurbitulas, fomenta, olea, cerebrum speciatim repurgantia.

Pari modo Sylvius procedit, atque à causis diversis, unde Apoplexiam progigni existimat, diversa quoque medicamentorum genera commendat. Spiritus animales deficientes reficit: quæ eorundem generationi vel transmissioni impedimento sunt, removet; ideòque fluentem extra vasa sanguinem, ne spinalem medullam comprimat, aliò detrahere venæ sectione in pede instituta, se putat; effluxum verò ad palatum, & nares allicit, per concretum sanguinem dissolventia. Si verò pituitosum humorem in spinalem medullam confluere conjiciat, etiam purgantibus acrioribus per alvum subducere illum adnititur: nec abhorret à cauteriis, cucurbitulis, sinapismis, & quod majus, à larga sanguinis evacuatione. Cæterum capillorum avulsionem, cutis vellicationem, digitorum distorsionem, narium frictionem, corporis in situ prono concussionem, ligaturas, fricationes cum aceto, & sale, ac vomitoria, quæ plurimis proficiencia creduntur, ipse vel improbat, & vituperat, vel tamquam inutilia despicit. Apoplecticis autem ex opio, vino, ejusque spiritu, præter venæ sectionem, frictiones, & ligaturas, opitulatur aceto, castoreo, oleo succini; & si

ventriculus cibo gravatus percipiatur, etiam vomitorius, & purgantibus medicamentis occurrit. Postremò à capitis concussionibus turbatos spiritus anodynus medicamentis sedandos, demulcendos, ac refocillandos esse monet, Reliquas Apoplexiæ species insanabiles existimat.

Quamvis Vvepferus nondum, quod sciam, in lucem emisit Centuriam Observationum & Curationum Apoplecticorum, jam diù pollicitam, curandi tamen methodum ex historiis in Auctario descriptis hanc colligere licet. Præmissâ venæ sectione, cum Terebram adhibere nequit, capiti sacculos quosdam cephalicos in vino decoctos applicat, Tincturam Traumaticam, tum externè, tum internè adhibet, itèmq; Julapium ex aqua hederæ terrestris, veronicæ, chærefolij, betonicæ cum syr. viol. papav. citrat. & acido citr. compositum, vel etiam decoctum C. C. præter alvum subducens. Tincturam autem Traumaticam sic describit. *Butyr. mat. lib. iij. liquef. lento calore in vase terr. vitr. & despum. add. sol. & flor. herb. recent. quarumlibet perfectam maturitatem adeptarum, ac minutim incis. scilicet herbæ chæref. petrosel. singul. m. ij. plantag. utriusque nasturt. aquat. anagall. beccabung. solan. meliss. virg. aur. pentapbyll. veron. bistort. nicot. salv. n. flor. hyper. cent. min. singul. m. j. s. diger. in loco tepid. & quotidie bis terve bacillo agit. donec herba omnes mutuò accesserint; postea coq. lento calore, & fortiter exprim. Mox huic expressioni ind. lumb. terrestr. aq. plantag. & aceto rubro Idai lotor. & minutim confisor. ʒiij. iterum coq. lento calore ad consumptionem succorum, & percolet. tandem admisceatur mell. despum. lib. i. & servetur in vase terr. vitr. Dosis ʒ. vel etiam ij. scorsim, vel in juscule solat. quoties suspicio concretæ, & congelati sanguinis obvenit. Nonnulli cum lumbricis commiscet Illecoris ovilli m. j. quod tamen tutò omitti potest.*

Parum à superioribus differt Vvillisij Therapeia. Is enim vel ad præsentem, vel ad ingruentem paroxysmum respicit. In præsentem, detinendum monet ægotantem extra cubile, vel saltem erecto capite, si cubili illum committere necessum sit: mox phlebotomiam indiscriminatim necessariam, minimèque differentiam opinatur, acriori enemate priùs injecto, ex speciebus Hieræ, diacolocynthide, & infuso croci metallorum, deindè velicantia cervici, cruribus, & pedibus applicanda, & toti corpori frictions dolorificas suadet adhibendas. Interim spiritus animales roborat, & acuit, spiritu C. C. & fuliginis cum Julapio cephalico. Post hæc emeticum commendat ex sale vitrioli cum oxymelle scilicet, aut infuso croci metallorum; deindè propinat elixir vitæ Quercetani, spiritum lavendulæ, spiritum theriacalem camphoratum, Tincturam præoniæ succini, aut coralliorum cum aquis apoplecticis. Naribus verò admovet spiritum salis ammoniaci, aut suffitus ex Galbano decocto in aceto acerrimo; Frontem, & synciput fovet aceto bezoardico, Cathartica repetit; hirudines temporibus, & post aures applicat; vertici abrafo ferrum candens imponit; & spiritum C. C. aut fuliginis in majori dosi exhibet.

In Propylaxia verò eorum præsertim, qui à Parentibus Apoplecticis orti, Vertigini, Incubo, aut lipothymia obnoxii observantur, consulit cathartismum tum per os ex infuso croci metallorum, cum sale vitrioli, tum per alvum cum pilulis Rudii, vel è succino, pluries repetitis: postmodum cauteria in homoplatis, vel in cruribus; ac vicissim cephalica diversis generis, spiritum salis ammoniaci ex succino, elixir præoniæ; Tincturam succini, elixir vitæ Quercetani, spiritum Ceraforum nigrotum, ju-

glandium, vel rorismarini, decoctum Theæ, vel Coffeæ, aut confectioem chocolatæ in hunc finem ab ipso descriptam, propinat, ut fufius apud eundem est legere.

Quoniam Helmontius affectum hunc stomachi vitio attribuit, illi propterea succurrere studet: præ cæteris verò commendat salem volatilem aromaticum; inquit enim: *Si oleum cinnamomi, Caryophyllorum, lavendula &c. noveris transmutare in salem volatilem, natus es medicamentum temperatum, efficiens quantum de istis simplicibus sperari potest in veteri vertigine, palpitatione, Apoplexia similibusque.* Alibi etiam fatetur recentem Apoplexiam per vomitum curatam, præcipuè ex vitriolo albo; alias verò, & in paralyfim deductas, exhibito diaphoretico Paracelsi. Ejus insuper sectator P. lo. Faber curandæ Apoplexiæ arcanum in vomitu consistere, scribit; quamobrem vinum emeticum, pulverem emeticum, & flores ʒ summè prodesse testatur; postea sudorifica exhibet, præsertim quod ipse ex stanno componit.

At longum satis foret omnia medicamentorum genera à Medicis præscripta hinc recensere, cum quibusque pro re concepta diversa, ac varia consulat, solum celebriora, ac magis comprobata in medium adducere supererit.

Memorat Solenander in Consiliis quandam aquam adversus Apoplexiam, Paralyfim, & Epilepsiam, cum confectioem, quibus Palatinos Comites Electores feliciter fatetur usos. Aquam ex his conficit. *flor. lilior. Convall. m. viij. in vini generosi alb. lib. iv. infund. & agit. atque post quatuor, vel quinque dies distill. in B. M. deinde cum hac commiscet, flor. stachad. arab. & flor. rorismar. singul. m. j. flor. lavend. m. j. s. caryophyll. & nuc. odor. singul. ʒ. j. s. cubeb. ʒ. ij. visc. querc. ʒ. iij. s. rad. pæon. ʒ. iij. que rursus indita in vitreum vas per dies vij. ad solem, & sa-pius agitata denuò distill. in B. M.*

Confectio verò est, quæ habet: *sem. pæon. decortie. ʒ. ʒ. margar. ʒ. j. macis ʒ. ʒ. flor. aur. vij. sacch. optim. in aq. superscripta solut. ʒ. v.*

Rolliackius in Consiliis Medicis singularem prædicat aliam aquam atque miræ virtutis esse scribit in roborando cerebro, & nervis sive intrinsecis assumatur, sive externè adhibeatur. Fit autem ex *fol. salv. cum summit. & fl. amarac. lil. convall. meliss. hysop. & lavend. singul. m. ij. rorismar. verben. singul. m. ʒ. rad. doronic. ʒ. j. nuc. myrist. galang. & cinnam. singul. ʒ. s. bacc. laur. & junip. ʒ. iij. herba paris. ʒ. j. sem. Carui, cubeb. & cardam. singul. ʒ. s. Contusa optimè omnia infundantur in vin. alb. optim. q. s. & detineantur in simo æquino per dies xlv. postea destill. in B. M. & Aqua servetur. Dosis ad libitum pro conditione patientis.*

De salvia peculiariter notandum ejus decoctum, vel extractum efficacissimum esse, ut notat etiam Hartmannus, qui scribit subscriptæ aquæ vitæ usum loquelam Apoplecticos recuperare. In aq. vitæ q. s. *gran. junip. m. ij. contund. & macer. per triduum, & colentur; deindè imponatur salvia, pulegium, & nasturtium aquis partibus cum ʒ. j. croci.*

Describit insuper aliam aquam suæ inventionis, quam unicè prodesse ait ad cochleare unum cum gutta una, vel altera olei succini, jejuno stomacho. Mirabile quoque inquit esse balsamum vitæ compositum ex balsamis Orientali, & Turcico; itemque balsamum Apoplecticum Crollii, & aquam vitæ Apoplecticam ejusdem; necnon laudanum antiépilepticum, & oleum camphoræ verum à seipso descriptum. Addit præterea Cardilucius ad excitandos Apoplecticos, morbumque hunc gravem expugnandum valere mirum in modum spiritum elicium ex sale tartari, & ammoniaco, si nimirum naribus admo-

vestur, & in os patientis instilletur.

Aliam aquam antiapoplecticam conficit Mynsicht, aliudque balsamum, atque utrumque mirè extollit; sicut & spiritum salis coagulatum, præter alia innumera.

Henricus ab Heers ad Apoplexiam ex capitis ictu, casu, aut contusione, magni facit emplastrum, quod etiam à Francisco Valleriola commendatum, & à seipso fidum inventum, ait, atque tale est. *gumm. hedera, cere, & terebinthina, singul. ℥iij. resina purgata ℥ss. succ. corymbor. hedera ℥iij. ammon. ℥ij. ol. ros. ℥ij. β. cum farin. fabar. q. s. f. cer. capiti abrafo imponendum.*

Antiapoplectica denique simplicia internè assumenda recensentur, salvia, rosamarinus, lavendula, ruta, liliū convallium, stachas Arabica, Radices Angelicæ, Imperatoriæ, Pentaphylli, & Tormentillæ, Gummi juniperi, semina Carvi & sinapis, succinum; atque ex his elicit spiritus, aquæ, & olea. Exterè verò Radix verbasci virgin. quam Hartmannus in *praxi chymiatr.* fatetur præsentissimum remedium esse ex collo gestatam: Et Dodonæus trier ab Apoplexia scribit. Excitare Apoplecticos refert etiam Hartmannus fumum pennarum perdicum, & succini, vel hujus oleum intra nares cum penna Perdicis sæpissimè inditum. Idem etiam præstare Rutæ balsamum per odorem attractum alii memorant. De Pelle humana adversus Apoplexiam notabilem historiam narrat Otho Heurnius, cujus verba hic transcribere non gravabor. *D. Screevelius anno 1639. commemoravit mihi quod Haga Comitris tractasset Chirurghum quendam Apoplecticum, qui statim ac corripiebatur morbo, clamabat: PELLIS HUMANA. Screevelius quærebat quid ea vellet? collo appensa dicebat; eo modo enim ante tempus aliquod Apoplecticum Germanum sanatum vidisse, qui subinde ceteram humanam expetebat, quam cum ipse à Petro Paavv Anatomie Professore Leidensi petisset, illico collo appendebat, & Apoplexiâ planè liberabatur.*

Ad atcendam denique Apoplexiam pro singulari experimento habet Abraham Seyler relatus in *Epistolis Cratonis, & aliorum Medicorum à Scholtzio editorum* subscriptas pilulas. *Ex cubeb. calamentib. massich. nuc. myrist. & caryophyll. singul. ℥j. ambræ ℥ss. mosch. gr. vj. cum succo amaraci massam conficit.* Ad ℥j. exhibet etiam æstivo tempore post frugationem cœnam, tempore Novilunii, & Plenilunii. *Hallenus Torci.*

Curatio Clariff. Joh. Hartmanni.

In Apoplexia quælibetque insignis est: 1. Spiritus cerebri humani, 2. Sanguinis arteriosi humani spiritus, cujus vires insigniter commendat D. Graleccius Argentinenfis in libro suo de vita humana nuper edito Spiræ in quarto 1615. Germ. utriusque operationis & vires vide ibid. in aliquot observationibus ab ipso habitis. Spiritum sanguinis arteriosi vocat *Aq. Benediktam: spir. cerebri humani vocat aq. auream.* (Quod si sanguis desit humanus, qui ex brutis, cervis potissimum & damis extrahitur eodem successu substitui potest, phlegma per alembicum, spiritus & oleum per retortam, exstillat, quæ separanda, ut autem sanguis conservari possit, affundatur spiritus vini, quo, si recens destillandus, non opus est.)

Apoplecticos excitant 1. Mercurius vitæ iustâ dosi exhibitus: à crebris enim vomitionibus in robustioribus primâ regione ventris expurgatâ, paulò post ad sese redeunt, præsertim si epithema fiat in suturam coronalem ex succino pulverisato, & in sacculum oblongiorem interpassatum conformato, prætereaque in aqua vitæ vel spiritu vini cum pipere longo essentificato, & cum ol. succin. gut. aliquot adperso, degenti ligatura suturæ coronali imposito multum pro-

dest, si in debilioribus scil. præsertim ubi Mercurius vitæ non est exhibitus, enemata primò leviora, postmodum & aciora injecta fuerint. 2. Excitant sternutationes præsertim ex semine nigellæ, & seniore nigra, hoc est helleboro nigro Paracelsi; (ex moscho & ambrâ) it. sem. lolii; tutius & melius, exempli gratia.

℥. Fol. majoran. ℥ij. sem. nigell. ℥j. rad. ellebor. nigr. ℥j. mosch. opt. ℥ss. ambr. gr. vj. m. f. pulvis dosis magnitudine pisi, insufflatur in nares utramque calamo fortiter. 3. Fumus pennarum perdicum. It. fumus succini, vel etiam ol. succini intra nares sæpissimè cum penna perdicis sumptum.

N.B. in Apoplexia mirabilis est ille balsamus vitæ ex nobilissimis illis balsamis, Orientali nempe & Turcico, itemque oleis aromatum diligenter confectus à nobili Chymico *Joan. Zichtenacker*, dosis gr. ij. ad iij. in misturâ simplici cum aq. appropriata, de quo in notis ad Crollium.

(Spiritu salis ammoniaci naribus admoto excitatos fuisse apoplecticos testatur illustris Boyle, ejusque optimum & facillimum destillandi modum describit. Aquam cucurbitæ infundit unâ cum sale armoniaco, tum calcis vivæ pulverem adjicit, statimque adaptato capitello excipulum accuratè connectit, lenique balnei calore destillat spiritum, quem semel aut iterum rectificat, quo vix ullus elicietur spiritus præstantior & foetidior, præter alios usus & hysterics mulieribus apprimè conducibilis.) In præservatione maxime conducit Balsamus Apoplecticus Crollii. It. aq. vitæ apoplectica ejusdem.

Ad præservationem autem & curationem unice prodest aqua antiapoplectica meæ compositionis; quæ sic est.

℥. Flor. lili convallium mense Maio cum exortu solis collectos (maturos & adhuc rosidos statim in vitrumingere sine lotionem uila) eosque recentes sine apiculis, saltem protuberantes flores abscerptos in vino generoso, malvatico vel alio dulci digere ad solem, in vitro optimè clauso, relinque tandiu, donec etiam lavendula floreat, cujus flores cæuleos sine calicibus & apiculis diligenter separatos æquali pondere, conjunge cum floribus lili convallium in idem vitrum, quod firmiter clausum relinque usque ad mensem Septembrem. Tandem per alembicum ex B. destilletur, & quæ primo loco egreditur aqua spirituosissima diligenter reservetur. Est nimirum pretiosa & tam præservando quam curando Apoplecticis prodest (reliqua etiam usui esse potest, sed tam virtuosa non est, facit in primis ad frictions memborum) ex capite mortuo elici potest sal. Hæc aqua diu durat & fragrantissima est, dos. cochl. β. vel j. per se etiam j. β. vel ij. pro ægri & morbi natura cum gut. una atque altera olei succini jejuno stomacho.

Aqua apoplectica alia.

℥. Flor. primul. veris ℥j. lavendulæ, stachados arabicæ ana ℥j. uliæ, buglois. ana ℥ss. anthos, nymphææ ana ℥ss. Rad. pœon. caryophyllatæ ana ℥x. zedoariæ, macis, spicæ Indicæ ana ℥iv. Iridis Florentinæ, visci quercini ana ℥j. galangæ, caryophyllor. ana ℥vj. pomor. citreorum recent. num. ij. rasur. lign. sassifras ℥ss. fol. majoran. ana artemis. m. j. β. rosimar. m. j. sem. scenicul. sileris montani, pœoniæ, basiliconis ana ℥iij. contractis & contusis crasso modo affunde in matraccio capaci aquæ rosarum ℥j. vini generosi, ℥ij. simul per 3. dies vase bene clauso digerantur, hinc adde recenter expressi succi ex foliis salyæ ℥vj. betonic, melissæ, spiritus vini ℥iv. Denud per 3. dies digeratur & destilletur in M. B. per alembicum ad siccitatem. Fiat semel cohobium. Hinc per se in cineribus vel B. aqua illa rectificatur, destillando 3. partes, quarta relicta, & inferendo rostro alembici, moschi, ambræ ana g. vj. bombacæ involuta, tandem

tandem omnia in vitro bene clauso ferventur. His omnibus potest annumerari diaphoreticum in peracutis, præsertim, si eum ejusmodi aquis appropriatis apoplecticis mixtum exhibeatur, & sudor provocetur. *Hælenus Joan. Hartmann. Practic. Chymiatric.*

Curatio Clariff. Joh. Petri Fabri.

Curatio apoplexiæ certa, tuta, & jucunda in sublatione causarum materialium ipsius apoplexiæ consistit: cum enim apoplexia dependeat à summa venarum & artiarum partiumque omnium, quæ commercio spirituum vitalium atque animalium inserviunt, obstructione; quumque ea in veneno quodam glaciali ac summè frigido partes illas valdoperè constringente & quasi glaciantè consistit, adeo ut spiritus vitales atque animales liberum patentemque aditum ad partes omnes, quas alioquin suis vitalibus radiis illuminare ac collustrare debebant non habeant, id eoque si quis citò tutòque ac jucundè apoplexiam curare cupiat, has causas omnes tollat necessum est.

Non possunt autem hæc causæ omnes citò, tutò, jucundèque eliminari; quàm remediis sequentibus. In primis ergo nativus calor, qui glaciali illo veneno se me extinguatur, essentia rosismarini & spiritu vini alcoholisatò in simul in quantitate æquali mixtis, & ad ʒj. ana propinatis, refocillandus est, ut, si fieri potest, excitetur febris.

Deinde elapsà horâ post propinatam istam essentiam, vomitus datâ sal. vitriol. ʒj. & in aq. sal. aut alterius alicujus vomitivæ ʒj. dissolutâ provocandus est: Secretum namque curandæ apoplexiæ in vomitu consistit, quoniam per motum illum, quò ventriculus pectusque sursum atque deorsum commoventur, summa illa obstructio tollitur; unde vinum emeticum, ut & flores antimonii aut pulv. emeticus, atq; omnia ea in apoplexia summoperè tunc profunt, quòd vomitum excitando omnia illa viscosa & glutinosa venenoque glaciali infecta protrudant, idque citò, tutò, ac jucundè.

Cætera autem quæ communiter præscripta videntur, teste experientiâ, inutilis, ut frictions & sanguinis missio, reperiuntur, nisi corpus apoplecticum sit valdè plethoricum aut sanguine turgeat, in quo casu sanguinem mittere licet ad quantitatem satis maximam, alioquin tunc missio sanguinis mortem potius accelerat, cum corpus sic magis refrigeretur & venenum illud glacialè, quo corpus congelatur, potius augmentetur, aut saltem diminuto hinc calore nativo proprietates hujus veneni propagetur.

Purgato corpore postmodum ad sudorifica maxima deveniendum est: Illa enim radicitus ea omnia tollunt, quæ in apoplexia relinquuntur, quæ paralyin facere soleat. Si igitur corpora apoplecticorum ritè purgentur, & post purgationem terque quaterque iteratam sudorifica adhibeantur, ita ut sudor copiosus provocetur, tunc in Paralyin non incidunt, atque sic ab apoplexia omninò ex voto sublevantur.

Sudoriferum igitur illud, quò maximè sublevantur apoplectici, est stannum sudorificum quod sequenti paratur modo.

℞. Stann. Anglic. ℥j. liquetur in tigillo, & postquam fufum est, auferatur ab igne, & adjicitur ipsi Mercurii crudi optimi pariter ℥j. ut fiat amalgama: Amalgamati huic trito add. Mercurii sublimati iidem, ℥j. & permisceantur insimul ac probè contundantur in mortario marmoreo; postmodum retortæ forti hic perindatur, & lenissimo cinerum igne destilletur, quo ipso aqua perclara destillabit in vas recipiens, cui tamen in antecessum etiam aqua communis stillat. ℥j. infusa esse debet. Postquam ergo omnis liquor stillaverit, & retorta refixerit, tunc retortæ illi, si ad hoc sit integra omnis illa aqua recipientis cum liquore stillat. juncta infundenda est & super cineres ca-

lidos ponenda; ut materia, quæ remansit in retorta cum hac aqua liqueat, tum temporis amalgama mercurii & stann. separatur à capite mortuo, quod cum salis stanni sapiat naturam, sic resolvitur cum hoc recipientis liquore. Hæc ipsa autem cum sit turbida, idèò filtranda est, ut solutio illa salis stanni clarescat, filtrum verò chartaceum infundibulo aliquo vitreo est stabilendum, ne à pondere ipsius aquæ rumpatur. Postquam sic clarificatus est liquor, destillandus est igne cinerum in retorta vitrea nitida ac nova & sti llatus hinc liquor magmati in fundo retortæ superstiti denudè est reddendus, ut dissolvat illud; quæ solutio postea iterum filtranda est ac destillanda, atque hic labor quater aut quinque repetendus, donec sal, in fundo retortæ superstes sit albissimum, tunc enim denudè solvendum est, ac dissolutum filtratumque retortæ vitræ quam maximè imponendum, cui sal. nitri opt. & purificatissimi unc. vj. sint injectæ; retortæ autem maximum recipiens jungendum est; hæc etenim materia valdoperè ebullit, ac materia elevatur, & foras exit cum vento & impetu maximo: Nisi itaque recipientis sit magnū & retorta maxima, materia illa perdetur. Ebullitione igitur super cineres tepidos transacta ex retorta stillandus est liquor ad siccitatem usque materiæ, quæ in fundo retortæ albissima remanet: Et hæc sine ulla alia præparatione & lotionè sudorifera est. De eo gran. x. accipienda sunt: Permisceri autem id remediū debet cum essent. sal. ʒj. & tantundem spiritus optimè rectificati; quæ simul mixta ægrotis sunt propinanda, deinde statim cooperiendus quàm maximè est æger, regulis & aliis vasibus aquâ bulliente plenis, adeoque omni arte sudor est provocandus, quòd proleto eo æger dein in tuto existat: Neque calidarum essentiarum exhibitio timenda est, quàm valdoperè hæc omnia apoplexiæ curandæ profunt, utpote quæ febrem pariter atque sudorem excitare possunt. *Hælenus Joann. Petr. Faber.*

Animadversio Langii in eundem.

Tutior certiorque curandi ratio vix excogitari potest causarum materialium & morbo occasionem præbentium remotione, qua præstita morbus evanescit utique. Et hoc ipsum de apoplexia nobis etiam existimamus dictum, cui id insuper notandum adjungimus, quòd cum fortissimæ apoplexiæ contumacissima etiam ac vehementissima existat causa, generosa etiam & valdè magna, præsertim scilicet damnatam illam materiæ pertinaciam expugnandi facultatem habentia, tunc adhibenda esse, velut hoc quoque ex remediis ab authore laudatis jam luculentum evadet.

Sed sciscitabitur hic protinè quispiam, cur Author, qui tantoperè antea causarum remotionem citò molientiam commendavit, à confortantibus & generosè calefacientibus remediis curæ auspiciū nunc faciat: Ratio nempe in proclivi est: cum enim apoplectico stupore tacti sensu motuque propemodum existant destituti, ac proinde consopitæ in illis sint omnes facultates & actiones, adeoque insimul etiam medicamenta deglutiendi potestate pariter tum careant, incassum sanè porrigentur pharmaca, licet præsentissimâ virtute celeberrima; deglutire atque in ventriculum devenire, adeoque in actum deduci ista queant: Ideoque prudenti consilio hujusmodi spirituosâ ardentia & penetrantissima medicamina tunc prius exhibere jubet, ut calor nativus ad incitas redactus, atque in proximo extinctionis gradu constitutus hoc modo non nihil refocilletur, atque sic deglutiendi facultas quodammodo saltem irriteretur, quò vomitivum, in quo revera curandæ apoplexiæ atcanum consistit, ut mox

id

id demonstrabitur, in ventriculum demitti possit. Neque dubitamus etiam hanc ratione spiritum seu calorem nostrum, nisi penitus jam extinctus sit, fervorem quendam (Auctor febrem vocat) concipere, atque sic officii sui de novo quasi memorem fieri posse, præsertim si cautela illa juxta advertatur, quam subsequenti paragrapho adjicere constituimus. Præ reliquis autem spiritibus & aquis antiapoplecticis seu specificis essent. rosism, dubio sine cum spiritu rectificatissimo parata (magis tamen pretiosa & adpropriata evadet hæc essentia, si proprio suo spiritu, qui scilicet elicitur ex succo rosismar. fermentato, & suo etiam sale fixo imprægnatur, conficiatur,) hic commendatur, quod magnæ virtutis sit rosmarinus, & ob effectum probatissimum herbæ salutaris adpellationem à latinis hinc acceperit: Pollet namque excalescendi, attenuandi, resolvendi, & obstructions referandi virtute non tantum egregiè, verum ad rigidos etiam & stupidos resolutosque capitis morbos (id est soporosos capitis affectus) cum applausu Practicorum masculè præstat. Deinde huic essentia spir. vini alcoholisatum, id est per frequentes cohobationes seu destillationes ad summè volatilem subtilitatem perductum, & in virtute sua mirè exaltatum associat Auctor, quod ineffabilem vim penetrandi & naturam tunc consopitam ardoris sui stimulo irritandi excitandique possideat. Verum quid nobis hic potius agendum esse videatur, & quomodo unà fidelè duo parietes sint dealbandi, hoc est uno medicamento scopi principales expleri possint, jamjam monebimus.

Quod secretum & singulare quasi mysterium scilicet curandæ apoplexiæ in vomitu consistere affirmet Auctor, nos omnibus modis approbamus, & partim hoc thema jam dudum in Miscellaneis nostris curiosis per partes suas diduximus, partim etiam in præfati verbis tamen ad compendium coaditis adhuc nunc arbitrari non pigebit: Nempè viscidissimum & quasi glaciale, adeoque contumacissimum hoc excrementum non nisi vehementissimâ commotione resolvi & protrudi poterit, id quod nullâ melius ratione quàm generoso remedio vomitum occyssimè provocando impetrabitur: Per hunc enim vehementissimæ commotionis impetum seditio quædam ac veluti tumultus in toto corpore & omnibus ejusdem partibus effectissimè concitatur, natura alto & funesto quasi sopore sepulta suscitatur, eaque ad arma sic cogitur, & hostile hoc excrementum valdè commotis concussisque partibus visceribusque pariter commovetur, atque ex voto tandem exturbatur, ut sic natura ab infestissima & glaciale hæc humorum visciditate hæcenus gravissimè oppressa unâ cum viscerum meatibus pertinaciter obstructis rursum sui juris fieri queat. Quod verò vehementer commoto ventriculo confestim quoque in consensum trahatur & consimili vehementia vellicetur aut concutiat cerebrum, non tantum ex cõmunitate nervorum recurrentium, qui à cerebro oriundi orificio ventriculi implantantur, Anatomicis tam famigerata, verum etiam ex interiore ventriculi tunica faucibus quoque communi, & à cerebri seu meningibus producta satis conspicuum esse potest. Dum enim per impetuofam hanc ex vomitu commotionem nervi recurrentes quoque & interior ventriculi tunica fortiter convellantur, necessariò quoque tota cerebri & ejus membranarum nervorumque inibi exorientium œconomia contremiscit quasi & lancimur, adeoque factâ hac irritatione, vel si sic loqui liceat, partium trepidatione, spiritus ad redintegrationem motûs & actionis suæ exstimulantur. Clariorem uberioremque hujus negotii

qui expostulat expositionem, haud gravatim Curiosorum nostrorum circiter adeat primordium. Deinde vomitorium excellentissimam præstantiam in cura apoplexiæ dicteria Helmontii adscriptu dignissima pulchrè etiam confirmant, quæ adponere non displicet: Ens apoplecticum, inquit ille, in stomacho præsens animam quatit. Item apoplexiæ scena circa stomachum seu orificium ventriculi præcedit atque peragitur: certum etenim est, susceptum in stomacho excrementitiæ mucilaginis vitium ac rudimentum latè & ad remota in corpore nostro potenter dispergi, unde remediis quoque stomachicis in tempore oblati beneficium restitutionis in hoc casu, utpote in quo mali origo & nidus ut plurimum residet in ventriculo infirmo aut cruditatibus præpedito, facillè præstari potest, imò nobiliora stomachica cerebro semper sunt accepta, ex adverso cephalica specificis ventriculum præstantissimè etiam solari solent, atque id quidem sub fide rationis & testimonio experientiæ indubitatiissimæ. In hoc ipso igitur cum Auctore consentimus, quod medendi jam dictam rationem aut arcanum attinet, sed in eo stare ab ipsius parte non possumus, dum observatâ unius horæ pausâ post adhibitam rosismar. essentiam demum ad emetica accedendum esse statuit: Anima namque curandi dicitur sine cûctatione arrepta occasio, & tempori ritè observato magnum est ponendum pretium. Pindarus *unaplatov* laudibus multis extollit Medicum, qui tempellivè omnes commoditatis articulos in curatione amplectitur: Proinde etiam occasionem medendi Hippocrates momentosam vocat ac præcipitem: Hæc enim elapsa inevitabilis ad ferale exitium approperat non tam inclinatio quàm præcipitium. Ideoque monemus ne citò auxiliari in apoplexia quis differat, quia irreparabilis est hoc in casu opportunitatis jactura. Atque propterea asserimus seridè, ut vel statim post propinatum spirituosum medicamen omnis moveatur lapis quò emeticum apoplectico pariter sine mora insinuari queat, vel quod consultius unâ cum ess. rosismar. tanquam vehiculo porrigantur, aliquot Mercurii vitæ philosophicè præparati (nempè v. vi. vel vii.) grana, vel tale infusum, dum videlicet ut artis est, spiritus vini rectificatissimus seu aqua aliqua antiapoplectica pretiosa croco metallorum vel laudato vitæ Mercurio (qui sanè sic nominari meretur, quod vitam jam abeuntem potissimè valeat revocare,) vel floribus antimonii affunditur (huc recensemus aquam Rulandi benedictam) atque eadem sic emeticâ virtute imprægnatur, citò citissimè propinetur vel juxta Auctoris manuductionem sal vitrioli curiosè purificatus in aqua hujusmodi seu essentia spirituosâ dissolvatur atque sic exhibeatur: Sic enim geminæ statim satisset indicationi, dum & calor nativus hinc potenter excitabitur, & ratione energiae emeticæ partes membranose nervosæque faucium stomachique vellicabuntur, atque sic citiori negotio vomitus provocabitur, summèque glutinosa excrementorum visciditas propulsabitur: Et quamvis primâ vice hujusmodi remedium in ventriculi fundum non pervenerit, tamen fauces ad minimum eâ quâ pollet lancinandi potestate irritare valebit, ut deglutiendi facultas exinde pariter exstimuletur, atque iterata dosis postea mundè impeditum per orificium ventriculi consequi transitum queat. Quò magis itaque acceleratâ ope vomitus concitari poterunt, eò certior etiam spes restitendi apoplecticum adfugebit, modò tum ulterius præstanda perperam non negligantur.

Levioris monetæ præsidia in paroxysmo apoplexiæ frictions & cucurbitulas utrasque tam scarificatas quàm non scarificatas seu ventosas, nec non ipsam venæ-sectionem esse (nisi summa plethora fonticam hanc

hanc obstructionem efficiens ac sanguinis circulationem ob nimiam vasorum repletionem cohibens hanc exposcat in quo casu copiosè emittendum sanguinem nos seriò quoque hortamur.] Auctori ambabus manibus largimur, atque ratiocinio ipsius hac de re instituto album quod dicitur calculum prompti addimus. Ad quam classem clysteres etiam utur acres referendos esse existimamus, si neglectis nimirum emeticis in paroxysmo apoplexiæ illi adhibeantur: Tanti enim tum valoris non sunt, ut unica opitulandi fiducia ab excellentissimis etiam Practicis in eos colloquetur; post usurpata priùs verò vomitoria, & quando ad se nonnihil redit æger, convenientia emetica sæpiùs iterata fructuosè admitti nequaquam negamus, quòd hanc ratione tam fomes mali, quàm id, quod de suspensissima excrementorum visciditate aut materia peccante circa vias primas residuum est, penitusque sic eliminari queat.

His in curatione apoplectici paroxysmi præmissis, & corpore ritè rectèque postmodum expurgato ad sudorificorum maximorum, quorum mentio in antecedentibus capitulis passim facta fuit, nos remittit usum, ut omnia & singula hujus characteris recrementa, quæ in vasis aut corporis habitu adhuc delitescunt, ne paralysis exinde fiat, radicibus extirpentur removeanturque. Cum primis autem hic laudat stannum diaphoretic. seu sudorificum suum maximum, cujus virtus ut ex superioribus jam nobis cognita est, ita notatu existit dignum, quod sudorifica illa cum essentia calidis (quo epitheto ardentes & cum spiritu vini optimo factas denotat) porrigere præstat: Ut enim juxta Helmòtium medicamenta vix nobilitatis alicujus aut singularis præstantiæ titulum sibi vèdicare possunt, nisi cum spiritu vini sint mixta, ita tantùm abest, ut noceant eadem, ut potius ab huiusmodi corporis nostri loca penetrare, ac sudorem efficaciter sic suscitare queant. Atque hæc sunt, quæ Auctor pro apoplexiæ medela hic adnotavit, quam nos etiam in praxi nostra omni ex parte observamus, eamque cum fortunato successu hæcenus præsertim in ipso paroxysmo alcohol aceti virtute vomitoria nobilitatum, cui insuper unam aut alteram guttam de oleo cinam. destillato (quod spiritus vitales mirè reficit, & proinde hoc ipso nares apoplectici etiam intrinsecus illinere tunc solemus) addere consuevimus, sine ulla dubitatione adhibendo sequuti fuimus: Ubi pariter fatemur amissam loquelam, nempe familiarem illam apoplexiæ prolem certiori subsidio restitui non posse, quàm emeticorum iteratorum auxilio, id quod toties probatâ experientiâ fulti bonâ fide testamur. Oleum succin. alb. stillat. tam extra quàm intra ad habitum probatissimi experimenti laudem sustinere sæpiùs sæpiùsque etiam comperti sumus: Post vomitoria utilissimè omninò enemata nobis sueta aliquoties, iteravimus, spiritum nostrum cephalicum, item sudorifica nobiliora & sanguinem pariter renovantia nempe tinctur. corall. veram atque tinctur. antimonii utramque nostram dedimus, & ita apoplexiæ curam ex voto absolvimus, non enim pluralitas, sed bonitas remediorum hic respicienda est, quæ Medicum verâ celebritate ac felicitatis famâ unicè exornat. Reliqua quæ hic animadvertenda fortè se afferunt, morbi circumstantiæ docto Medico facile insinuantur, &c. Hæcenus Christian. Langius in Patholog. animat.

Curatio Clariff. Thom. Willis.

Methodus, Therapeutica, aut est curatoria ad paroxysmum, quando ingruit, aut præservatoria ad ipsam, ne redeat, præcavendum; prior ad apoplexiam omnem, altera tantùm ad habitalem spectat.

Morbi insultu factò, (si non à capitis læsione exter-

na, aut vehementi, præcedat) quamvis nescitur utrum à causa invincibili (cujusmodi sunt sanguis in cerebro extravasatus aut abscessus disruptus) excitetur, necne; utrunque Therapejam ejus operâ sedulâ conari debemus. Et quia sanguis nimis turgens causam morbificam inferre, aut saltem augere, eandemque subsidens, & sedatior factus, nonnunquam auferre solet, idcirco imprimis de cursu ejus moderando deliberare oportet. Atque hic quæstio oritur de Ægrotantis situ; nempe utrum mox in lecto reponi, vel annon extra eum aliquandiu detineri debeat? Nonnulli posterius hoc religiosè observant, nec sine ratione; quia nimirum in lecto major ad somnolentiam propensio est, atque sanguis propter ambientem strati calorem magis effervesceat, & uberrius ellagrans, plus materiæ recrementitiæ usque in cerebellum affectum suffundit: è contra, dum Ægrotans tenuiter vestitus in cathedra locatur, sanguis tardius fluit, atque vasa subsidentia, ad humores ex *ἰσχυρά* resorbendos potius, quàm ad eos illuc mittendos aptiora videntur. Quapropter si Pateriens satis robustus fuerit, expediat forsitan, per 6. aut 8. horas, donec materiæ morbificæ fluxio prætereat, & sanguinis cursus phlebotomia, aliisque remediis sedulò adhibitis, sedatior fiat, eam extra lectum manere; imbecilles autem, & qui tenellæ sunt constitutionis, quamprimùm percussis mox cubili committantur. Ægrotantis sive in lecto, sive extra ipsum, situs non sit supinus, sed capite nonnihil erecto, ac ad latus, modò unum, modò alterum inclinato.

Phlebotomia, in quibusvis ferè apoplecticiis necessana, minime differatur: verùm enemate acriori injecto sanguis copiosè detrahatur. In clystere dissolvatur species hiera diacolocynth. ac infusio croci metallorum turbida. Vesicatorium amplum cervicis, aliaque eruribus & cataplasmata attrahentia pedibus applicentur: tempora & nares oleis aut balsamis appropriatis illinantur, atque membrorum immò totius ferè corporis frictions dolorificæ instituantur: Interim quæ spiritus animales exsuscitent, & vinculis expediant, scilicet sp. C. C. fuliginis, & similia cum julapio cephalico subinde propinantur.

Post hæc ægrotante cubili imposito, (si ad vomendum satis facilis, & potens videatur) emeticum ex sale vitrioli, oxymelite scillitico, aut ex infusione croci metallorum exhibeatur, & subinde pennâ gutturi intrusâ vomitio quater aut quinque pronietur, liquore postetico ex intervallis infuso.

Vomitione peractâ confortantia, uti elixyr vite, Quercetani, spiritus lavendulae, aut iberiacalis camphoratus, tinctura pæoniae, aut corallii cum aquis apoplecticiis, aliisque appropriatis in dosi convenienti exhibeantur, & prout res exigit, repetantur. Die secundo iisdem remediis adhuc continuatis, insuper cucurbitula sicca aut scarificata circa homoplatas, aut cervicem applicentur; aut si plus sanguinis detrahere oportebit, vena jugularis aperiatur; enema repetatur; spiritus salis armoniaci aut suffius ex Galbano in aceto acerrimo collo naribus admoveatur. Insuper errhina, & apophlegmatismi usurpentur: Dein vespere catharsis ex pilulis Rudii, vel electuario rosar. solut. in liquore quovis dissolutis instituantur.

Hæc nihil juvantibus, etsi spes tenuis aut nulla est, capitis vertici raso aut ferrum candens, aut vesicatorium amplum imponatur; reliqua pars ejus, ac imprimis frons, & sinciput foveatur aceto bezoardico; hirudines temporibus aut post aures applicentur, spiritus C. C. aut fuliginis in majori dosi, & sæpiùs infundantur; his, aliisque administrationum modis insistendum erit, donec mors in propinquo

quo esse videbitur, quam scilicet (uti Celsus habet) ejusmodi remedia saepe tantum differunt, atque vitam interim infestant.

Methodus prophylactica respicit tum eos, qui insultibus scilicet uno aut pluribus prius tentati fuerunt, tum & eos qui in hos proclives videntur, utpote qui à Parentibus apoplecticis enascuntur, aut qui vertigini, incubo aut lipothymia crebris obnoxii sunt, etiam qui collum brevius & torosum habent.

Vere & autumno catharsis, & phlebotomia (ubi convenit) instituat; quoad prius qui ad vomendum faciles sunt emeticum imprimis sumant ex infusione croci metallorum, cum sale vitrioli, vel ex sulphure antimonii; & dein per tres aut quatuor vices repetatur: fontanellæ duæ amplæ juxta homoplatas excitentur, vel, si loca ista quibusdam non arrident, unam illi in brachio, alteramque in crure opposito gestent.

Diebus aliis à purgatione vacuis, medicamenta atterantia & cephalica bis in die sumantur.

℞. Conserv. flor. lilior. convallium (vel pœoniæ maris) ℥vj. pulv. rad. pœon. maris ℥b. crani humani præp. ℥ij. sem. & flor. pœon. maris pulv. ana ℥ij. corallii rubri. præp. margar. & succin. albiss. ana ℥j. salis corallii ℥i v. syrup. è floribus pœoniæ maris, q. s. f. electarium dosis ℥ij. manè & vesperti superbibendo aquæ sequentis ℥ij. vel ℥iij.

℞. Rad. pœon. maris, angelicæ, imperatoricæ ana ℥b. rad. zedoar. galang. minor. ana ℥j. folior. visc. pomor. rutæ, salviæ, betonicæ ana m. v. cort. exterioris io. aurant. & 8. limonior. cardam. cariophyl. nucis moschat. ana ℥b. omnibus consicillis & contulis affunde vini albi (in quo stercoris pavonis ℥ij. per diem infundebantur) ℥lx. claus. infundantur per triduum, dein destill. s. art. liquor totus misc.

℞. Specier. Diambrae ℥ij. pulv. rad. pœoniæ maris, zedoar. select. ana ℥b. marg. ℥j. ol. succini puriss. ℥b. sacchar. albid. solut. in aq. pœoniæ & ad tabul. coct. ℥vj. s. f. a. tabul. pond. ℥b. Patiens comedat j. vel ij. sæpius in die ad libitum.

Intra dies 15. aut 20. remedia, quò minus tædio & plus emolumento fuerint, mutari debent; itaque loco electuarii substituantur per duas vel tres septimanas, modò spiritus salis armoniac. succinat. aut coralliat. aut cranio aut castoreo imprægnatus; modò elixir pœoniæ aut tinctura succini, vel corallii, aut elixir vitæ Quercetani aut mixtura simplex; etiam loco istius aquæ compositæ propinentur, vel aq. cerafor. nigror. vel jugland. vel rorismarini, vel lavendulæ simplicis, modò haustus liquoris possessetici, cum floribus pœon. maris aut lilior. convallium incoctis, vel haustus Teæ vel Coffeæ tempore matutino, [aquæ è qua paratur prius incoquendo ejusmodi ingredientia:] vel paratur confectio chocolatæ ad hunc modum.

℞. Pul. rad. pœoniæ maris, crani humani præp. ana ℥b. specier. diambrae ℥ij. f. pulv. cujus singulis chartis adde carn. nucleor. cacaoe ℥ij. sacchar. q. s. f. confect. sumat hujus ℥b. vel ℥vj. quòque manè in haustu decocti salviæ flor. pœoniæ, aut similibus.

℞. Pulv. rad. pœoniæ maris, crani humani præp. ana ℥ib. rad. zedoar. select. dictamo. cret. angelic. contrayervæ, ana ℥ij. f. pulvis omnium subtilis, adde flaved. aurant. & limoni conditi ana ℥ij. simul terantur in pulverem, sumat circa ℥b. vel ℥j. horam 1. ante & post pastum.

℞. Pro potu ordinario doliolum 1 v. congiorum impleatur Allâ medicâ, cui incoquantur folior. marubii albi odorati siccati m. vj. fruct. anacardin. cardamom. ana ℥ib. consicil. & contul. s. succulus.

Imprimis verò exacta vitæ ratio institui debet,

Aër temperatus, siccus & benè perflatus eligatur; cibi tantum eucepti, & tenuis comedantur. Cœna sit parca, aut nulla, somnus meridianus, compotationes, aliæque circa res non naturales consuetudines male vitentur. *Hætenus Thom. Willis de Apoplexia.*

Curatio Clariss. Franc. Bayle.

Cum levi etiam apoplexiâ correpti vix possint ab interitu vindicari, summa esse debet Medici sollicitudo, ut eos, qui in hanc perniciosissimam affectionem propensi sunt, ab ejus insultu præservet. Cum itaque apoplexiæ causa sit melancholia, præcipuus esse debet omnis præcautionis scopus ut hujus humoris generatio prohibeatur, idem genitus evacuetur, temperetur, ne congenita aciditas evecta aliquando vires suas exerat, & sanguinem figens horrenda inferat apoplexiæ symptomata. Cerebri etiam quod præcipua est hujus affectionis sedes, tuendum est robur.

In primis itaque rerum nonnaturalium usus in hos scopos dirigi debet; nec solum humoris melancholici ratio habenda est, sed etiam eorum omnium quæ possunt ad illius generationem quomodocumque conducere, aut illius activitatem augere, aut ad ejus effectus perniciosissimos producendos, aut accelerandos conferre, cujusmodi sunt præcipue plethora & cacochymia pituitosa & morbi varii præcipue cerebri. Quia verò hyeme & tempestatibus humidis frequentius invadit apoplexia, tunc major debet esse cura eorum qui in hunc morbum propensi sunt, cavendo ne ab aëris intemperie noxa aliqua suscipiatur, aut si quæ suscepta est emendetur. Quæ præstantissima sint ad præcautionem præsidia facile erit intelligere ex iis quæ dicentur in hujus morbi curatione, quam jam aggredior.

Cum apoplexia sit abolitio functionum omnium animalium exceptâ respiratione & c. à prohibito spirituum animalium influxu propter obstructionem ductuum cerebri excitatam ab humore melancholico figente sanguinem, ab hoc morbo indicatur obstructionis solutio, & causæ illam efficientis remotio, quibus omnibus citissime prospiciendum est, cum primò succi melancholici afflatu sanguis incipit concretere, quandoquidem magna & consummata concretio, omnem remediorum vim eludit. Cum verò morbus non modò præceps sit, sed etiam magnus & perniciosus, præter Medici diligentiam, maxima etiam requirit auxilia. Quæ verò magna vocantur auxilia sunt sanguinis missio & purgatio, de quibus inquirendum est an & quomodo conferant apoplecticis, sumpto à sanguinis missione inquisitionis exordio.

Quanta sit vis missionis sanguinis ad apoplexiam ejusque causam debellandam experientia quotidiana demonstrat, cum plerique sola sanguinis missione tempestivè administratâ statim à sævissimo hoc morbo vindicentur, eâ vel neglectâ vel in longius tempus dilatâ quæ reliqua adhibentur auxilia nullam plerumque conferant utilitatem, ægrique symptomatum violentia de medio tollantur. Quæ propter non immeritò in omnium ore est illud Celsi lib. 3. c. ult. ubi dicit sanguinis detractionem in apoplexia vel occidere vel liberare, aliud verò curationis genus vix unquam sanitatem restituere, sæpè mortem tantum differre. vitam interim infestare. His addit si post sanguinis missionem non redeat & motus & mens, nihil spei superesse; si redeat, sanitatem quoque respici.

Prætorum autoritas & fausti hujus auxilii eventus, quanti facienda sit in apoplexia sanguinis missio satis suadent iis, qui alios tantum sequuntur, eorum quæ agunt rationes nosse parum curant, satis esse

exi.

exultantes ad famam tuendam, si magni Medici in similibus occasionibus similiter se gerant. Quia verò convenientem auxiliorum modum itantùm possunt adhibere, qui ex perspecta morbi natura ejus curationem instituant, demonstrandum nobis est, ex idea apoplexiæ ejusque causa juxta doctrinam hæcenus stabilitam, quanta sit in hoc morbo necessitas sanguinis missionis, & quæ debeant esse in hoc auxilio administrando præcautiones.

Missionem sanguinis per se indicat plenitudo, seu in toto corpore, seu in parte aliqua cumulata; ea verò aliquando totum apoplecticorum corpus gravat: certè semper cerebrum & pulmones infestat, ex demonstratis, ac proinde, in apoplexia semper indicatur sanguinis missio per se ratione plenitudinis, & per accidentis ratione coagulationis sanguinis quam plenitudo adjuvat, & ratione obstructionum quas fovet, ut patet ex dictis. Plenitudine pulmones infestari manifestum ex difficultate respirandi, ex ruptione vasorum quæ aliquando contingit cum effusione sanguinis in thoracis cavitatem, ex pulmonum distensione, quæ aliquando perseverat aperto thorace eorum qui apoplexiâ extincti sunt. Plenitudinem cerebri demonstrant venarum jugularium distentio in vehementi apoplexia, vasorum sanguineorum in cerebro ruptio, & sanguinis effusio satis frequens in ventriculos cerebri aut circa cerebrum.

Utilitas venæ-sectionis statim perspecta erit perpendenti apoplexiæ causas & symptomata & quæ sanguinis missionem necessariò sequuntur. Undecumque mutatur sanguis totius plenitudo minuitur; sed præcipuè ea quæ cerebrum & pulmones gravat, si venæ aliqua, ex his aperiantur, quæ sanguinem reducem in cavam ascendentem convehunt. Cùm enim qui sic effunditur sanguis, ab illo alveo subducatur, minor quam antea illius quantitas in pulmones infuit, hæcque fit ut qui eorum vasa distendit per angustiores ductus facilius in cor elutrietur, indeque in arterias: subducto etiam sanguinis in jugularibus stagnantis impedimento, qui ad cerebrum defertur, facilius ad cor remeat, tum proprio pondere, tum ejus impulsu qui per arterias advehitur. Ob hæc omnia celerius quam antea sanguis movetur in vas, à coagulatione prohibetur, & qui in ductibus exsilibus incipiebat concrefcere, ibique hærebat, inde extruditur, & validiore agitatione suæ fluiditati restituitur; ac denique quæ occlusæ erant sanguinis & spirituum viæ referantur. Ad hoc etiam confert restitutus per venæ-sectionem liberior sanguinis motus, ut quæ exhibentur sanguinem solventia medicamina ad cerebrum uberius deferantur, & expectatam conferant utilitatem; nec enim faciliè ad partis eujusquam interiora penetrare possunt, nisi cum sanguine ad ea devolvantur. Eà de causâ statim in prima morbi invasione mittendus est sanguis, dum ut ait Hippocrates *adhuc elevati sunt spiritus*, dum viget sanguinis calor & fluiditas, si enim hoc auxilium differatur & sanguis penitus in vas concrefcit, nulla expectanda ex missione sanguinis, aut aliis auxiliis utilitas: eùm à consummata coagulatione non detur regressus. Si enim in cerebri vas fiat ejus coagulatio, immedicabilem inducet resolutionem: si acidum ad cor delatum in ejus ventriculis & vas vicinis omninò figat sanguinem apoplexiæ syncopem copulabit, quæ subito interimet ægrotantem: sic apud Petrum Salium diversum l. de particularibus affect. c. 4. puella 14. annorum, cùm per diem capitis gravitatem, vertigines & anxietates passa esset, qui procul dubio erant apoplexiæ prodromi, die sequenti subito extrinsecta est. Secto post mortem cadavere, in arteria magna & in vena cava totus sanguis concretus apparuit, ut apprehenso illius altero principio, ita integer ex vena & ar-

teria educeretur, ac gladius è vagina extrahi solet. Adde quod ad eam coagulationem vix potest perveniri, quin à sanguinis cum impetu ruentis & exitum non invenientis conatu vasa cerebri rumpantur, & magna sanguinis copia effundatur, unde mors certissima est expectanda. Citissime itaque administrandum est sanguinis missionis præsidium apoplecticis, nec expectandum est, cùm res urget, ut clyster aut quodcumque aliud remedium præmittatur: maxime verò in plethoricis, quos sanos apoplexia invadit, quibus, inquit Hippocrates, l. 4. de diæta in acutis *ut plurimum coincidunt rubores faciei, oculorum immobilitates, manuum distentiones, dentium stridores, pulsationes, maxillarum adductio*: his inquam liberalis conveit sanguinis profusio, juxta præceptum Hippocratis eodem loco. *Venam igitur secare oportet in dextro internam, & detrahere sanguinem, secundum habitum & ætatem in ætate ratione; plus aut minus.* Ubi æqualis est utrinque affectio venarum in dextro brachio secare satius existimo, quam in sinistro, quia in illo ob majus exercitium, vasa sunt latiora, quam in isto, ex quibus proinde largiore facta sanguinis profusione, major & magis subita contingit in sanguine mutatio. Unde merito Hippocrates per venam internam creditur designare magnam. In brachio autem præscribitur venæ sectio, quia missio ex ea parte sanguine plenitudini totius & speciatim cerebri & pulmonum prospicitur. Ut citius minuat plenitudo universalis, quidam eodem tempore in utroque brachio venam aperiant. Capivaccius l. 1. pract. c. 17. spatio horarum 12. tres venas aperiendas monet, in brachio, in pede, in capite; scilicet ad vacuandum, revellendum, derivandum. Verùm horum indicatio delumi debet à copia & à motu humorum, quem designant: non solum præsentia symptomata, sed etiam quæ præcessere, & apoplexiæ dederunt occasionem. Vires, quæ qualem in mittendo sanguine oporteat modum servare indicant, æstimandæ sunt non ex impotentia præsentis, sed ex robore ægrotantis ante morbi invasionem, quo fit ut etiam pulsu ferè deficiente aliquando mitti debeat sanguis, nec metuenda est ob sanguinis missionem perfrigeratio, concitato enim in motum sanguine & prohibita coagulatione reddit calor, sitque vegetior, qui quiete sanguinis penitus extinguatur. Nullus itaque apoplecticus à venæ sectione immunis esse debet, nisi summa virium dejectio prohibeat. An eæ sint penitus exolutæ judicabitur ex respirationis læsione, faciei pallore & concidentia, extremorum aut etiam totius corporis perfrigeratione, sudore post angustiam respirationis. His enim omnibus mors proxima significatur, & inutile foret missionis sanguinis præsidium. Hæc subitè mirari Medicos, qui existimantes apoplexiæ causam esse pituitam crassam & viscidam obstruentem cerebri ventriculos aut ipsos nervos, nihilominus venæ sectionem præscribunt; nec enim video quem sibi scopum proponant, nec quâ ratione missio sanguinis, tam subito obstructio solvatur. Quod enim tam subito abit pituita crassa? Quas ipsi, ut inde evacuetur vias aperit sanguinis missio? An illam attenuat, incidit, ac fluidam reddit?

Postquam, secta in brachio venâ imminuta est universalis plenitudo, partes præcipuè affectæ sublevandæ sunt: ad quod præstantissimum est præsidium venarum jugularium apertio, à quibus, ob earum magnitudinem assatim profunditur sanguis, quo restagnante cerebrum gravabatur; & pulmones hoc onere detracto minus premuntur, ac parciore affluente sanguine, facilius quem continent deponunt in arterias & sinistrum cordis ventriculum: ac tandem liberiore reddito sanguinis fluxu coagulatio impedi-

tur, obstructions solvantur, functiones animales sensim restituantur. Circa apertionem venarum jugularium experientia suffragatur rationi, eoque facilius eae venae tuadi possunt, quod cum in hoc affectu tumidiore sint, nulla opus est ligatura, quae hic posset esse noxia, quaeque eam ob causam post venarum jugularium apertionem non est arcte adhibenda, sed vulnere imponendum est emplastrum ex bolo armeno, aloë, pilis leporinis & ovi albumine, ac sine constrictione deligandum.

Si non sit locus venae sectioni ob virium dejectionem applicandae sunt cucurbitulae cum scarificatione scapulis, lombis, cruribus, brachiis, uni vel pluribus ex illis locis: prout vacuandi, revellendi, derivandi necessitas indicabit.

Hirudines margini ani applicatas conferre ex eo manifestum est, quod spontanea haemorrhoidum apertio salutaris est, monente Hippocrate loco supra citato. Tum vero sunt potissimum utiles quando in partibus infimi ventris collecta est ingens humoris atrabilarii colluvies, & sublato plenitudinis excessu hirudines applicantur, tum enim & reliquam plenitudinem tollunt, sanguinem atrabilarium evacuant, eisque qui sit ad superiora motum retrahunt ad opposita. Eadem hirudines venis capitis affixae, post generales evacuationes & revulsiones juvant: Nec non cucurbitulae sinu aut occipiti applicatae cum scarificatione, sed cavendum ne aote adhibeatur quam instituta sit conveniens evacuatio & revulsio, alias humorum motum ad superiora concitaret.

Frictiones etiam sunt utiles non solum quia revellendi vim quandam obtinent, & calefaciendo sanguinem attenuant, sed etiam quia sopitam animalem facultatem excitant & majorem torporem impediunt.

In apoplexia quae comitem habet causam concitantem plenitudinem, quam signa supra memorata designant, mittendus est statim sanguis largâ manu, juxta praescriptum Hippocratis nulla adhibita praecautio, quia vires sunt remedio ferendo pares, & periculum urget. Quando vero non adest plethora, sed humorum actuum ingens copia melancholizae scilicet acidioris multitudo aut exaltatio apoplexiam inducit, quod indicant dolores progressi, fomenta venae sectioni praeminere jubet Hippocrates, nec abs re. Cum enim venae inflammantur ac exsiccentur angustioresque fiant, & sanguis sensim concresecat, si iis occurratur per fomenta emollientia, calefacientia, attenuantia, sanguis facilius suet suoque rapido motu quod concresecere incipit, à dilatatis & mollioribus factis vasculis capillaribus absterget, si statim post fomentum aut in ipso fomenti usu vena secetur; alias metuentum est ne per venae sectionem tenuior sanguinis portio effluat, crassiore & coagulari incipiente relicta, quae mox exhibendi cathartici effectum impediat: fovendum autem est praecipue caput, cum in eo maximum imminet à coagulatione periculum, deinde hypochondria, sed & fomenta & venae sectio in ipso sunt morbi principio usurpanda, dum adhuc sunt elevati spiritus.

Postquam demonstravimus missionis sanguinis in apoplexia necessitatem, inquirendum superest an in hoc morbo aliqua sit necessitas purgationis. Cum praecipua apoplexiae causa sit melancholia, qualitate, aciditatis scilicet excessu aut acerbitate peccans, evidens est humorem illum cum à natura sit alienus, sui evacuationem indicare, eoque magis, quod periculum praesens est, nec datur etiam multo tempore ab aciditate ad benigniorem & spirituosam aut balsamicam naturam reditus: multoque magis adhuc indicatur purgatio si cacochymiae melancholicae pituitosa conjungatur. Nec post sanguinis missionem, sublata è toto aut è cerebro plethora, majorem patitur dilationem purgatio, quam venae sectio post apoplexiae inva-

Tom. I.

sionem, nisi vires dejectae ad refectionem moram postulent. Quapropter sine ullo temporis delectu purgatio est quam citissime praescribenda. Nisi enim statim fluidiore reddito sanguine per venae sectionem, & obstructionibus cerebri & pulmonum ex parte solutis, aut earum augmento prohibito, dum adhuc elevati sunt spiritus, medicamentum exhibeatur catharticum, sensim progrediente sanguinis coagulatione, tam pertinax effici poterit partium sanguinis, & humorum ipsi permistorum inter se cohaesio, ut omnem purgantium vim eludant: imò poterit purgantis ad partes potissimum affectas distributio aut omnino, aut saltem ex parte, viis per coagulationem sanguinis angustioribus factis, prohiberi. Nec qualecumque est exhibendum medicamentum sed vehemens, tale enim indicat, humoris peccantis natura, sanguinis dispositio & ipse locus affectus. Ad primum spectat aphor. 9. sect. 4. *melancholicos vehementer purgabis per inferiora.* Nec enim movetur melancholia nisi mochlico medicamento à reliquis humoribus divellatur. Sanguis vero concresecens aut ad concresecendum proximè dispositus non facile contenta dimittit, sed valido indiget fermento ut ferveat, & partium secretionem patiatur. Denique cum non è ventriculo & primis viis educendus sit humor, sed è tota sanguinis massa, & potissimum è cerebro, necesse est, ut per totum corpus purgantis vis diffundatur, & integra ad caput perveniat, quò nunquam pertinet purgans debile.

Erunt itaque convenienti purgantis materia diacarthami, trochisci alhandal, hiera diacolocynthidos, sed maxime vinum emeticum, quod, ut per inferiora purget in senae infuso dissolvitur. Nec sola vis purgandi vinum emeticum commendat, sed etiam ob insignem, qua posset, vim sanguinis coagulationem impediendi, & coagulatum solvendi, quod in primis hoc in morbo requiritur; ea de causa, ut vim illam in reliquis purgantibus acuant practici, illis solent castoreum permiscere.

Consideratis indicationibus inquit Hippocrates, *medicamentum purgans exhibere oportet si non aliovetur sursum, ad inferiorem vero alviam si non subeat, infusum per clysterem.* Spectare debet Medicus quam in partem vergant humores, ut si nullus se prodar ad vomendum motus, aut dispositio, purgatio per inferiora sit instituenda, & contra: per eas enim vias optime & cum minore aegrotantis molestia sit ope medicamenti evacuatio, in quas humores vel ex propria natura, vel ex ductuum & totius corporis dispositione spontè profluunt. Si itaque ex structura corporis, consuetudine, &c. aegrotans sit ad vomendum optime comparatus, & nihil sit aliud metuendum, exhibendum est ipsi emeticum. Verum majora sunt quae in hoc morbo vomitus inferre potest incommoda, quam ut debeat sine meditatione promoveri. Non possunt enim muscoli abdominis cum in vomentibus contrahuntur subjecta viscera & vasa comprimere, quia sanguinem ex ipsis exprimant & ad caput propellant: unde sit, ut qui extra apoplexiam vomunt, dolorem capitis gravativum patientur, & venarum in fronte & temporibus distentiones. Hinc patet vomitus in apoplexia concitato noxam augeri, quia cerebrum jam sanguinis statione oppletum uberior per arterias siliu ad huc magis impletur, cum magno periculo ruptionis vasorum, maxime quando adest plenitudo ad vasa, aut huic proxima. Tutius itaque semper erit per inferiora purgare, quamvis forte aliquando vomitum concitare non esset adeò periculosum, cum vasa non sunt humoribus distenta, & vix incipit in cerebri aut pulmonum vasibus obstructio. Hic advertendus est frequens error in exhibendo vino emetico, meticolosi enim illud in minori dosi ad unciam scilicet aut ses-

K

quium

quinciam ad summum præscribunt, expectatoque effectu frustrati medicamentum accusant infamantque, quod in adultis & robustis debet ad uncias tres circiter exhiberi ex infusione fennæ. Clysteres acres frequenter injecti conserunt ex decocto herbarum cephalicarum, in quo dissolvenda sunt purgantia valida, diacarthami, hiera diacolocynthidos, benedicta laxativa, aqua benedicta, vinum emeticum, &c. Horum clysterum unus utiliter præmittitur venæsectioni, si quod imminet periculum patiatur dilationem venæ-sectionis; clysteres enim evacuant ac ad inferiora revellunt, & quod spirituosum est & volatile, tum in purgantibus, tum in cephalicis, in venas illapsam sanguinis fluiditatem auget.

Nec negligenda sunt ab ipso principio quæ intus assumpta effervescentiam sanguinis augent, spiritus refocillant, calorem deficientem suscitant, præsertim post venæ-sectionem in plethoricis, in reliquis tum ante, tum post præstantissima sunt maxime spirituosæ, & quæ sale volatili abundant, cujusmodi sunt aquæ apoplecticæ multiplicis generis, spiritus vini tartarifatus, olea stillatitia anisi, rosmarini, salviæ, caryophyllorum, & similia cum aqua aliqua cephalica. Magnam imprimis & repentinam conferunt utilitatem sales volatiles à corporum concretionem separati depurati, cujusmodi sunt sales volatiles salis armoniaci, fuliginis, sanguinis, cornu cervi, inter quos primas obtinet sal volatilis viperarum. Sales illi citissime totam sanguinis massam pervadunt, fluidioremque reddunt, acidorum vim infringunt, sanguinis grammas dissolvunt. Præterea Theriacam veterem, Muhridatium & varias potiones, ex usu præfenti & prout varia medicamenta reperiuntur, parabiles quibus castoream cum summa utilitate admiscetur.

Extrinfecis illiuntur palatum, nares, aures, balsamis apoplecticis, theriacâ, mithridatio, confectione anacardina, & similibus cum castoreo. Ista profuit quia eorum partes magis volatiles in venas capillares penetrando sanguinem fundunt, & vias, quibus humores crassi evacuantur, aperiunt præcipue circa fauces.

Vesicantia capiti, cervici, brachiis, cruribus emplastra epispatica pedibus applicata sunt alicujus utilitatis, non tam serum eliciendo, quam eliquando quod concrefcibile est.

A prima invasione morbi ægrotans ita in lecto collocetur, ut corporis truncus non sit omnino erectus; hoc enim esset nimis laboriosum & ægrotanti & adstantibus, sed parum inclinatus: sic enim abdominis visceribus deorsum procumbentibus, & diaphragmate ab eorum pressione libero, facilius erit respiratio, sanguis superior petet minore impetu & facilius inde defluet ad inferiora.

Succussiones possunt esse alicujus utilitatis vacuato corpore: At in plethoricis & cacochymia pituitosa laborantibus mortem accelerant. *Hæftenus Franc. Bayle de apoplexia.*

Curatio Clariff. Job. Michaelis.

Friktiones fiant circa venas jugulares. Palato inungatur castoreum in aqua appropriata solutum. Conserunt & *revulsiones* si adsit plethora vena secatur, cum foramine amplo, quod cerato ex aloës p. j.thur. p. ij. & pilis leporinis ulla agglutinari potest ac debet. *Purgantia & vomitoria* sint in forma liquida saporis ingrati, cum oleo stillat. macis & aquis appropriatis. *Discussiones* in humore crassiori debent esse mitiora. *Convenient* spiritus vitriol. apoplecticus, sal apoplect. copos. Mynsichti, vel sal ex capite mortuo aq. apoplect. parati, acetum rutaceum vel appropriati. It. sal. bened. vitriolati. *Fortes clysteres* ex revellentibus fortioribus

specificis ac pituitam educentibus. Glandes nem fortes ex specif. stimulantibus. *Lingua theriacâ*, salibus appropriatis admixtis illinatur.

Appropriata sunt semen sinapi & erucæ, aquæ apoplecticæ variæ impr. Mynsichti, aq. lil. convall. cum vino, aqua primulæ veris essent. flor. anthos. sal. lil. convall. cum spiritu propr. spir. cerebri humani, sang. hum. spir. vitriol. volat. Balsamus apoplect. Crollii, essentia ligni sancti &c.

Externæ species diabalauß. Myns. lixiv. sapient. & cucuphæ exsicccantes.

℞. Herb. rutæ sal. cent. min. origan. ana m. j. flor. sal. lil. convall. primul. veris stœchad. arab. ana p. j. rad. aristol. rotund. cyclam. ana ʒj. sem. cartham. in pet. ligat. ʒvj. agaric. ʒij. coq. in f. q. aq. commun. col.

℞. ʒvi. vel viii. in quibus dissolv. hier. picr. cum agaric. ʒj. fell. taurin. inspiss. ʒjss. sal. apoplect. vel rutæ ʒj. mellis anthosati ʒj. f. l. a. clysmâ.

℞. Herb. rut. rosmar. origan. fol. asari ana m. j. flor. stœchad. arab. cent. min. lil. convall. ana p. j. rad. aristoloch. rotund. ʒj. imperat. pyrethri ana ʒss. sem. cartham. in pet. lig. ʒvi. agar. albiss. ʒiss. pulp. col. loc. in pet. lig. ʒj. coq. in f. q. aq. commun. col.

℞. ʒviii. in quibus dissolve elect. hier. picr. cum agar. bened. laxat. ana ʒss. succ. rut. inspiss. ʒss. extract. castor. gr. vj. m. f. l. a. clysmâ.

Possunt quoque massæ pilulares dissolvi in clysteribus, dissolvuntur scilicet à ʒj. ad ʒij. in decocto. Potest etiam clysteribus addi ol. diacoloc. que cet. Et pro *ditiorebus* olea destillata exempli gratia oleum sal. rut. rosmar. ac melioris penetrationis ergo ess. sal. rosmar. & lil. convall.

℞. Spec. hier. picr. cum agaric. ʒij. pulv. elleb. alb. ʒss. sal. apoplect. vel rut. ʒj. c. f. q. mellis anthosati f. l. a. suppositoria num. ii. illinantur oleo diacoloc. Quercet.

℞. Fell. taur. inspiss. ʒj. succ. rut. inspiss. ʒj. succ. cent. min. inspiss. ʒss. sal. rut. ʒj. c. f. q. mellis anthosati f. l. a. suppositoria. Inungantur unguento clysmatico. Castoreum vel ejus extractum quoque potest addi, vel inungi supposit. ol. castorei.

℞. Aq. ceras. nigr. lil. convall. c. vin. meliss. c. v. ana ʒj. apoplect. ʒii. ess. flor. anth. lil. convall. ana ʒj. sal. ʒij. Q. E. Matthiol. ʒj. syrup. de betonic. ʒj. misce.

℞. Aq. apoplect. opt. ʒj. lil. convall. ceras. nigr. ana ʒiss. spir. primul. ver. ʒss. syrup. flor. tunic. ʒiss. m.

℞. Aq. meliss. c. vin. lil. convall. c. vin. ana ʒij. apoplect. cum moscho & ambrâ ʒvj. spir. lil. convall. ʒj. acet. rutac. acet. apoplect. ana ʒss.

℞. Aq. meliss. cum v. aq. lil. convall. c. v. ana ʒiss. specif. cephalic. ʒiss. syrup. flor. tunic. betonic. ana ʒvj. m.

℞. Flor. anthos. flor. meliss. flor. sal. ana p. ij. cubeb. cardamom. ana ʒss. rad. ireos Florent. ʒj. f. l. a. nodulus c. stylo.

℞. Balsam. majoran. balsam. rut. balsam. succin. ana ʒss. balsam. apoplect. Crollii ʒj. misce.

℞. Extract. sal. extract. theriacal. ana ʒj. sp. lil. convall. sp. ceras. nigr. ana ʒss. m.

℞. Sp. ceras. nigr. spir. eruc. ana ʒj. syrup. flor. tunic. ʒij. m.

℞. Theriac. veter. ʒj. confect. anacard. ʒij. essent. sal. ʒj. m. *Externæ* applicentur medicamenta principio nervorum.

Extra paroxysmum: ℞. Sal. vitriol. ʒij. f. ʒj. dissolv. in f. q. aq. sal. Adde syrup. de beton. ʒij. m.

℞. Fol. S. S. S. elect. ʒij. agar. albiss. ʒj. flor. primul. veris fl. anthos. ana p. ij. cardamom. cubeb. ana ʒss. Infund. in f. q. aq. salviæ & ceras. nigr. stent in infusi. per 24. horas colat. adde syrup. de beton. ʒij. scam,

scam. sulphurat. gr. v. m.

℞. Extract. diacartham. ℞j. dissolv. in f. q. aq. primul. veris vel lil. convall. c. vino adde resin. jalap. gr. v. syrup. de stæchad. ℞ij. m.

℞. Mail. pil. de succino Crat. pilul. cochiar. ana ℞ss. extract. troch. alb. gr. ij. vel iij. c. f. q. ol. stillat. majoran. f. l. a. Pilul. num. xix.

℞. Extract. diacarth. ℞j. trochisc. alhand. gr. ij. castor. gr. ij. c. ol. stillat. salv. f. l. a. pil.

℞. Pulv. rad. jalappæ ℞j. scammon. sulphurat. gr. v. ol. stillat. majoran. gr. ij. m.

℞. Fl. primul. veris flor. lil. convall. fl. tunic. flor. stæchad. Arab. anthos. flor. beton. ana p. ij. rad. aristol. rot. ℞j. rad. pæon. ℞ss. fol. S. S. S. elect. ℞j. sem. cartham. ℞vi. agaric. albi. ℞j. jalap. ℞ss. cubeb. cardamom. ana ℞ij. raspat. lign. salsafr. ℞ss. sal. tartar. albi. ℞ij. f. l. a. Nodulus. Quod si omisso sale tartari & cæteris ingrati saporis, species reliquæ infundantur in vino, clarificenturque per manicam Hippocratis & sive saccharo sive syrupo aliquo edulcorentur, & aromatizentur & erit Claretum.

℞. Spir. ceras. nigr. lil. convall. primul. veris ana ℞j. essent. fl. salv. ess. anthos. ess. lil. convall. ana m. ℞ss. dosis gutt. 30. vel 40.

℞. Spir. apoplect. ℞ss. dosis gutt. 20. vel 30.

℞. Conserv. flor. anthos. conserv. primul. veris; conserv. betonic. conserv. salv. conserv. tunic. conserv. lavendul. ana ℞ss. succini præp. ℞ss. spec. diambr. spec. diamosch. ana ℞j. cum f. q. syrup. flor. tunic. f. l. a. electuarium liquidum. Potest etiam addi spiritus apoplecticus vel loco spir. ol. destillat. appropriata.

℞. Succin. præp. ℞ij. spec. diamosch. dulc. spec. diambr. ana ℞j. extract. salv. ℞ss. c. f. q. aq. apoplect. opt. f. l. a. rotulæ.

℞. Conserv. flor. anthos. conserv. lavendul. conserv. salv. conserv. calendul. conserv. tunic. conserv. primul. veris ana ℞ij. cubeb. cardamom. ana ℞ij. nuc. indic. condit. ℞ij. c. f. q. sacchar. in aq. apoplect. fol. f. l. a. mo. sul. Pro ditionibus adspergi possunt ess. ambræ.

℞. Spir. apoplect. ℞ss. tinctur. fl. tunic. tinct. fl. pæon. ana ℞j. m. dosis gutt. 30. vel 40. Commendatur etiam sal vol. sanguin. hum. in spir. appropri. dissolutus. It. spir. cerebr. human. succin. & simil. affus. spir. viriol. destill. & sæpius super cranio humano cohobatus, donec sal. vol. evehat.

Claretum corroborans.

℞. Flor. anth. fl. lavendul. fl. salv. fl. primul. veris, fl. tunic. fl. betonic. fl. calendul. ana p. ij. rad. aristol. rotund. rad. irid. florent. ana ℞j. ras. lign. salsafr. ℞ss. visc. quercin. ℞ss. n. m. nu. iij. cinamom. cass. lign. ana ℞ij. cardamom. cubeb. ana ℞ss. Infund. in f. q. vini Rhenan. opt. per biduum in loco calido postea coletur per manicam Hippocratis & edulcoretur saccharo.

Externa.

℞. Flor. chamomill. Roman. p. iij. lavend. fl. primul. veris fl. stæchad. Arabic. ana p. ij. fol. laur. mell. lil. poleg. ana p. ij. succin. ℞ij. gumm. juniper. ℞ss. benz. styrac. calam. ana ℞j. n. m. ℞ij. ras. lign. Rhod. ℞ij. incisl. d. ad chartam. Postunt ejusmodi species adspergi spir. lil. convall. rosar. vel ol. destill. appropri. & pro ditionibus essent. ambræ.

℞. Empl. Vigon. emplastr. de tacamahac. emplastr. carann. ana q. s. malaxentur cum balsamo Peruvian. Induc. super alutam, & obduc. syndone rubro in forma orbis medii.

℞. Ung. nervin. Aug. ℞j. balsam. Peruvian. ℞ij. ol. stillat. rosimar. ol. stillat. salv. ol. stillat. rut. ana gutt. vj. m. pro principio nervorum.

℞. Aq. aric. ad extr. sp. lumbr. terrestr. aq. apoplect. opt. ana ℞ij. m.

Tom. I.

℞. Ol. irin. ol. nicotian. ana ℞j. ol. stillat. majoran. g. vj. m. pro educenda pituita è naso. It. turunda ex rad. iris nostratis.

℞. Pulv. lil. convall. ℞ss. c. f. q. ol. nicotian. & ol. n. m. express. f. l. a. linimentum pro naribus illinendis. It. succus betæ, rad. cyclam. ex quibus turundæ cum filo parari debent.

℞. Succ. betæ, succ. anagallid. majoran. ana ℞ss. m. ex vola manus attrahend.

℞. Herb. majoran. herb. puleg. anagallid. ana m. j. sem. nigell. ℞ij. fol. S. S. S. elect. ℞ss. agaric. albi. ℞ij. coq. in f. q. aq. commun. col.

℞. ℞iv. m. Adhibetur ut succus præcedens.

℞. Ferment. acerrimi ℞ij. pulv. castar. ℞j. euphorb. gr. vj. m. f. l. a. cataplasma. Commendantur etiam fonticuli, frictions, & sinapismi. Ess. lign. præmissis universalibus ad ℞j. singulis diebus bis: vel infus. liquorum c. aq. appropriatis: Infusum præcipue lign. salsafr. Mynsicht. Pro exsiccatione quoque conveniunt species diabalaust. si capiti adspergantur. Item pulveres peptici post cibum sumti. Vesicatoria ex ranunculo ardente maculis nigris, plantag. aquat. flammula Jovis, cantharidibus, fermento, sinapi &c. *Hæftenus Joan. Michaelis in Prax. clinic. general.*

Curatio Eberhardi Gockelii

Apoplexia si aliquem cum amissione pulsus & respirationis invadit, raro; his autem salvis adhuc existentibus, difficulter, & magno labore curatur. Si igitur Patiens tali modo proflernitur, tunc pluma aut speculum ori & naribus, ad explorandum vitæ spiritum admovetur, errhinon naso insufflatur, aut fumus ex incenso sulphure per infundibulum immittitur, patiens hinc inde movetur, pectus denudatur, vena aperitur, vomitus oleo & aq. tepida excitatur, spina dorsæ deorsum linteamentis calidis fricatur, lamina ignita cervici & collo propius admovetur, capilli capitis detonduntur, ac gallina nigra vivens in medio disseca capiti calidè superligatur, postea abrasum caput oleo aut linimento aliquo calefaciente & siccante inungitur, os aperitur, ac spiritus cerasor. nigrorum, vel aqua apoplectica infunditur ac propinatur. Et si deinceps iterum ad se rediit tunc humor peccans per appropriatum medicamentum catharticum per os sumptum (vel si æger valdè debilis, per clysterem) derivatur & evacuatur. Ubi præ cæteris usus rhabarbari, tam ad præservationem, quam curationem, quemadmodum in aliis, ita præprimis in hoc morbo, commendatur. Quia etiam cerebrum & pars mandans, per medicamenta convenientia roboratur.

Ad præservationem quotidianus Rhabarb. usus, vel in forma pulveris vel rotularum ℞j. pondere continuatus, aquæ cephalicæ, Tabulæ, Pulveres, Balsamî apoplectici & cephalici, fonticuli, purgationes, venæsectiones, scarificationes, sudorifera &c. Sed omnia pro dispositione causarum, ætatis, temperamenti, &c. conferunt. Utiles etiam sunt rotulæ sequentes.

℞. Spec. diambr. compl. diamosch. dulc. ana ℞j. sacchar. albi. in aq. borrag. dissol. ℞iv. ol. anis. destill. g. ij. m. & f. l. a. conf. in rotulis. vel

℞. Sacchar. in aq. ros. solut. ℞iv. ambr. gryf. gr. iv. ol. anis. still. gutt. iij. m. & f. confect. in rotulis. vel

℞. Spec. diamosch. dulc. diambr. ana ℞j. succin. albi. ℞j. ol. anis. g. iij. sacchar. in aq. lavendul. dissol. ℞iv. & f. orbiculi. Aut,

℞. Specier. diambr. compl. ℞ss. ol. succin. gr. vj. ol. carvi ℞ss. sacchar. albi. in aq. salv. solut. unc. ij. m. f. l. a. Rotulæ. De his rotulis singulis septimanis ter vel quater aliquot assumi possunt. Dimidia quoque pars nucis moschatæ masticata & comesta, proficit. Simili

K 2

ratione

tatione spiritus cerebralium nigrorum, tam ad præservationem quam ad curationem, magnarum est virium præsertim, si in libris ejus duabus speciebus diambri compl. ʒj. in syadone suspendatur. De hoc manè jejuno stomacho, aut ventriculo existente frigido, etiam vesperi, singulis hebdomadibus bis vel ter repetendo, cochleare unum assumitur, aut guttæ duæ vel 3. vertici capitis instillantur.

Pari modo etiam sequens pulvis ad præservationem apoplexiæ summè commendatur.

℞. Rad. Sesel. Cret. ʒj. sem. eruc. cardamom. piper. alb. ana ʒij. m. f. pulvis subtiliss. sæpius ʒʒ. vel ʒj. quantitate in vino vel jusculo sumendus.

Vel ℞. Succin. alb. pulver. ʒij. specier. diambri. ʒj. sem. carvi ʒ. sem. m. & f. pulv. subt. Dosis, quantum cuspidibus culti capi potest, singulis mensibus proxima die post novilunium. Nec minùs semina erucæ & carvi, æquali pondere mixta, pro certo & infallibili remedio præservativo deprædicantur si singulis mensibus quater in vino albo v. l. brodio carnis deglutiantur; Et notum est, dicta etiam semina in affectibus pectoris & asthma omnibus aliis remediis prævalere, ut D. Schorer in Tractatu suo Germanico de apoplexia ad stipulatur. Nec verò sufficit ut materia peccans solummodo evacuetur, cerebrumq; cum capite confortetur, sed modicè etiam exsiccantia requiruntur: qualia sunt, Pilulæ sine cura, de succino Cratonis, de Cynoglossa, quibus spec. diambri. compl. extract. lign. aicès, moschus & ambra addi, ac de iis una vel altera septimana grana viginti deglutiri possunt.

Ad præservationem etiam Pulvis Iternutatorius ex majoran. subtiliss. pulverif. ʒj. & balsam. apoplect. opt. gr. iij. invicem mixt. paratus, utiliter adhibetur. Apud Pauperes phlegmaticos Nicotiana non sine fructu accendenda & potanda conceditur. Pro ditioribus species Diatabaci, gratum odorem spirantes, parari possunt.

℞. Tabaci commun. (non imbuti) unc. iv. majoran. unc. sem. Rosmarin. flor. ros. rubr. fl. spic. hortens. cubeb. ana ʒij. nuc. mosch. ʒj. sem. anis. ʒij. caryophyll. ʒj. styrac. calamit. expr. mastich. ana ʒj. m. gross. mod. incis. d. in leatula. Sacculus quoque sequens in metu apoplexiæ aut catarihi suffocativi optimum remedium est.

℞. Pulv. succin. alb. ʒij. inde syndoni albo vel rubro, & fiat sacculus oblongus inter passus.

Hinc ℞. Pulv. piperis longi ʒj. inde vitro angustif. orificii, superfundendo spir. vin. opt. rectif. unc. iij. ol. succin. gr. vii. stent benè cooperta ac clausa in loco calido. Quoties deinde necessitas postulat, sacculus prædictus cum hoc spiritu præparato humectetur, & capiti, vertici, sutureque sagittali secundum longitudinem versus suturam coronalem & faciem superligatur, ne decidat. Thermae Pollenses in affectibus, si ex consilio Medici secundum rationem adhibeantur, ut expertæ, proficuae, & salutare deprædicantur.

Ad hæc, dietæ quoque, & 6. rerum non naturalium accurata est habenda ratio, ne in his peccetur, & sic dampnum aliquod causetur.

Apud cholericos & sanguineos hæc præcipuè signa apoplexiæ præcedunt: sano adhuc corpore facies est rosacea & rubicunda, frons & venæ oculorum turgent, ad vertiginem sunt proni, memoria est labilis, faciliè inebriantur, ac confestim, antequam alii animadvertunt, prosternuntur; Et hæc apoplexia omnium est periculosissima. Et quia ita dispositi sunt, vere & autumnò per usum rhabarbari, aut syrup. ros. sol. aureum expurgentur, certisque temporibus, nec semel duntaxat in anno, sed sæpius largiorem sanguinem, & quidem cruciatim mittant, & scarificent, ac bonam dietam observent. Fonticuli in hoc passu aut cum discrimine parentur, aut planè mittantur.

Acidulæ quoque, propter refrigerationem sanguinis, & obstructionum reserationem sunt proficuae. Cholericis etiam supra dictas aquas calidiores apoplecticas fugiant, & harum loco trochiscos diambri assumant. Morbus attonitus si magnus fuerit, vix sanatur, unde remedia non sunt adhibenda, cum natura suapte extitialis sit: Debilis autem difficulter curatur. Ita autem, qui periculum mortis effugiant, plerumque in diuturnum morbum, paralyticum nimirum aliquarum partium incidunt: Subinde etiam totius corporis, aut memoriæ jaçturam faciunt. In omnibus nervosi generis frigidis affectibus febris superveniens adjuvamento est Gal. 2. Prorrheticor. aphor. 50. Hinc Practici jubent alternis diebus (ut inter hos uno die quiescat) exhibere ʒj. Mithridatii, in aqua saliv. vel lavendul. ad excitandum naturæ calorem, ut deinceps noxios edomare, & resolvendo eliminare possit humores. Si apoplexia sit fortissima, & fortiter stertatamentum provocantibus non sterneret, neque impressionem sentiat lethale.

Methodus curandi apoplexiæ Practica huc plerumque spectat. 1. clyster. Donec autem sit paratus, absintuatur suppositorium seq.

℞. Mell. coct. concret. unc. sem. pulv. euphorb. ʒ sem. colocynthid. gr. iv. helleb. alb. gr. ij. sal. ʒ. sem. m. & form. gland. Clyster. autem seq. paratur modo.

℞. Rad. angelic. ʒvj. saliv. rut. mercurial. beton. hyssop. ana m. j. flor. floechad. cent. min. ana p. j. sem. anis. urtic. cumin. scænicul. laur. ana unc. sem. agaric. alb. & lev. ʒ. sem. colocynthid. ʒij. sem. f. decoct. in f. q. aq. ad ʒʒij. Colatur. adde hier. logad. diacolocynthid. ana ʒj. sem. benedict. laxat. diaturb. cum rhab. ana unc. sem. opoponac. ʒij. mell. rosat. unc. ij. ol. de castor. laur. ana unc. j. sem. sal. ʒij. sem. f. enema, quo paulatim per intervalla vacuabimus humores è toto corpore, donec Pharmacum solutivum per os sumere poterit, N. B. Si summum periculum non imminet, mittatur colocynth. & hiera diacolocynth. Tertia verò vice assignatum injiciatur enema.

Ad causæ antecedentis imminutionem sequentes in usum veniunt Pilulæ.

℞. Mass. pil. de euphorb. scetid. coch. ana ʒj. sem. castor. ʒ sem. Diagyrid. corr. gr. vj. f. cum aq. ceras. nigr. Pil. Aut.

℞. M. Pil. sive quibus ʒij. Panchym. Crollii ʒj. gutt. gamandr. gr. v. f. pilul. communes, asperg. pulv. cubeb. & hæc pil. singulis septimanis repetantur. Hoc pacto, & si corpus sit plethoricum, conducibilis est venæ sectio cephalicæ in parte sana, vel apposito latere, in signo Piscium vel Aquarii. Ligaturæ quoque etiam sicut fortes & dolorificæ axillarum & extremarum corporis partium. Affigantur cucurbitæ magnæ cum multa flamma ad scapulas, & una mediocris ad commissuram (cucurbitula ad ignem calefacta, vertici admovenda) sagittalem. Profunt quoque frictions palati & colatorii cum castoreo dissoluto in aceto squillitico, aut cum Theriaca veteri. Frictions item totius corporis, & præsertim colli, qua parte venæ sunt & arteriæ. Nec minùs commendantur punctiones & pilorum evulsiones. Ut & inunctiones totius corporis cum oleis calidis castorei, spicæ, laurino.

Externè, ad corroborationem nervorum, & dissipationem humorum influxorum applicetur Principio nervorum atque cervici, versus ægram regionem sequens emplastrum.

℞. Empl. de bacc. laur. nervin. ana unc. j. sem. euphorb. rad. pyrethr. sem. sinap. ana ʒj. cum ol. philosophor. seu de lateribus q. l. f. l. a. Emplastrum. Aut. si nullus p. n. calor in affecto membro observatur.

℞. Ol. lateria. & stercor. columbin. ana unc. j. sem.

sem. eruc. nasturt. ana ʒij. m. & applica. Aur.
 ℞. Ol. rutac. nardin. ana ʒiʒ. ol. destill. & bacc.
 juniper. ʒiij. Pulv. castor. ʒj. euphorb. ʒʒ. cer. q. l. f.
 linimentum. Aur.

℞. Ol. lil. alb. ʒij. castor. ʒʒ. euphorb. ʒij. ol. nar-
 din. ʒiij. f. unguentum pro capite ratio, cervice, &
 spina dorsi. Interiora narium ungantur balsamo apo-
 plecticæ, rutaceo, ol. nardino rutaceoque, in quibus ali-
 quid castorei, nucisque moschatae dissolutum sit.
 Observanda etiam 6. res non naturales, ne in his pec-
 cetur, quæ omnes, ad caliditatem inclinent. Potus
 sit decoctum ligni sassafras & guajaci, addito cina-
 mom. pro potu ordinario, per se, aut cum vino mix-
 tum. Vel

℞. Scob. lign. guajac. sassafr. ana ʒij. cinnam. acerr.
 ʒij. baccar. juniper. ʒiij. sem. anif. foenicul. coriandr.
 præp. ana ʒi. m. & decoctum in ʒ. aut 4. mensur. aq.
 fontan. Ad obstractionis nervorum resolutionem & re-
 solutionem egregie juvat oleum succini albi, aut spir. tart.
 de die terna vice ʒj. pondere in brodio carnis, aut aq.
 ceras. nigr. sumendum. Capiti abrafo emplastra, olea
 & unguenta, appropriata, applicentur. Theriæ,
 præsertim ferinæ non procul ab oppido Kalvu,
 Badenses, piperinæ, & aliæ his similes profunt.
 In defectu verò harum substituantur artificiales:
 Ur,

℞. Herb. menth. thym. puleg. hyssop. origan. rut.
 menth. serpill. rosmar. salv. hyperic. lavendul. majoran.
 ana m. j. flor. chamomill. sambuc. spic. sthæcad.
 rosar. rubr. melilot. ana m. ʒ. scob. lign. juniper. ʒij.
 guajac. ʒij. rad. pyrethr. ebul. ana ʒij. baccar. laur.
 ʒiij. juniper. ʒiv. sal. ʒij. sulph. viv. ʒij. sal. nitr.
 ʒij. vitriol. crud. ʒij. Omnia hæc gross. mod. con-
 tus. & concis. d. ad chartam. In Balneo, & aliis quo-
 tidie potest loco præservationis, corroborationis, &
 curationis ore sequens quantitate avellanæ sumi ele-
 ctuarium.

℞. Conserv. flor. anthos, primul. veris, betonic.
 salv. ana ʒij. spec. diamb. compl. diamosch. dulc. ana
 ʒʒ. diaphir. elect. de gemmis ana ʒj. succin. alb. præp.
 ʒʒ. theriac. andromach. ʒj. confect. alkerm. compl.
 ʒʒ. cort. citr. condit. ʒj. nuc. moschat. cond.
 num. 1. cum syrup. de sthæcad. f. electuar. molle
 d. ad ollam.

Finito Balneo, super carbonibus ardentibus cale-
 factis & suffumigatis linteamentis deorsum corpus ab-
 stergatur & fricetur sequenti suffumigio.

℞. Mastich. succin. ana ʒʒ. baccar. juniper. cras-
 susculè contus. ʒiʒ. m. & adhibe. Aur

℞. Thur. mastich. sandarac. ana ʒʒ. succin. storac.
 calamit. ass. dulc. ana ʒij. caryophyll. ʒj. flor. rosar.
 anthos ana ʒʒ. m. gross. mod. d. ad scutulam.

His quoque medicamentis annumerari possunt Fo-
 menta, quorum paratio tali modo sit.

℞. Scob. lign. juniper. bacc. juniper. ana m. iij.
 ebul. salv. origan. puleg. hyssop. silybr. domest. bal-
 samitæ, thymi, flor. sambuc. rosmarin. ana m. ij.
 coq. in aq. & vino an. part. æq. siatque somentatio
 artuum & corporis.

Si placet sacculum vino madidum caleantem artubus
 superponere, para sequenti modo.

℞. Bacc. juniper. laur. ana m. j. rosmarin. meli-
 lot. ros. rubr. sursur. ana ʒj. rad. ircos Florent. ʒij.
 sal. m. j. indatur sacculo & adhibeatur. Post univer-
 lia adhibeantur stercutoria quæ passim nota sunt.
 Inprimis verò excellentissimus est hic pulvis.

℞. Herb. anthos, majoran. ʒij. sem. nigell. ʒj.
 rad. helleb. alb. ʒʒ. mosch. gr. v. ambr. gr. iij.
 ol. lign. rhod. gutt. v. majoran. cinamom. ana gutt.
 iij. caryophyll. g. ij. balsam. apoplect. opt. ʒʒ.
 misce.

Aque confortantes & præservantes contra apople-
 xiam speciales.

Tom. I.

℞. Aq. hyrund. cum castoreo, epil. Ling. ana ʒij.
 fl. anthos, cerasor. nigr. horrag. ana ʒʒ. cinnam. still.
 lat. ʒij. elix. vit. Matthiol. ʒj. confect. Alk. compl.
 ʒʒ. lapid. bezoard. or. gr. v. mag. perl. or. gr. iij. man.
 chr. perlat. ʒiij. theriac. androm. ʒʒ. misce.

Hoc in malo castoreo magnarum est virium. Uti-
 les quoque sunt ad hunc effectum spiritus & aquæ apo-
 plecticæ, passim in officinis & manibus doctissimo-
 rum virorum præstantes. In casu necessitatis potest
 de sequenti cochleare unum & alterum assumi.

℞. Spir. ceras. nigr. fl. anthos, cephalic. Anhalt.
 ana ʒʒ. juniper. ʒij. lign. guajac. lil. convall. ana
 ʒj. elix. vit. Matthiol. aq. cinamom. stillat. ana ʒʒ.
 m. d. ad vitrum, & indatur nodulus ex spec. diamb.
 compl. ʒʒ. & diamosch. dulc. ʒj. paratus. Cui in usa
 ad quodvis cochleare sumendum addi possunt ol. suc-
 cin. alb. gutt. v. Alternis diebus quoque conducibi-
 le est exhibere patienti ʒj. mithridat. aut theriac. in
 aq. lavendul. vel salvie. *Hælenus Eberhar. Gockelius
 consil. 28.*

Curatio Clariff. Theodori de Mayerne.

Alia sunt in paroxysmo tentanda, alia extra paroxys-
 mum ad apoplexiæ præcautionem exhibenda.

Quidquid movendum, statim move; & quod vis fa-
 cere fac citò: In talibus enim tardare malum:

Tu propera, nec rem venturas differ in horas.

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Ægris pessimè agitur dum suspensâ manu Medicî
 minus valida medicamenta importuno metu percussu
 exhibeant, cum extrema remedia adhibere expediat.

Sanguinem in plethoricis liberâ manu mitte: *velica-*
toria nuchæ, brachis, ponè aures, imò toti vertici ap-
 plicato. Querantur folia asari viridia, quæ leviter tri-
 ta indantur *naribus*: Interim ex eorum pulveris ʒij.
 pulv. rad. cyclam. ʒiv. & ʒj. rad. helleb. alb. f. pul-
 vis subtilissimus per calamum naribus insufflandus.

Liquamine sequenti *illinatur palatum* sæpissimè fri-
 cando.

℞. Anacard. rad. pyrethr. & staphisagr. ana ʒij.
 granor. paradif. cardamom. major. ana ʒiij. capsici sive
 piperis Indici ʒj. hellebor. alb. ʒiv. bulliant simul in
 vini alb. lb. ʒ. ad medias, fiat expressio, quæ cum æqua
 portione mellis anthosati redacta ad mellaginem redda-
 tur acidula sp. vitrioli antiepileptico, addendo salis
 succini volatilis ʒʒ. m. pro litu.

Emeticum sequens exhibeatur. ℞. aq. cerasor. nigr.
 ʒiij. syrup. flor. præon. ʒj. gillæ Theophrasti ʒj. vel
 ʒiv. f. potio. Si hæc mitior æquo videatur, optimum
 in apoplexia vomitorium est oleum antimonii, cujus
 guttæ x. vel xii. dentur ex optimo vini spiritu.
 Cita & serâ est ejus operatio; multos hujus ope
 excitavi.

Ad apoplexiâ præcavendam caput per sedem pur-
 gantia frequenti sint in usu (qualia in cap. de *epilep-*
psia & vertigine præscripta sunt) emetica item tem-
 poribus idoneis exhibita plurimum profunt. *Fontanella*
in nucha, vel setum communi sunt in usu. Vitentur om-
 nia quæ caput nimis tentant, qualia sunt vinorum ge-
 nerosorum liberalior ingurgitatio, tabaci per tubum im-
 proba fumatio, Veneris usus nimius &c. In plethoricis
sanguis sæpè mittendus è brachio vel hæmorrhoides
 aperiendæ. Caput denique roborandum est specificis
 cephalicis calidioribus, qualia in *Epilepsia & Vertigi-*
ne videre est. *Hælenus Theod. Mayerne. in Praxi.*

Consultationes.

Apoplexia in Paralyfim terminata.

Nob. Senex sexagenarium annum agens, tempera-
 menti secundum totum & caput, calidi & humidib.

ni habitus, ad plethoram vergentis, comestationibus & Compotationibus assuetus; tribus ab hinc annis vertiginibus corripit, à quibus sanguinis missione & purgatione liber evasit. Sed quoniam ad pristinum vivendi modum reversus est: cum varietate vinorum meraciorum delectetur, & copiosè bibat, aliquot ab hinc mensibus vertigines rursus & frequentius Nob. senem molestantur; quibus accesserunt quoque tremor in manibus, insucta delatio in somnum, imò & somni solito profundiores atque longiores: atque tandem sub fine hyemis, dum decumbebat in lecto, summo mane extemporanea successit sensus & motus privatio, cum omnium principum operationum abolitione, necnon magna respirationis læsione & mediocri stertore. Accersitus autem Medicus sibi domesticus multa præstitit medica præsidia, nimirum acria suppositoria; mox repetitâ sanguinis missione ex brachio, vesicantia quatuor apponi iussit; Quibus adhibitis, sequenti nocte veluti à somno expergefactus, adstantes cognoscere & imperfectè loqui cepit, brachio sinistro sine motu & sensu manente, cum oris tortura, labiis ad partem dexteram laxatis. Et quoniam de novo hujus accidentis recursu, non sine ratione timet excellentiss. Medicus Assistent; idcirco ad te, vir præstantissime, confugiunt consanguinei, ut motus & sensus paralyticæ partis, si possibile fuerit, restituatur, & novi prævertantur insultus.

Subitanam privationem sensus & motus cum principum omnium operationum animalium abolitione & respirationis læsione, que contingit Nobili seni, apoplexiam appellandam esse docebat Galenus, quam syderationem vocabat Hippocrates, & Paulus, in qua semper læditur respiratio, parùm in debillissima, magis in debili, & maxime in forti apoplexia, ita ut ejusdem gradus, ut placuit Galeno cum Hippocr. à læsione respirationis desumi soleant. Quod si jam dicta privatio cum omnimoda apnoea contingeret, non amplius apoplexiæ, sed cari nomen retineret. Hanc prænuuntiarunt vertigines, quibus tribus ab hinc annis obnoxius fuit, quas proximas esse comitialibus & apoplexiis pronuntiavit Galenus. Sicut enim in vertigine spiritus animales inordinatè moventur, ita ut recta via ad organa visus & motus deferri nequeant: sicque Patientes procident: ita in apoplexia impeditur omnino irradiatio spirituum propter obstructionem, sicque concidunt unâ cum sensu & motu cæteræ omnes functiones principes: Quam obstructionem non tantum in ventriculis reperiri, sed multò magis in vasis, nimirum in arteriis per cerebrum dispersis, censendum esse iudico, dum sanguis acris & calidus crassior factus stagnat in vasis & spiritibus transitum intercipit, unde sensus, motus & omnium functionum animalium privatio. Servatur autem respiratio, quamvis læsa, ob vitæ necessitatem, non ut Averroës, quia sit motus ex naturali & animali compositus. Obstructio autem in casu nostro, non a solo sanguine calido & crasso, sed etiam à viscido & lento commisso facta fuit, cum solutam apoplexiam sinistrae partis Paralysis subsecuta fuerit, facta nimirum metastasi à cerebro per nervos ad colli vertebrae, sicque vox vitata fuit; præterea mediante tertio pari ad labia sinistrae partis, unde oris tortura in dextram partem, laxatis nimirum sinistrae partis musculis: sicut per septimam nervorum conjugationem linguae motus ademptus fuit; atque tandem ad quintam dorsii vertebrae depositâ crassiori materiâ, brachium motu & sensu privatum fuit. Nec mirum genuinam hanc materiam in sanguine collectam fuisse, cum à potibus meracioribus caliditas & acrimonia: à copioso vini potu, frigiditas & visciditas provenire soleant, ut considerabat Galenus, dicens, *Ubi vinum plus bibitur, quam vin-*

ei possit, tantum abest ut calefaciat, ut potius frigida vitia gignat; & idem præcesserunt quoque tremores, debilitato nempe à meri potu nervolo genere: sicut à redundante in capite pituitoso sanguine somni profundiores & longiores ante casum observari fuere.

Affectus iste est semper peracutus, quicquid dicant aliqui, dividentes apoplexiam in calidam & frigidam: citò namque utraque solvitur: calida enim insensibiliter solvitur ad salutem: fortis terminatur ad mortem; frigida ante leptimam vel occidit Patientem, vel in Paralyin degenerat. Et quoniam propter pravum apparatus in sanguine, & imbecillitatem in capite contractam, recidivare solet hujusmodi affectus, idcirco exacta Medici assistentiâ hic opus est, ne revertatur apoplexia, & ut interim à Paralyi liberetur.

In quem finem materia in venis existens, licet verò non turgeat, ut turgens tamen tractanda est; & idem non expectatâ perfectâ coctione & præparatione, aliquo Purgante, statim à capite evocanda & educenda: deinde residuum peccantis materiæ præparandum, & epiriticè evacuandum: mox ad topica paralyticæ parti deveniendum, & caput cum toto nervolo genere roborandum.

Et sicut in actuali apoplexia, post acria suppositoria apertissimè & cum evidenti utilitate missus fuit sanguis, ita si rursus ingrueret talis accessio (quam Deus avertat) rursus vena illæsi brachii aperienda esset, ita docente Galeno cui subscribunt cæteri Medicinæ principes: Aretæus quidem dicens: *Æquale adjuvandum, utpotè morbo magno, remedium magnum, est sanguinis missio: Paulus, Si curari possit, statim sanguis detrahendus, & si confert, sequenti die iterandum:* Aëtius jubet ineptis venæ-sectioni cucurbitulis admoventas esse; imò magnam occipiti post venæ-sectionem commendat quoque Paulus. Confert autem sanguinis missio, quoniam affectus, non à sola frigiditate, sed etiam à crasso & calido sanguine stagnante procedit; & idem Aretæus à sanguinis missione excipit apoplexiam cum multa frigiditate & torpore invadentem; & propterea à quibusdam carpitur Celsus, dum ait, quod *sanguinis detraçtio, aut occidit aut liberat:* occidit enim, si tantum ab humore crudo & frigido facta fuerit: liberat verò, si à calido; in priori igitur abstinendum à sanguinis missione: sicut in posteriori administranda & iteranda. Clysteres acres proponuntur à Medicinæ principibus, sed non adeò facillè injici, recipi & retineri possunt. Vesicantia quoque passim usurpantur, præsertim scapulis apposta, & ferrum candens occipiti admotum. Cervicem quoque & mentum calefacit Aretæus, pro frigidi humoris attenuatione & discussione. Quibus omnibus addamus nos purgans medicamentum ab alto trahens omni industriâ per os infundendum esse, ex trochiscis alhandal, diagrydio & castoreo paratum. Et hæc obiter pro curatione apoplexiæ dicta sufficiant. Ad præsentis Paralyis itaque curam revertamur. Et quoniam jam pridem vitæ expiatæ fuere, Præparans ita instituentiam erit.

℞. Oxymel. simpl. syrup. de betonic. ana ʒj. de coct. cichor. borrag. agrim. ℥iv. ʒiv. m. pro syrupo & sic aliis usque ad decimum quantum: Sed quinto quoque die præbeat minorativum hujusmodi.

℞. Pil. de hiera cum agaric. de tybis cum rhabarb. ana ʒij. massicinarum ʒj. m. reform. pilulæ summo manè exhibendæ. Dum hæc omnia sunt, paralyticæ parti frictions quotidianæ sunt exercendæ, cucurbitulæ admoventæ, atque tandem rubificantia apponenda, præsertim post validiora purgantia exhibita: erunt pilulæ de nitro Alexandri, cochiae præparatæ cum helleboro, de hermodactylis, aggregativæ, quarum

quam dosis erit ad ʒ. ʒ. circa noctis dimidium assumenda, & bis aut ter repetenda, dum diebus intermediis validiora Præparantia præscribenda erunt, ut

℞. Oxymel. compof. Syrup. de iva, de beton. compof. ana ʒʒ. decoct. cichor. betonic. herb. paralyt. hyslop. majoran. ana ʒʒ. m. pro Syrup. & sic pro aliis. Nec omittenda topica aliis partibus affectis: sic spinali medullæ circa quintam vertebra inunctio ita instituida erit.

℞. Olei vulpini, viperini ana ʒʒ. ol. succini ʒj. m. pro inunctione spinæ cui præmittantur frictions factæ cum squilla per medium dissecta. Faciei quoque sinistra pars resoluta quinta essentia rosismarini erit illinienda: sed hoc tempore pro capitis expurgatione, erthinum manè attrahendum ita parabitur.

℞. Pulveris tabaci Indici ʒij. majoranæ, ireos ana ʒj. m. f. pulvis per nares attrahendus, & ad linguæ motum restituendum, pro oris collutione paratur mulla cum aqua salviæ, addendo aquæ vitæ juniperinæ exiguam portionem. Pariter in ore detineat frustulum nucis moschatæ, aut legitimi cinamom. aut caryophyll. integr. tandem caput & nervosum genus roborantia erunt in usum ducenda, ut conservæ capitales sub ingressum lecti ex florib. rosismar. salv. betonic. additis speciebus aromatici rosati.

Statim à prandio sumatur acorus conditus: manè aliquid cochlear aquæ vitæ, bacis juniperi, cinamom. & caryophyllis alterata. Vinum pro mensa medicatum redatur visco quercino & sassafras. Quibus jam dictis omnibus Nobilem senem sanitati restitui posse sperandum. Quod si fortasse non ex voto succedat, sudorificum decoctum erit addendum, ex ligno guajaco, salsa, visco querc. & sassafras, in aqua stillat. cichorii, betonicæ, ivæ, parandum, cui præmitti poterit pulvis viperinus.

Congrua interim vivendi ratio præscribenda erit, & præsertim in usu potus: etenim & quantitas & qualitas vini, necnon bibendi tempus moderatione indigebunt. Victus autem sit attenuans & præsertim ex avibus terrestribus: & valde prodesse poterit pulli, carne viperinæ & ejus decoctione nutriti ut considerabat Avenzoar. Cætera viro Doctissimo præscribenda relinquo. *Raymund. Jo. Fortis con. Jul. tom. 1.*

Apoplexia fortis, brevi curata.

Pastor ætatis consistentis, affectioni hypochondriacæ aliis obnoxius, tempore hyemali, inter concionandum irâ accensus, primò horrore, post vertigine correptus, obmutescit, omnes tam interni quam externi abolentur sensus, corrui, ita ut eum de suggestu deportare necesse haberent auditores, stertebat cum respiratione difficili, pulsu parvò & inordinatò, facies rubebat &c. Intra horæ ferè spatium adhibitis infra dicendis internis & externis medicamentis, ad se redire cepit, linguæ immobilitate, totiusque corporis imbecillitate remanentibus, quæ tamen continuatione medicamentorum brevi quoque cessarunt.

Omnibus & singulis, quorum in proposita casus historia mentio fit, benè probèque perspectis signis, facile quilibet judicabit, ægrum nostrum eò correptum fuisse affectu, quem apoplexiam vocamus, *ἄποπληξια*, quod fortiter & graviter percutere significat, ductâ similitudine ab animalibus ad aram uno ictu corruentibus. Ulteriore qui desiderat etymologiam & synonymiam, practicos aliosque adeat auctores, fusiùs hæc ipsa pertractantes.

Sumitur verò apoplexiæ vocabulum dupliciter. (1) Generaliter, Paralytin, stuporem, obstupescentiam &c. includens vid. Hippocr. sect. 7. aphor. 40.

(2) specialiter & in propria significatione. Estque subitanea sensuum & motus abolitio, remanentibus respiratione difficili, interdum nullâ & pulsu inordinato, ex p. n. spir. animalium stagnatione sive statione proveniens: alii definiunt, quod sit mentis consternatio cum sensuum externorum & motus abolitione. *Lindano* est hæmaphysia in capite.

Symptoma ergo est, & quidem actionis abolitæ: de parte affecta in seqq. dicitur.

Exactius verò ut calleamus generationem & naturam hujus affectus, inquiramus parùm in ejusdem causas, rem planè perplexissimam, de qua diversissimis & intricatis sententiis multùm pugnatur; sed post habitâ litigationibus illis, potioribus quorundam auctorum breviter, pro ratione instituti, recitatis opinionibus, mea quæ sit, paucissimis subjiciam.

Sunt itaque qui statuunt, ex obstructione principii nervorum in basi calvariæ apoplexiam generari, ita *Galenus*, *Paulus Ægineta*, & qui eos sequuntur alii. Sed quid obstructio illa incommodabit functionibus principibus, cum cerebrum cæteroquin sit illæsum, imò cum nervi manifesta destituantur cavitare; humor viscidus eos intrare, obstructionemque causari non poterit.

Alii oriri eam existimant ex compressione principii nervorum, verùm & hæc opinio ante dictam patitur instantiam, quod nempe functiones principes habendus non læderentur.

Alii intemperiei cerebri frigidæ causam apoplexiæ tribuentes, si considerarent nudam intemperiem, quæ summum gradum non in instanti, sed successivè adipiscitur, non tam citò actiones omnes tollere neque tam subito corrigi posse, convenientibus enim adhibitis remediis, citò interdum affectus hic desinit, hæc, inquam, si paulò accuratius expendere, brevi suæ valedicerent opinioni.

Obstructionem ventriculorum cerebri ab humore viscido & crasso ortam, *alii* accusant; verùm experientia anatomicâ constat, in ventriculis cerebri veriorum apoplexiâ extinctorum nihil repertum, eoque ab humoribus ejusmodi prorsus immunes fuisse, de quo videatur *Fernelius lib. 2. de abditis rerum causis*. Ulterius hanc opinionem redarguit hydrocephalo laborantium insignis & maxima cerebri cavitatum ab humore repletio, nihil interea plerumque apoplecticis sentientium.

Fernelius causam in compressione arteriarum, plezum retiformem, seu rete mirabile constituentium, rejicit, experientiaque hanc suam stabilire conatur sententiam. Sed quicquid sit, licet concedam, interdum obstrui vel comprimi posse hæc vasa, cerebrum tamen omni debito que pro consuecendis spir. animalibus sanguine minimè defraudatur, cum alia adhuc supersint vasa sanguinem sufficienter advehentia, nempe arteriæ vertebrales.

Gregorius Nymmanus apoplexiam ortum trahere ab obstructione torcularis arbitratur, cum tamen ejus officium non sit, sanguinem cerebro asserre, sed potius advehere, ita ut venæ, non arteriæ fungatur officio, insuper adesset arteria cervicalis, adessent arteriæ plezum retiformem constituentes, quæ cerebro, sanguinem apportando, sufficienter providerent. Posset igitur & Nymmano concedi, apoplexiam interdum ex obstructione torcularis oriri, ob impeditam scilicet sanguinis circulationem, verùm eò, quò vult Nymmanus, modo fieri non credo. Alii dictas observantes difficultates provenire dicunt ex stagnatione sanguinis in vasis sanguinem cerebro adducentibus, cui sententiæ favere videtur *Dn. D. Mezgerus in Dissert. Medic. Anatom. 3. de flux. & reflux. sang. pag. 29. 30.* Huic sententiæ & ego subscribo, quod scilicet sæpillimè inde generetur atrox hoc malum, prout ex seq. patebit. *Plu-*

res Auctorum hic adducere opiniones chartularum harum angustia non concedit.

Causam igitur immediatam apoplexiæ posui spir. animal. stagnationem. spir. n. animalis ad motum & sensus perficiendos in continuo motu & influxu sit necesse est. Ad hoc verò requiritur motor perpetuus & via libera; Horum alterutrum vel utrumque, si simul subitoque lædatur, apoplexia præsto est.

Considerabimus itaque primò motorem, ejusque in hoc affectu vitia, postmodum viam ejusque obturationem, aliaque eidem affinia. Quò verò hæc omnia fiant planiora, de generatione, naturâ & motu spir. animalis pauca quædam erunt præmittenda.

Generationem verò spir. animal. modo sequenti fieri, mihi persuadeo: sanguis si per arterias capillares, unicâ saltē tunicâ dotatas, cerebrum transit, spir. vitæ sanguinis partes cerebri substantiam, corticalem præprimis penetrant, relictis partibus crassioribus a quosis aliisque heterogeneis, haud aliter ac spir. vini in destillatione transit spongiâ alio imbutâ.

Naturam spir. animalis quod concernit, vini spiritui vel cuicumque alteri simillimum esse arbitror, id quod præter alia generatio modò proposita & restitutio indicant. Consumpti enim ab exhibitio spir. volatili facillè reparantur: Videatur *Timæus in respons. Med. pag. 10.* statuens, spiritus constare in sale volatili spirituoso, usque acidum aversissimum esse: Ubi tamen notandum eum spiritui vini similem non esse prout est in forma liquoris, sed halitus & vaporis, tum enim expansus ac mobilis existit, & quemadmodum parva quantitas spir. vini in halitus resoluti totam cucurbitam & alembicum cum vase recipiente in destillatione implet, imò per tenuissimas rimas cum impetu erumpit, ita & spir. animales cerebrum, nervos & musculos subito adimplent.

Eos verò halituosa forma suas perficere operationes, ex dicendis elucescet: Cùm calidus effumansque sanguis cerebro communicatur, tum halitus spirituosus id penetrant, inque halituosa forma à calore, tanquam subtilissimi spiritus, conservantur, atque ad partes corporis, expansione & motu per spinalem medullam & nervos deferuntur: Cerebrum enim cum spiritali medulla multis vasis sanguiferis repletum est, nervosque concomitantur, arteriæ, à quarum calore continuo foventur, facillèque in forma halituosa conservantur. Unde, ut experientia docet, si partes corporis admodum refrigerantur & humectantur, spiritus hi cōcreverunt, (similiter ac spir. vini in alembico impositis lintæis madidis) & partes ad motum & sensum redduntur ineptæ & resolvuntur: Hi enim spiritus, cum omnibus corporis partibus sensum & motum largiri debeant, motu satis celeri præditi sint necesse est, quo voluntatis in motu potens ac celerissimum exequantur arbitrium, sensationesque externas citissimè ad cerebrum deferant: Spir. volatilis, si expansus ad hæc omnia aptior erit, tum enim citò & facillè transire nervos expandere musculos, & resiliere in sensatione poterit, quæ à coagulato simili modo perfici nequeunt.

Modus autem motus hujus talis est: Halitus isti spir. volatilis, si in cerebro dispersi & expansi sunt, propellantur non tantum expansione, sed & cerebri motu per spinalem medullam, cæterosque nervos ad omnes corporis partes. Ad motum verò hunc propriâ facultate edendum cerebrum ineptum esse, fabrica ejus satis superque testatur. Meningibus motum cerebri qui attribuit, experientia refutantur, ablata enim magnâ cranii parte & ipsis meningibus, motum tamen cerebri observavit *Riolanus* in ovo. Motus enim ille qui in cerebro deprehenditur & manifestè quidem in infantum recens natorum & vulneratorum, pulsuum motui respondet, pulcherrimè in demortuorum cerebro repræsentari potest: Cranio nempe prius ablato, quo cerebrum suis meningibus vestitum in conspec-

tum veniat, crassam quoque meningem removere proficuum foret, tum enim cerebrum tenui solum meninge tectum mæandros intestinorum quasi repræsentabit. His ita paratis, si insilentur arteriæ carotides in collo, per distinctos pulsus egregium edet spectaculum; singulis namque inflationibus non solum arteriæ inflantur & attolluntur; sed & integra massa cerebri moveretur & intumescit, quolibet inflationis ictu, sic quoque apertis ventriculis lateralibus, si ramus arteriæ jugularis plexum constituens choroidem, insiletur, tremulum visusque jucundum exhibebit motum, unâ etiam movebit partes quasdam adjacentes, præsertim glandulam pinealem.

Ex hoc pulsatili universo cerebro communicato motu, arteriarum beneficio, spir. animale in motu versari & in nervos propelli suspicor. Dum enim cerebrum tam artè à cranio circumdatum sit, ut in multis cranis, vice arteriarum exscriptæ quasi extant, fieri aliter nequit, quin per motum & appulsam sanguinis cerebrum intumescat, cum ulterius, ob accuratam cranii adjacentiam, propelli nequeat, ipsius substantia movendo & dilatando prematur, & consequenter spir. animal. exprimantur in suos canales & nervos. Arteriæ verò spinalem medullam & nervos undique concomitantes, præterquam quod calore eos expandant, continuo quoque motu pulsatili eorum motum promovent.

Moveri autem spir. animal. continuo illo motu & calore sanguinis in cerebro ejusque appendicibus, ex eo constare videtur, quod quoties impediatur sanguinis ad cerebrum partesque sensiles motus, toties deperent, omnes actiones animales labefactentur & tollantur.

Quemadmodum videre licet in strangulatis, in quibus in momento fere omnes sensus tam interni quam externi, motusque animales cessare solent, quorum historias quasdam collegit *Wepferus in exercit. de loc. aff. in apoplex.* quarum illa præ cæteris memorabilis existit de Anglia suspensa, Medicorum verò ope restituta: Hujusmodi notatu dignam recenset historia *Helmontius* de curiolo quodam Astrologo lib. de *Lithiâ* cap. 9.

In morbis syncopiticis, cum motus sanguinis & pulsus suspenduntur, animales etiam actiones labefactantur & tolluntur, non autem functiones animales subito abolentur, quod ob impeditum sanguinis influxum, spir. animal. suo destituantur & frustrentur alimento, tum enim lentè labefactantur ejusmodi actiones, donec tandem successivè consumptis spiritibus descendent; hoc autem non fit in illis sanguinis stagnationibus sed deperentè, alia igitur subitaneæ hujus abolitionis functionum querenda ratio, disca scil. cessatio motus. Cessante enim in cerebro pulsatili motu, cessat, ab impedito sanguinis influxu, calor, spiritus ad partes non propellantur, sed stagnant, brevique coagulantur.

Cum itaque impeditum sanguinis influxum sequatur repentina spir. animal. stagnatio, læsio verò & abolitio functionum à spir. animal. dependentium, inquirendum in causam tam subito sanguinis illius influxum impediendam. Hæc est repentina sanguinis in arteriis carotidibus & vertebralibus stagnatio, coagulatio & concretio, & hæc, si non semper, ut plurimum tamen generatæ apoplexiæ causam esse existimo.

Coagulatio verò ipsa causatur ab halitibus acidis & coagulativis sanguini commistis; Halitus hi efficiuntur vel extrinsecus advenientes, corpusque in respiratione vel per poros intrantes, vel intrinsecus in corpore nostro, mediante effervescentiâ vitiosa in tenui intestino excitantur ascendunt, sanguini commiscuntur, eumque coagulant. Huc inclinare videtur *Bernb. Svoal.*

Solve in *tract. de querel. vent. p. 222.* Sublimatum autem acidum quippiam, inquit, sit ab astro suo depulsum ruat in spinæ medullam, tactum motumque resolvit. Ideoque sæpius apoplexiam præcedere videmus cardialgias, vomitus vel vomendi conatus, dysenterias &c. Id quod variorum etiam testantur facta. Ex his dictis *focis qualitasque materie* haud obscure jam colligi poterit, cum & post apertionem in ventriculo & intestinis caustica & nigra materia sæpius reperta sit.

Generari hæc materia & in corpore nostro produci potest præva diætâ multa scilicet acido austera in alimentis assumendo, unde humores tales in corpore generantur, præ cæteris verò succi pancreaticus facile eam inducit naturam, inque iuctu laterali stagnat, stagnatione acrior factus tandem copia & acrimoniâ materiam obstruentem, pituitam nimirum viscidam, perturbans, cum bile vitiosam in duodeno excitat effervescentiam, unde halitus illi acido austero & coagulativi exurgentes, acrimoniâ suâ in orificio ventriculi admodum sensibili cardialgiam excitant, ventriculum ad vomendum, intestina ad egerendum irritant, imò, corrosis intestinorum tunicis, dysenteriam pariunt. Fieri coagulatio quoque potest à veneno exhibitio coagulativo, mercurio sublimato communi, aquâ forti & similibus, quæ cani irrepinata mortem subitanam cum coagulatione sanguinis intulisse vidimus.

Nam verò sanguinis in cerebrum indusus alio etiam modo tam repente impediri queat, certò determinare non possum. Pituitam viscidam quod concernit, eam quidem in arterias capitis delatam, easdem obstruere posse non nego, quod verò conferunt & simul omnes oppilari & obstrui possint à pituita, est de quo maximè dubito. An quoque subito omnes comprimantur arteriæ, ut transitus denegetur sanguini, non assequor, positò verò hoc fieri à sanguine extravasato ut plurimum fieri arbitror, quamvis non sequatur: in hujus vel illius apoplectici capite inventus est sanguis extravasatus, ergò hujus mali causa exitit, cum vasa obstructa facile rampantur & sanguis extravasetur, quemadmodum videre est in pleuritide: Per subitanam verò arteriarum carotidum & vertebrarum abscissionem etsi fiat apoplexia, ea tamen Medico curanda non offertur. Non desunt quoque qui ex obstructione sinuum cerebri, qui sanguinem revehant, circulationem sanguinis impeditam, stagnationem interdum & extravasationem, & per consequens apoplexiam provenire statuunt.

Perpectâ hæc stagnatione spir. animal. à motore labefactato & sublato pendente, pauca quædam addam de *via affecta* influxumque spiritibus denegante. Certum est in chæ spinali medullâ illicò sequi omnium inferiorum partium resolutionem, eorum sensus & motus abolitionem, cujus rei experimentum in brutis facile institui potest, inciso enim spinali medullæ principio, apoplexia præsto erit; Medico tum incurabilis. Comprimi posse medullam oblongatam & quidè subito censeo, repente materia confluenta circa magnū occipitis foramen, (foramen infundibuli representans) per quod transit medulla oblongata, medullamque comprimente, ut spiritibus denegetur exitus. Conferunt autem eò materia confluere potest, si ventriculi cerebri & quidem laterales humoribus sint repleti, qui quantitate nimia coacti, contiguitatem limbi cum cerebri radice perturbant, licet hæc etiam motu cerebri violente divelli possint, in sternutatione aliove modo. Sanguis ex ruptis cerebri vasis eò effusus, medullam oblongatam comprimere aptus existit, rampantur verò vasa à vulnere, contusione, si consuetæ supprimantur hæmorrhagiæ per nares & meatus, vel alio quocunque modo.

A causis mediatis proximioribus ad remotiores nunc progrediendum, quas in naturales, non naturales & præter-naturales dividunt: *Naturalium in classe*

sefe offert temperies ad frigiditatem præcipuè & humiditatem proclivis: Ætas senilis apoplexia ferax secundum Hippocr. *sect. 3. aphor. 31.* ubi apoplexiam inter senum morbos refert. Dispositionem hæreditariam multum hæc conferre quibusdam placet. Inter *non-naturales* se sistit primò aër aquilonaris, frigidus, violentus & asper: Occidentalis, pluviosus, pituitam ferrososque humores augens: Aër exhalationibus venenatis & narcoticis infestus: Radios Lunares peculiari vi cerebro infestos hæc quidam accusant. Pertinet & hæc tempus anni hyemale, de quo Hippoc. *sect. 3. aphor. 23.* Diætam supra parum tetigimus: Venere nimia apoplexiam imò mortem sibi quosdam acquisivisse, legimus. Præ aliis verò animi pathemata humores exagitare solent, ex ira enim vehementiori quosdam apoplexiam passos esse observavit *Forestus l. 20. in schol. obs. 70. ex præter-naturalibus* adducitur melancholia. *Vid. Hippoc. sect. 6. aph. 56.* Causa externa violenta verbi gratia contusio, castus, vulnus, ictus, fractura &c. Plura reperiuntur apud Authores; hic brevitati studens, dictas causas casui nostro nonnihil applicabo.

Affectum Ægri nostri ortum habuisse à vaporibus acido-austero & quasi malignis, non solum ex supra positis, verum etiam si circumstantiæ, symptomata, aliæque in historia casus proposita, imò curatio sequens, diligentius paulò inspiciantur, ad oculum patebit: Primò enim dixi eum *affectioni hypochondriacæ* obnoxium fuisse; cujus causam plurimi moderni Medici in acido-austero latitare asserunt: Hyems erat coagulationem & stagnationem humorum promoveere apta, imò cum ipsum frigus in particulis acidis & nitrosis consistat, aciditas in corpore præprimis dispositio aucta fuit. *Ira inter concionandum* corripitur, Pathemate à scherbio vehementissimo dicto. Ira enim humores agitando, mineram causæ morbificæ in pancreate absque dubio latitantem excitavit, unde vapores acido-austero elevati, primò horrorem, postea caput petentes, spir. animal. inordinate movendo, vertiginem producerunt, tandem coagulato in vasis sanguine & per consequens cessante spir. animal. motu & influxu (à quibus omnes corporis partes tanquam à sole irradiantur) necessariò subsecuta fuit omnium, qui à spir. animalibus aliàs sustentantur sensuum abolitio, corporisque lapsus. Remansit autem *respiratio difficilis cum pulsu parvo inordinato*, non prout quibusdam videtur, ob summam respirationis ad vitam conservandam necessitatem: Quamquam enim respiratio summè sit necessaria, finis tamen per se efficaciter agere nihil potest, efficiente scilicet causâ deficiente, præterea natura nunquam non hoc ageret in omnibus ad vitam conservandam necessariis actionibus: Neque etiam à spir. vitalibus, calore & motu cordis, ut aliis placet, conservatur, sed ob faciliorem spir. animal. in illos nervos influxum evenire suspicor, qui influxus à prima nativitate & dormienti & vigilantè sine ulla intermissione continuatur, hinc, hos nervos poros suâ sponte apertos & dilatatos habere quidam existimant, reliquos non item, sed tantum per inflationem spir. animal. dilatari. *Pulsus erat parvus & inordinatus*, cum sanguis propter obstructionem arteriarum vix circulari poterat.

At ad ea, quæ supersunt festino, ubi si obiter differentias & signa apoplexia tetigero, curationem postmodum subjungam: *Differt apoplexia ratione graduum*: Quorum Hippoc. *sect. 2. aphor. 42.* duos; Galenus verò *lib. 3. de loc. affect. c. 7. & 10. & comment. ad aph. 42. sect. 2.* Hipp. quatuor constituit, quem plurimi imitantur: *apoplexia primi gradus* est, ubi respiratio aliqualem servat ordinem: *Secundi gradus* est, ubi respirationis major adest difficultas & inæ-

qualitas

qualitas, modò enim crebra, rara modò observatur. *Tertii gradus* fortis dicitur & vehemens, in qua respiratio quidem præsens, sed summa cum difficultate æger laborat, adeò ut cum stertore spuma prodeat. *Quarti gradus* acutissima & fortissima est, in qua respiratio ad sensum abolita est, ægerque cadaveris instar jacet: Ratione causarum porò distat apoplexia, cum alia sit à motore cessante, sicut in ægro præsentis, alia à via obstructa & laborante: Rursus alia à causis internis, alia ab externis, item alia à vi externa à contusione, ictu, vulnere &c.

Signa imminentis interdum ferè nulla sunt, interdum præcedunt torpor & stupor, sensus amissio sine manifesta causa, dolor capitis & gravedo subitò ac vehementer invadens teste *Coo sect. 6. aphor. 51.* somnus altus, oculorum caligo, circumgyratio capitis per imaginationem, & vertigo tenebrosa, horror, incubus, tinnitus aurium ac linguæ balbuties secundum *Hippocr. sect. 7. aphor. 40.* stridor dentium in somno, stertutatio conatus sed impotentia, & quæ sunt alia: In præsentis apoplectico præcursores erant horror & vertigo. Præsentis apoplexiæ signa satis sunt evidentia, subitaneus nempe lapsus, cum sensus & motus privatione relicta saltem respiratione vel difficili vel ad sensum nulla cum pulsu inordinato & parvo, ut hic, vel magno, neque concussus neque punctus sevit, dormit profundè, imò stertit, membra laxa elevata concidunt suo pondere, mortuorum instar.

Signa causarum, ut in aliis quibusque morbis, ita & hic ob curationem probè sunt observanda: Si enim sit à motore cessante & sanguine stagnante, plerumque adest pulsus magnus, interdum, ut hic videmus, parvus, cum majori nisu respirationis & faciei rubore, sæpè eam quoque suprascripta præcedere solent signa. Si à compressione medullæ oblongatæ, pallor potius quam rubor faciei observatur, neque tam subitò sensus interni omninò tolluntur, pulsus admodum debilis cum respiratione simili adest. Si à sanguine extravasato, plerumque evidens causa vel plethora præcessit. Cæterarum causarum signa ex circumstantiis & per se patent, vel judiciosà calculatione & diligenti symptomatum observatione facilè eruuntur.

Ne verò hic cum aliis affectibus valdè ipsi affinis, confundatur, operæ pretium me facturum arbitror, si signa apposuero distinguentia: *Distinguitur à lethargo*, quod in hoc, quamvis somnolenti sint, excitentur tamen, quod apoplectis non accidit, insuper lethargum febris comitatur, in hac non, nisi superveniat. Ille paulatim sit, hæc subitò. A caro, tactu, qui remanet & plerique sensus, puncti enim sentiunt partemque movent, carus sensim invadit & respiratio adest libera, hæc repenti cum respiratione vel difficili vel ad sensum nullà: apoplexia plerumque in paralyin definit, ille citra paralyin curando evanescit. Ab epilepsia motibus convulsivis: à *syncope* ubi pallor faciei & pulsus ferè abolitus cum sudore frigido. A *suffocatione uterina* dicta, colore faciei cadaveroso (quæquam teste *Lazar. Riverio Prax. lib. 8. cap. 1. p. m. 360. & lib. 15. cap. 6. p. 219.* interdum rubicundus observetur) fauciumque strangulatione, Patientes sensibus tum internis tum externis aliquantum constant, vocatæ enim audiunt & post paroxysmorum dictorum aut factorum recordantur: à *cataplexi*, quia cataleptici liberè respirant, & membra rigida, apoplectici verò resoluta habent, præterea in illa ægri in eodem situ, in quo deprehenduntur, rigidi permanent: A *catarrho suffocativo*, quod hoc correpti sensibus motuque integris suffocentur.

Prognosis quod attinet, sciendam, hunc affectum periculosum & sæpè lethalem esse, quamvis pro varietate graduum curam admittat, secundum *Hippocr. aphor. 42. sect. 2.* apoplexiam fortem solvere impossibi-

le esse, debilem verò non facile. *Hippocr. aphor. 15. sect. 6.* sequens ponit prognosticum: Qui valentes capitis dolore subitò corripuntur, & protinè muti fiunt & stertunt, intra 7. dies intereunt, nisi febris supervenerit: Grandævus ob virium imbecillitatem frequentius opprimit quam juniores: Si à difficili respiratione sudor superveniat, præsertim frigidus, lethale. Quæ à sanguinis stagnatione oritur, soluta faciliorem esse existimo, cum medicamenta locum affectum facilius attingere queant, secus ac in illa, quæ à compressione medullæ oblongatæ provenit, quod remedia hic adhibita locum destinatum difficilius assequantur. Cum igitur à sanguine potissimum stagnante malum in ægro nostro foveri æquè ac ortum traxisse pateret, tantum abfuit, ut de salute ægri desperatum sit, ut potius omnis eò moveretur lapis, quò citius convenientia adhiberentur remedia;

Statim itaque, ægro in iusto situ prius collocato, pro conciliando & reddendo sanguini motu, ad nobilissimum pariter ac generosissimum auxilium, *venæ-sectionem* nempe, confugimus, sanguinemque è mediana brachii dextri misimus ad *3vj.* *Celso* enim notante *lib. 3. cap. 28.* post sanguinis missionem si non redit mens, nil spei superest: magni ideò æstimanda venæ sectio, cum scilicet, ut hic, adsit plethora & stagnatio sanguinis: Post venæ-sectionem respiratione liberior, pulsusque fortior erat: Subiade cochlearia duo mixturæ seq. ipsi infundebantur.

℞. Aqu. lavendul. ʒiʒ. aq. apoplect. Sennert. spir. lilior. convall. ana ʒʒ. tinct. castor. ʒj. spir. armoniac. ʒj. ol. succin. nigr. ʒʒ. syrup. de betonic. ʒvj. m.

Cervix, collum, adjacentesque partes seq. inunguntur linimento.

℞. Aq. anhalt. aq. theriac. ana ʒiij. spir. sal. armon. ol. spic. ol. philosoph. ol. vulpin. ana ʒij. ungu. martiat. ʒiʒ. m. f. linimentum. Quibus per dimidiam horam adhibitis oculos aperire incipiebat, membraque movere, interea frictiones & inunctiones non intermittebantur, naribus admovebatur spir. sal. armoniac. inungebanturque oleo succin. nigr. His ita continuatis per 5. horæ quadrantes planè æger se recolligit, remanentibus solum, ut in historia casus dictum linguæ immobilitate viriumque imbecillitate, quæ continuatione medicamentorum dictorum brevi quoque cessarunt, & hæc ad Paroxysmum tollendum fuerunt ordinata & adhibita: Ad præventionem ipsi recommendabatur usus crebrior spir. sal. armoniac. non satis laudandi vel alterius urinosis, pituitam enim viscidam, ductum pancreaticum, alioque obstruentem non solum deobstruit, incidit & attenuat, verum etiam humorem acidoausterum corrigit, præterea tempore veris & autumnii purgatio præcessa præparatione insituvatur pilulis seq.

℞. m. p. tartar. quercet. ʒj. resin. jalap. diagryd. ana gr. ij. ol. garyophyll. gut. iij. cum conserv. flor. lavendul. f. pilul. num. xiiii. Tempore vero post purgationem venam incidere valdè quoque proficuum foret, præprimis cum æger noster sanguine abundet: In usu rerum sex nonnaturalium diætam observer exactam: Aër eligatur purus & temperatus: Cibus & potus causæ morbificæ sit contrarius. Vigiliæ & somnus non excedant: Motus medicis præsertim ante prandium & cœnam insituvatur: Imprimis verò animi pathemata & præ cæteris iram cane pejus ac angue fugiat. *Joann. Michaelis in Prax. clinic. special.*

Consultatio super Apoplexiâ.

Vir quadragenarius ac fortis, crapulæ & ebrietas admodum deditus, postquam de capitis gravativo dolore, modò majore, modò minore, per duos menses

menies conquestus fuisset, nec remedia adhibuisset, sed more solito, tam antemeridiano quàm pomeridiano temporibus, aliorum sanitatem magnis multisque poculis bibendo, suam cutissimè profigare diligenter studuisset, tandem matutino tempore in cubiculo deambulans, postquam tria quatuorve inarticulata verba protulisset, repente concidit, omnis sensus & motus expers solâ respiratione excepto, quam Medicus post sequehoram vocatus aliquantum ingravescere percepit, pulsû mediocriter valido etiamnum existente.

Caput in hoc ægro gravissimè affligi, animalium functionum prostratio satis docet.

Affectio hæc *apoplexia* nominatur, quæ est *subita omnium functionum animalium, exceptâ respiratione, privatio.*

Non esse lethargum, syncopem, comam somnolentum, carum, catalepsi, aut epilepsiam, ex eo liquet, quod æger sine febre existens, prorsus immobilis jaceat, nihil omnino sentiat, nullis mediis excitari possit, & omnia membra flaccida habeat, cum pulsû mediocriter valido, & respiratione jam ingravescente; quæ omnia simul in prædictis affectibus non adveniunt.

Cerebrum autem in hoc ægro imprimis afficitur circa principium medullæ, è qua omnium nervorum origo procedit: quod principium ab humore pituitoso obsidetur.

Causa remota fuit continua ebrietas & crapula, qua longiore tempore debilitatum est cerebrum, in eoque multi crudi ac pituitosi humores generati, & in ventriculis cumulati, causam antecedentem dederunt; qui postea ad nervorum principium decumbentes constituerunt causam continentem.

Istius enim nervorum principii poros obstructione & compressione repenti angustantes, ingressum spirituum animalium prohibent; qui cum ea de causa subito sistantur & in nervos non influant, subito etiam concidunt, omnes animales functiones, ægerque omnis motus & sensus expers relinquitur: excepta tamen respiratione, quæ aliquandiu persistit, quia spiritus animales in principio mali ad solos musculos respiratorios adhuc influant, propter poros in nervis respiratoriis majorem latitudinem, qui ea de causa tam citò non obstruuntur, ut aliorum nervorum pori angustiores. Verùm malo perdurante, & humore pituitoso se magis magisque in eorum poros paulatim inferente, vel eos compressione angustante, etiam magis magisque impeditur spirituum animalium in eos influxus, unde tunc actio musculorum respiratoriorum imminuitur, & respiratio cum stertore ingravescit.

Pulsus integer sentitur, quia malum est in principio, & sanguis è dextro cordis ventriculo in pulmonem impulsus propter respiracionem adhuc permanentem satis refrigeratur. At si perdaret malum, etiam pulsus paulatim imminueret ac deficeret, non quod cordis motus ab influxu spirituum animalium dependeat, ab eoque deficiente etiam deficiat, sed quod dextri ventriculi sanguis, propter respiracionem desinentem, non satis ventiletur & refrigeretur, atque hinc pauca quantitate ad sinistram ventriculam deveniat, unde cor debilitatum in suo motu deficit.

Malum hoc periculosissimum est, nam juxta 2. aphor. 42. *apoplexiam sortem solvere impossibile, debilem vero non facile.* Quia tamen in principio est, & respiratio nondum sit cum stertore, ægrique calor ratione ætatis validior existit, aliqua sanationis spes elucere videtur, sed non sine metu paralytis post morbi solutionem secutura.

Curatio igitur citissimè instituenda est: ac studendum primò ut humores pituitosi nervorum principium obstruentes, loco moveantur, sicque spiritibus

in nervos transitus patefiat, ut cerebrum corroboretur.

Corpus itaque moderatè commoveatur, sicutque pilorum vellicationes & asperæ frictions ac ligaturæ in brachiis & cruribus. Hic quoque clyster injiciatur.

℞. Herb. absynth. rutæ, parietariæ, mercurialis, hyssopi, betæ, centaury minoris ana m. j. fol. fenæ ʒj. colocynthides in puppa ligatæ ʒj. sem. anis. ʒv. aq. q. s. coquantur s. art. rec. colatur. ʒx. elect. hier. pier. diaphænici, ana ʒj. olei chamæmelini, rutacei ana ʒj. salis ʒiv. misce, fiat clyster. Vel ejus loco uti licet tali suppositoio. Rec. specier. hieræ ʒj. trochisc. alhandal. ʒss. sal. gemmæ ʒj. mell. ʒvj. s. f. art. suppositoium, cujus extremitati adhaereant diagridii gr. iv.

Post injectum clysterem secetur vena in brachio, & sanguis mediocri quantitate educatur, deinde cucurbitulæ cum & sine scarificatione applicentur collo, humeris, scapulis & cruribus.

Naribus etiam hic pulvis sterantatorius insuffletur. Rec. rad. helleb. alb. ʒj. pyrethr. ʒss. fol. majoran. ʒj. piperis nigri, castorei, anagi. v. fiat pulvis.

Foris capiti calidè imponatur hic facculus.

℞. Sal. m. ʒss. sabuli marin. m. ij. sem. camini, fœniculi, levisitici, ana ʒij. garyophyllorum ʒij. calesiant simul in olla lapidea ticca, ac sacculo lineo infusa, capiti calidè applicentur.

Naribus, temporibus & vertici illianatur hoc linimentum.

℞. Ol. castorei, lavendulæ, rosmarini, succini; ana ʒj. unguent. martiat. ʒj. misce, s. linimentum.

Cum æger incipit ad se redire, detur interdum cochlear hujus aquæ.

℞. Aq. flor. tihæ, lili convallium, vitæ Matthioli, syrup. de stœchade, ana ʒj. misceantur.

Deinde purgetur cum pilulis co. hiis, vel extracto catholico, vel elect. diaphænic. aut hier. pieræ, vel pulvere diatribith, vel infusione ex phlegmagogis parata. Quæ purgatio subinde repetenda est.

Corpore purgato præscribatur hoc apozema.

℞. Rad. acori, fœnicul. ana ʒvj. galang. ʒij. herb. majoran. betonic. rosmarini, rutæ, calan. entæ, hyssopi ana m. j. flor. stœchad. m. ss. cordialium amap. j. baccarum juniper. ʒvj. sem. anis. fœniculi ana ʒij. aq. & hydromelitis, ana part. æq. coquantur s. art. & fiat apozema ad ʒiij. de quo sumat æger ter de die ʒiv. vel v. cum particula hujus conditi.

℞. Specier. dumberæ ʒiv. diamosch. dulc. ʒss. rad. acor. condit. conserv. flor. salviæ, anthos, betonic, ana ʒv. syrup. de stœchade q. s. fiat conditum.

Capiti imponatur hoc capitium.

℞. Fol. majoran. m. j. rosmarin. flor. lavendul. ana p. ij. garyophyllorum, nucis moschatae, ana ʒij. benzoin. ʒj. fiat pulvis grossus, è quo in serico rubro fiat s. art. capitium.

In diæta sit aër modicè calidus & siccus, vel natura vel arte. Cibi sint boni nutrimenti, & facili coctionis, conditi cum is quæ attenuandi, calefaciendi, & caput corroborandi vim habent, qualia sunt, rosmarinus, majorana, serpillum, salvia, betonica, melissa, hyssopus, semina carminativa, & aromata. Potus sit melieratum, vinum tenue, & nonnunquam pauillum vini hyoceratici. Somnus sit brevior, & corporis exercitatio mediocri. Excreta naturalia benè procedant. Fugiantur animi Pathemata. *Librand. de Diemerbroeck. Medicat. 12.*

Apoplexia ex concussione cerebri lethalis.

Reverendus Theologus, D. Jeremias Victor, Superintendentens Giessensis, fere sexagenarius, fluxionibus capitis admodum obnoxius, anno 1609. vespertino tempore scalam descendens in domo propria decidit, capite pavimento feriens, ut circa frontis os con-

tulio

tutio deprehenderetur: subito collapsus instar mortui jacet, sine voce, nec videns, nec audiens; quin etiam tactu, motuque privatus, cum stertore quodam, postea adhuc integro, sine febris, mox vomitus subsequitur, omnibus in eodem statu permanentibus, donec tandem vitali facultate suffocata, die sequenti vitam cum morte mutaret.

Verum est illud Hippocratis lib. 7. aph. 58. quibus aliqua ex causa cerebrum concussum fuerit, necesse est statim mutos fieri, quod Gal. in comm. hoc modo interpretatur, eos scilicet absque sensu pariter & motu instar apoplecticorum jacere. Hoc modo Fernelius lib. 2. de abditis rerum causis capite 15. ex ictu oculi puerum, & Flere. Saxon. in prælect. præc. par. 1. quendam Venetiis ex alapæ contusione apoplecticum reddidit fuisse testatur. Mirum ergo non est, quod hic etiam externa causa, nimirum contusio ex lapsu, apoplexia occasionem dederit, in sexagenario, cum senili ætati familiaris aliàs hic affectus sit, juxta Galen. lib. 3. aphorism. comm. 31. qui fluxionibus capitis admodum obnoxius erat, quâ ratione proxima continentique hujus symptomatis causa nimirum subitanea compressio cerebri, respectu sinuum & baseos, seu principii nervorum originem suam, externa violentia concurrere, citius habere potuit: vespertino tempore, nimirum post cibum, capite aliàs repleto, spiritibusque versùs concoctionis membra revocatis, ergo subito collapsus instar mortui jacet, quod omnes facultates animales æqualiter languent, unde situs talis in universali prædictarum facultatum quiete solet observari, quod patet in liporhymia ex resolutione, cui melius succuri nequit, quam ubi laborantem protinus in dorsum extremis æqualiter extensis procumbere jubemus; sine voce, nec videns, nec audiens, lætis scilicet tam internis quam externis sensibus; his propter denegatum spirituum animalium influxum, illis propter cerebri compressionem subitam, illarum partium respectu, per quas spiritus animales aditum liberorem requirunt, quin etiam tactu motuque privatus, quod non tantum anterior cerebri pars, sed undique totum esset affectum, ubi colligitur differentia presentis affectus 1. à Caro & gravi sopore, quod prioribus potissimum hic opprellis per posteriorem medullæ partem communicatio spirituum, quanquam difficulter adhuc, fiat; unde stimulat sentiunt & moventur. 2. à lethargo, cui idem accidit, lenta febre simul præserte. 3. ab epilepsia, quæ cum moribus convulsivis jungitur. 4. à suffocatione uteri, quæ non tantum similes quoque motus, sed sensum etiam interiorum & exteriorum imperfectam operationem relinquit; cum stertore quodam, propter motricis facultatis imbecillitatem, quæ thoracem abundè satis extollere nequit, adjuvante simul caloris imminente suffocatione, qui propterea collectus circa cor amplius ventilari cupit, quâ ratione dormientes etiam, non vigilantes, frequenter stertorem edere solent, imprimis ubi dorso incumbunt, pulsu adhuc integro, corde videlicet principaliter non affecto; sine febris, quatenus affectus hic inflammatione desituebatur, quod non sit in lethargo, in seporiferis febribus, &c. Mox vomitus subsequitur, à concussione suam originem trahens, quatenus vomitus, imprimisque biliosus, cerebri, membrarumque potissimum læsionem sequi solet; juxta Hippocr. lib. 6. aphor. 50. & alibi. His signis perdurantibus progaolium facillimè fecimus, nimirum affectum lethalem esse, cum Hippoc. lib. 2. aphorif. 42. apoplexiam sortem nullo modo, debilem verò non facillè solvi posse statuat.

Ne verò quicquam, quod Christiana charitas requirebat, intermitteretur, aliquid tentandum esse judicavimus, propterea quod interdum etiam in desperatis casibus benedictio divina laculenter, præter spem,

dum ex officio sæpiùs extremè laborantibus succurrimus, nobis apparere solet. Hinc revulsionem à capite variis mediis instituendam, & deinde omni ingenio facultatem animalem excitandam esse putavimus.

Pro primo mox venæ sectionem instituimus in brachio dextro, sanguinis ʒvi r. vel 8. extractis, propterea quod suspicio esset, sanguinem ex concussione capitis eò confertim affluxurum. Quanquam verò sanguinis missione dextrè peractâ, respiratio levior videretur, in cæteris tamen nulla mutatio sequebatur, unde non tantum extremorum frictions & ligaturas dolorificas ordinavimus, sed paulò post clysterem sequentem suavisimus, qui

ʒ. Herb. betonic. salv. primul. ver. centaur. minor. calaminth. montan. ana m. j. ʒ. fol. fenn. ʒvj. pulpæ colocynthid. ʒiʒ. coq. in aq. & vin. ad tertias, colatur. ʒij. diss. elect. hier. simpl. Ind. major. ana ʒʒ. ol. rutacei, de castoreo, anethin. ana ʒj. sal. gemm. ʒʒ. m. f. clyster.

Præter hæc remedia revulsionum, partem affectam quoque non negleximus; quam ob causam, pro secundo, non tantum aquam apoplecticam Langii, cum spiritu cerebralium nigrorum permixtam, aliquoties infudimus, corroborationis gratiâ, sed etiam ol. succini verticem, tempora & nates inunximus, ac tandem stercutorii ex castoreo & similibus, quæ post universalia & revellentia rectius, quam in principio adhibentur, naturam excitare conati sumus, sed frustra, sensum etiam vitali facultate remittente. Gregor. Hortius de Morb. cap.

Observationes.

Juvenula in veram apoplexiam, cum menstrui effluvio, incidit; pluribus celebratis auxiliis, ego neglectâ indicatione quæ à menstruo fluente actu desumitur, ob urgens periculum, factis crurum frictionibus & cucurbitulis femoribus apposis, octo horarum spatio quater à cephalica copiosè sanguinem mitto, à quo præsidio convaluit. Zacutus, Princ. Med. Histor.

Sartor quidam pallidi coloris extra urbem existens, subito apoplexiâ correptus, in domum sine sensu ac motu fertur; qui cum pituita abundaret, & venæ non apparerent, sectionem venæ prætermisimus. Sed ut subito materiam à capite divertendo avellerem, ut hic clyster infunderetur mandavi.

ʒ. Cent. min. puleg. calamenth. organ. beton. rutæ, salv. mercurial. hyssop. ana m. j. fol. lauri, fl. stœchad. & anthos, ana p. j. sem. anif. fœnicul. cartham. contal. ana ʒij. uvarum pass. enucl. ʒj. colocynth. ʒjʒ. coq. in aq. communi in col. ʒʒj. dissolv. elect. hier. simpl. benedict. laxat. ana ʒʒ. hier. logad. diacolocynth. ana ʒiʒ. ol. chamæm. rutac. ana ʒj. ol. anethi, ʒʒ. ol. castor. ʒijʒ. salis gemm. sal. communis, ana ʒj. m. f. clyster. interim dum clyster parabatur, etiam alvus irritata est ad solutionem glande infra scriptâ.

ʒ. Trochisc. alhandal. ʒij. spec. hier. picr. ʒj. sal. parum, mellis q. s. f. suppositorium. Adhibui etiam frictions, & vincularum femoribus, tum brachiis injeci, quibus adhibitis, tendebat in paralyzin; Sed non expectatâ digestionem, ut has pilulas devoraret præcepi.

ʒ. Pil. coch. ʒj. castor. ʒj. cum syrup. de stœch. fiant pilul. 7. quas, cum non potuit devorare, dedimus solutas cum aq. beton. Cum ventrem egregiè solvissent, cepit melius loqui. Exhibui tunc syr. de stœch. & oxym. scillit. Et postea cum pilulas devorare posset, prædictas deglutendas dedi, nucham quoque inunximus oleo sampuchino & nardino simul mixtis. Deinde pro particulari evacuatione, palatum inunximus cum theriaca & sinapi; etiam masticatoriis quo-

quoque adhibitis, & erthias cum succo betæ, rutæ, & majoranæ, & sternutamento hanc in modum præscripto.

℞. Nigell. piper. alb. nuc. moschat. ana ℥j. helløb. alb. pyrethr. castor. ana ℥ss. m. f. pulvis, pauxillum ejus calamo insuffletur in nares. Ultimò ad majorem resolutionem & capitis roborationem, theriac. mithridat. & oxymel scillinum, dedimus, & imperavimus ut ex hoc sequenti condito sumeret subinde.

℞. Conserv. flor. rorismar. beton. salv. ana ℥j. mithridat. ℥ij. theriac. el. ℥j. spec. diamb. diamosch. plirisarchont. ana ℥ss. diacori ℥ij. oximel. scillin. syr. è stœch. ana ℥ss. m. bibebat & hoc claretum.

℞. Salv. majoran. hyso. beton. ana m. j. flor. rorismar. stœch. ana p. j. liquirit. raf. ℥ij. coq. in aq. q. f. in colat. ℥ix. dissolv. mell. despum. syrup. è stœch. ana ℥j. clarificetur & aromatizetur cum ℥ij. cinam. f. claretum pro tribus dosibus.

Exterius verò spinam totam inungebat, & crus paralyticum his oleis.

℞. Ol. Nardin. sampuch. ana ℥j. ol. vulp. ℥ss. ol. caryophyll. gutt. v. tempore inunctionis addebat aliquid aquæ vitæ rectificatæ, & sic hoc fuit tandem egregiè curatus. *Petrus Forestus observ. 77. lib. 10. de cerebri morbis.*

Juvenem pleni habitus, præcipitavit redans capitis sanguis in subitam ac gravem apoplexiam, cum tremore, aponia, ac stertore; tribus periculosis hujus morbi comitibus; quorum vehementia maturè quo infringere, emittebatur illicò sanguis in brachio dextro, sed eo lenius fluente quàm ut satisfacere morbi magnitudini, exolutum fuit utique eodem ferro & brachium sinistram: quo bipartito fluxu aliquandiu continuante, remisit evidenter stertor, traxit commodius spiritum, & recuperavit brevi sanitatem. *Tulpius cap. 7. lib. 1. observat.*

Mulier Hebræa, cum continuos 4. dies de more gentis jejunalet, inde debilis facta est; cæterum cum postea mali succi cibarius vesceretur, multum humorem pituitosum exaggeravit, ex quo cerebri cavitates occlusæ sunt, ad quas privatio sensus & motus sequuta; pro quibus recuperandis multa illicò facta sunt, & ad cauterium in sutura coronali deventum, unde aliquantulum ad se rediit, sed Medicus inscius ad eam juvenandam præfens sanguinis ℥vj. vel x. extraxit, unde mors brevi supervenit. *Amatus Cur. 13. cent. 4.*

Anglus sexagenarius, virginum Anglarum Leodii agentium, symphonie organique præfectus, meda quadragesima ebrius, in penarium hospitii pugilum, in quo potarat, delapsus, occipite contuso, osse tamen calvarie integro, vera, & forti apoplexia correptus fuit. Convenimus ad illum quotquot Leodii erant Medici: omnibus qui aderant illum desperantibus, atque soli prognostico relinquentibus, Rogavi Patres, & Virgines Anglas quæ aderant, quibus tum ordinariam Medicinam faciebam, paterentur me aliquid tentare, remediumque nullo modo anceps experiri? Illis annuentibus validè concussio & agitato clysterem acerrimum injicio, quo duabus horis cessante, & glande acri evocato cum insigni evacuatione, toti capiti raso cataplasma, ex fimo columbino, euphorbio, pyrethro, sinapi applico, hinc multæ magnæque vesicæ cum se surrigere, omnibus forcipe sectis, aquæ flavissimæ plurimum effluxit, superpositis rubrorum caulium contusis foliis, multà jam nocte domum redeo.

Postridie specierum hieræ colocynthidos dragmas duas, castorei dragmam semis, rutæ serupulum, cum aqua antapoplectica propinavi: quæ potio cum ex voto successisset, cucurbitulas humeris cum scarificatione applicui, unde minuto stertore, salivaque

Tom. I.

circa os omnino siccata, in spem erectus, vesicæ capitis non amplius fluentibus novas in nucha & vicina, sed solum cucurbitis excito; quod quando meum inventum est, neque quod sciam ante me cuiquam usitatum, libenter vobis communico. Cæpio latioris orificii cucurbitam vitream, aut vitrum humilioris quo Mosellanica, aut Rhenana vina sorbemus, illis stuppâ ardente ut fit munita, ubi libet applico; cum per horæ quadrantem hæserunt, detraho, novamque cum flamma, quam possum maxima stuppam appono, paulò post in junioribus & eufarcis (in senibus aut densâ cute præditis tardius) vesicæ surgunt, parvarum acicularum capitella vix æquantes; quibus omnibus horæ spatio cocuntibus, surgit vesica maxima, & orificio cucurbitæ, aut vitri, par vel major. Tum si vas vitreum, quorum multa huic usui paravi, non habet foramen cerâ obductum, quo acu perforato, flatu exeunte spontè sua cadit, plerumque vitrum cultro percussum frango, alioquin vesicam dum manu avellitur lacerans, dolorem sævum excitat. Hinc educta semper magna aquæ copia, esurialibus diebus caulis folia, extra quadragesimæ tempus, macram musculi bovini carnem alligo, tandiu, dum illa virore & fetore amovendam se indicet. Hoc modo innoxie & intra horarium spatium, certo certius surgunt vesicæ, cum omnia alia vesicantia post multas horas sæpè spem nostram eludant, morbumque vel procrastinent, vel contumacem aut etiam invictum reddant.

Quartâ demum nocte cum naturaliter dormisse visus, jamque liberius respiraret, neque tamen oculos aperire, aut ulla sensus vel motus signa edere posset, alimentis convenientibus maxime decocto cicerum, & tenui mulso, pro potu præscripto, totum occiput spinæque medullam, aqua catarrhali cum petroleo remixta, perunxi; plensque horum remedium ad vigesimum diem continuatis, addendo etiam in cibo & potu balsami Peruviani, aut olei succini rosini guttam, aut olei rorismarini salviaque, chymica arte educti; cum interim aliquoties alvus bonis jusculis & melicerato rigata, jam spontè officium faceret. Die vigesimâ primâ, oculos aperit, caput leviter motat, & jam carpit, temporibusque pulsus redierat, ita ut de salute ejus jam securus, rogarerum num loqui posset: Eii respondit, quod Anglis ita significat. Cæterum cum urgerem, aliud quid pronunciaret; nec illo nec altero die, syllabam extorquere potui, ipso quoties aliquid dicere jubebatur, amarissimè stente.

Suspiciatus de paralyti musculorum, aquâ antapoplectica, cui infudebam sinapi, staphidem agriam, baccas lauri, pyrethrum &c. os continuo colluerec impetavi, cum liberiore linguæ motum notare, dixi recitaret orationem dominicam, cum ille cancellatis manibus, oculis sursum versis, tantum, quantum ad hanc diem non vidi lacrymarum imbrem profudit, ita ut jam & si loquelæ usum habuisset, nimio illum fletu & suspiriis amisisset, multo post cum lacrymas abstersisset tempore: sequere, inquam, me dicentem, dic Pater noster: Ille hianti ore & tanquam aëris aucupio intentus, sæpius ut Pater diceret sollicitatus, primam tandem protulit syllabam, deinde alteram, eodem prorsus modo quo pueri Abecedarii. Sic paulatim redeunte quam penitus amiserat reminiscencia, & musicam, & fidium peritiam recuperavit, decimaque demum à casu septimana, consueta vitæ munia integrè obivit. Simili ferè modo mulierem curavi; nisi quod huic ex octo gradibus delapsæ in occiput, cum nec concussione, nec pilorum vulsione septem qui aderant Medici, ullum ab illa vitæ signum extorquerent, aciculam prælongam inter pollicem pedis sub ungue adégi, è cujus dolorifico sensu

L

excitata,

excitata, momento citius, magno clamore edito in lecto concidit, sed paulò post iterum concidit, at mox ad se rediit, antapoplecticisque remediis adjuncta intra diem septimum omninò convaluit. Neutri sanguinem detraxi, quia plethoræ suspicio nulla, & utrobique cacochymia signa manifestissima. Tertium curavi apoplecticum Anglum in cujus caput, magna porta, cum tiabe cui adhærebat, deciderat. Illius capiti raso post universalia imposui emplastrum Alexandr. Benedicti, quod etiam Franciscus Valeriola commendat observ. 9. lib. 5. quod quia fidum inveni, hic describam.

℞. Gummi. hederæ, ceræ, terebinthinæ ana ℥iij. resin. purgata ℥ss. succ. corymborum hederæ ℥iv. ammoniaci ℥ij. olei rosat. ℥iij. farinæ fabarum q. s. f. cerotum. *Herr. Ab Heers in observat. Medic.*

Vir quidam temperamento phlegmatico sanguineus, 55. annorum præter propter, posteaquam præcedentibus diebus sympoliis operam dedisset, in prandio, inter cibum potumque incipit balbutire, mox insequens apoplexia terminatur in paralyfin lateris dextri, quam comitatur inexpugnabilis dormiendi cupiditas. Secundo die morbi adveniens, ægrum omninò ad soporē reperio soporique deditum, facie tamen sana, & omnia intelligentem, solum latere dextro immobili, & paralytico: præmissis morbi curatu difficilis prognostico, illicò hunc clysterem injiciendum curavi.

℞. Rad. angel. zedoar. ana ℥i. fol. rutæ, cent. min. organ. serpill. beton. mercurial. ana m. ss. Sambuc. cent. min. cordial. omnitium ana p. s. sem. cummin. anis. ana ℥ss. baccar. laur. ℥ss. fol. sen. elect. ℥j. f. decoctio in colat. ℥x. dissolv. diaphænic. diacathol. ana ℥j. bened. laxat. ℥ss. ol. chamæm. anth. irin. ana ℥j. sal. gemm. ℥j. f. clyster statim injiciendus. Interius accepit per vices cochlear unum hujus aquæ apoplecticæ.

℞. Aq. hirund. apoplect. Lang. ana ℥j. aq. pæon. lil. convall. ana ℥ss. ol. succin. gutt. vii. m. diligenter ad vitrum. Postea vertex, totumque sinciput unà cum nucha, illinebatur primùm cum ol. succin. calidè, deinde cum hac aqua.

℞. Aq. sal. rosmar. lavendul. ana ℥ss. aq. vitæ opt. ℥j. ol. sal. succin. destill. ana ℥ss. m. ad vitrum post forum cum hac aqua illinebantur partes illæ cum his oleis.

℞. Ol. lumbricor. laurin. ana ℥ss. ol. colfin. nardin. ana ℥iij. vulpin. ursin. ana ℥j. ol. rosmar. lavendul. ana ℥ss. m. ad siccile. Sequenti die cum in soporem subinde relaberetur, injectus est alius clyster paulò acrior, additis spec. de hiera ℥ij. colocynth. in petia ligat. ℥ij. Sed neque hic quicquam promovit, tametsi per horam mediam & paulò ultra subsisteret: idèdque elapsà horà, ex indito suppositorio, tandem bis terque dejecit. A meridie contra soporis augmentum sequentibus purgatum est.

℞. Rad. Angelic. imperator. zedoar. tormentill. dictamn. ana m. j. fol. satoreiæ (quæ contra veterum peculiaris) m. ij. lavendul. rutæ, serpill. majoran. ana m. ss. coq. in q. s. vini & aceti vinosi pro decocto petiæ duplicatæ hoc liquore imprægnatæ, tam fronti, quàm nuchæ calidè adhibeantur, & sæpiùs renoventur. Succus rutæ cum aceto acerrimo mistus, ex spongia subinde naribus objectus. Intus de hac mixtura ori ingestum.

℞. Oxymel. scillit. ℥ss. mithridat. elect. ℥j. Castor. pbr. ℥j. cum confectione anacardina fiat missura, Oleo etiam sequenti paulò fortiori præeunte aqua supra scriptâ, juxta cum spina dorsi, nucha calidè fovebatur.

℞. Ol. laurin. petrol. ana ℥i. ol. castor. laterin. ana ℥ij. euphorbi pulv. ℥j. ceræ rubr. & aceti parùm M. F. Linimentum. Pulvis pariter sternutatorius na-

ribus insufflatus est. Gargarismi etiam tentati. Denique ut in tam magno peneque desperato morbo, nullum remedium alias salutare, prætermitteretur, clysteris suppositorisque nihil aut parùm efficientibus, tequentes pilulas capitales pro revulsio ne ac minoratione repletionis istius apoplecticæ præscripsi.

℞. Extract. pil. coch. ℥j. gummi gutt. lax. elect. gr. v. castor. elect. gr. xv. ol. succin. gutt. iij. syrup. de stæchad. q. s. f. pil. num. v. inaurantur, quia de glutire non poterant, sic dissolutas propinavi.

℞. Aq. pæon. sal. ana ℥x. dissolv. pil. prædictæ adde aq. cinam. perlar. ana ℥j. sp. vitrioli, gutt. iij. m. f. haustus brevis, elapsà horà excrevit aliquoties materiam duram, nigram, scærentemque, pro majore revulsione, ab utraque parte nuchæ applicata sunt vesicatoria, sed omnia præsidia frustranea, *Joannes Petrus Lotichius obs. 10. cap. 1. lib. 2.*

Fortissimà apoplexià correpta fuit mulier quædam 48. annorum habitu corporis *ivæpua* ac carnoso, concidit subito. Seniores Medici vocati nihil spei superesse judicabant: tandem 16. ab invasione horis vocatus accessi, tunc temporis adhuc juvenis, observavi gravissimam cum difficili admodum respiratione apoplexiã: pulsus fortem & magnum, tentandam esse curationem exillimavi; itaque sanguis illo die bis, & quidem satis copiosè, detractus, semel è brachio dextro, deinde ex pede: Enemata quoque hoc ipso die satis acria duo injecta, deinde singulis diebus singula, adhibita & localia quædam, ita tandem octavo aut nono die suos domesticos agnoscere cœpit, & nonnihil balbutire. Postea purgantibus medicamentis per os exhibitis, deinde *per aquam* apoplegmatismis, aliisque similibus usâ, melius habuit; verùm eo usque perducere non potuit, ut mentis ac sensuum integrè compos fieret, aut pedibus consisteret. Mansit reliquo tempore impotens: sedebat ac gestabatur in sedili, ita tamen aliquot annis supervixit. *Rembertus Dodoneus, cap. 8. obs. Medicinal.*

Ab hinc quatuor annis, præsidem valentem, qui ab obstructione venarum jugularium, & carotidum articularum apoplecticus penè conciderat, liberali sanguinis detractione, curavi, hunc etiam in apoplexia totam noctem dormire permisit, quoniam absque stertore dormire vilis est, unde melius habuit, nam si cum stertore dormiat apoplecticus statim excitandus est. *Ludovicus Duretus in annotat. ad cap. 7. lib. 1. Jac. Holler. de morbis internis.*

D. Serevelius anno 1639. commemoravit mihi quod Hagæ Comitris tractasset Chyrurgum quendam apoplecticum, qui statim ac corripiebatur morbo, clamabat pellis humana: *Serevelius* quærebat quid ea vellet: collo appensam dicebat, eo modo enim ante tempus aliquod apoplecticum Germanum sanatum vidisse qui subinde cutem humanam expetebat: quam cum ipse à *Petro Paaw* anatomia Professore *Leydensi* petisset, illicò collo appendebat, & apoplexia planè liberabatur. *Ortho Henrnius, ad cap. 3. lib. 5. pathologiæ Joan. Fernelii.*

Ex consuetâ Hemorrhagiæ narium suppressione Apoplexia.

Ad

Clarissimum atque Doctissimum virum,
Dn. Joh. Jacobum Craffium, apud
Neocomens. Doctorem Medic. ordin.
atque celeberrimum,

cui

Gaëthelmus Fabricius Hildanus S. P. D.

Quem

Quemadmodum superflua evacuationes, clarissime atque doctissime Dn. D. Crafft, periculosa sic quoque videmus, si consuetæ fuerint retentæ, perniciolum atque exitiale esse. Id mihi cum alias, tum etiam Laufannæ videre contigit. Historiam, quia annotatione non indignam esse sentio, T. Exc. communicare non gravabor.

Simon Clericus, Aurifaber Laufannensis, natione Gallus, homo pius, sanguineus & robustus, hæmorrhagiæ narium à juventute ita obnoxius fuerat, ut etiam si sæpius sanguinis ad uncias aliquot pro vice efflueret, singulis annis, aut biennio semel tanto impetu erupit, ut difficulter cohiberi posset. Cujus rei ego testis sum ocularis. Anno enim 1586. cum sanguis ei impetuosiùs copiosissimèque ex naribus proflueret, ad eò ut de vita periclitaretur, unà cum clarissimo Dn. Jacobo Auberto Vendone, pære memorie apud Laufannenses Doctore Medico longè celeberrimo, amico ac fautore meo plurimùm honorando, in consiliùm adhibitus, sanguinis fluxum ipsi non sine difficultate multisque laboribus restrinximus. Convalluit tamen divino favore, & per annos aliquot supervixit. Tandem adultior factus, cum eminens aliquod periculum ex crebra hæmorrhagiâ narium sibi metueret, & ad sanguinis profluvii præcautionem amuleto quodam collo appenso, fluxum inhibuisset, apoplexia eo repressus fuit anno 1589. Ex qua protinus animam Deo reddidit, cùm annum sexagesimum ætatis prætergressus esse. Post duodecim horas ab obitu, cum cadaver jam sepulturæ tradendum esset, sanguis copiosè è naribus & ore emanavit. *Fabr. Hildan. obser. 11. cent. 3.*

Apoplexia ex colapho.

Civis & Arcularius quidam Bernensis, Vir probus, & 50. ci ceterannorum ætatis, homo cacochymicus & obstructionibus viscerum laborans, cum anno 1623. 9 Februarii, circa 6. vespertinam, inter pocula altercationem cum patricio quodam habuisset; & colaphum accepisset, protinus in pavementum hypocaufti cecidit, & aliquantisper veluti exanimis permansit: paulo post tamen ad se rediit; surrexit, & ad ædes suas (quæ non procul absunt à loco, ubi percussus fuit) se contulit, ubi apud domesticos de dolore capitis conquestus est: nihilominus tamen jusculum sumpsit, sed mox evomuit illud cum reliquis cibis indigestis. Ad lectum se confert, perseverante tamen dolore, & satis quietè dormit usque ad horam primam noctis, tum veluti rigore quodam correptus subito loquelam amittit, fitque apoplecticus, & postero die circa meridiem, naturæ debitum persolvit. Post mortem sanguis, pituita vitrea mixtus, copiosè per os emanavit. Dorsum lividum erat. Posterior quin etiam pars capitis, & nucha intumescita reperta fuit.

Porro quomodo id acciderit, quod levissima illa causa & casu mors successerit, perquisitione dignum est. Arbitror ego, post ictum colaphi & casum, commotionem cerebri sequutam esse. Id enim inde colligitur, quod veluti exanimis mutusque permanserit, & cibum indigestum rejecerit. Sunt enim hæc signa commotionis cerebri certissima, si casus aut percussio capitis præcesserit: In hac porro agitatione & concussionem cerebri ruptæ fuerunt venæ (sanguis, qui ex ore emanavit, testis est) ex quibus sanguis effluxit, ventriculosque cerebri, & ipsius anfractus opplevit, & spiritus animales suffocavit, ita ut ad partes infra caput existentes defluere non poterint. Hinc apoplexia illa maxima, quam fortem appellat Hippocr. lib. 2. aphor. 42. Hæc verò ita sese habere, ex Galeni libro de sanguinis missione colligitur, ubi hæc habet verba: *nonnunquam (inquit) priusquam computrescat sanguis, ingens ipsius vis decum-*

Tom. I.

bit in partem aliquam, quam aut omnino, ita ut actio ipsius pereat, aut illi certe noxam non contemnendam infligit. Hoc siquidem pacto apoplexia eveniunt, multo nimirum sanguine incumbente in animantis principium. Hæc Galeus. At apoplexiam hoc modo ex ictu aut casu fieri posse, etiam experientia, & viri docti testantur. Platerus inter alia hæc quoque habet verba. Extra vasa sanguis delatus, si non in cerebri substantiam infusus inflammationem pariat, tunc enim pbrentis fieret, sed anfractus & ventriculos subito opplendo obstruat, nervorumque initium premit stuporem & apoplexiam causat, ut frequenter rupta vena accidit: idque nonnunquam ob plethoram ad vasa iis præsertim, quibus consuetæ hæmorrhagiæ per menses hæmorrhoides & nares substiterant. Idem à causa externa violenta, ut cerebri concussionem, ex illu vel casu potest accidere: etsi cerebri substantia vulnerata minimè sit, ut sanguis quoque cerebri cavitates, ipsiusque substantiam, ex locis præsertim ubi confusa est oppleat. Hæc. Plat.

Sed quæstio est, cur non è vestigio post ictum & casum, sed saltem post aliquot horas sequuta sit apoplexia? Respondeo id evenisse propterea, quod venæ disruptæ in capite fuerant exiguæ, & promptè sanguinem sensim ex eis ad ventriculos fluxisse, eosque opplevisse. Pituitam quin etiam (quam in hac apoplexia ex præcipuis fuisse causis morbi, viscosus ille sanguis testatur) quia tardè movetur, non tam celeriter ex remotis partibus ad ventriculos cerebri confluere potuisse. *Guilielmus Fabricius Hildanus, observation. 11. centur. 6.*

Domina Sara Schvverin, à multis ab hinc annis pro ætate sua robusta, parùmque morbis obnoxia, imò etiam hac hyeme, quæ tamen propter intemperaturam, & inconstantiam aeris [ut ego etiam in memetipso experior] senibus gravis & valdè molesta fuit, proviniam suam cum laude administravit. Ceterùm decimo prædicti mensis, circa meridiem, quum ex inepto & agresti tabellario literæ ipsi traditæ essent, & ex eis inopinanter intellexisset, si hunc suum, qui in Dalen, in Argovia hujus Republicæ ditionis pago, Ministrum Ecclesiæ agebat, quemque unicè amabat, diem suum clausisse; ad eò mente fuit commota & cordolio prostrata, ut vix perlectis literis, in grabatum se projiciens, protinus syncope correpta sit. Adstantes hæc de re non usque ad eò solliciti [nullus enim ex Medicis vocatus fuit] optimam ac piam hancce matronam sine auxilio ex arte præscripto derelinquunt, & muliercularum, imperitorumque hominum remediis ipsam refocillare tentant, sed frustra; Hæc quum mihi ab amico quodam meo nuntiata essent, protinus & quidem ultro accurro, an forsitan optimæ matronæ auxilio esse possem, verùm fefellit me opinio: sine loquela enim, intellectu, & planè apoplecticam ipsam inveni, ita ut sequenti die extincta fuerit illa, quæ præcedenti die corpore adhuc sana & valida, ad meridiem usque per urbem ambulaverat. Vides, quàm perniciosæ sint passionis animi, præsertim in corpore senili, si subito & inopinatè acciderint. *Guilielmus Fabricius Hild. observ. 12. cent. 6.*

Somnambulo quidam, ætate ann. 1633. ex alto ædium se instraturam siliceam viæ publicæ præcipitavit: artubus mirè conquassatis & cranio fuso cum collectione sanguinis sub cranio. Egro & astantibus trepanum abhorrentibus, bis venæ sectionem adhibuit: totum dorsum oleo discutiente inunxit: truncum pelle artetina adhuc recenti detractione calente involvit: Capiti sacculos cephalicos in vino coctos applicuit: cerebro dedit Tincturam traumaticam: vinum denegavit: propinavit decoctum corn. cervi, alvum subduxit brodio prunorum lax. & suppositoriis. Vires subinde refecit aqua Cord. temperata, sic convalluit. *Joan. Jacob. Wepfer. tractat. de Apoplexia. Ex Ephemer. Burge Werig.*

L 2

M. G.

M. G. V. D. M. Tempus sinistrum, casu ab alto per scalam lapideam, vehementer allisit 1631. grumos sanguinis per nâres excrevit, tinnierunt aures: vomuit: vino potu deliravit. Statim tinctur. traumatic. drachma cum dimidia dabatur: die secundo vena secabatur; Caput inungebatur tinctura traumatica, ung. populneo, ol. chamomil. violac. mixtis. Propinabatur Julepus ex aquis heder. terrestr. veronic. chærefol. betonic. syr. violac. papav. errat. & acetos. citri. Intra octiduum convaleuit. *Idem.*

Matrona Nobilis annos circiter quinquaginta nata, & in vicinia hujus urbis vivens, apoplectica corruit, advocor & ad eam festinanter propero; invenio jam à pluribus horis immotam, cum pulsu languido & intermitteate, sensu omni destitutam, & respirationem cum multo stertore ægrè ducentem. Clyster à Chirurgo præsentem ante mei adventum injectus fuerat, venam in brachio statim secari jubeo, ac paulo post sanguinis eductionem purgans medicamentum adjecto emetico, propino, saliaque volatilia spiritibus cephalicis admista subinde exhibeo, simulque toti capiti & nuchæ oleam viperarum fœti sum inungo, frictionsque instituo, post horas aliquot abundè purgato infra & supra corpore, excitatoque per volatilia cerebro, ægra quidem ad se rediit, verùm hemiplegia correpta est, quæ & linguæ usum, & sensum ac motum in tota corporis parte dextra, sustulit. Tum inunctiones ex oleo viperarum memorato, ut & ex oleo tartari itidem factido in parte affecta continuavi, linguam & palatum guttula olei cinnamomi, ut & anisi subinde atigi, cucurbitulas nuchæ, scapulis, atque femoribus applicui, postque eas vesicatoria & nuchæ & femoribus, salia volatilia, atque purgantis necessaria non una vice repetii, suffumigationes pari resolutæ ex herbis aromaticis, atque odoris gravis, vino & aceto incoctis pluries adhibui, sicque brevi quidem rediit sensus, & pulsus, atque aliquis motus & loquela; sed uterque imperfectus, quæ difficultas superstes cum ad plures dies extenderetur, tempestasque, scilicet æstiva, non obstaret quò minùs thermas aliquas adiret, illam ad thermas Aqueas in Sabaudia dimissi, unde perfectè sana rediit, nec amplius etiam inter vitæ satis molestæ ærumnas, ullam morbi hujus accessiorem passam est.

Vir quidam spectabilis annos plus quam 76. natus, morbo attonito correptus me pro medico habuit, statim venæ sectionem in brachio celebrari jussi, clysterem injeci, emeticum deinde purganti medicamento associatum exhibui, salia volatilia è spiritibus cephalicis, ceraforum scilicet, & baccar. juniperi, abundè haurienda præbui, illaque etiam in nâres inasufflavi, quibus omnibus effecti ut brevi ad se rediret; verùm somolentus, imò delirans ad aliquot dies permansit, donec visalium volatilium, ut & clysteriorum, atque etiam purgantium medicamentorum repetitorum, tandem integrè convalesceret, atque ad annum ætatis octuagesimum sine recidiva vixit, quâ demùm ætate pulmonum affectione oppressus est.

Faber quidam lignarius 60. annos natus in capite baculo durius percussus, domumque suam reversus, post bihorium sideratus corruerat: Accersitus venæ sectionem primò in brachio, postque intercalata alia remedia, è jugulari suadeo, enema acrius injicio, frictions & vellicationes varias, nec non cerebri lotiones è spiritu vini juniperino adhibeo, vomitorium identidem è gilla Paracelsi & syrupo emetico Angel. Sule propino. Hisce liberatum quidem aliquatenus est cerebrum, sed lingua permansit impedita, & præterea ad omnia interrogata subridebat æger, gestibusque suis animi ineptiam prodebat. Pro loquela adjuvanda, consulente Hartmanno, oleam anisi guttatim lingue instillo, & silem volatilem aromaticum aromatis, tam cephalicis & apoplecticis variis admistum

sæpius exhibeo. Sic lingua officium & ratio dominium repetere visa est; sed recurrente post biduum paroxysmo, eo sublatus est vir bonus, nullo è remediis rursus adhibitis percepto emolumento. In hoc ægro omnino probabile est cerebrum ab ictibus commotum effusioni sanguinis in propriam substantiam occasionem dedisse, quod non licuit in mortuo videre reventibus agnatis.

Cadaverum Anatomica Inspectio.

De iis in quibus sanguinis extravasatio visa est.

Juvenis temulentus, ictus vehementer, in pectore, concidit repente attonitus, in terram, ceu fulmine consternatus: cum spiritu gravi, vomitu frequenti, voce suppressâ, & spumâ tam confertim ex ore emanante, ut intra paucas horas amitteret vitæ usuram.

Cujus inopinati eventus causa fuit, partim evidens calvarie rima, à casu exorta: partim verò frequens sanguis, effusus ubertim, cum supra, tum infra cerebri membranas. Sed pulmo habebat plurimas lividas maculas; adscribendas fortè, vel repentinæ suffocationi; vel nicotianæ crebrius adsumptæ: quâ plantâ dicebatur hic juvenis plus nimio, fuisse delectatus.

Ad suffocationem quidem maculas hæc referre; suadebat, cum spumæ, tum livoris natura. Spuma quippè (juxta elegantissimum Aëuarium) est spiritus, & humorum mixtio. Fitque in morbo attonito; vel ex desillante capitis pituita, per aërem rarefactâ; vel ex spirituoso, oppressi pulmonis, vapore. Priorem spumam planè innoxiam declarat cotidianus spumosæ epilepsie reditus. Sed alterum lethalem, repentina apoplecticorum mors: orta proculdubio ex adempto spiritu; sine quo, ne momentum quidem subsistit homo. Cujus spumæ periculum propterea propositurus Cornelius Celsus, subjungit satis scitè. Neque is ad vitam redit, qui ex suspendio spumante ore detrahitur. Quippe hanc spumam non producit pulmo, nisi summè laborans: sive à resolutione humidi, sibi, cordique insiti: sive à spiritibus, ob retentos vapores, impeditamque respirationem, adeò effervescentibus, ut in extremo dissolutionis metu sit calidum innatum. Quam luctam cum designet hæc spuma; quid mirum eam utique prælagire ineluctabilem mortem? Inducitur enim post illam partibus obsessis, loco vivido coloris, obscurus, ac luridus livor. Non secus ac à solis occasu tenebræ; & à flammæ suffocatione carbonis nigredo. Livor enim sequitur vel extinctionem; vel interceptionem spiritus, ac caloris vitalis. Ac proinde non temerè Hippocrates, in coacis aph. 72.

Τὰ Περὶ τῆς γνομένης, ἐν πυρρῷ, σπιγμοῦ δάσασθι σφαιρίσθι.

Livida evenientia, in febre, brevem mortem significat.

Potuit itaque, hæc repentina suffocatio, has quidem prodixisse maculas: sed rariùs cum occurrant in eorum pulmonibus, quos occidit morbus attonitus; & contra frequentius, in illis quibus Nicotiana fuit in delitiis, non inconsultam fortassis erit, excutere hic naturam illius fumi: qui aër permixtus, & ore attractus, tam bene facit ad multorum palatum: ut eum præferant omnibus epulis; modò non & ipsi sanitati: qua tamen humano generi nihil utilius.

Extra omnem itaque controversiam aleam est, Nicotianam potui datam, tantum adversari ventriculo, ac intestinis: quantum prodest humido, ac frigido cerebro. Sed dubitatur, utrum fumus ipse offendat pulmones? calida quippe est planta; imò acris ac vellicans: sive naturâ, sive arte. Ex pulvere videlicet euphorbiæ,

phorbii, pyrethri, piperis, aliorumve acrium aromatum, lucris causâ, à fraudulentis, ac infidis mercatoribus, clanculum, contortis ipsius foliis, inperfo. Quorum omnium vapore, verisimile est, non minus offendi pulmones, quàm à raphani agrestis, ac piperis tritura, cerebrum sternutans.

Immodicus namque calor, ut exhaurit humidum radicale; sic obscurat nebulosus ipsius fumus, non parùm, illustrem nostræ vitæ spiritum: imò suffocat tam efficaciter calidum innatum, ut instar tabidorum (qui ex sententia Galeni, à siccitate consumuntur) planè extenuentur, cum tussi perenni, & infatigabili spiritûs difficultate. Quæ duo arguunt inextricabile; oppressi pulmonis, vitium.

A quo equidem plurimos, qui dies, ac noctes cum hac Helena transegerant, vidi pessundatos. Moderata certè uti nullibi, sic neque hic culpantur. Sed modum in hoc fumo si excesseris, defatigaberis à tussi, vitabitur pulmo emarcescet animus, & tandem consumetur corpus univèrsum, vel lentè, si fueris integer, ac valens: vel celeriter, si quid vitii alibi sit in visceribus. Sicuti videre fuit in hoc ægro. Quem eò, procul dubio, citius strangulavit morbus attonitus; quò minus potuerit reluctari, & spiritum ab interitu vindicare, exsuccus, ac maculosus pulmo. Nicol. Tulp. Observ. Med. lib. 1. cap. 6.

Joann. Jacobus Reiter, Kenzingâ - Brigoius, ætatis circiter 45. annorum; habuit corporis gracili, capillis flavis & crispis præditus, ingenio pollens; honestis parentibus Patre scilicet Consule prognatus; à puero literis operam dedit, ac lautè victitare potuisset, nisi miseranda & Germaniam univèrsam devastantia obstitissent fata: quæ eum & patriam communi calamitati involvissent, varia passus, inprimis trulentam famis tyrannidem gravissimè anno 1634. expertus est, quæ malefanda ipsum coegit, etiam iis vesci quæ natura, ceu venenum aliàs horrere solet. Hinc post multa discrimina & casus Rheinvium appulit, ubi aliquot annis Ludimoderatorem egit: Tandem à Reverendissimo & Amplissimo Domino D. Bernhardo à Freiburg, celeberrimi ejusdem Monasterii Præsule optimè merito, Domino meo plurimis nominibus colendo, intra Monasterium adscitus fuit, ubi Clavicularii munere aliquot annis fideliter functus est. Parcivus semper, quandiu ipsum novi, comedit, indulgit verò plus poculis, adèd tamen ut non nimium Baccho litaret. Ad iram paulò pronior, non tamen rixarum amans, nec lites ex litibus serens. Aliquoties, in hoc Monasterio vivens, podagra excruciatu fuit, quæ primis annis in pedum articulos sæviit, sequentibus tamen nec reliquis articulis pepercit: Dum cum hoc morbo luctabatur, nihil ægrius tulit, quàm si podagræ nomine insignitus ille fuit. Ab anno verò & quod excurrit, ante obitum nunquam ejus consuetam sævitiam sensit, sive id medicamentorum clanculum usurpatorum culpa, sive naturæ imbecillitate non potentis morbi causam amplius ad articulos, ceu ignobiliora loca protrudere, factum sit. Hinc circa id temporis tussi molestissima diu vexabatur, adèd ut phthysicum crederent, quæ podagræ suppressæ tribuebatur. Verùm idoneis à me propinatis remediis, tussis cessavit & satis commodè per integram ferè annum valuit, si herniam intestinalem excipias, quam tussis violentia effecit. Anno 1655. 7. die Novembr. quinto die à plenilunio, manè sanus salvusque, quantum omnibus constitit, Reverendissimo D. Præsuli sacra peragenti adstitit, quibus peractis in conclave suum se consueto more contulit cum fortè fortuna famulorum quidam ipsum convenire voluisset, reperit ipsum humi prostratum, ad vociferationes sordum, & ad concussionem & corporis vellicationes, instar trunci, stupidum; accurritur, infunditur aqua antiapoplectica, atque alia, quæ ad manum erant, tentantur, sed omnia frustra.

Tom. I.

Accersor & ego: cum post bihorium adventassem, vidi illum ex pallore livescentem, sensibus omnibus & motu animali orbatum, solâ respiratione, primùm satis ordinata, excepta; & nisi respirantem vidissem, primo intuitu Leypothymia vel omnino syncope affectum dixissem, adèd ex sanguis facies erat ac livebant extrema, & cum naribus ad tactum perfrigebant. Pulsus primò validus, magnus, celer, mox debilior, minor & crebrior, respiratio quoque laboriosior, mox inæqualis evasit, ac sæpè penitus cessatura videbatur. Nullum genus congruorum remedium omisi, venam in debili tamen & brevi expiratorio tundere non ausus fui. Horâ decima antemeridiana motu quodam convulsivo aliquoties totum corpus concutiebatur, plurimumque sputi albî, visceri, lenti ex ore emanabat, nihil verò cruoris: hinc magis magisque vires labascere, ac extrema amplius frigereri cœperunt: Hora prima pomeridiana ejusdem diei vivere desit. Statim ac morbo correptus fuit, plurimum sæcum nigrarum per alvum excrevit, quod vino cuidam chalybeato tribui, de quo sum temporis, nescio ex cujus empirici consilio, aut quem ob finem singulis manè & vesperi cyathum epotare solebat. Indulgentiâ Reverendissimi Dom. Præsulis antea memorati, Patroni literarum omniumque bonarum artium summi, caput aperui: remoto cranio ac discissâ duâ à meninge plurimum cruoris profluxit ex spatio, quod inter eam & tenuem meningem satis capax est, copiosè p. n. undique & undique eò effusum; neque enim solum circa basin cerebri cruor stagnavit, sed & verticem usque & ad anteriora & posteriora pertigit, quin etiam intra anfractus quotquot ferè cerebri sunt, se insinuavit. Ventriculis detectis reperii & illos omnes cruore adimpletos; nec quarto quidem excepto, quorum laterales, propè basin quasi laceri, ac si nimio cruore distenti rimas egissent. Cruoris extravasati quantitatem duarum librarum pondus superasse non difficulter divinare potui. Toto cerebro, ventriculis & superficie à nimio & grumoso sanguine contaminatis, ulterius nihil observare, nec vel ruptam venam aut arteriam deprehendere valui. Hoc tamen certum est, nullam causam violentam externam, sive ictum, sive casum, tantæ rupturæ vasorum sanguiferorum auctorem præcessisse, cum derasis capillis & ablata cute, ne minimum quidem contusionis alicujus vestigium apparuerit. Joan. Jacob. Wepfer. de apoplexia.

Barbara Zuberin, Septuagenariæ viciniore, totum ferè vitæ cursum in famulatio consumpsit, ac jam senex desponsata, utramque vitam toleravit; Vidua in Nofodochium recepta fuit: Habitu corporis erat mediocri, & quantum mihi constat, non multum morbis conflictabatur, nisi quod ab aliquot annis visus ipsi imminui cœperit, quo quandoque tantum non penitus privabatur, quem tamen brevi, citra ferè medicam opem, aliqua ex parte, recuperabat, protinus recrudescente malo; nunquam tamen cæca omnino evasit. In utroque oculo manifesta suffusionis exordia conspici poterant. Jam ab aliquot mensibus apoplexiæ prodromi in ea ab astantibus animadverti sunt, dum subinde lingua titubavit, mox tamen hoc loquelæ vitio cessante. Anno 1657. 29. Januarii 10. à Plenilunio die, hora 3. pomeridiana, dum ut rebantur, sana cum sociis fila trahebat, subito sermonis usum perdidit atque inclinare corpus visa est: mox ab ancillis in lectum ducta fuit, incessu illo observatum est adhuc dextri lateris pedem illam movisse; manum ad caput sustulisse atque verba quædam, sed non intelligibilia, protulisse: statim tamen omnem sensum & motum animale amisit, permanentibus respiratione (quæ tamen paulò post cum

L 3

stertos

stertore fiebat,) pulsu & faciei colore rubicundo. Remedia pauca adhibita, cum nihil amplius à primo insultu deglutire valuerit. Eodem die, hora sextâ pomeridianâ expiravit. Altero die post meridiem cum Cl. Dom. D. Hardero collega meo honoratissimo & harum rerum studiosissimo, caput aperui: olla ablata, orbiculatim duram meningem mediam discidi, corpus falciforme à crista galli liberavi, ac laterales sinus dissecui: hinc reclinato ad latera cerebro, omnia nervorum paria, arterias carotides propè infundibulum ipsum, arterias vertebrales, ubi in occipite emergunt, ac denique medullam oblongatam in ipso orificio magno occipitis, abscidi, atque ita cerebrum undique ab omnibus vinculis liberum, totum extraxi, quo penitus subiti casus proximam causam perscrutari valerem. Exempto cerebro, duram meningem ei adhuc incumbentem levavi: apparuit pars dextra cerebri superior ac posterior, inferior, non tamen ad basin usque, & anterior frontem versùs tota sanguine suffusa: cerebrum ibidem molle erat & humor quidam in eo fluctuans manifestè attactu deprehendi poterat: in eximendo hoc in latere rimam egit, in qua prominuit grumus sanguinis nigerrimus, nucis myristicæ magnitudine: digito immisso sensim cultello rimam dilatavi: invenì cavitatem amplam ad frontem ferè antrorsum, sursùm ad corpus ferè falciforme & sinum tertium, posteriora versùs ultra cerebri dimidium, ac deorsum etiam ultra dimidium dilatam. Longitudo hujus cavitatis, seu antri præternaturalis octo, latitudo quatuor, & profunditas duas cum semisse uncias superavit. Continuit grumum sanguinis ovum gallinaceum æquantem, præter alios minores grumos & fluitantem sanguinem, pondere unciarum circiter octo, vel integræ ferè libræ, ventriculorum lateralem primo intuitu opinati sumus: Verùm accuratius inquirendo invenimus cavitatem hanc non esse ventriculum, vel ejus portionem aliquam, sed peculiarem & p.n. à sanguine extra vasa effuso formatam: & quidem ex rupto ramo aliquo, Sobole insignis rami arteriæ carotidis anterioris, qui postquam nervos opticos transcendit, in parte anteriore & laterali cerebri notabilem anfractum ingreditur, ac non procul ab exortu in plurimos ramos scinditur, inter omnes cerebri anfractus medios incedentes, quandoque eorum superficiem scandentes, mox descendunt ac ulterius per medios anfractus sursùm ad corpus falciforme ferè in minutissimos subdivisi furculos, ambulaturi: horum etiam non pauci nec uno in loco manifestè cerebri substantiam subeunt: Et quidem hujus arteriæ ramos unum vel plures hoc in loco ruptos fuisse, clarè & sine dubio cognoscere potuimus, nam dum illum progressum in eo latere investigavimus, primarium ramum ejusque furculos, tum in principio, tum in cuncto reliquo incessa, vacuum omnino sanguine invenimus, secùs ac se habebant arteriæ cæteræ omnes, tum in parte opposita, tum & posteriores in hoc latere & anteriores quædam non ab hoc ramo profectæ. Præterea ubicunque incedebat hæc anterior lateralis arteria, ejusque rami, grumi sanguinis obviam facti sunt, sæpè pertinaciter arteriis adherentes, idque tam latè & altè, quàm hæc arteriæ disperguntur. Ruptâ itaque unâ altera harum, & sanguine intra anfractum profundiorum effuso, novi semper sanguinis appulsu, ut unda impellitur unda, magis magisque spatium anfractus dilatatum fuit, atque dum ab irruente sanguine perpetuo pulsu, humilior anfractuum superficies depressa, aliorum interstitium tenerum gracile, molle & sanguinis impetu cedens perruptum fuit, in hanc amplitudinem facilè crevit, non secùs ac in aneuris-

mate sit, nisi quod citius in cerebro talis cavitas à sanguine irruente, quam in quavis alia parte, ob ejus molliem, conficiatur. Superficies anfractuum superius integra permansit, id cavente piâ matre, eos colligando & quasi uniendo: nec basis hujus cavitatis perrupta fuit, lecto seu fornice ventriculi dextri magis meduloso & tenaciore existente, quam anfractuum interstitium, quod flaccidius, est ex cortice cerebri, ut vocat Cl. Bartholinus, confectum. In toto spatio illo, quod inter duram & piâ matrem est, nullus humor ullibi, nec etiam in basi vel occipite occurrit. Ventriculus dexter undique integer fuit: vix tantùm feri suberuenti contuit, quantum dimidium nucis juglandis, putamen caperet: in posteriore & ima ejus parte plexus choroideo hydatis parva adhaesit. Sinister omnino vacuus fuit: in plexus choroidei medio ibidem calcium gypseum, candidum, asperum & inæquale, seminis lupini magnitudine invenimus, alios, in utraque plexus parte, seminis milii & majore magnitudine hinc inde dispersos vidimus. In tertio ventriculo grumulum sanguinis fabæ magnitudine reperimus. Glandula pinalis non accuratè præerat canali, è tertio in quartum ventriculum apertam, forsan quod ob tumorem hujus, seu aneurismatis cerebri magnitudinem summum aliquid, cum quarto sinu, raptâ fuerit. In principio hujus canalus parietes ejus paululùm sero suberuento tingebantur. Veùm quartus ventriculus mundissimus erat, nec vel minimam in eo labem animadvertimus. Omnes quatuor crassæ meningis sinus vacui erant à pituitosis corporibus, nec ullos in alio vase cerebri ea vidimus. In sinistro cerebri latere ne minimum quidem *εχουρη* apparuit, nec quicquam sanguinis grumuli vel alteius rei p. n. vestigium occurrit. Adeò ut hoc *εχουρη* ad apoplexiam fortissimam producendam suffecerit. Carotis interna utrinque ad latera glandulæ pituitariæ incedens, tum ante, tum post perforationem duræ matris, laminâ osseâ & tenera incrustabatur. *Idem de apoplexia.*

Illustrissimus Dominus Rudolphus Hannibal Comes de Reitnavv, ultimus familiæ, annorum 39. habitu corporis obeso & staturâ mediocri præditus: à multis annis melancholicus, facie atrorubescente, taciturnus. *Παροχολ*, litteris addictus ac in legendis historiis plurimum occupatus. Anno 1671. 16. Januar. mane è lecto surrecturus anxietatem quandam percepit, quam vomitus secutus est: eodem die parùm comedit: potulenta rursùs vomuit: noctem habuit inquietam, parùm dormivit: noctu incaluit. Hodie pilulas sibi familiares sumpsit ante prandium: inde his vomuit, quater deiecit die 17. Januar. vomitus cessavit, parùm comedit nec multùm bibit: manus & facies per totum diem erant pallidæ & frigidæ: noctu melius dormivit. Die 18. Januar. non nisi de anxietate præcordiorum conquestus est: parùm comedit, bibit vinum cum decocto rhabbari & macis alteratum: Circa vesperam rursùs pejus habuit: cenavit parùm; variè faciem assidentes immutatam observant: noctem habuit quietam die 19. Januar. Illustrissimum Dominum planè restitutum putabant: in prandio melius quàm hætenùs comedit: à mensa hora prima pomeridiana surrexit, inque locum secretiorem secessit, ubi per horæ quadrantem commorabatur: famulus ibi humi jacentem invenit, domestici conscii facti omnes statim accurrunt inque lectum deponant. Post bihorium adveniens ipsum fortissima apoplexia jamdudum defunctum invenit. Apoplexiam verò fuisse conjeci, quia Aulici aiebant Illustrissimum Dominum post casum adhuc respirasse atque illi sacris provisum fuisse. Die 20. Januar. cadaver condituræ causa aperus, præsentibus mul-

gis Aulicis & D. Laurentio Chirurgo Hohentvvielensi. In ventre infirmo omnia se naturaliter habebant, præterquam quod lien valdè corrugatus esset, variæ incisuræ & corpora duo cartilaginosa in superficie appaerent. Inter secundum Chirurgus diaphragma læsit, unde ex Thorace magna sanguinis quantitas, dimidiam circiter libram ponderans, defluebat. Thorace aperto, nec cor, nec pulmones ob maximam sanguinis grumosi copiam primò in conspectum veniebant: pendebat libram cum dimidia ferè. In pericardio & cordis ventriculis nullum planè sanguinem deprehendere potui. Pulmones nullum vitium contraxerant, demptà calvaria in capite, extra ventriculos cerebri sanguinem quoque, sed magis ferofum deprehendi dimidiæ plus minùs libræ pondere. Cerebro dissecto omnia diligenter examinavi, nec quicquam tamen vitiosi animadvertere potui. *Idem de apoplexia.*

Nuper studiosus Jurium egregius infra orbitam sinistri oculi, propè nasum, absque ulla læsione oculi, à milite nequitioso ense punctim vulneratus fuit. Paulo post, loquelà & ratione privatus, per 24. horas se jectigans, tandem reverà cum stertore apoplecticus mortuus est. Aperto à me cranio vidi vulnus per orbitam oculi & os cribrosum propè cristam Galli factum, dextro quoque cerebri ventriculo insictum fuisse: ex quo etiam magnam portionem sanguinis atrii grumosi & fibrosi ad crassitiam & longitudinem medii digiti extraxi: basis cerebri & regio cerebelli copioso sanguine extravasato refertæ erant, præterquam quod tota cerebri moles quasi ab inflammatione etiam rubicunda appaereret. *Idem de apoplexia ex communicatione D. D. Exc. Maximiliani Henrici Eggermejeri Med. Profess. Celeberrimi in Inelyta Academia Friburgensi.*

Vetula quædam furiarum non postrema, consuevit maritum sæpius egregiè verberibus desolare, quod plerumque patienter pertulit. Mensè Jul. 1673. cum nescio quas sordes scopis absterge et, indigoabunda uxor accurrit ac verbera intencavit, verùm patientia tandem aliquando in furo em versa à marito scopis in tempore de vtro fortiter percutitur, adeò ut dissolutis ac avolantibus scopis acuminata scopisque infixi baculi pars tempus tra sicut. Sanguine largissimè ex vulnere emanante, à vicina amicè monita ut illius curam gereret, verum renuit, mirè in virum convitiis debacchata est ac se jugulum propediem ipsi fracturum minabatur. In cœna irarum plena cibos devoravit ac potu se ingurgitavit: mox tamen foco assidens omnia assumpta evomuit: Postea lectum petiit: surrectura nescio quam ob causam humi cecidit: & juxta lectum manè mortua inventa fuit. Ex Illustrissimi supremi D. austerii Hassiaci mandato, Exc. D. Combachius cum Chirurgo vulnus contemplatus est: invenitque vulnus primo aspectu exiguum & quod tegeretur apice minimi digiti: verùm indito vulnere stilo deprehenderunt baculi acumen aliud penetrasse: cujus rei maritus conscius factus, mox sibi fuga consuluit: detracta cuti circa muscolum temporale omnia sanguine suffusa erant: remoto musculo temporali in osse foramen rotundum ac si sclopeti manuarii, quod Pistollam vocant, globulo pertusum & efformatum fuisset, occurrit; ablato cranio illud & duram meningem, item inter utramque meningem, imò in ipsa substantia cerebri plurimum cruoris inventum fuit. Ex substantia quoque cerebri duo fragmenta à baculo avulsa extraxerunt. Quibus ritè expensis meritò vulnus lethale judicantur ac sententiam suam Illustrissimo Dicasterio explicarunt. *Idem de apoplexia. Ex communicatione excellentissimi Domini D. Ludovici Hartmanni Combachii Lud. Fil. Serenissimorum Principum Hassorum Medic.*

In cadaveris muliebris à Cl. Veslingio Patavii 1644.

nostram in gratiam aperti, ex apoplexia, illique succedente Paralyfi tandem defuncti, aperto cranio repentinae mortis innotuit causa: omnes cerebri ventriculi cōcreto sanguine turgebant, ut ne guttulam amplius exciperent: *Th. Bartholinus cent. 2. historia 60.*

Illustris matrona octoginta annorum plethorica valdè multa diæta & exercitio nullo, exeunte Decembri, ipso plenilunii die, hora nona vespertina, mensæ accumbens, protinùs irà incaluit, ac duriusculum quid intra dentes diffringens, cecidit sensus & motus experta, cum stertore multo, oculis rubris, atque clavorum more defixis, manibus resolutis ac frigidis, postridie febre correpta fuit, & 18. ab insultu horis vitam exhalavit.

Apertà calvaria, arteriæ tumidæ erant, tum in dura meninge exteriori, tum circumcirca cerebri gyros omnes. In utroque cerebri ventriculo majori aderat grumus sanguinis, ilque spississimus, & ad ovi anserinæ magnitudinem concretus: Insuper plurimum serum cruentum devolutum erat in tertium & quartum ventriculum ac spinam medullarem usque: Plexus autem choroides juxta suarum alarum concursum, eo scilicet loci quo sanguinem suum in venam magnam Galeni, seu in quartum cerebri signum effundit, crepuebat medius, atque nihilo secius per omnem suum, intra ventriculos illos anteriores decursum, vesiculis aqueis tumidissimis adunatis & conglobatis refertus, atque summè decolor erat. *Ex observationibus Clar. Caroli Drelincurtii Lug. Batavorum Professoris Practici & Anatomici.*

Septimo Martii 1671. Lunæ nondum impleta falce, juvenis armiger, lautè victivans, torosus & athleticus, statim post prandium, dum sese incurvabat, repente corruit sensu motuque privatus, utpote apoplecticus, nonnihil tamen universè convulsus est, & intra quindecim horas animam expiravit.

Duratis cerebri munitis, nigerrimi sanguinis quantitas ingens, ab arteriosis tubis, & caroticis & vertebralibus, gyros cerebri naturaliter perreptantibus, ibi denique præternaturaliter passim distractis, ubique reperta est, sub meninge scilicet dura, à cerebri basi ad verticem, & ab anteriore cerebri lobo in posteriorem usque, juxta utrumque illius hemisphærium, ventriculis ejus quaternis illæsis & intaminatis. *Ex observationibus Clariss. D. Caroli Drelincurtii Professoris Practici & Anatomici. Lugdun. Batavorum.*

Anna Waltherin è pago Löning, sex circiter stadiis ab urbe nostra distante oriunda, sexagenaria major. Habitu corporis mediocriter carnosæ prædita. Vitam à prima infantia vixit rusticam, pauperculæque omnes operæ rusticæ subeundæ erant etiam gravissimæ, quæ in vineis colendis, ab utroque sexu eò loci persurgunt; aliquot prolium mater fuit: hinc senior facta ad obstetricis munus peragendum ordinata est: Cerebrò sanguinem, tam venæ-sectione, quam scarificatione, malo nostrorum more profudit. Solent enim nostrates rusticæ, inprimis, ter quaterve in anno venæ-sectiones usurpare, & qualibet vice duas, quandoque tres, non rarò quatuor venas pertundendas curant; emittunt sæpè binas sanguinis libras; nulla cura est vel temperamenti, vel sexus, vel ætatis: Videntur quandoque gravidæ, quæ bis terve gestationis tempore sanguinem V. S. effundunt, nec etiam partui vicinæ à V. S. sibi temperant salubrius tum puerperium agi. Vidi senes octuagenarios hoc remedii genus expertos: nec sanguine fuso solliciti admodum sunt, qua ratione inanitè venæ præstantiore sanguine replendæ sint, frequenter enim statim ac venæ secta, & cibo & potu nimio corpus infarciunt; videres sæpius ex urbe nostra domum properantes titubare, nec pedes vestigia servare; & sæpè sæpius vel altero die ad consuetam victus rationem & solitos labores redeunt, alios errores taceo.

Au verò & quibus morbis afflcta fuerit scemina hæc toto vitæ curriculo, ab astantibus intelligere non potui, præterquam quod jam vetulæ incessus difficilior fuerit. Anno 1655. decimo tertio Julii, sexto die à plenilunio, circa vesperam, domo ad vicinam pagum dumeta, sarmenta collectura, egressa est. Ea nocte à suis desiderata & quaesita, sed non inventa fuit. Sequenti die juxta sepem in temporis sinistri medio leviusculè vulnerata & mortua reperta est. Tertio die cum inopinatus casus ad Rev. D. Ludov. Spleissium vigilantissimum pagi pastorem delatus esset, viso in tempore vulnere, operæ pretium esse duxit me accerendi, ad indagandum num ex hoc vulnere, fortè violenta aliqua manu illato, an verò vi morbi alicujus latentis occubuerit? quo postmodum Amplissimus Magistratus noster de tota re certior fieri posset. Detracta itaque cute, in tempore sinistro inveni vulnus vix cutim transiisse, & temporalem musculum parùm in superficie attingisse: Ablato musculo temporali, os ad sensum integrum erat. Hinc cranium sustuli, adjunctus præcipuè fratris clarissimi Joannis, Medicinæ studiosi operâ. Dissectâ durâ matre neque serum neque sanguis in spatio, quod inter utramque est, occurrit. Neque vel minima macula in interiore parte ossis temporis, vel in dura matre contigua, eo in latere ubi vulnus accepit, apparuit. Ad eum ut mortis repentinæ causam vulnere huic tribuere nullatenus poterim. Mox elevato & nonnihil reclinato cerebro omnia sanguine suffusa comparuerunt: quæ ut rectius viderem, nervos dextri lateris abscidi: Hinc accuratius conspexi totam basin cerebri, quaquaversum cruore sub luctam, effuso illo intra piam matrem & substantiam cerebri. Suggillatio hæc diffundebatur antrosum ultra nervos opticos, vel retrorsum usque ad foramen sacrum sub medulla oblongata, & ad latus ejus utrumque in ambobus cerebri lateribus, etiam intra anfractus longè latèque spectari poterat, maxime verò *εξ αριστερου* in dextro latere, parte scilicet vulnere opposita ultra dimidium cerebri intra gyrorum hiatus & per superficiem eorum emicuit. Circa orificium magnum in occipite, intra duram & piam matrem, etiam aliquid sanguinis grumosi inveni. Omnes ventriculi sero flavescere stagnabant, cui innatabat grumus sanguinis in tertio ventriculo fabæ magnitudine. Aliquot hydatides parvulas plexui choroideo adnatas vidi: glandulæ hujus plexus manifestè turgidæ & duræ erant. Cor in dextro ventriculo replebatur copioso & grumoso sanguine, nec sinister ab eo vacuus erat. Pulmones aëre distenti, totam pectoris cavitatem occupabant, ut videri potuisset potius inspirationem ultimam vitæ actum, quam expirationem fuisse. In cæteris partibus imi & medi ventris nihil notatu dignum deprehendi. *Ex observat. Georgii Baurini.*

De iis in quibus serum multum effusum visum est.

Septuagenarius ebrius, delapsus ex altiori loco, contraxit in calvaria tam amplum vulnus, ut comòdè per ejus hiatum educeretur quicquid inhaereret extimæ cerebri membranæ: Invadentibus ipsam nihilominus illicò vertigine, vomitu ac stupore, sive à residua crapula, sive à concusso cerebro, sed postridie rediit ad se, expers febris & immunis aliorum omnium symptomatum: Verùm die 4. excreatis priùs sputis putulentis, periit præter omnem spem ab inopinata apoplexia.

Cujus ergo interiora capitis penitius perscrutanti- bus, obtulit se primum frequens humor replens ventriculos cerebri: Sed mox longissima rima excurrens continuâ serie, per frontem oculique foramen usque ad sellam equinam, propè ossis cuneiformis medium: quo loco animadvertimus (quod jure

in omnium oculis fuit rarissimum) ingens ossis cuneiformis fragmentum, ita sejugatum à reliquo osse, ut manifestè elevaretur supra quascunque partes circumpositas: In quarum remotiori recessu cum delitesceret plurimum sanguinis coagulati, verisimile est ex ejus putredine prodixisse postremo vitæ die quod excreavit pus: Sed morbus Attonitus, qui ipsum occidit, traxit originem partim ex obstructis processibus spinalis medullæ (qui sunt verum nervorum principium) partim verò ex angustia *retis mirabilis*, quod constat ex intricato venarum jugularium, arteriarum carotidum ac cervicalium concursu: Quibus nobilissimis partibus impeditis privatur homo non modò sensu ac motu, sed ipsa vitâ, juxta illud Celsi lib. 5. cap. 6. Servari non potest cui basis cerebri percussa est. *Nicolaus Tulpus Observat. lib. 1. cap. 3.*

Momma Baxius, homo *torpidus ac hebes*, occisus repente à morbo attonito, obtulit secanti Chirurgo cerebrum flaccidum, & membranas ipsas tam frequenti pituita perfusas, ut *opus fuerit eam spongia detergere*: Qua eadem pituita replebantur utque & venæ per cerebrum dispersæ, nec minùs sinus falciiformis, & quidem utrobique tanta copia ac lentore, ut inde potuerit extrahi instar longioris alicujus filii. Movente hac concretâ pituitâ non levem polypi suspicionem, sed quem id temporis frustra quaesitum invenimus in naribus, illum offendimus deinceps insciâ in sinistro cordis ventriculo: Sed redeundum ad pituitosum hoc cerebrum, in cujus ventriculis invenimus, non tantùm plurimum aquæ (quod attonitis familiare,) sed spinalem medullam ita humidam, ut necesse fuerit exuperantes liquores priùs spongiâ absorbere, antequam licuit inquirere in naturam nobilissimæ hujus partis. Constat autem hic polypus *ex alba concreta pituita*, inclusa membrano involuero, & inhaerens suis radicibus carneis Cordis fibris, assurgebat bisido trunco, obturatum non minùs arteriam aortam quam venosam: quarum nobilissimarum viarum obstacula impedimento fuere, ne deinceps vel aërem liberè attraheret, vel fuligines debite expelleret Cor, nedum exactè se clauderent valvulæ post egressum spiritus vitalis: cui tamen usui illas ibidem loci destinavit sollicita natura, unde factum ut partim ob exclusum aërem, partim verò ob retentas fuligines & spiritus plus æquo dissipatos, infirmaretur usque eo cordis robur, ut nequeerit amplius officium facere, multò minus spiritus vitales quibuscunque partibus impartiri: quorum calor ac motu ubi carendum fuit, refrigit inde confestim corpus, emarcuit animus, & torpuit tam vehementer cerebrum, ut tandem perierit à gravissima apoplexia. *Nic. Tulpus lib. 1. observ. cap. 27.*

Jacobus Reutinger Viterdinga, ditioris per illustres & generosi D. Baronis Hornsteinii, oriundus, quinquaginta circiter annos habens, temperie totius ad calidam & siccam vergens, coloris fusci: habitu corporis utrunq; carnosus erat, capilli nigri & crispi, rari, dimidiumque caput, juniore adhuc, calvitie turpabat: ad iram vehementiorem proclivis. Pauper victum & amictum duris laboribus, præcipuè viticultura acquisivit. Multum ipsi usum cum Baccho fuisse & non raro sicca labore pectora fervido maduisse mero, Gutta rosacea, quæ faciem fœdabat, fidem fecit. Quibus morbis toto vitæ tempore afflctus fuerit, ut de homine ignoto impossibile, ita hoc loco id referre supervacuum existimo. Quantum mihi constat ab aliquot mensibus sæva cardialgia excruciabatur, ob quam & mea opera usus est, quæ purgantibus & stomachum roborantibus cessavit, brevi tamen ob pravam victus rationem, fame & pauperie etiam noxia imperante, rediit: hinc ope mea non contentus etiam carnificem consuluit, (nam & hoc genus hominum his in ois medicinam facere consuevit: & nul-

& nulla non mortalium *καρμωματα* sacra hæc invadere audent) & haud obscure intelligere potui, illum nec à benedictionibus, ut vulgò loquuntur, relictus ab incantamentis, abstinuisse, ad quæ scæx plebis, ceu ad sacram anchoram, non rarò confugere solet, adeò ut nefanda impietas vix satis dissuaderi possit. Aliquot septimanis ante obitum crudelissima cephalalgia totum caput, frontem præcipuè & occiput afflixit, à qua ipsi nec mora nec requies; fastidivit omnia medicamenta: Extrinsecus quædam muliercularum suavis applicata fuerunt. Præ dolore quandoque amens erat, ut quicquid vel diceret vel faceret non rarò nesciret. Tribus septimanis ante mortem cæcus omninò evasit, nullo vitio extrinsecus in utroque oculo apparente, verà scilicet gutta serena excecatus. Doloris quidem lævities in capite aliquantum tunc temporis remisit, at remansit quædam anxietas ob quam corpus hinc inde jactitabat, nec, proculdubio mente æger, causam hujus volutationis per lectum revelare valuit. Medicamenta plurima adhibita, sed serò, ideoque sine successu. Quatuordecim diebus ante fatalem diem, lectum permingere cœpit; paucis diebus post hanc calamitatem nova excepit, Paralysis scilicet pedis dextri, quam secuta paulò post & sinistra. Quatriduo ante obitum apoplexiâ fortè tactus fuit, jecit sine omni sensu & motu animali, nulloque ingenio excitari potuit. Totis his ultimis diebus largiter sudavit: per integrum diem cum stertore respiravit. Quamdiu decubuit *απύρωτος* erat 11. Feb. var. & 11. à plenilunio anni 1656. vitam cum morte commutavit. Altero die cranium aperui, faucia durâ meningæ profuxit serum pallidum spicæ coloris, cum impetu quodam, non secus ac mediana vena brachii secta sanguis erumpit, & quidem tanta copia, ut cyathi aliquot unciarum capaces eo impleri potuissent. Hoc serum maxima ex parte colligebatur in spatio, quod inter duram & piam matrem est, quod mihi amplius & capacius esse videbatur, quam naturaliter existere solet, sero præ nimia copia duram matrem undiquaque, ubi nullum obstaculum inhibebat, expandente, ac cerebrum cerebellumque deprimente. Quin etiam seri plurimùm intra piam matrem ac cerebrum & cerebellum continebatur, unde tota cerebri & cerebelli superficies, tam gyri, quam divulsis gyris, anfractus, ceu gelatinâ quaquaversùm obstiti videbantur, quâ cultello læsâ serum exstillavit sincerum, simile serè illi, quod inter duram & piam matrem cumulatam fuit. Imò ipsam substantiam cerebri & cerebelli plurimùm seri imbibisse, clarissimè cognoscere potui, nam summpere utramque; flaccidum & molle erat, ut instar serè pultis, etiam leviculo tactu dissolverentur, ita tamen, ut non difflueret, prout vetulæ apud Cl. Platerum contigit, cui pultis forma cerebrum emanavit: nam citra actum & figuram, & terminos antiquos cerebrum & cerebellum, ablata quoque piâ matre, aliquo modo servabant. Tota cerebri externa facies pallida, vasaque sanguinea tantum non omnia exsanguia erant: ablata portione cerebri, raræ sanguineæ maculæ pullularunt. In omnibus etiam ventriculis serum redundavit; mucum nullum vidi orificium seu canalem è tertio in quartum ventriculum patulum, obturantem; Verùm presso cerebello, plurimùm seri in tertium ventriculum regurgitavit. Plexus Choroideus totus erat luridus & sanguine serè privatus, quamplurimis nodulis varicosis subduriusculis præditus. Abscissa medulla oblongata propè orificium magnum, elevatissime cerebro & cerebello, nonnihil declivi posito capite, plurimùm seri ex ostio illo profiliit, ut non dubitarim, totam quoque fistulam sacram eò repletam fuisse. Adeò ut non vererem, morbum hunc hydropem cerebri & *ὕδρωσις* quandam speciem appellitare. In reliquorum viscerum conditionem

lubenter quoque inquisivissem, sed nec pretio quicquam à defuncti uxore & affinibus impetrare valui, ac potestatem mihi caput aperiendi factum fuisse, pro magno beneficio reputare debui: Ex superstitione enim quadam, plusquam ethnica plurimi nostrorum opinantur, cadavera humana injuriâ quadam affici, si studio alios agros juvandi, secentur, brevi vermium esca alias futura. *Joan. Jacob. Wepfer. de apoplexia.*

Jacobus Speerlin C. B. septuagenarius: staturæ proceræ, pallidus, gracilis, robustus; Victor in laboribus assiduus, industriâ celeritateque in opera & dexteritate nulli secundus, plures, dum junior erat, superans, nec facillè cuiquam jam senex cedens. Mercaturam aliquandiu exercuit, spiritum vini aliaque in castris divendit, & hujus causâ pericula præsentissima crebrò subiit, variasque tempestatum injurias in itineribus frequentissimis passus est. Ante plures annos ad carceres perpetuos, nescio ob quas causas, condemnatus fuit: in quibus tenebris & squalore terrificis ultra duodecim annos vixit; tandem amplissimi Magistratus nostri intercessione libertati restitutus ac in Nosodochium nostrum receptus fuit. Huc perveniens totus cachecticus erat, facies & labia pallebant, pedes œdemate tumebant, omnes artus languiebant. Tibia dextra ulcere dysepuloto afficiebatur, quod ichorem flavum acerrimum copiosumque continuo cum summo dolore stillavit, ut plures noctes insomnes duxerit: quandoque etiam sanguinem sincerum profuderat: quamprimum emplastrum sine morfu siccantis usum intermiserat, serpebat ac profundus reddebatur. Fonticulus in tibie parte externa interceptionis causâ excitatus ad ulceris consolidationem non exiguam opem tulit, sed non fidam, nam sæpè recruduit. Postquam liberiorè aère, cibis salubrioribus & medicamentis congruis, fruabatur, sensim cachexia & pedum œdema evanuerunt, ac strenuè pristinos labores adiit, ac vix imitandam in dolis minoribus consiciendis solentiam ostentavit. Paulò post adventum ipsius in Nosodochium, scilicet mense Augusto 1650. Ischuria omnimodâ cum alvi occlusionem per integrum octiduum ægrotavit, utrumque symptoma, imprimis alvi constipationem occultans. Postquam clysterem emollientem injiciendum curaveram, pluribus scibalis summpere induratis excretis, protinus urina effluxit copiosè atque in posterum nihil amplius hujus generis passus est. Urina clara erat: nihil vel sabulosi, vel arenosi, vel mucosi subsidit: nec memini ipsum unquam calculum excrevisse, quamvis sæpè de dolore circa regionem renum & lumborum conquestus fuerit, qui non rarò ad alterutram coxarum pertingebant. Quamdiu in Nosodochio vixit, cibis salubrioribus frui poterat, cum talis effæctis suppeditetur, ipseque nummis abundabat: & quantum rescire potui, à nocuis vir prudens & longævitatis per quam studiosus abstinuit. Sæpè omnem cibum, imprimis carnes fastidivit: Sæpè etiam nec vinum sive rubrum sive album, sapuit: non rarò amarore quodam omnia imbuta videbantur, quæ assumpserat. Crebrò manè jejuno stomacho aquea, quandoque meram bilem non sine violentia evomuit. Alvo suppressâ protinus colicâ torquebatur, quam bis intra novem circiter annos, dum hic commorabatur, Paresis brachiorum secuta est: eandem quoque antequam huc pervenerat aliquoties post colicam expertus est, ob quam minimi & auriculares digiti in manibus incurvi permanserunt, ut quamvis flectere, tamen extendere nequirit. A Paresi tum ab Exc. D. D. Ch. Hardero, tum à me non magno medicamentorum apparatu vindicatus fuit. Diarrhœam biliosam iteratis vicibus non incommodè sustinuit. Serè perpetuò de dolore quodam compressivo & tensivo præcordiorum conquebatur. Assidue

due quoque caput doluit, comite nonnunquam Vertigine. Hæmorrhagiæ narium frequenter obnoxius fuit, quæ non raro profusissima erat. Anno vitæ ultimo, manè in primis tussire cœpit, & purulenta exspuit: tussis magis magisque crevit eaque diu noctuque miserè excruciabatur: sputum subviride, turbidum, lentum, viscidum, rotundum, planè non foetidum, quandoque cruore tinctum eiecit. Paucis septimanis ante obitum conquestus de catarrho manè impetuose ad pectus ruente & suffocationem intentante. Febricitavit lentè: emaciebatur; non tamen ita corpus contabuerat, prout in plerisque Phthisicis observatur. Ultimis mensibus sævissimum dolorem perpeffus est in utroque interscemineo, ut attactum minimè perferre potuerit: incipiebat ab osse pubis ac desinebat in medio femoris, ductum musculi tricipitis sequens, in loco dolente, nullus tumor præter paucos quosdam & exiguos ac concolores cuti nodos, nullus rubor videbatur. Paulo ante obitum loquebatur & corpus præ languore & impotentia immobile, verti petierat: quamvis nondum omnis motus animalis perierat, die 10. Maii 1657. ringentibus malevolis, cadaver cum Exc. D.D. Hardero aperui. Dissectis integumentis imi ventris, ventriculus & intestina sanis similia apparuerunt. Pancreas & mesenterii glandulæ duriusculæ, sed non tumidiore erant: ductus pancreaticus vacuus: Epar fuit legitimæ magnitudinis: debito mollus, pallidus & tantum non cruoris expers, si venæ majores excipiantur: bilis in ductibus cholidochis vitellina redundavit, preloque parenchymate copiosè profuxit: vesicula foris albicans simili bile flava implebatur simulque continuit calculum magnitudine nucis moschatae. Lien fuit lividus, major debito, mollis & divisus, naturali similis. Renes erant pallidi: unius Caruncolæ papillarum extremo apici exiguum lapilli frustulum immersum fuerat: cætera nec vestigium arenularum ulli apparuit. Vesica nihil præter naturam continuit. Pectore recluso pulmonum lobos superiores utrinque maximè sinistrum, accretos invenimus, ambo subduri & compacti erant, nondum tamen ad illam duritiem pervenerant, quam aliàs in phthisicis observavi: discissi in suprema parte exulcerati erant ac cavernulas avellanæ capaces obtinuerant, non tamen exactè rotundas, aut æqualiter cavas, sed quasi laceras, ac si à mustela vel glire, frustulatim portioncula avulsa, pulmones exesi fuissent. Pressâ hæc pulmonum parte ex bronchiis sputum viride minus tamen viscidum ac tussi rejecerat, prodiit. Lobi pulmonum inferiores nec pleuræ accreverunt, nec quicquam puris continerunt. In cordis ventriculis corpora pituitosa parva nec longè per quatuor fontes propagata, at firmiter suis radicibus thalorum anfractibus immersa & connata invenimus. In pericardio plurimum seri flavi continebatur. In cavo pectoris serum subcruentum copiosè redundavit. Remota cranii olla ac discissa durâ meninge plurimum seri subpallidi effluxit, quod in spatio inter utramque meningem continebatur, sed non in tanta copia, quanta apud Jacobum Reutingerum videram: nam interstitium angustius erat. Tota anfractuum superficies quasi gelatina operta fuit, qua cultello fauciata aqua exstillavit. Hujus seri quoque plurimum in omnibus ventriculis repertum à nobis fuit. Plexus choroideus palluit ac exsanguis propemodum erat: in illo manifestè glandulas, sed luridas, cœnosasque vidimus ac duriusculas tetigimus. Cerebri consistencia mollis quidem & flaccida fuit: minus tamen quam apud prædictum Reutingerum: nec collapsam aut coarctatam & compressam observaveram. Multum quoque seri, reclinato pectore ex ostio magno occipitis promanavit. *Joann. Jacob. Wepfer. de apoplexia.*

Ursula Puley Erizen, in sylva Martianâ zum Hau-

fern habitans. Habitu sanguineo - Phlegmatico prædita. Victu gaudebat lautiore, qualem scilicet Rustici melioris conditionis hæc loca incolentes nanciscuntur: potissimum ferè lacticiis, quæ illorum delitiæ sunt, fruebatur. Aliquot liberorum mater erat. Menstruus fluxus extra graviditatis tempus ritè manabat 1661. circa 37. ætatis annum iterum gravida, diu continuos eosque sævissimos capitis dolores passa est cum vertigine. Quarto mense conceptionis scilicet circa principium Maii, manè è lecto surrexit, humi sedit ac caput manibus suffulcens de consueto capitis dolore conquesta est, atque malum quoddam gravissimum sibi imminere prædixit: mox oculi pervertebantur: vomituriebat: maritum & liberos miserabili vultu intuebatur, at æquè facta amplius alloqui nequibat: protinus instar trunci omni sensu & motu privata concidit, solâ respiratione salvâ manente. In lectum traducta, per triduum, eo situ quo locabatur, immota jacuit. Juscula & aquas anti - apoplecticas spiritum vini redolentes absque labore deglucit. Post diem tertium ad mentem aliquantum rediit: compellata annuit: & paulò post artus sinistri lateris denuò movere valuit. Intra mensis spatium nullis aliis medicamentis adjuncta, à marito aliisque adstantibus suffulta, incedere potuit: ita tamen ut dextrum pedem trahere & manu dextra ad opus aliquod perficiendum impotens esset: in electus semper debilior mansit: Appetitus consistit. Mense Octobri 1661. delirio melancholico corripiebatur. Circa finem Octobris infantem vivum enixa est. Appetitus ad 14. diem puerperii integer permansit: hoc die subitâ debilitate obruta omnem cibum fastidivit, simulque delirium mitius evasit, & ipsa quietior aliquandiu fuit. Rediit delirium cum cephalæa solita atque ad anni 1662. senescium usque perduravit. In hoc delirio notissimos & omnia tuta timebat: maximè à fragore lignorum minus aridorum in foco crepantium percellabatur: sæpius in sylvas aufugit, ut vix satis custodiri potuerit: ter violentam mortem sibi inferre nitabatur, jamque laqueum collo sibi adaptavit totiesque mariti providentiâ à tanto facinore vindicata fuit: Nullam penitus liberorum curam habebat, nec famelicos vel mica panis refocillasset: non nisi coacta comedit: Delirium hoc plerumque sub auroram incepit: duravit usque ad vesperam: hinc minus sibi metuebat, quietior erat nec custodiam sui egerat Medicamentorum, nescio tamen qualium, usus frustraneus fuit: Empirici suasu vere, æstate & autumno singulis mensibus, hyeme verò alternis mensibus largè vena secta sanguis emittebatur, unde delirium propulsatum fuit: quin etiam capitis dolor mitigabatur & vertigo ablata fuit. Ultimo vitæ semestri venæ sectionem omisit: ob nimiam sanguinis profusionem vividus faciei color periit & cachectica evasit. Postea iterum concepit foetumq; vivum peperit, quem ad terminum suum fatalem usque lætavit. Ab illo tempore quo ab apoplexia prostrata fuit, totum dextrum latus debilius perstitit, adeò ut inter incedendum imbecillitas quædam observaretur: insuper manu dextra corpora crassa & ponderosa facillè arripuit firmiterque tenuit, at gracilia & levia apprehendit quidem, verum invitæ & insciæ statim iterum elabebantur, die 21. Februar. 1664. noctu in lecto horrore concutiebatur, subsequente æstu cum dolore lateris dextri punctorio: Pleuritidem neglexit: Vinum bibit: Venæ - sectionem distulit ad signum Zodiaci gratius & magis ex superstitione valetudini commodum: singulis horis dolor lateris dextri incrementa sumpsit: tussit frequenter: ob doloris vehementiam sputi subruenti parùm excrevit: dolor à latere dextro quandoque ad collum usque pertigit, qui tamen continuus, nec una sede fixus permansit, die 25. Feb. expectatus venæ - sectionis dies advenerat, verum ob virium languorem

guorem & delirium omitebatur: die 26. Februar. mortua est, die 27. Febr. indultu Reverendissimi Domini D. Francisci Chouloti Abbatis Monasterii S. Blasii optimè meriti, Viri iudicio acerrimo & rerum agendarum dexteritate apud omnes laudatissimi, cadaver secui, cum Cl. D. D. Job. Ludovico Silbereisen Bada Helvetio, Physico Lautenburgenſi & collega dum vivebat suavissimo. Remotâ cranii ollâ dura meninx tumida & elata erat ac si flatibus distenderetur: ejusque arteriæ sanguine turgidæ. Sublatâ durâ meningē, tenuis ita omnes anfractus colligavit & æqualavit, ut tota cerebri superficies levis & æqualis apparuerit, crassiorque debito fuerat: illa faucia ex omnibus anfractibus tam dextræ quàm sinistri lateris copiosè serum emanavit. Vasa sanguifera tenuis meningis ubique majora & sanguine pleniora videbantur. In utroque ventriculo laterali serum subcruentum abundè stagnavit: simile quoque serum in occipite circa medullam oblongatam invenimus, quin etiam antorsùm inclinato capite ex foramine sacro juxta medullam ad unciam hujus seri effluxit. Utriusque ventriculi lateralis superficies lutea penitus & quasi rubigine obducta videbatur, oblita enim erat mucro croceo, illi simili, qui circa aquas ferratas conspicitur & lapidum & terræ superficiem incrustare solet: Eodem quoque plexus choroideus infectus erat: pertingebat rubigo ista quoque ad tertium ventriculum: quartus prorsus mundus erat. In dextro plexu choroideo plures hydatides, quarum quædam pisco majores invenimus, in sinistro itidem plures aderant, quarum una nucè avellanâ major, angulosa, instar humoris crystallini perspicua, solidaque à nobis visa fuit. Cerebellum valdè flaccidum erat. Medulla spinalis multo naturali gracilior nobis apparebat. Serno remoto pulmo in toto dextro latere firmiter pleuræ adhæsit, quo avulso in postica pectoris cavitate ad libras duas circiter seri pallidi comparuit: in sinistro latere fibris intermediis pulmo leviculè accretus erat. In dextro latere pulmonum lobi omnes magni, duri, tensi, utcunque rubri, vel potius ex rubro variegati: illorum membrana extima densa & crassa: incisi intus pleni ichore subcruento, subaqueo, spumeo & in partibus profundioribus putulento adimpleti erant. Sinistri pulmonis lobi erant molles, flaccidi, albicantes, paucillâ rubedine diluti. In ventriculis cordis invenimus corpora pituitosa, quarum ramos in pulmonum vasa spargebant. Ventriculus & intestina flatibus admodum distenta erant: ut gravidam putarent. Epar pallidum & Renes flaccidi erant, Lien naturalis visus. In utero nihil præter naturam apparuit. Mammæ adhuc lacte niveo abundabant. *Idem de apoplexia.*

Juvenis quidam annorum circiter 24. staturæ mediocris: macilentus, cute fulcâ & strigosa præditus: quantum ex vestitus semilaceri forma conjicere licuit miles profugus, ex morbo aliquantulum convalescens; (nam circa illud tempus plurimi Gallorum ad Rhenum in Marchionatu Badensi inferiore Febr. Hungaricâ, dysenteria gravibus morbis aegrotabant, ac quotidie tum sani tum reconvalescentes non pauci huc venerant, per Helvetiam Patriam repetituri) in vicino colle extra urbem nostram propemodum frigore eneetus die 14. Novemb. 1673. repertus moxque traha circa 10. antimeridianam in Xenodochium deportatus fuit. Statim accersitus fuit Exc. D. D. Henricus Screta à Zavorziz: deprehendit ægrum, quamvis in hypocaustum calefactum delatum & lecto plumeo fectum, toto corpore non solum in capite & artubus, sed etiam pectore, dorso & abdomine attractu frigidissimum esse. Artus rigebant adeo ut nec brachium, nec pedes flecti potuerint: brachium tamen sursum facillè tollebatur: ore hiabat, verum aquarum cordialium ne guttulam quidem deglu-

tiit: pulsum nullum invenire potuit: nullâ inclinatione, vellicatione aut frictione excitari valuit, ut vel minimum alicujus sensus superstitis indicium præberet: oculos semper clausos tenuit: respiravit cum stertore: in lingua maculæ rubræ videbantur ac si illam convulsus momordisset. Vesperi circa quartam vivere desit. Die sequente cum D. D. Screta, D. D. Hollandro & Chirurgis aliquot cadaver perlustravi. Foris in pectoris latere sinistro duo ulcera rotunda, dimidia barii amplitudine aliquotisque sinuosa, ultra cutim sed non ad pleurâ penetrantia, pus coctum continentia, invenimus: In dextro latere circa costam tertiam cutis palmi latitudine fugillata erat: omnia sub cute ad pleuram usque sanguine suffusa visa sunt, sive à percussione, sive à casu contigerit. Abdomine aperto omentum pertenuè & macilentum, occurrit: Ventriculus & intestina, præcipuè tenuia, flatibus & fecibus liquidis subflavis plena erant: iisdem fecibus quoque Colon infarctum fuit. Foris à Colo imprimis papillæ plurimæ, aquâ limpidâ turgidæ pendebant. Hepar fuit rubicundum: Vesicula biliaria tumida & quasi inflata: Pancreas album: Lien lividus, major debito, nam duos palmos longus, palmo latior, crassitie dimidii palmi erat: aliquotque in locis quasi fissuris præditus, sed non pervius. Renes consistentiâ & colore naturales, sed omni pinguedine destituti erant: ubi vasa emulgentia renes subeunt loco pinguedinis humor aqueus subflavus in gelatinam concretus sinus impleverat. Vesica distendebatur ab urinæ retentæ copia. In pectore pulmones dextro & sinistro lateri per fibras oblongas hinc inde laxè, non toti nec firmiter accreverant. In dextro latere pulmonis lobus inferior debigo rubicundior & paulo durior fuerat, ita tamen ut inflammationem nec magnam nec pridem enstam credere poterimus. Omnes pulmonum lobi aëre pleni & turgidi erant. Cordis dexter & sinister ventriculus, venæ item cavæ & arteriæ aortæ rami superiores & inferiores sanguinem prorsus fluidum, neutiquam fibrosum continebant & fundebant, adeo ut ne minimus grumulus à nobis inveniretur. Extravasatus in pectoris cavum, diu post effusionem grumescibat, ita tamen ut maxima pars fluida perfliterit. Cranii superiore parte demptâ antè sub fronte dura mater admodum rugosa apparuit ac si ibi à statu vel aqua distenta fuisset. Propè cristam galli, incisâ durâ matre in sinistro latere protinus multum aquæ promanavit, quod itidem incisione in dextro latere factâ contigit. Durâ matre à crista galli utrinque juxta sinum tertium ad sinus laterales incisâ, vidimus in sinistro latere sub osse syncipitis versus tempus duram matrem tenui meningi, ferè dimidii daleri amplitudine, præter naturam intermediis fibris validissimis firmiter accretam fuisse. Sub pia matre intra cerebri anfractus aquæ plurimum undiquaque fluctuabat. Reflexo corpore falci-formi, diducto cerebro vidimus insignem arteriam super corpore calloso incedentem sanguine vacuum: & quamvis arteriæ & venæ sinum tertium adentes sanguine plenæ essent, nihilominus tamen sinus tertius & laterales non usque adeo sanguine implebantur. Cerebro cum cerebello è cranio exempto, separatâ durâ meningē circa sellam equinam ostendi utrinque arteriam carotidem tortuosam esse, neutiquam verò ut in brutis in plexum seu rete mirabile dispesci, quod aliis quoque vicibus feci: nec hæcenus aliam arteriæ faciem in his locis inveni, assimque dicere talem semper apud homines repertum iri: ut quoque tandem aliquando fatebuntur. Retis mirabilis patroni, si modò & ipsi quoque rei periculum facient. Inversâ cerebri & cerebelli mole vidimus quoque arteriarum vertebraliū & carotidum conjugium, ramosque varios hinc inde per universam machinam dispersos; In dextro ven-

triculo

triculo multum aquæ limpidae continebatur, minus in sinistro: multum quoque aquæ ex fistula spinalis medullæ sublato trunco emanavit. In glandula pituitaria duplo majore solito, sinum inveni plenum mucos qui in gelatinam subflavam pellucidam concreverat. Meningem tenuem citra cerebri lacerationem longè latèque avellere potui, evulsis simul innumeris fibrillis arteriosis substantiæ cerebri immeris: quæ sublata in superficie denudati cerebri rimulæ innumere inspectæ fuerunt, è quibus presso leviusculè cerebro sanguis exsudabat. Id aliis vicibus præstare potui, quoties madidius cerebrum debito fuit, aut si perbiduum aut triduum cerebrum frigido & humido aëri exposui. Cerebri pars cineritia flaccidior medullosa, utraque flaccidior debito; quin etiam cerebellum mollius quàm in aliis observaveram. Non tamen cerebri substantia tam flaccida erat ut in se conciderit ac subsiderit, aut pulveacea evaserit, quamvis undique aquæ immersa fuerit, nam etiam extra calvariam exemptum cum cerebello figuram suam retinuit, etiam sublata tenui meninge in locis plurimis: adeo ut spectatoribus cætera cerebri & cerebelli curiosa demonstrare potuerim: ut taceam, imprimis cerebrum intra cranium corpus falciforme fibrasque & ramulos arteriosos tum ab ipso, tum albi à dura matre profectos suspensum tenuisse. Intestinis à foribus mundatis, in medio jejuno inveimus tumorem juglande majorem inter intestini tunicam externam & internam conclusum proprio folliculo circumdatum, continens corpus mirè fibris & vasis sanguiferis intertextum: In principio jejuni reperimus quoque valvulam seu circulum membranæ, coli valvulæ similem, ascensum impediens: In recto plurimos serobiculos superficiarios dimidiati pisi capaces vidimus, ac si non ita pridem dysenteriam passus esset, quæ tunc militibus epidemia fuit. Certè diarrhoeæ vestigia clinici in indumentis invenerunt: cujus quoque indices fuerunt fæces intestina implentes. Vesiculæ seminales continebant humorem copiosum in gelatinam concretum: utraque ductu insigni & proprio prædita qui ambo quoque osculo proprio ad latas monticuli in urethram capaciores hiabant. Quæ insuper circa partes generationi dicatas in hoc cadavere observaverim & num in lithotomia faucientur? alibi erit commodior differendi locus. *Idem de apoplexia.*

Obtuso quidam ingenio, repente apoplexiâ correptus vitæ usuram deponit.

Cerebrum erat flaccidum. Meninges mucosæ & valdè tenaci humore perfusæ: imo ipse sinus tertius cum adherentibus vasis illo liquore turgebant. Ventriculi quoque eodem repleti. In cordis sinistro thalamo polypus fuit ex viscida materia concretus. Mædebat, etiam spinalis medulla liquore lymphatico. *Stephan. Blancard. in Anat. Præcl. rational.*

Mulier quædam quadragenaria, boni corporis habitus, sed subinde de doloribus capitis gravantibus, conquesta, subito, cum capite inclinato, igni suo in culina, pro cæna paranda accendendo incumbere, apoplexia validissima correpta est, & intra paucas horas nihil proficiendibus remediis, sublata. Die subsequenti summo mane aperto cadavere, elevatoque cranio reperiebamus cerebrum totum quantum sero sanguinolento abundantissimo suffusum. Interna substantia ipsa cerebri in omnibus suis partibus nobis sana visa est, de grumo aliquo sanguinis in ejusdem vasis aut sinibus nullatenus constitit. Medii & imi ventris viscera omnia optimè se habebant.

Puer quidam annos præter propter duodecim natus, postquam febre lenta plures menses perdurante, contabuisset, lethargo tandem & postmodum apoplexia validissima correptus obiit. Cranio amoto reperiebamus sinum falconatum polypo prorsus op-

pletum; serum præterea coloris ex flavo viridiusculi, post resectam duram matrem, ad libram unam & semis ad minimum effluens, non minus interim turgidis remanentibus vasis quæ tum duram, tum piam matrem, tum etiam ipsam cerebri substantiam corticalem perluunt, illorum scilicet portio aliqua sanguine diluitori, alia sero coloris viridiusculi ad maximam distensionem adimplebantur. De iis quæ in medio & imo ventre tum apparuere, hic verba non facimus, quia ad morbum quem hic tractandum habemus, non pertinent. Adnotabimus tantum, quod vesica urinaria cujus sphincter æquè ac ille ani in plurimis apoplecticis resolvitur, urinæque evacuationem in ipso paroxysmo facit; hic sero copioso ad grandem expansionem turgida sit reperta.

De iis in quibus vasa multum distenta apparuere cum aliis &c.

Sub finem Octobris anni 1675. Nobilis & lectissima N. uxor Viri clarissimi & celeberrimi Dom. N. annos circiter 20. nata, temperamenti laudabilis, coloris subfusci, aliquot ante matrimonium annis, sexto per mortem dissolutum mense, capitis dolori obnoxia vixit, sinistra præsertim parti infesto, & ubi fluerent menses, graviori, quo vigente cervix in id latus invitè distorquebatur; Quindecim ante obitum diebus de ingravescente conqueritur, absque dilucidis intervallis, nec tamen à domesticis officiis distrahente, ac si gravior fieret: oculus sinister introrsum corripitur videbatur: Consultus Medicus lienem maleficii accusat, quia conjugium viscerum obstructions præcesserant: Ed collineat, syrpos & apozezata ex succis herbarum composita præscribit, necnon venæ-sectionem, à quibus præsidii non nihil spes latè percipit, generosioribus, in graviditatis suspitione, prætermittis. Pridie ante fatalem diem aliquid in cerebro crepitasse exclamat, mox tamen inficiatur, metum incutere satagenti & sollicito de salute marito verita: Nox eam diem excipiens utcumque tranquilla, manè vultum insolitus pallor obsidet: accedit in prandio præter morem apostitia, unde graviditatis opinio certior Medico. Circa meridiem visitantes coætaneas hilari excipit vultu, sed paulò post dimittit in valetudinis prætextu, earum ad cubilis usque limen comes, quod dum repetere intendit, subortâ vel vertigine, quod verisimilius, vel leipthymia, humili sedili obvivo insidere volens, concidit: Jacens deprehensa in cubiculum defertur, cui imposita vires brevi reparatas iri ait, ac quietem sibi permitti postulat: Interim absente Medico de confectio hyacinthorum aliquid præbetur, à qua vomitus excitatur: Superveniens ille hystericum præsuspicatur, alvum enemate prolii jubet, & cucurbitulas internis femoribus affigi: dehinc somnus conceditur, qui diutius protractus assidentibus suspectus fieri incipit, quod vix verbum extorquerent: erectæ caput nutabat, cum insigni & plumbea corporis gravitate, unde seris animadversum apoplecticam passionem ægram invasisse; exinde ad extrema concurrunt præsidia; Syrupus emeticus Salæ exhibetur, à quo in diu & irriti ad vomendum conatus, sed nulla exclusio, mors quarta à decubitu hora subsequitur. Præceptus ille & lugubris obitus mœstissimos maritum & consanguineos ad causæ cognitionem per cadaveris resectionem impulit, quæ eodem die instituta est, hæc est profectorum, Medico adlite exarante relatio.

Nos sub signati D. Medici & M. Chirurgi, rogante clarissimo D. N. institimus dissectionem cadaveris conjugis suæ, initio ducto ab apertione capitis: Remoto cranio statim, se obtulerunt venæ duram matrem perreptantes ultra modum & morem dilatatae ac expansæ, nigrae & varicosæ, minimi digiti crassitiam

tiem penè æquantes, parte præsertim sinistra: inde cerebri superficies livida admodum apparebat: Hinc ad duæ meningis separationem progressa facta, ea deprehensa est insignis & insolitæ tum crassitie tum duritie; circa præsertim basin cerebri, in qua venæ dissentæ etiamnum & admodum lividæ apparebant. Deinde ad Thoracem devenientes, omnia in eo integra visa sunt, pulmones à connexionem cum costis liberi, ad livorem tamen utcumque vergentes: Quoad anum ventrem nulla in eo labe adfuit: examini enim subjecti: renes & lien, integritate donati reperti sunt: Uterus insigniter parvus circa ulla conceptionis rudimenta: Quibus perpenfis, censemus insignem dolorem capitis, Ægræ olim molestum, ortum duxisse à crassitie & duritie extraordinaria cerebri meningum, liberam vaporum & fuliginum, à cerebro manantium, distillationem impediende, à quibus diuturnus ille capitis dolor excitabatur, qua de causa sanguis ad hoc alliciebatur, qui ideo illuc uberiori copia confluit, vasa præter modum replebat & distendebat; cuius etiamnum portio in cerebri substantiam basinque decubuit: Cum autem sanguis nimiam venarum distentionem pareret, ejus circuitus & reditus ad cor ideo prohibitus fuit, ac postmodum concrevisse quasi & immobilis redditis, basis cerebri ab eo compressione facta syncopem apoplecticam, ac tandem mortem intulit. *Thom. Willis Tractat. de Anima Brut. parte 2. cap. 2. p. 257. 258. 259.*

Bartholomæus Feer Triboldinga - Turgovius: Adolescens novendecim annorum: factor: Circa principium Novembr. 1656. capite doluit: assumpta evomuit: hujus causâ carnificem consuluit, qui purgans propinavit & venæ-sectionem suavit: an præterea alius medicamentis & quâ dicitâ usus fuerit, rescire non potui. In dies morbo in deterius vergente 11. Novem. ad Nosodochium delatus fuit: Febricitare mediocriter videbatur, dormivit plurimum, expergefactus stupidus quasi erat & delira loquebatur: nec cibum nec potum petiit: oblatum & intrusum deglutiit: cibandus erat instar infantis. Urina naturali simillima; die 15. Novem. quo ipsum cum Exc. D. D. Christopharo Hardero conveneram, profundissimè dormivit, ut ipsum nullâ ratione excitare potuerimus: aiebant adstantes ipsum interdum dormire, noctu vigilare: attamen inscius lectum perminxerat: In respiratione nullum adhucdum vitium observatum fuit, die 17. Novem. hora 10. noctis mortuus est. Ex ore demortui plurimum cruoris effluerat. Dum cœtu sanus adhuc vivebat odontalgia obnoxius erat: cuius causa fumum Tabaci hauriebat: an crebrius id fecerit? non constitit nobis; die 18. Nov. caput aperuimus: sublata cranii ollâ, perduram meningem vasa tenuis meningis in syncipite ad sinum tertium meantia vidimus valdè cruore oppleta & triplo ampliora, quàm alias existunt, aded ut primo intuitu circa verticem omnia sanguine suffusa apparerent; verùm incisâ durâ meninge nihil extravasati invenimus; ipse quoque sinus tertius sanguine turgidissimus erat remoto corpore ac falciformi primò cerebrum ad ventriculum sinistrum incidimus, protindus serum flavum satis copiosè effluxit. Sublato prosorsu fornice conspeximus utrumque ventriculum cerebri lateralem, maximè sinistrum humore purulento, viscido, instar pultis fluidioris turbido copiosè imbutum: hic quoque ad ventriculum tertium defluerat. Ventriculus quartus placè mundus nec vel minimè conspurcatus erat. Superficies utriusque ventriculi aspera & inæqualis & insuper flaccida fuit, dum tenim blandâ manu & leviuscule pus detergebam, successit statim medullosa substantia candido suo nitore privata, corticis cerebri instar flavescens aut subfusca apparens. In dextro ventriculo observavimus superius tabulatum seu fornicem, imæ ejus parti, humore hoc purulento

Tom. I.

intermedio, aliquomodo agglutinatum fuisse. Plexus choroideus iisdem foribus inquinatus fuerat. Aperto pectore, inciso pericardio effluxit aqua limpida flava. In corde nihil morbovis visum fuit. Pulmo in dextro latere leviter pleuræ accrevit, minus rubebat; in sinistro latere firmiter pleuræ adhæsit undique admodum cruore suffusus. In abdomine ventriculus, intestina, lien, pancreas, hepar & cæteræ partes à naturali dispositione non desciverant, quantum quidem oculis usurpare licuit. Vesicula biliaria bile coloris fusci plena fuit. *Joan. Jacob. Wepfer. tract. de apoplexia.*

De iis in quorum cerebris abscessus sunt reperti.

Ursula Aberlin Wolfachensis, virgo 23. annorum: Plethorica, staturæ mediocris, carnosa, robusta; famula apud cauponem ad solis insigne; ætate 1667. semel magnam graminum farraginem ac pondere gravem capite gestatam ex agro domum deportavit: Sub hoc onere sensit manifestè aliquid intra cranium ruptum fuisse: paulo post cibaria cum suppellectili capiti imposita ad messores in loca montana Wolfachio vicina detulit; cum ab hoc onere summopere gravabatur, ut sibi sub illo occumbendum putaverit, nemoque præsto esset qui ipsam hoc onere levaret, magnâ contentione etiam per accliviam ad locum destinatum properavit, unde denuò fragorem intra cranium editum animadvertit. Ab illo tempore minus urinam detinere valuit; nihilominus officia servilia solito more præstitit: strenua aliàs nec ob patrem duriores labores fugiens, nec unquam de ullo alio symptomate conquerens. Menses semper ritè fluxerunt, die 22. Decembr. 1667. nihil mali præsentens ad templum ita cucurrit, ut inde incaluerit: in templo perfrigeratur: mox animadvertit se pedi sinistro non posse firmiter insistere, unde in genua decubuit, vix inclinato corpore, nisi à vicina sustentata fuisset, humi prostrata fuisset: Totum sinistrum latus motu & sensu privabatur: labia torquebantur ac maxilla inferior dextrorsum abripiebatur: primùm loquebatur ut intelligi potuerit, paulo post verò ægerrimè. Assantes Leipothymiam morbum ratæ, quamvis vividum faciei colorem non amiserit, ipsam frigidam largè conspexerunt. Hemiplectica domum deportata per dies 14. deliravit, conquerebatur de syncipitis dolore gravissimo, quasi summâ vi sursum capilli ibidem raperentur continuè: oculus quoque dexter intensissimè doluit ac videbatur ipsi ac si ex orbita evelleretur. In sinistro latere toto hemiplectico neque in capite neque alibi præter motus ablationem nec vel minimam molestiam experiebatur. Primis diebus creberrimè & copiosè mingere cogebatur, nunquam tamen lectum perminxit. Cephalalgia diu continuè afflixit atque hanc unice causabatur. Medicamenta nulla, præter aquas quasdam cephalicas, pauperculæ exhibita fuerant, die 12. Februar. 1668. cum Wolfachii apud Illustrissimam Dominam Annam Magdalenam Comitissam de Furstenberg essem, ad ipsam vocabar, scilicet post octavam septimanam ab insultu hemiplectico. Tunc temporis carnosa & benè colorata fuit: os non amplius distorquebatur, loquebatur sana & expedite: non multùm de capitis dolore conquerebatur: Brachium sinistrum movere suâ spontè nequivit: at uno alterove digito incurvo fortius à me compresso brachium aliquantulum attraxerat: Pedi sinistro aliquandiu insistere, antrorsum ipsum promovere non valuit. Tum brachium, tum pes sinister sæpè motu quodam convulsivo succutiebantur. Appetit, & cætera satis benè habuit: menses quoque stato tempore ceu sanæ hucusque legitime manarunt. Suavi tunc temporis decoctum rosmar. aliarum

M

que

que herb. cephalic. purgantia per vices fumenda & linimentum nervinum: imperata simul congruâ victus ratione; qua in re suppetias Illustrissima Domina Comitissa, erga pauperes benignissima, luculenter contulit: His aliquandiu, sed non sollicitè continuatis, scilicet viribus pedi sinistro redeuntibus, scipione suffulta in publicum prodiit tota ætate, templum quoque frequentavit. Subinde tamen cephalalgia recruduit, quæ à vini potu exacerbabatur: tota itaque ætate aquam, aut serum lactis caprini bibit: Frigida præ calefactis unice appetebat, unde tota ætate acetariis, fructibus crudis & lacticiis profusè vescabatur: Sæpè toto die non nisi manè jusculum comedit. Mense August. 1668. manè è lecto surrectura sensit motum animale denuò languesceri simulque querebatur de dolore in planta pedis dextri aliàs sani, ob quem nunquam diu posthæc nudo & non prius linteaminibus probè involuto pedi insistere audebat: doloris rationem ipsamet essari nequibat. Rediit quoque tum ante, tum post novum hunc insultum Cephalalgia præcipuè dextram capitis partem occupans & nunc occiput, nunc synepit, nunc tempus, nunc frontem miserè exeruciavit: quandoque præ dolore exclamavit abscessum intus sub synepite latere, imò jam exitum parare: unde quoque non raro ut ille ope chirurgicâ maturaretur, expetiit. Tunc quoque de vertigine querebatur, ob quam pronam se casuram verebatur: hujusque sedem dextram potius partem dicebat, cum cerebrum præcipuè turbari ibidem distinctè sentiret. Incedebat nihilominus subinde: at brachium sinistram paralyticum tam ponderosum aiebat sæpiùs fieri, ut casum timeret, pondere corpus antorsum trahente. Hyeme adventante tum ob frigidorum abusum, tum ob vitam sedentariam, tum denique ob medicamentorum neglectum sensim pedes œdematosi facti fuerunt ac intumuit abdomen. Mense Januar. 1669. primum mensis subsisterunt. Subinde catarrhi ad pectus ruebant, & tussim excitabant, qua aliquoties sanguinem concretum fabæ magnitudine excrevit, aliàs cessante catarrho liberè respiravit: incommodèque decubuit, humiliter certè quam cæteri hydropici. Hydrops in dies incrementa sumpsit abdomine prætumido & œdemate etiam lumbos occupante. Doluit summo perè pes dexter. Die 23. Mart. 1669. Ipsam moribundam conveni; præter pedes, abdomen, lumbos, brachium quoque sinistram admodum intumuerat: Facies erat Hippocratica, extrema frigida; lingua arida; pulsus summè debilis; in pedibus maculæ rubræ apparebant: in dextra tibia gangræna in procinctu aderat: delirabat per aliquot dies, ante obitum ad mentem rediit: semper & ad ultimum usque halitum accuratè vidit & acutè audivit. Die 24. Martii 1669. mortua erat. 25. Mart. Cadaveris apertione præce & pretio obtinui. Ante apertionem in cad. vere observavi maculas in tibis latiores & lividas evasisse; alicubi vesicas amplas sero turbidas emeruisse, quibusdam in locis ex poris sero exsudasse, abdomen subsidisse, ex ore humorem viscidum subflavum copiosè emanasse. Cuti capillata decussatim incisa tum ex vasis capillaribus faucibus tum ex cranio denudato exstillavit sanguis ichorosus, fluidus, omnibus fibris destitutus nec in grumos concrevens. Ollâ ablata, integrâ durâ meninge aliquid serosi excidit. Divisâ durâ meninge copiosius serum occurrit. Corpore falciformi à crista galli reflecto ac retrorsum flexo superficies cerebri ubique ceu gelatina flava transparente tegebatur, illaque aliàs anfractuosa; plena & levis conspiciebatur: lauciata tenui meninge exstillavit copiosè serum flavum, tenue, admodum fluxile. Cerebri portione ad ventriculorum dextrum usque ablata, protinus ex illo exilit aqua turbida: dilatato amplius hoc ventriculo occurrit abscessus ovi gallinæ magnitudine peculiari

tunica, crassitie pennæ columbinæ vestitus, cujus oppositum latus versùs tempus dextrum exporrigebatur; inciso folliculo aqua turbida subfusca effluxit, qua evacuata cerebri superficies in fundo & ad latera inæqualis & quasi exesa & exulcerata apparuit; nam deterfo in fundo mucosubstante, manifestè cerebri portiunculæ prominulæ & lacerae videbantur. In folliculo hoc nullibi foramen nec premento ante incisionem, nec postea reperire potui. In sinistro ventriculo ut & tertio quoque aquam sed paucioram & limpida inveni, unde conjeci dextrum duos folliculos recondidisse, quorum primus incautè incisus fuerat. Plexus choroideus utrinque glandulis plurimis, minutissimis albescentibus & pellucidis refertus erat. In toto reliquo cerebro nullum vitium animadverti: in basi quidem sinistra pars mollior primùm videbatur; verùm posteaquam ipsam cum dextra contuli, discrimen admodum exiguum deprehendi. Cerebellum mollius & flaccidius cerebro fuit. Cerebro & cerebello è calvaria exemptis, recisâ medullâ spinali ex orificio calvaria amplo plurimùm seri subruentè effluxit: simulque observavi ostii illius spatium multo amplius fuisse quàm ut à medulla impleretur: vidi medullam, hinc inde manantibus quibusdam fibris alligatam quidem, sed nihilominus humoribus descensum concedere. Ex medullæ incisæ superficie guttulæ sanguinæ exsudabant: quæ aliàs firma & nitida erat: sinistra tamen pars dextrâ minor videbatur. Quicquid sanguinis intra cranium stagnaverat fluidum mansit nec in grumos concrevit. Imò ventre aperto aqua citrina effluxit, sed præter expectationem, quantitate minor. Ventriculus & intestina tum tenuia tum crassa statibus turgidissima erant: Crassa ab excrementis vacua. Hepatis superficies livida inæqualis ceu corpus ex plurimis glandulis conglomeratum apparuit molle, vastum. Lien non erat naturalis major, mollis, lividus. Glandulas mesenterii & pancreatis admodum duras comperi. Videbatur pancreas esse corpus ex multis glandulis conglomeratum: ejus ductus vacuus erat. Uterus ejusque testiculi minores, quàm aliàs in hac ætate inveneram. Nullibi sanguis concrevit. Pectus quia aliò avocabar, nec multum de pectoris morbis conquerebatur non aperui. *Job. Jacob. Wepfer. tractat. de apoplexia.*

Maria N. post contusionem synepitis à me curatam, per integrum annum de sola vertigine gravissimas querelas habuit, remediisque frustra usurpatis apoplexiâ fortissimâ subitò obiit.

Apertâ calvariâ, inspectoque cerebro, in sinistro latere tumorem, quoad folliculum & materiam contentam, superiorum duorum postremo non absimilem, qui magnitudinem ovi gallinæ mediocris adæquans tertium cerebri ventriculorum ex parte compressit.

Querentibus quænam hujus tumoris tunicati causa extiterit? Respondi, nec forsitan adè malè, quod cerebrum ea parte vehementer percussum, debilitatem quandam contraxerit, ob quam affluens alimentum non in cerebri, sed in descripti tumoris substantiam fuit conversam. *J. Scultetus Chirurg. Armamentar. obs. 10. & 11.*

De apoplectico in cujus cerebro nihil profusus inventum est cui apoplexia tribui poterit.

Senex Theologus, vir probus, & pius, corpore obeso, necnon collo breviori, & torolo præditus, diu in valetudinarius, & vitam sedentariam agens, cacochymiam valde scorbuticam contraxerat; respiratione difficili, & anhelosa & capitis gravitate, & torpore insolito affectus, vix quicquam præterea laboris, aut exercitii præstare poterat, quàm quod quotidie è cubiculo

culo ad sacellum & refectorium iret, & rediret: Quodam mane Capellam paulò antepreces ingressus, dum genibus provolvitur, derepentè percussus & mox ἀφροσύνη, & insensibilis factus, in humum concidit, illic verò sublatus, & vestibus exutus, lecto concalescente imponitur. Ipse alique Medici mox accersiti, ac ocysimè adventantes reperimus eum, non modò absque sensu, pulsu, & respiratione, sed toto corpore frigentem, & planè rigidum, nec ullis remediis, aut administrationum modis, aliquandiu licet diligentissimè adhibitis, ad vitam aut incalcescentiam revocari potuit: unde suspicari sumus à primo ictu, cordis pulsum pediculis inhibitu fuisse flammæque ejus extinctâ, sanguinis statim omnem motum suppressum fuisse.

Postidie cadaver exanime satis, & obriguissimè visum aperuimus, nihil dubitantes, quin affectus ita subito lethalis vestigia satis clara, intra ἡμέρας reliqua in conspectum prodierint. Verùm illic, aut in alia quavis parte, morbi, licet atrocissimi, ne vel umbra quædam supererat: vasa meningas irrigantia, sanguine mediocriter repleta fuerunt, absque ulla tamen phlogosi, aut extravasatione: cerebrium, cerebellum, & medulla oblongata cum processibus eorum omnibus & prominentibus, ubique firma & benè colorata, tum extrâ, tum intus, per totum apparebant: nec serum nec sanguis effusus, ullibi intra eorum poros, & meatus, nec etiam intra ventriculos majores coaccivabatur; quin imò plexus choroides tum intra cerebri cavitatem tum penè cerebellum confiti, omni culpâ immunes videbantur; adeo ut materies morbifica, æquè tenuis, ac subtilis, ac sunt spiritus animales, quos offecerat, prorsus inconspicua maneret, ejusque illi præsentiam, tantummodo ab effectu arguere liceret.

Attamen ne alibi extra caput lateret illa, post singula τῆ ἡμέρας contenta accuratius inspecta, ad Thoracem devenimus; ubi pulmones discolores & ichthore spumoso per totum infarcti respiracionis difficilis & anhelosæ causam satis manifesto prodebant: Cor verò satis sanum ac firmum, obstructione quavis, aut polyposi concretionibus immune prorsus existerat. Porro nec in vicinia ejus, nec in aliis circumcirca visceribus, abscessus quispiam aut apostema, à cujus contractu, aut scetore, cor opprimi, aut spiritus vitalis (si modo hoc possibile est) derepentè suffocari potuit, reperiebatur.

Quamobrem in hoc casu nihil aliud suspicari licuit, quàm spiritus animales intra cerebri medullam confitos, à particulis quibusdam malignis, five narcoticis, five aliis infertis, subito profligatos & quasi extinctos fuisse; proinde ut cordis, quasi primi in machina elateris, motu illico deficiente, statim cæteræ omnes functiones, earum impulsibus ademptis, prorsus cessarunt. Thom. Willis.

APPETENTIA CANINA.

Vid. BULIMUS.

ARIDURA:

Vid. ATROPHIA:

ARTERIOTOMIA:

Vid. in Biblioth. Chirurgicâ.

ARTHRITIS.

Tom. I.

DE ARTHRITIDE.

Dissertationem hanc Pathologicam, elegantissimam conscripsit Clariss. Antonius Menjotius.

Quemadmodum morbi haud modò certâ terrarum parte, membrisque hominum certis, sed etiam fortunis & sexui, tanquam malò eligente gnuntur; ac Mentagram in Italiâ sensere quondam Proceres, non servitia, non plebs humilis ac nequidem media, non scemina: Itâ quoque articularius affectus μισογυνὴ καὶ μισοπατρὸς mulieres egenasque ut plurimum fugiens, creberrimum est virorum ἰσχυροῦτων ac Magnatum martyrium. Exemplò sit præ cæteris ille Imperator Orbis Galba, qui manibus pedibusque fuit articulari morbo distortissimis, ut neque calcæum perpeti, neque libellos evolvere, nec tenere omninò valeret.

Arthritis, ut nomen ipsam admonet, in genere nuncupari potest de quolibet articularum affectu præsertim si dolorificus fuerit, ut de ipsorum luxatione, sed usitatus & ἀσθενεστικὸς accipitur pro morbo quem vulgus, ab humore veluti guttatim in articulos cadente, guttam appellat.

Sicuti plurimi inter morbos definiuntur per symptomata parentiora atque urgentiora, ut phrenitis per delirium, pleuritis per dolorem lateris; ita Arthritis describitur, Periodicus articularum dolor ab affluxu humoris membranam quâ vestiuntur suo quantotendens, sed potissimum suo quali, nempe suâ feritate, acriter ferientis. Hicce dolor interdum adeo immanis est, ut nonnullos ac nominatim Polemonem Sophistam ad oppetendam mortem impulerit: nam juxta Senecam, maximi dolores consistant in macerimis corporis partibus, potissimum ubi in articulis vitia conceperunt. Nil mirum igitur si articularum dolor ab hostili materiâ angustis cancellis coercitâ ideòque unitâ ac fortissimâ crudelissimè sæviat, ita ut non sinat ægram ἐφθαλαμοῖς εὐαχρῆν, idemque dolor mitescat ubi materia ἐκτοσίου expanditur, atque, ut ita dicam, dispalatur; sic in odontalgia, tantulò humore tantulam partem prolucante, premit doloris acerbitas; sic nervi punctiuncula propter conclusam in strictò saniem ampliore ejus vulnere deterior est, adeo ut punctum nervum quandòque cogamur totum præcidere, ut saniosò liquore liberius effluente vitetur gravissimorum symptomatum series ac sequela.

Certum est partem imbecillam malignè alitam à sub ipsius lædi excrementò, etenim ad ἐπιούρησιν alimenti non debet modò virtus ἐπιεικῆς id est superveniens ac influens ἀρτιῶν τῆς τροφῆς, sed necesse est facultatem τῆς ἀρτιότητος præexistentem singulisque membris insitam ἐπιπρῆσιν ac alterâ victoriâ cibis fieri superiorem. Quapropter contendunt nonnulli lentam fieri ἰσθίαν sive accumulationem materiæ arthriticæ in ipsismet articulis propriâ culpâ alimoniam improbè assimilantibus, etsi non jugiter, sed quibusdam temporum interstitiis, seu spontè seu causæ extraneæ impulsu, humoris paulatim coaccervati torpens ferocia exalteretur. Verontamen si arthritis per modum congestionis aliquandò exurgat, id perrarò evenit, aut nonnisi in articulis antiquò ac frequenti dolore prædebilitatis locum habet; sed longè sæpius mediante fluxione arthritis suscitatur, dum nempe validiora corporis membra quæ suis freta viribus non succumbunt

M 2 læsioni;

erudus appellatur, ut plurimum circa arthritidas prædominari censet, huncque crassum esse ad similitudinem puris crassioris. Fernelius *καθ' ἑσθλοποιος* asserit materiam arthritidis non aliam esse quam frigidam, putavitosam aut aquosam nec nisi accidentariò turborem caloremque, quem τὸ πῦρ appellabat Hippocrates, dolitantibus articulis superaddi, factò scilicet ad partem gravi dolore afflictam sanguinis illapsu, adeo ut arthritis ex eventu calida interdum appareat, etsi per se frigida sit, quod videtur saltem de Ischiade asseruisse Hippocrates *Ἐὰν δὲ ἰσχυρὸν ψυχρὰ*, inquit lib. 6. Epid.

Sed (quod sit cum honore multò dictum Fernelio) ejus opinio minùs vera est. Præfati siquidem humores, quoniam blandiores, acerrimis dolorum moribus inferendis planè impares sunt: etenim si cœdemata absque dolore protuberant, si in leucophlegmatia pedes *θαλλοσεν*, hoc est *tument*, citrà podagram, quantò minùs pituita nullò ut plurimum tumore articulum attollens, insigni sæviet dolore? Deindè articulis imbibita aqua simplex atque dulcis, esset *παρηγορικὴ* non *παροξυντικὴ*, morbi tedium levaret nequaquam asperaret. Dicit aliquis humores istos pituitosos frigiditate excellere: sed sit, articuli exindè stupefcent potius quam dolebunt; quin etiam rarissima est ac fortassis fictitia glacialis ejusmodi pituitæ *ψύσις*, nec propter summam visciditatem articulos densà tunicâ vallatos subire posset. Ut taceamus dolores arthriticos sæpenuerò & derepentè *καταρῆζεν* & subitò *μολυβισθα*, ac ex unò articulò ad alterum quasi momentò salire, quibus subitanis motibus non respondet segnitie phlegmaticorum crassorumque humorum qui *tardiores quam corbita sunt in tranquillò mari*, ut loquitur focci Comici Princeps Plautus in Pœnulo.

Quapropter alii bilem adjungere quæ pituitam inersissimam ac desidiosissimam anime, impellat & stimulos ei adjiciat, ita ut bilis sit *θρονα*, pituita verò *ἀρομύνη*; trahuntque in suas partes Hippocratem scribentem Ischiada oboriri ubi bilis & pituita deubuerint in venam *αἰμυρῖον* sive sanguifluam, hoc est cruralem, ejusque sanguis à pituitâ & bile compactus per crus vagatur; Arthritidem fieri bile ac pituitâ commotis, & in articulum incumbenibus, ideoque juniores quam seniores sæpius impetere; podagram verò nasci sanguine in venulis à pituitâ & bile corruptò: atque iterum docuit *ischidas gigni à bile & pituitâ nec non etiam à sanguine*.

Sunt qui ob dolorem non *ἀπλανῆ* sed ejusdem quandòque vagabundi & qui ex articulo in articulum *ἐγχομπεταί* inconstantiam, arthritidem à flatu *πρωάκτω* atque adventitiò articulis inclusò progigni asseverent; hic namquè, ut ait Auctor libri de flatibus, *τίπους ἀπαλοὺς καὶ ἀνδίας καὶ ἀδινθός*, locos teneros (hoc est sensibiles) *inconsuetos ac prius intactos contingens, instar spiculi infixi penetrat*. Sed consueta doloris arthritici diuturnitas flatuum suspicionem expurgat, ac quæ interdum observatur ejusdem mobilitas, humoris tenuitati non flatibus accepta fertur.

Vera igitur & immediata arthritidis causa est serum vel sanguineum instar muræ duræ ac maturæ salugineum vel biliosum pro more piperis acerrimum, vel melancholicum aculeatam aceti asperitatem æmulans; & quo serum istud fuerit magis dentatum atque mordax, eò acutiores concitat dolores; hinc arthritici salaces sunt in ipsâ quoque doloris, etsi veneream pruriginem aliàs reprimentis, acerbitate, necnon iracundi & atrabilarii; hinc eduliorum salforum, piperatorum & acetosorum *αὐροσάσις*, sicuti gulæ ita quoquè dolorum arthriticorum incitatrix est; ac ex ad-

Tom. I.

versò cibi *ἀνδύωσι*, hoc est nullis aromatis conditi ideoque insuaves, adversus arthritidem jactantur ceu *τὶ οὐσίον*, præsertimque *σαλακτοσικα βοικου ἢ βοικου* kaullus lactis vaccini aut asinini, humorum feritatem mitigando arthriticis mirè opitulatur. Eadem de causâ mulieres etiam post exactum annum quinquagesimum à menstrualis sanguinis tributiò ipsas eximentem (quantumvis eò ætatis tempore in maribus vigère consueverit arthritis) item Eunuchi & pueri tamen articulis sint mollioribus, illi, inquam, omnes ob temperiei frigiditatem, humorumque veluti fatuam insipiditatem hunc morbum plerumquè ignorant, vel si mulieres eò tententur ipsas agiliores esse notavit Aretæus.

Serum porò copiâ insuper exuperans tumore sese prodit, alioquin cæcis vulnusculis articulum *ἔχον* ac fodicat, nec ipsum in molem effert, nam sæpe sæpius quantitate exiguissimum est, virtute potentissimum.

Ταυτ' ἑωσὶδ' ἐν καὶ τὸ μὴ σὺν ἔθ' ἰσοσάσις, his igitur consideratis & diligenti animadversione expensis, concludo, contra mentem Fernelii, arthritidem omnem esse calidam, quantumvis retractò intus calore articuli interdum frigescant, similiter ac per rigores habitus corporis, quamvis ab acerrimâ bile punctus, inalgescit: quin potius infero nullam arthritidem ex se calidam frigidamve existere, sed salisam, acrem aut acidam, ad quas aliàsque sexcentas ejusmodi qualitates, morborum originem retulit aliquandò Hippocrates, caliditatem & frigiditatem minimè omnium facultatum in corpore *δυνασθέντων* exillimans.

Paracelsitæ excrementum tartareum pro conjunctâ arthritidis causâ venditant. Ejusmodi tartarum, si illis fides, pertinet ad familiam mineralium potius quam vegetabilium, ac omnis terra plus minusve ejus particeps est atque à plantis in ipsâ nascentibus prolestat. Ita que dum plantis istis vescimur, ac interim propter parium nutritiarum imbecillitatem, vel etiam pleniorum tartari in cibis ubertatem, illud nec in primâ nec in secundâ coctione satis segregatur, proindeque nec alvò nec vesicâ exitum habet, ad articulos unâ cum sanguine ipsos nutriturò, si non *σωματικῶς* atque *πυρρῶς* saltem *πυρρῶς* atque *λεωθιμῶς* convehitur, in quos etiam peculiari quâdam *ἑστῆ* ipsam vergere, instar gammosorum humorum plicæ Polonicæ in capillos, nonnulli arbitrati sunt.

Præ cæteris autem plantis frumentum & horæ deum plurimò tartarò putantur imprægnari, unde panis è granis istis confectus, necnon Cerealis portio à Zythepsetâ ex istem frugibus in vini simulacrum formata, favent arthritidi. At multò magis vinum, *terra sanguis*, ut aiebat Androcydes apud Plinium, in solo calcariò atque saxeo progenitum, ubi nimò tartarò scetum test, unde nonnullis regionibus ut Moraviæ & Austriæ atque etiam, ut narrat Cælius Aurelianus, Carix & Alexandria, alimentorum vel potus vitio arthritidis eudemia est, nec non quoque Athenis; nam referente Lucretiò *Atide tentantur gressus*. Imò ipsamet aqua occultos terræ tubulos perlambens hujus tartarò imbuitur, nec idcirco abstemii à morbo articulari semper immunes vivunt. Hanc sententiam fulcire videntur topi in articulis coagmentati, ad modum tartari quò asseres doli interitus loriantur; istudque vini tartarum ab ejus facibus totò cælo distare ajunt, hæc namque coaguli nesciæ fidunt ad imum vasis, illud cupæ parietes ostracèo incrustat cortice. Sale ejusmodi tartarèo vinum scatère quidam exinde conjiciunt, quod è calcinatis vitium sarmentis sal acutissimus eliciatur. Non desunt qui affirmare sudeant in jecore ac liene, si malè morata fuerint ac imtemperata, è cibis

M 3

è cibis

ē cibariis utut salobribus tartareum excrementum posse procreari.

Placet Quercetano ossa quoniam terrestri, falsō ac tartareo sanguine naturaliter enutrita, tartareas reliquias coacervare, quae in extremos eorum fines, articulos nempe, tanquam damnae emittuntur, atque inibi tranquille ac otiose degunt, donec per intervalla ac spiramenta temporum appolla aliorum humorum irritatae, *χολήρας* moveant, non aliter atque calx, velut ira propter aquae sibi adversae affusionem concepta, illico ardescit, ebullit & quasi *ἔλαττα*.

Verum inter plurimas difficultates quibus implicatur neoterica opinio de tartaro arthritidis genitore, tria dubia sese offerunt maximè notabilia. Primo quod creta lapidosorum arthritidum, in aqua calida more tartari nullatenus dissolvatur. Secundo quod ipsummet vini tartarum, aquae etiam fervidae contactu instar calcis, ut vult Quercetanus, non effervescat. Tertio quod tartarum haud alia qualitate quam acidā articulos oblaedat; falsa autem & acris non minus quam acida articulis adversaria sint, sicque tartarum ceu una saltem arthritidis causa non debeat aestimari.

Neque hic praeteriri debet Van-Elmontius, plenis impudentiae velis Medicus audire nitens, sed revera *ἴναρ ἢ ἰνδαρ* Medici, Van-Elmontius, inquam, Paracelsicarum ineptiarum alias institutus haeres, qui in morbos Paracelsi tartareos *μυτὰ πολλὴν ἰλύματ* investus, hos clamitavit à Dæmone in aegrotantium perniciem commentos, quod scilicet capitis ille hominum hostis ac, ut loquitur B. Hieronymus, *malleus universae terrae*, imminentem *Scholarum Hamoristarum* ab Heroe Van-Elmontio humanorum errorum vindice demolitionem praecaugurans, in locum *quaternionis humorum*, alterum nec minus pestiferum de tartaro figmentum, velut atrum fumum è puteo abyssi eduxerit. Haec sunt in fani ac barbari nebulonis, & qui aequè ut Antiochus ille Syriae Rex *Ἐπιμανής* dici meretur potius quam *Ἐπιφάνης*, verba *ἀπολόγητα* in dissertatione inscripta, *Tartarus non in potu*, quam verè dixeris *ἄσπιρ ἄγορά* ἢ *πύραξα τριγύτων*, velut *forum quoddam aut tabulam monstrorum*, Reor sanè, inquit, *è tartaro sive inferno inventum esse, dum Satan jam propediem conijceret humorum exilium futurum è Scholis Medicis*. O festivum oblectamentum, mulus, contra normam adagii, mulum mordet non scabit, ac interim utrumque hunc nugatorem, *ἔ ἀνά τιν ἀγα ἰδρ* celerrimò lintre, fugere oportet *ἄσπιρ ἔ ἡ ἡ ἡ ἡ*.

Ex allatis conspicuum est illos hallucinari qui arthritidem à siccitate oriri autumant, nixi testimonio Hippocratis, *ἡ σiccitas, tabes, ophthalmia, ARTHRITIDES, stranguria & dysenteria nascuntur*: Nam docemur quidem ab Hippocrate, articulos in quibus motorum ossium *συνθεσῶν ἰσχυροτέρων commissurae involvuntur, ἰσχυροτέρων ἰσχυροτέρων* subsumptos esse, ac circa se habere *ἔ δαλάμας* sive *forulos* quos ichor prodit qui his apertis plurimus egreditur. Verum tamen exhausto à longis per plagas sitientes & aethias in neribus, aliisve de causis impensè desiccantibus, *τῆς ἐν αὐτῷ* hoc est, lubrico isto humore, quò articuli, ut januae cardo vel plausiri rota oleo aut axungia, naturaliter illinuntur, motus quidem propter partis male sequacis inobedientiam arduus evadit necnon & crepax sed absque dolore, quoniam ossa quae parte invicem compinguntur vice periostii insensibili cartilagine ceu crusta inducuntur. Quòd si ipsa quaequè articularum involucra supra modum inarescant, tunc artus non sine violentia & dolore exercentur, ac dolor iste planè discre-

pat ab arthritico, cum fileat quiescente membrò, tactu non ingravescat, nec propriè loquendo sit periodicus, aut saltem spuriae arthritidos nomine appellandus est, de quò sic Hippocrates, *Coxendicum morbus sit, si aliquis diutius in sole versetur, & coxendices fuerint caesae, & humor qui est in articulis à calore fuerit resiccatus, simul ac autem exarescillus fuerit, ἰσχυροτέρων concrevit*. Ubi vox *ἰσχυροτέρων* non refertur ad humorem qui siccatu intra articuli spatium condensetur, sed ad ipsam dearticulationem oleosi humoris defectu immobilem ac rigentem, quò sensu alibi apud Hippocratem *ἐφ' ἑαυτῶν πῆξαι* dicitur de oculis fixis & immotis. Non pauci tamen citatum aphorismum malunt exponere de verà arthritide, ab ichore bilioso per constitutiones caeli aridissimas regnante.

Post declaratam partem quae mittit & materiam quae emittitur, pars humorem appellentem admittens superest examinanda.

Articulus sedes est arthritidis, rarò quidem synarthrosis seu *coarticulatio*, quae propter strictiorem compagem aut nullum aut obicuum habet motum, idèoque vix sufficit capiendò trahendoque humori arthritico, ut carpus, metacarpus, tarsus & metatarsus seu pedium; frequentissimè verò *diarthrosis* sive *dearticulatio* quae minus compacta existit ac manifestò agitur motu, quò humores corporis excrementuos sollicitos quòdam cursum flectere debeant, ad se prolucit. Jam verò cum articuli consentent & ossibus quae vincuntur & ligamentis quae vincuntur haud ossa quoniam sensu orbata ac proinde *ἀσθησι* dolentia, sed ligamenta haberi debent pro subiecto doloris arthritici, nec tamen omnia sed ea duntaxat quae membranosa sunt atque sensibilia. Nam praeter internum, cartilagineum, lorarium teresque ligamentum omni destitutum sensu, quoniam ab osse enatum & in os implantatum, quò E. G. caput ilchii cum acetabulo copulatur; aliud datur membraneum ac *ἰσχυροτέρων* utpotè à periostio productum, quò *νοσῶν συνθεσῶν νεῦρον colligantem* dicunt, de quò intelligendus Hippocrates scribens, *τὰ νοσῶν ἰσχυροτέρων ἀρθρῶν ἔστι φύσις τὰν ἀρθρῶν, Νεῦρα ἐξιλύθουσι circa naturas articularum*. Hocce vinculum *ἰσχυροτέρων* ossium extrinsecus amicit, illudque satis firmum ut ossium extrema aptè comprehendat ne sint *ἰσχυροτέρων*, sed simul satis laxum ut spatium ad liberam motionem ipsis relinquat nec interim à motu ossium vim ullam patiat; estque ligamentum illud articulariae passionis verum ac proprium domicilium.

Quaeritur porro utrum materia arthritica affigatur huicce externo, sensibili atque membranoso articuli vinculo, an verò subeat articulationis *κοιλίαν* sive *cavitatem* statimque membranam ambientem lancinet, vel, ut plerique cum Galenò opinantur, ossium simul commissorum extremitates disparando, ipsam divellat. Respondemus tantillum materiae, sed ad arthriticum dolorem parùm conferentis in ossium intercapedinem sub rosis specie fortassis transudare, loci quippe angustia non capiente copiosum humorem, sed externum articuli ligamentum à materia arthritidis potissimùm repleri atque pungi, pariter ac oculi conjunctiva & thoracis pleura ab humore ophthalmico atque pleurítico tenduntur & vellicantur, cum hoc tantum discrimine quòd ichor arthriticus, quoniam sanguinis expers, nullam inflammationem saltè veram ac syftrophicam advehat, nec etiam in pus vertatur, non tam ratione partis sive articuli ex se frigidum, quàm ratione propriae naturae quae ad supurationem prorsum inepta est.

Hujus

arthritis pro genere accipiemus, hancque cum vulgò dividemus in Chiragram (licet id nomen Hippocrati inusitatum sit) podagram & ischiada.

Chiragra, quasi χηρὰ ἄγρα, manuum pedica, externam manum corripit videlicet vel phalanges digitorum, vel eam carpi regionem quæ ejus ossicula cum cubito atque radio articulata sunt. Placet nonnullis digitum annularem præsertim manus sinistrae ultimò ac rarissimè arthritide perentari, propter additum ejus consensum cum corde, cui juxta Chiromantarum leges respondet; verùm hæc & dicuntur & creduntur stultissimè & plena sunt fatalitatis summæque levitatis, quandoquidem Chiromantia est ἀπίστητος, & quantumvis esset ἀπειρητὸν nil tamen ad artem Medicam attineret.

Podagra (sanctum nomen ac venerabile, aiebat incertus Autor agens de hocce affectu) quasi ποδῶν ἄγρα pedum tendicula; vel secundum Aurelium velut feralis pedum dolor, siquidem omne quod immite fuerit, agreste vocamus, infestat pedis articulationes ἰσχυρῶς ac evidente motu exercitatas, sæpius verò ejus pollicem quoniam mobiliorem.

De Ischiade sic cecinit Q. Serenus

Sapius oculus: vicula coxendice morbus

Perfuru, & gressus dirò languore moratur.

Hic assignavit stationem Fernelius, non in ἐπιπλοῦν sive commissurâ femoris atque coxæ, sed in summâ nate, unde nervi è lumbis ac osse sacro ducuntur ad crura. Verùm talis dolor non est propriè arthriticus at simpliciter rheumaticus, ac probabilis est ἐπιπλοῦν femoris cum ischiò subjectum exillere passionis ischiadicæ, indeque dolorem communionem nervorum ad cæteras particulas cum supra tum infra extendi, etiam usque ad extremum pedem quòd nervus eò pertingat, ita ut in partibus sympathicè ægrotantibus, quoniam actiore sensu vigentibus, dolor aliquandò intensior sit quàm in coxâ essentialiter affectâ: fuitque in hæc sententiâ Hippocrates, ἐδωκὼν, inquit, λαμβάνει ἐκ τῆς ἀποφύου τοῦ ἰσχίου, καὶ ἐκ ἀπρὸν τὸ πογέρον, καὶ ἐκ τὸν ἠρόδον; τὸ τίλθ καὶ διὰ παντὸς ἐν οὐλίθ κλανάται. Dolor prebendit ligamentum ischii, & os sacrum & natem; tandemque per totum crus vagatur. Imò nonnunquam per ἐπιπλοῦν materiæ, dolitant etiam inguina, assidetque stranguria.

Chirurgus Paræus, ut videretur Græcè scire, novas dictiones pro ratione locorum laborantium coufinxit, putâ siagonagram, tracheligram, cleisagram, rhachisagram, homagram, pechyagram, si in maxillæ articulo, in cervice, in clavicula, in spinâ dorsi, in humerò, in cubito dolor confederit.

Hic præteriri non debet depravatus Aretæi textus, ubi sigillatim notatis articulis dolore angifolitis, addit ἄρα, ἄρα; mendum enim evidentissimum est, idè que nonnulli legere βουβάνων; sed quoniam quæstio illic est de articulis, non de glandulis, rectius doctissimus Mercurialis reposuit ἄρα, ἄρα, ἄρα, (id est πύρρονος ac turbinatus secundi spondyli processus) & humerus, quòd hi articuli liberi non sint ab arthritide.

Præter privatas dolorum articulariorum differentias, aliæ traduntur generaliores, verbi causâ arthritides breves sunt aut chronicæ; novitiæ aut veteranæ; crudeles aut clementes; longis aut parvis intervallis recurrentes; unum pluresve simul articulos perentes: imò interdum omnes ἀποφύου quasi παντὸς captantur, ardētque arthriticis doloribus

ἀποφύου καὶ παντὸς ἀρῆμα

Χεῖρες ἀπὸ ἀπρὸν ἐκ ἀγρῶν ποδῶν ἄρατος.

Afflictum & miserum corpus

Manibus ab extremis ad extremas pedum plan-

Sic Herodes de se ἑαυτὸ, cum esse oportet manus

non habeo; oportet progredi non sunt mihi pedes; oportet dolere, tum & pedes mihi sunt & manus.

Causæ externæ arthritidis vel illius materiam coaccervant, vel acervatam commovent, vel articulos debilitando ipsos ad illam suscipiendam disponunt. Earum præcipuæ recensendæ sunt, pro ordine rerum non-naturalium.

Primò frigidus roscidusque aër, nam frigiditas articulis jam per se argentibus inimica est, mador verò eisdem molli ac effæminat, raròque inquit Hippocrates, hominis natura superat universi potestatem: hinc Scythæ, ob cælum sordidis nubibus grave, arthritidi obnoxii sunt, idemque de Byzantinis ob maleficam aëris inæqualitatem testatur Nicephorus Callistus; sic ipsimet arthritici è perceptione dolorum articularium, seu primum inchoantium ac veluti, si dicere liceat, balbutientium, seu increscentium, imminentes ambientis aëris tempestates pluviosas nivolasve præsentunt. Refert ex Hegesandrò Athenæus Pythermum memoriæ prodidisse ævò suo moros totò viginti annorum curriculo nullum edidisse fructum, ac epidemicam podagram non modò in viros, sed quoque in pueros, virgines, eunuchos ac mulieres esse grassatam, atque etiam sparsam in ipsas pecudes, adeo ut dimidiam ovium partem malè habuerit. Cujus eventus causa fortassis reddi posset quòd, judice Galenò, δυσκολίαι sicut podagrici, mora verò sint ἐπιπλοῦν ἀποφύου. Verumtamen eum bruta, quibus moti fructus edules non sunt, popularem podagram non esugerint, verisimilius est à ferotina gravissimæque aëris circumfusi injuriâ, mori inter arborea sapientissimæ; quoniam novissimè nec nisi exactò hyemali frigore germinantis (sicut ex adversò amygdala præpropere germinatu florens audit imprudentissima) teneros flores exustos esse, eandemque præposteram aëris inclementiam, hominum promiscuè ac brutorum articulis fuisse infensissimam, ut legere est apud laudatum Hieronymum Mercurialem in variis ejus lectionibus. Illud autem cæli vitium insigne extitisse necesse est, aliis enim aëris labe, nunc soli homines, nunc sola bruta assueverunt ægrotare, quoniam differt corpus à corpore, natura à naturâ, & nutrimentum à nutrimento.

Secundò cruditates propter ἀποφύου τῶν ἐδωκὼν ἐπιπλοῦν ἐπιπλοῦν alimentum exitinsecus assidue superingestum, non expectatò debito tempore, quò venter cibis pridè assumptis ἀποφύου τῶν περὶ εὐεστῶν, καὶ ἐπιπλοῦν, καὶ λαπαρῶν καὶ ἰσχυρῶν, ἀλλὰ ἐν ζέουσαν τὴν καὶ ἐπιπλοῦν κοιλίῳ κατὰ ἐπιπλοῦν, εὐεστῶν exuperaverit ac vacuatus sit atque quieverit, sed in ferventem adhuc & fermentium ventrem nova edulia ingeruntur. Huc referri debent belluaciones, cænx adjuvantes ac pollucibiles, nam quò operosior cibus eò paratior errori: omnia saporum acumina superbo palato lenocinantia, quibus liguritorum os festum ita excitatur, ut in mediâ satietate perduret esurtes; qualia sunt condimenta Apitiana & Catiniana, tam molestè à ventre ascendentia, quàm jucundè in ipsum descenderant; siquidem τὴν ἀναρῶν circa victum arthritidis instat quamproximè

Α δὲ ἄρα ἰσχυρὸν πᾶν ὡς ἄρα ἄρατος.

Lactens equam propter eum pullus cursitat.

Narrantur arthritici, ait B. Hieronymus, proscriptio- ne honorum ad simplicem mensam & pauperes cibos redacti convalescisse; cavuerunt enim sollicitudine dispensanda domus & epularum largitate quâ, pingues terra, hoc est divites, & corpus frangunt & animum. Siquidem Deæ Penix lubidum atque lascivum coguntur deducere corporis necessitates, tantum abest

abest ut abripiantur extra illarum metas, sintque
αεσιβία καὶ ἰσχυρὰ ac suo vivant arbitrio, hinc

In penates variis tennes subit

Hæc delicatas eligens pestis domos.

Quidam cibi speciatim intamantur tanquam mos-
litores arthritidis ac idcirco ἀδύμοι, ut anguillæ
& cyprini limosâ alti terrâ; galli, capones præ-
cipuè vetulli, avesque fluviatiles ut anseres quod
voratis arenis multum tartareæ materiæ accumu-
lent, ac idcirco podagrâ etiam tensusantur; poma
succo prædita acutè ac penetrabili, maculisque
δυσπλάσις pannos quos tetigerit inficiente, un-
dè pomacei potus arthriticis sunt noxiosissimi, si-
cut ex adverso brassica arthriticis auxiliari prædi-
dicatur, quoniam vino adeò ἀντιπαδὸν, ut esu
medicina sit contra ebrietatem, ac capiti apposi-
ta cephalalgiam è crapulâ natam magnificè dissol-
vat, imò vinetis confusa vini copiam minuat, ejus-
que nervos incidat: ob quas dotes eximias testis
est Athenæus veteres per crambem jurejurasse, ut
etiam per capparim.

Etenim inter ἀρχαῖοι ἀρθριτίδος, vinum scelere
præfigæ est, *in novissimò mordebit ut coluber, &
sicut regulus venena diffundet;* vinum, inquam,
vacuò præsertim ventriculò sumptum & quidem ge-
nerosum ac (ut ratiocinantur Chymistæ) tartaro
refectum, ob caliditatem natalis soli mississimò quod
proindè parçâ manu doliis agglutinatur, nec in
coctionibus ventriculî & hepatis separatu facilè
est; contra quàm vinum, ut loquitur Plutarchus,
ἀγρωτέρων, κατὰ πῶν χερσὶ ἀεὶ ἀδύμων, *agrestius, quod
culicum circumsonet chorus,* ac in frigidis crea-
tum regionibus, cujus tartarum ob mixtionem
minus exactam ubertim apponitur vasorum asseri-
bus, & quæ superest ejus portio per vini sub-
stantiam dispersa, in coctionum officinis non ægrè
seceritur.

*Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua,
Hæc vitio tales fertur meruisse labores.*

Cùm itaque carnificina hæc ægritudo ac, ut ait
Lucianus, *Cocytî filia, μπεροπραχίλος* ac immeren-
tes vix unquam plectat, cautus decet arthriticos
lymphis potiùs litare quàm Baccho, vel si res-
piciant φάρις ἰσχυρὰ, nec sustineant παμπαν ἀνόντων,
meminerint saltem ex præceptò Platonis insanum
Deum aliò sobriò reprimere; nec interim in usum
veniant aquæ vel ἀτίραμα καὶ ἀνίφαντα, ut gla-
ciatæ & nivales conclamato algore aliosorum ar-
ticulorum ἐπιτίει, ἢ δακτύλου ἰσχυρὰ
Hippocrati dictæ, hoc est è longinquò ductæ, in
quarum alveum plura aquarum εσσιζούτων genera
viæ longitudine confluerunt: nam ut aquæ ἐν τῷ
ἐσσιματι καὶ ἐν τῷ εσσιματι γυστὺ & pondere, ita quo-
que virtutibus dissident.

Tertiò ἀνόντων sed præsertim balneum aquæ dul-
cis egelidæ articulos remittentis, sicut econtra-
riò eisdem roborant fervidâ naturæ fluenti sive
thermæ ἢ αὐτὰ ἰσχυρὰ Aristoteli dictæ, utpotè sul-
phure perfusa δύνω appellatò quoniam fulmina ex
eò conflantur. *Ab aquâ calidâ,* inquit Hippo-
crates, ἰσχυρὰ καὶ ἀποκαθάρσις voluptates & illece-
bra, à frigidâ ἀλγυδέντι καὶ ἀποκαθάρσις dolores &
aversationes: quòd si frigidâ largè affusa subve-
niat podagricis doloribus, id sit ex eventu, non
quidem calore repercussò, cùm articulos ipsa pro-
pè attingat, sed potiùs inductò partis stupore,
ut censet Hippocrates; quâ ratione narrat Vi-
truvius aquam Cydni in Ciliciâ podagricis pedes
in ea mergentibus esse subsidiò. Legimus tamen
Alexandrum Magnum istò lotum flumine, præ
aquæ frigiditate tetanò obriguisse, à quo juxta de-
cretum Hippocratis quartò die liberatus est: ac
Occidentis Imperator Fridericus Ænoobabus ap-

petente sine duodecimi seculi, in Thraciâ & Asiâ
cum Imperatore Constantinopolitanò ac Saraceno-
rum Regulis bellum habens, istius fluvii amœnita-
te captus, eòque lavatus fertur interiisse; con-
stâtque Apollonium per Epistolam Tarsenses ali-
quando sugillasse quòd circa Cydni aquas, otian-
tes tanquam fluviaticæ aves sederent, quietæ undæ
pulchritudine quasi inebriati.

Quartò incessus per loca lutulenta atquè uliginosa;
nisi ἀρβύλας ἀποκαθάρσις pedes communiantur.

Quintò otium pingue ac desidiosissimum exere-
mentorum cumolum aggerans, unde ἀνόντων καὶ qui
per morbos lectò, instar Promethei Caucafo, cogun-
tur alligari, ferè sunt arthritici; quamobrem
Aesclepiadæ ceu injusti omnium exercitationum
damnatores meritò culpati fuere; rectiùsque Solon
apud Lucianum in Anacharsi, ut triticum ventilatio-
nibus, sic humana corpora exercitiis aiebat peipur-
gari, *nihilque tam certum est,* inquit Seneca, *quàm
otii vitia negotiò discuti;* prudenter igitur Hippocra-
tes arthriticum jubet esse φάρις, quoniam ἰσχυρὰ
κατακλιθεὶς, redditque corpora ἰσχυρὰ, nec tamen
τῷ ἰσχυρῷ ἐλαφύων laboriosam vitam degere, quòd
immodica exercitamenta articulos enervent ac de-
terant. Igitur nec labor cibos, nec etiam cibus
labores superet, illinc enim inanitio ac im-
becillitas, hinc plenitudo consequitur, verum
ἐπὶ τοῦ ἰσχυρῷ ἀπὸ ἀλλοδαπῶν ἀνόντων, ab equali-
tate mutuâ inter labores atque cibos sanitas adest,
oportetque laborem multitudini ciborum ἀντιτίθειναι,
homo, inquit Hippocrates, *deambulet ἀπὸ τῆς ἐπι-
ταμιμαχίης & conjeclurâ ad cibos facta.*

Sed quandoquidem semen dicitur Hippocrati
τὸ ἰσχυρῶ καὶ πικρῶν ἀποκαθάρσις τῶν ἰσχυρῶ ἀφροδι-
τῶν *quid robustissimum ac pinguisimum secretum ab
humidò spumescente,* articuli à lucâ potissimùm ve-
nerè ac ἰσχυρῶν βίη ἰσχυρῶν atque elanguescent,
ac viæ quâ ad ipsos itur fiunt patentiores, præser-
tim si ἐλαφύων & cum vehementi concussu exercea-
tur concubitus, maximè in adolescentibus quorum
articuli ætate nondum satis firmati sunt; item in viris
magis quàm in mulieribus parciorum frigidiorumque
genituram ejaculantibus, quarum ἰσχυρῶν, sive
clunium inter coeundum tremula quassatio astipulatur
ischidriaco dolori.

*Λυσιμυλοῦ βάλαν καὶ λυσιμυλοῦ ἀφροδιτῶν
Γυναικῶν θυρατῆρ λυσιμυλοῦ ποδαγρῶν.*

Quos antiquos versus Latine sic reddidit Scaliger;

*Es solvilumbâ venere solvilumbòque
Bacchò, creata est solvilumba podagra.*

Ἀπὸ λυσιμυλοῦ ἐλαφύων βίη, *absque retinaculis
effusa vita,* vel, ut aiebat Cicero librò quem se-
nex scripsit de senectute quasi κοινὸν ἄσμα, *libidino-
sâ & intemperans adolescentia, effatum corpus tra-
dit senectuti,* ac arthriti juxta est atque legitima
μυραχρία. Contra eunuchi οὐ ποδαγρῶν nisi impro-
bâ saturitatis lasciviâ, non invidendâ cadant præco-
gativâ; nec similiter pueri, licet naturaliter edacissimi,
podagrâ tenentur antequam Venerem coluerint, un-
de Galenus eunuchos quidem podagrâ detentos,
at nullum puerum podagricum se vidisse testatus est,
geniùmque & articulorum manus in pueris ἰσχυρῶν
vocavit non veram arthritidem, sed ταπεινὴν quâ-
dam τῶν ἰσχυρῶν ἀφροδιτῶν, veluti diceret *ine maniere
de goute.*

Sextò solitorum efflaviorum occultatio, ut in-
tempessivè resiccatis ulceribus tibiæ inveteratis,
an fistulis, cæterisque si quæ sint δακτύλου gauden-
ibus ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν; sed potissimum suppressio hæ-
morrhoidum vel mensium, *Mulier namque non ten-
tatur podagrâ, nisi ipsam mensura defecerint,* ut
contigit Phætusæ Pythei conjugi Abderis, quæ
mensura;

menstruali profluvio, ob uerorem è mariti exilio contractum, diu resistente, in dolores articulares ac rubores lapsa est, cujus etiam corpus hirsutiae, barbâ & vocis asperitate virile evasit; idemque evenisse fertur Namythæ Gorgippi uxori in Thasô. Nam arctissima est coxæ & uteri societas, dolores qui putabantur esse coxæ & cruris, reverà uterini erant, inquit Præceptor, subâto enim odorato medicamento, contigit dolores illos ἀναδοχῶς discessit atque desinere; ac hysterici morbi in coxales persæpè desinunt, ut passim observare licet in monumentis Hippocraticis ac potissimum primulò statim initio libri sexti Epidemiorum; sic menstruis μὲν ἰσχυρῶς uterus eâ parte quâ infartus est, contorquetur ad coxam, atque in hanc dolor transit, ac crux ipsum quod è regione, per incessum claudicat, ut docet Galenus libro sexti de locis affectis: quædam, apud Hippocratem, priusquam conciperet, coxam dolebat, postquam autem concepit, non amplius dolebat; ubi verò peperit, vigesimo die iterum doluit, peperit igitur masculum; nimirum superfluous humor qui antè tempus imprægnationis uterum pertrahebat versùs coxam, superveniente conceptu derivatus est ad foetum, cujus utpotè masculi validò calore, ille absumebatur; pòst partum verò eodem humore uterum rursùs gravante, coxarum dolor reversus est & quidem die vigesimo, quò puerperæ lochialibus purgamentis assueverunt desistere: ita etiam Stymargi famula Idumæa ubi filiam peperisset, ei conversum est uteri osculum, dolorque ad coxam & crux, forsitan propter δυσπραγίαν ac illiberalia puerperia, concepitur est. Alias si absque consortio uteri ac menstruis μὲν δυσπραγίᾳ quàm potius λαμπρῶς, καθαρῶς καὶ ἀποφασίως comparentibus, arthritis (ut Plutarchi de ira loquentis verbis utar sed inversis) ἐν τῆς ἀσθενείας ἐκ τῆς γυναικείας, è conclavi virili in femineum transmigrat, mulieres suò jumentò id mali sibi accersere, ac vitâ intemperanter actâ reluctan-tem podagram velut obtortò collò ipsas rapere indicium est, ut liquet matronarum Romanarum exemplò, quas olim Seneca acerbissimè insectabatur. Maximus ille Medicorum & hujus scientiæ conditor feminis nec capillos desluere dixit, nec pedes laborare. Atqui hæc jam & capillis destituuntur & pedibus agra sunt. Non mutata seminarum natura, sed vita est, nam cum virorum licentiam æquaverint, corporum quoque virilium vitia æquaverunt. Non minus pervigilant, non minus potant, & oleò & merò viros provocant, æquè in vitis ingesta visceribus per os redduntur, & vinum omne vomitu remittuntur, æquè nivem rodunt, solatium stomachi astuant. Libidine verò nec maribus quidem eodunt, pati nata; Dii illas Deaque perdant, adeò perversum commentò genus impudicitia, viros incunt. Quid ergo mirandum est Maximum Medicorum, naturæ peritissimum in mendacio prehendi, eum tot feminas podagricas calvæq; sint, beneficium sexus suis vitis perdiderunt, & quia feminam exuerunt, damnata sunt morbis virilibus. Hæc Seneca.

Septimò artuum offensiones ac impulsiones materiam in corpore quiescentem lacessendo, articulosque vexando, paroxysmum arthriticum provocant.

Pòstremò tot causis adventitiis ingenitam adijciamus, videlicet jus hæreditarium, rigidum ac indeclinabile: parentes namque arthritici, potissimum quidem in ipsâ doloris accessione, at quoque extra accessionem liberos procreant non quidem jam arthriticos, sed habentes arthritidis fontes ἐγγείους καὶ ἀπὸ γένους ἰσθίος & ἰνδigenας. Morbi enim πατέροι ὁδὸν καθήκοντες, & qui posteritati propagantur dum sunt generum, vel in conformatione ut quando mancus mancum generat, vel in constitutione similari ut cum podagricus

podagricus gignit. In priori genere mox ab effectis primæ typæ staminibus morbus sætui actu imprimatur: in posteriori sufficit, ut de trauduce peccato originali sanciant Theologi, prava dispositio ad prolem devoluta, diuque quasi ἐλπίδι involuta, donec adveniente evolutionis tempore proferatur in apricum suasque ludat scenas. Ista autem ad arthritidem propensio quam natura primitus & antequam prodeamus ἐκ τῆς εὐμενείας induit nobis inolevitque, latens velut anguis in herbâ, aut triticum in gramine lactente

— nondum surgentibus altam
In segetem culmis,

nihil aliud est quàm imbecillitas articularum. Addunt alii debilitatem interni ἀσθαινον, hoc est caloris nativi τῶν ἐνδοθιῶν sive viscerum nutritioni dicatorem, tartareæ materiæ sejungendæ atque secludendæ non sufficientium. Porrò tyrannis gentilitiæ arthritidos adeò est ἀδαμαντίνην καὶ ἀσπίδα, dura ac inespugnabilis, ut sanctissima nostri Legislatoris decreta ab Eunuchis, pueris & mulieribus podagram removementia perstringat, ac privilegiariorum (licet uti Jurisperitorum vocabulò) immunitates evetat. Hic autem notandum, quemadmodum filius καὶ ἀσπίδα malâ sorte nec liberaliter natus, sed à principio genitili ad patriam arthritidem proclivis, si fuerit τὸν τρώων ἐπιμύθεος, hoc est accuratè vixerit, ac blandâ vacuatione pullulantem humorem arthriticum ex intervallis amputaverit, ab hæc miseriâ & fatali, ut ita loquar, patrimonio præservari potest: sic nepotem avitâ arthritide interdum cruciari, diæta erroribus exulciscit velut è profundò arthriticâ diathesi, quæ vita erat apud sanum & integrum parentem exspirasse. Monendum insuper labem seminis à patre δυσπραγομένου, prohibete materiam spermatis nonnunquam emendari, sicque primariò arthritidis fermentò restinctò & compressò articulos non patiissare. Neque prætereunda est opinio Chymicorum docentium morbos mercuriales & sulphureos ut catarrhum, cœna, febrem non traduci ad sobolem, quòd mercurius & sulphur ob volatilitatem inusta signacula non retineant, sed solas salinas ægritudines ut lepram, lithiasin, arthritidem in posteros derivari posse, quòd sal, propter fixitatem, insignitorum stigmatum, vel, ut alii loquuntur, tincturarum morbosarum sit tenacissimum. Addamus, respectu arthritidis, partes spermaticas quales sunt articularum vincula, quoniam ex ipsamet seminis materiâ conflatas, facilius quàm carnosas ἐκ δαδῆος parentum ægrotare.

De primò neophytæ arthritidos insultu vix ægrotantibus convenit cum Medicò; illi enim ἀποφασίον ἀπὸ τῆς ἀσπίδος, nempe novæ crepidæ aturum, allisionem, aliamve doloris causam prætexunt, quo usque doloris vel reciproca iteratio vel dira crudelitas torquens velut equuleò, morbi arthritici confessionem ab ipsis extorserit; Pedes dolent, inquebat Seneca, articuli puncliunculas sentium, adhuc dissimulamus, & aut articulum extorsisse nos dicimus, aut in exercitatione aliquâ laborasse.

Non est quòd nos moretur affectionis propagatam innotescens diagnosi: sed satis sit observasse chiragræ & podagræ dolores, ardore, rubore, tumore ac venis ἀρτέριος circumquaque turgidulis ut plurimum stipari; ab humeri arthritide, calorem, ruborem & tumorem abesse; at quæ cubitorum genuumque est (hanc Gona-gram appellant) tumorem præ se ferre ingentem; ruborem & calorem exiguum; ischiadi demum raro tumorem, rariùs calorem ruboremque adjungi, cum propter loci affecti alijudinem, tum quòd

sequere. Ac aliò locò agens de capitis dolore, si ad refrigeratoria non remittit, mutatione factà, ure iutor & calefactio.

Arthritico membro, postquam doloris impetus resederit, motus libertas tardius redditur, si mucilaginea cataplasmata articulos remollientia, vel narcotica exiguum eorumdem calorem nativum obtundentia, tempore accessionis, ad κάψαον dolorum diu multum applicita fuerint; præsertimque pedes, corporis fulcra & sustentacula, suis εὐδαιμον non insistant terræ, ac offensibilibus (ferat Lector vocem Lactantii) & caducis gressibus diutius incedunt, ac & οὐκίνα, ut loquitur Hippocrates, εὐπρίστου κρούα τινυάντ & λιθάσειν, unde æger εὐμακίμωνται καὶ εὐκίνα αὐτὸς δῖτα, ad stellendum & extendendum alterius subsidio opus habet, ad instar hederæ nequeuntis, ut ait Plutarchus, σείπλιν ἀνίχεν καὶ ποδῆν.

Podagra inter dolores cæterorum articulamentorum, est βλασταῖν, πολυροισία, καὶ διαπαλλὰξ, violentissima, diuturnissima, ac ægerissime remediis cedens. Item frequentissima, sagax enim natura nocuorum humorum farcinâ, quò longius potest, εὐ τὸπος ἀκρῶν, videlicet in pedes, stude sese exonerare, hique ob distantiam à vitæ præfidiis ac præparcam & avaram spirituum influentiam adventanti fluxioni molliùs obluantur; quibus causis accedit pedum cum declivitas in quos proinde proprio nutu ruere prompta est materia, tam motus crebrior atque ἰακτινῶν; eam ob rem notavit Galenus cæteras partium arthritidas a pedibus ut plurimam incipere.

Ischias præ cæteris arthritidem generibus ac ipsamet podagrâ, ab aliis atrocissima iudicatur & curatu difficillima, quoniam in altò densescens & à crassiore humore producta; hic namque ampliora vasa coxam perreptantia liberè trajiciens, in articulo femoris & ischii stationem agit; quamobrem etiã cætera arthritides propter materię tenuitatem furibundè & erraticò modò in hos illòsve articulos non rarò involent, morbus tamen coxartius ob humoris contumaciam plerunque firmus est nec defultorius. Dixi plerunque, nam apud Hippocratem, solutio coxendici doloris; oculorum distortiones, cæcitas; verum ægrotantis damno, quòd è parte infernâ & ignobili abscessus fiat ad partem supernam & nobilem.

Credidit hoc à plerisque est, inquit Gellius, memoria mandatum, ischiaci cum maximè doleant, tum si modulis lenibus tibicen metnat, minui dolores; pariterque scribebat Athenæus ἰσχυρὸς quevelâ exolvit, si quis tibiis Phrygiam modorum harmoniam canat. Sed, ut testatur Aurelianus, Sorani iudicio videntur hi mentis vanitate jactari, qui modulis & cantilenâ passionis robur excludi posse crediderunt.

Si diuturnæ ischiadi accesserit femoris εὐπρωσ εὐ τῆς φέσεως, ægri claudicant, crure factò vel longiore si in intimam partem vel breviorè si fortas extorqueatur. Fractò etiam luxati articuli calore sit mucoris congeltus, instar lemarum succinearum infirmos oculos inviscantium, ac distortis vasis annonam vēctantibus crus macilefcit; hæcque tabes è privata, sit tandem generalis per quam æger εὐροισία καὶ εὐ τῆς φέσεως ante debitum tempus senescit, illamq; universalem phthisin Præceptor in Coacis prævisionibus appellavit ἰσχυρὸν à mali primordiò. His vitis medetur uttio, utpotè supervacaneos mucos absorbens ac emotum articulum, post aptam ἐμβολίω, sitmans in positu naturali: quòd si vacua coxæ pixis crassis impletur humoribus, ischii εὐπαλαῖς in pristinam legitimamque sedem reduciò, spatii de-

Tom. I.

fectu incassum tentator. Advertendum porrò la befactatâ per vetustas arthritides, ob caloris paupertatem ab intermissione exercitii, coctrice partium facultate, etiam citrà articulorum luxationem, non crus modò, sed reliqua etiam arthritica membra tandem macerari ac in atrophiam deduci; siquidem non solùm cursus, lucta & celer ambulatio, sed ipsa etiam quies affert carnum καθαίρειν.

Humores juncturis infixi per initia manent εὐεσφοί, sed temporis lapsu εὐροισία glebantur in nodos lapideos instar nodi Gordii indissolubiles, quos in genere Hippocrates εὐπρωσ καὶ εὐερίματα nuncupavit; hi si exigui fuerint, τὰ πρὸν λυθία vocat Præceptor, articulos non pervertunt; si verò grandiores extiterint, artus in diversum euntibus articulis torquentur, motique orbantur quasi εὐροισία,

Solvere nodosam nescit Medicina podagram.

Perperamque Polemon Sophilla cum lapidosò articulum morbo discrucietur, Medicis infutrabat, εὐκίνατι & Πολέμων & λυθίας εὐκίνατι Polemonis latomias.

Hi topi more scirrhorum prorsus indolentes sunt, dolorque arthriticus per circuitus repetens, novæ fluxioni adscribendus est. Nonquàm autem vel rarissimè sunt gypseæ ejusmodi concreciones circa ischii articulationem, quòd propter superstratas carnes locus desit pro compactione calculi; sed non infrequenter illæ oriuntur in digitorum articulis nullâ carne sed rugosâ laxaque cute tectis, seu ab ipsamet eorum caliditate materię faciem, ut ita dixerim, concorporante sensimque indurante; seu à topicis calefacientibus atque siccantibus imprudentius adhibitis, serum enim vi ignis primum lentescere deinde coagulari constat; seu ab interno materię principiò, putâ vel sale ποικιλῶ ei admixtò, ut de lapidum in renibus ac vesicâ generatione philosophantur pyrotechnici, vel, ut aliis lubet, à spiritu acidò atque tartarèò qui viscum quò articuli naturaliter inuncti sunt, instar casei εὐκί ποικιλῶ & congelat.

Audistur de arthriticò sorte Divinus Hippocrates. Podagrici quicumque aut senes sunt, aut circa articulos topheos habent compactos, aut arumnois vivunt cum alvò sicca, hi omnes sanescere nequeunt arte humanâ, quantum ego novi. Hos tamen (id est non quidem senes ac tophaceâ arthritide captos, sed ob vitam laboriosam ventrisque densitatem arthritide detentos) optime sanant dysenteria supervenientes; quin & quacunque alia colliquationes inferna eos vobè de juvant. Juvenis verò cui necedum calli circum articulos induruerunt, cuique victus ratio cura est, & ad laborem est impiger, alvumque habet vita instituto bene obtemperantem, is sanè prudentem natlus Medicum, sanus evadet.

Postremò observabat Aretæus arthriticos, commodioris valetudinis factos, purisque ac limpidis gaudentes dolorum interstitiis, velut è discrimine mortis fuissent elapsi, esse ἀνίτοις τὸν βίον, ἀμαρτίας, ἀπλοῦς, εὐδύμων, διαροδίων καὶ εὐ τῆς φέσεως, διασολυτὰν vitam degere, incontinentes, exillere, simplices, bilares, acceptis muneribus præ avaritiâ corrumpi faciles, in victu molles atque delicatos, ac tantquam mortem rursus subituri essent, ἀδύω hoc est licentiosè uti præsentè vitâ.

Hoc etiam faciunt, ubi discubuerè, tenentque Pocula sævè homines, & inumbrant ora coronis. Ex animò ut dicant, brevis hic est fructus homullis, Jam fuerit, nequè post unquam revocare licebit.

N.

Haute.

Hactenus Menjotius, quem jam sublequetur Clariss. atque accuratissimus *Thomas Sydenham*, qui de *PODAGRA* in suo de eâ *Traçtatu* hæc habet.

P Rocul dubio æstimabunt homines, vel morbi, de quo agimus, naturam *diversam*, ac serè incomprehensibilem esse, vel *me*, quem jam ab annis triginta quatuor vexavit, ingenii tardissimi ac prostris hebetis, cum meæ tam de ipso morbo, quam de ejus curatione observationes ita parum votis respondeant. Utut tamen se res habeat, ego bonâ saltem fide tradam, quæ hactenus rescivi omnia, difficultates salebrasque, sive rationem morbi ipsius, sive curationis methodum spectantes, Tempori, Duci veritatis, evincendas complanandasque relinquens.

Podagra eos plerunque senes invadit, qui postquam meliores vitæ dies mollius ac delicatius transegerint, Epulis lautioribus, vino, aliisque liquoribus spirituosius liberalius indulgentes, tandem ob pigritiam ætatis ingravescentis semper comitem, ea corporis exercitia penitus omiserunt, quibus juvenes assueverant. Ad hæc, illi, qui huic morbo sunt obnoxii, Crania habent grandiscula, Habitu corporis ut plurimum sunt pleniori, humido & laxo; & Constitutionem habent omnes luxuriantem virosamque, ditissima atque optima vitæ flamina.

Non quòd *Podagra* eos solùm adoriatur, qui crasso & Corpulento habitu donantur, cum aliquando etiam, etsi rariùs, graciles & macilentos invadit; neque quòd hic morbus in omnibus senium prætoletur: quandoque enim etiam ætate florentes corripit, quoties scilicet infelicità morbi semina à parentibus, quasi ex traduce acceperint; vel si hoc non fuerit, immodicè Veneri præmaturius indulerint, aut exercitiis omnino valedixerint, quibus priùs etiam vehementioribus utebantur; edaciores insuper fuerint & liquores spirituosos immoderatius hauserint, postea de repente ad liquores tenues & refrigerantes se contulerint.

Si quem non nisi jam senio confectum primùm adoriatur, nunquam postea vel tam statas habet periodos, vel tam immaniter sævit, quam si juniorem occupaverit; tùm quòd vita ut plurimum elabitur antequam morbus naturalibus Symptomatis stipatus ad *apicem* pervenerit, tùm etiam quia calore nativo & vigore corporis imminutus, nec ita jugiter, nec vehementer in Articulos displodi potest. At si quem maturius lacestat, quamvis nec sedem adhuc fixat, nec eum ita malè traçtet, sed incertâ periodo pro datâ ansâ ingruat, leviter ad paucos dies torquens, & nullâ methodo invadens recedensque; sensim tamen castrametatur, legem sibi ponens, typumque præformans, tam quoad anni tempus quo arma quotannis movebit, quam quoad paroxysmi durationem: ad hæc, ferociùs quam primo insultu debacchatur.

De hoc morbo dum ita regulam typumque servat, libet primò disserere: postea de ejusdem Phænomenis Anomalia atque incertioribus, quoties scilicet vel præpostero indoneorum Medicamentorum usu, de statu suo dejectus fuit, vel ob subjecti debilitatem & languorem, ad propria & genuina Symptomata nequit assurgere. Quoties itaque *Regularis est Podagra*, hoc serè modo *Ægrum* aggreditur. *Januario* exeunte, aut incipiente *Februario* de repente & nul-

lâ serè præensione antecedente ingruit, nisi quòd ventriculi cruditate atque *æstus* ad septimanas aliquot æger laboraverit; corporis insuper intumescentiâ quasi ventosâ & gravitate, quæ indies augetur, donec tandem detonet Paroxysmus; quem paucis diebus prætorpor & quasi flatuum descensus per femorum carnes, cum affectione *arastus*, tum etiam pridie Paroxysmi Appetitus voracior, non tamen naturalis. Sanius lecto somnoque committitur, Horâ verò secundâ post mediam noctem excitatur à dolore pollicem pedis ut plurimum occupante, quandoque verò Calcaneum, Suram, aut Talum: Hic dolor eum refert qui osium dictorum dislocationem comitarur, cum sensu quasi aquæ tantùm non frigidæ partis affectæ membranâ affusæ. Mox sequitur Rigor cum Horrore, & Febricitatione aliquali. Dolor autem hic primò remissior gradatim intenditur, (& paripassu Rigor atque Horror recedunt) idque in singulas horas, donec tandem sub noctem ad apicem pervenerit, se ad varietatem officulorum Tarsi & Metatarsi, quorum ligamenta obsidet, perbellè accommodans, nunc tensionem violentam, vel ligamentorum istorum dilacerationem, nunc morsum canis rodentis, quandoque pressuram & coarctationem exprimens: ad hæc, ita vivum exquisitumque habet sensum pars affecta, ut nec linteorum superincumbentium pondus, nec cubiculi à fortiori ambulatione concussionem ferre valeat. Atque hinc fit ut nox non tantùm in cruciatus transigatur; sed etiam cum irrequietâ partis affectæ hæc istac rotatione, & mutatione situs quasi perpétua. Neque minor est totius corporis jactatio incessans, quæ semper Paroxysmum, maxime verò accedentem, comitatur, quam totius membri agitatio & dolor. Hinc etiam mille conamina, situs tam ipsius corporis, tum membri affecti mutatione assiduâ, doloris sedationem incassum exambunt: quæ tamen non contingit ante horam secundam tertiamve matutinam, (decurso scilicet Nycthemeri spatio à primo appulsu Paroxysmi) quo tempore æger post materiæ peccantis modicam digestionem & distillationem aliqualem, subito à dolore respirat, licet hanc ille liberationem istius membri affecti posituræ, quâ postremò usus erat, immeritò acceptam referat. Jam leti madore persusus somno concedit; à quo evigilans, dolore multum imminuto, partem affectam tumore recenter occupatam cernit; cum solùm antehac (quod in omnibus *Podagricorum* Paroxysmis solenne est) insignior intumescens venarum membro vexato intertextarum se in conspectum dederat. Sequentè die, fortè etiam ad bidduum triduumve, si materiæ *Podagræ* generandæ apta fuerit copiosior, dolet nonnihil pars affecta, idque vehementius die jam advesperascente, levatur autem sub Galli cantu. Intra paucos dies, alter pes eodem dolore torquetur quo is, qui prior doluit, vel si prior iste jam dolere desierit, debilitas quæ eum infirmaverat, mox evanescit, tam viribus quam integrâ sanitate istius pedi statim restituti; perinde ac nunquam laboraverat, si modo dolor pedem nuper tentatum ferocius lancinet. Nihilominus eandem hinc excitat *Tragœdias*, quas priùs in altero pede, tam quoad doloris vehementiam, quam durationem. Quandoque etiam primis morbi diebus cum materiæ peccans adeò exuberat, ut ei capiendæ pes unus impar sit, utrosque simul pari vehementiâ fatigat: sed ut plurimum pedes successivè, uti diximus, aggreditur. Postquam utrumque pedem exercuerit, qui sequentur Paroxysmi abnormes sunt, tùm quoad tempus invasionis, tùm etiam quoad durationem; hoc tamen ubique servant, quòd dolor noctu rectudescat, manè verò remittatur. Atque ex serie horum *Paroxysmularum* (sit verbo venia) constat Paroxysmus qui dicitur *Podagræ*, diuturnior breviorve pro ægritate. Neque enim censendum

sendam est, quoties quis cum hoc morbo ad menses duos vel tres fuerit conflictatus, unum illum Paroxysmum fuisse, sed seriem potius & catenam Paroxysmorum, quorum posterior quilibet priore & mitior fuit & contractior, donec tandem materia peccante profus absorpta æger pristinam obtinuerit sanitatem: quod in vegetioribus, & iis quos Podagra rarius invisit, diebus sæpe quatuordecim fit; in senioribus, atque iis quos sæpius afflixit, duobus mensibus, iis vero qui vel annis, vel diuturniore morbi morâ fractiores jam sunt, non prius valedicit quam æstas jam adultior eam fugaverit. Ad quatuordecim primos dies Urina coloratior est, quæ post separationem sedimentum rubrum & quasi arenulis refertum deponit; nec æger ut plurimum nisi tertiam portulentorum quæ assumpsit partem per Vesicam reddit; Alvus item ad dictos primos ferè dies constipata est. Appetitus prostratio, Rigor totius corporis sub vesperam, partium etiam non affectarum gravitas & molesta sensatio integrum Paroxysmum comitantur. Recedentem Paroxysmum excipit pedis affecti pruritus vix ferendus, maximè inter digitos, unde decidunt surfures, & pedes ipsi quasi ab epoto Veneno desquamantur. Morbo jam discusso, ægri tum *invidia*, tum Appetitus redeunt pro rata doloris quo sæviat Paroxysmus nuper elapsus, & in eadem proportionem servata vel acceleratur vel differtur sequens Paroxysmus. Nam si hic ultimus ægrum pessimè multaverit, sequens Paroxysmus non nisi anno ad idem punctum revertente denuo accedet.

Atque hoc se habet modo Podagra Regularis Phænomenis genuinis propriisque se ostendens. Cùm verò vel ab indebita medicatione turbatur, vel ob diuturniorem morbi pertinaciam, corporis substantia quasi in morbi fomitem pervertitur, neque par est natura eidem, methodo consueta, eliminando, Phænomena multùm sunt diversa à jam descriptis. Nam cùm hæcenus dolor pedibus tantum fuerit infectus, (qui peccantis materiæ sedes sunt genuina, quæ cum aliis quælibet partes occupat, certissimum est vel morbi methodum inverfam esse, vel corporis vigorem paulatim jam imminutum,) jam itaque manus, carpos, cubitos, genua aliasque regiones occupat, ea jam sicut pedes olim solebat, dissecans. Quandoque enim unū pluresve digitos distorquens fasciculo *radicum Pallinace* similes eos reddit, motu paulatim privans, tandemque concreciones circa Articulorum ligamenta topheas generans, quæ Articulorum cuticulam ipsamque cutem destruens, nudos *tophos*, *eretam* vel *oculos Cancerorum* æmulantes, aciculâ eruendos exhibet conspectui. Nonnunquam materia morbum committens Cubitis impacta tumorem subalbum excitat ferè ad ovi magnitudinem, quæ sensim inflammatur cum rubore. Est ubi Femur occupans sensum exhibet quasi ingentis ponderis appensi, sine dolore tamen notabili; at genu exinde potens id acrius urget, motum omnem inhibens, ut quasi clavo transacto lectulo affixum nè latum pilum à loco in quo est se queat dimovere. Et quando vel propter totius corporis inquietudinem huic morbo ita familiarem, vel urgente necessario aliquo vitæ officio, æger aliorum operâ est movendus, omni cautela optus est, nè fortè vel minima motus contrarietas dolorem accersat, qui eo tantum nomine potest tolerari, quòd confestim evanescat. Quæ quidem corporis latio ita cautè & delicatè peragenda, hæud exigua pars est ærumnarum, quibus Podagra oneratur: Dolor enim vehementior non per omnem Paroxysmum extenditur, si modò pars affecta omnino quiescat.

Cùm Podagra antehac non nisi exente hyeme solet invadere, post duos tresve menses pro more recessura, jam per annum integrum vexat ægrum, demptis duobus vel tribus mensibus calidioribus atque

Tom. I.

æstivis. Et quod insuper est observandum, quemadmodum *Paroxysmus* major sive *Generalis* jam protrahitur quàm olim fuerat, invenitur, ita etiam *Paroxysmi illi particulares*, ex quibus *Generalior* componitur, singuli diutius sæviunt: cùm enim antehac *particulares* isti non ultra unum alterumve diem excruciant; jam ubicunque sedem figant, maximè si pedes vel genua occupaverint, non ante diem decimum quartum castra movent: Primo ad hæc, aut secundo post appulsam diem, æger præter dolorem, aliqualem etiam ægritudinem patitur, atque simul omnimodam Appetitus prostrationem.

Postremo, cum antequam malum usque adeo incurduerit, æger non solum longioribus fruatur *Paroxysmorum* intervallis, sed etiam durante istâ intermissione rectè valeret tam artubus quàm reliquo corpore, facultatibus singulis naturalibus officio suo debitè fungentibus; jam artus habet ferè undique contractos atque impeditos, ita ut quamlibet stare possit, fortè etiam aliquantisper procedere, gressu tamen ita claudicante ac permolesto prorepat, ut etiam cùm ambulet quiescere videatur: & si ultra vires ambulare persistit quo pedibus rectius valeat, quanto magis ipsos ambulando confirmat, & dolori excipiendo minus obnoxios reddit, tanto morbi fomes, nunquam per hoc omne intervallum perfectè dissipatus, visceribus periculosius imminet, cum in pedes ita liberè nequeat effundi: qui hoc morbi tempore vix unquam doloris sunt expertes, sed sensatione aliquâ plus minusve molestâ perpetuo tentantur.

Quin etiam multis aliis symptomatis infestatur æger, ut venarum *Hæmorrhoidalium* dolore, Ructu nidoroso cibi jam manducati & in Ventriculo putrescentis gustum referente, quoties vel aliquid è *Dyspeptis* assumpserit, vel eam tantum cibi quantitatem quæ sano competit. Appetitus languet uti & totum corpus præinopiâ spirituum. Denique ideo tantum vivit ut calamitosus sit & miser, non ut vitæ dulcedine vel minimum fruatur. Urina, quam prius coloratorem, maximè in *Paroxysmis* & in pauca quantitate solebat reddere, jam illam tam colore imitatur quàm copiâ quæ in *Diabete* excernitur. Dorsum aliarumque partes molestè pruriunt maximè sub horam somni. Id etiam in hoc morbo, quoties jam confirmatior est, incommodi accidit, quod ab *Oscitatione*, imprimis verò matutinâ, ligamenta ossium *Metatarsi* vehementer convelluntur, cum sensu quasi coarctationis vel compressionis fortissimæ à manu validâ, Quandoque etiam nullâ *Oscitatione* præcedente, æger jam se somno committens istum quasi clavæ *Metatarsi* confringentis derepente persentiscit, unde cum ejulatu expergiscitur. Tendine Musculorum quæ tibias suffulciunt subinde spasmo corripiuntur ita acri & violento, ut dolor quem excitat, si vel tantisper duraret, omnem humanam patientiam dejiceret vinceretque.

Post multos dirosque cruciatus & carnisiciniâ diuturniorem, ceu pignus missionis quam mors jam in propinquo stans mox est datura, *Paroxysmi* subsequentes ægrum quoad dolorem clementiùs tractant, (naturâ partim ab onere materiæ peccantis oppressa, partim ob senium, eandem in corporis extremitates jugiter ac strenuè relegare non amplius valente) ac loco doloris consueti, ægritudo quædam cum dolore ventris, lassitudo spontanea, quandoque etiam propensio ad *Diarrhœam* superveniunt. Hæc symptomata, dum vigent, artuum dolorem leniunt, quæ pariter evanescent, quoties articulos dolor fatigat: atque ita nunc dolore, nunc ægritudine quasi alternatim laceffente, *Paroxysmus* longas moras necitat. Animadvertendum est enim, quòd ubi quis ad multos annos Podagra laboraverit, dolor

N 2

singul

singulis Paroxyſimis gradatim immittitur, tandemque ægritudine potius conficitur quàm dolore. Quem enim in his patitur dolor, quàmlibet sint productiores, vix ad decimam partem ejus affurgit doloris quem pati solebat, cum viribus eſſet magis integris. Nihilominus hæc ipſa morbi inclementia penſabatur ut plurimum longiore intercapedine, quæ paroxyſmos intercedebat, tum ſanitate qua interea ſatis commoda utebatur. Namque hoc in morbo dolor amariffimus eſt naturæ pharmacum, qui quo vehementior eſt, eo citius præterlabitur Paroxyſmus, atque inſuper & longior erit intermiſſio & magis perfectæ; & vice verſa.

Neque tamen dolor, claudicatio atque impeditus partium affectarum motus, ægritudo, aliaque ſymptomata jam deſcripta, hujuſce morbi tragediam abſolvunt: *Calculum* inſuper *Renum* in quamplurimis parit hic affectus, tum ex eo quòd æger diu ſupinus recumbat, tum etiam quòd feriantur Organa ſecretoria à debitis ſibi functionibus; ſive etiam quòd *Calculus* ejuſdem materiæ morbificæ in genere portio quædam ſit, quam ego litem non dijudico. Quæcunque verò ſit hujuſ mali origo, nonnunquam ægri animum meſſiſſima interpellat contemplatio, *Calculus*ne an *Podagra* immitior ſit. Quandoque etiam *Calculus* lotii per meatus urinarios in *Veficam* tranſitum impediens, ægrum de medio tollit, lentas *Podagræ* moras haud amplius expectantem.

Nec ſatis eſt ægrum ita miſeris modis dilaniari, ut nec ſui jam fuerit compos, alienæ opis proſus indigens, ſed & hic accedit miſeriarum cumulus, quòd durante Paroxyſmo, animus etiam ceu contagio afflatus, eo uſque corpori compatitur, ut haud facile ſit dicta utro horum æger calamitoſius doleat. Non enim rectius *Podagræ*, quàm iracundiæ, Paroxyſmus omnis dici poteſt; cum mens & ratio uſque ad eò ab infirmato corpore enerventur, ut vel leviffimo affectuum motu impellantur & vacillent: unde non magis ipſi quàm aliis gravis eſt. Quid quòd & cæteris quoque paſſionibus eſt obnoxius, timori videlicet, ſollicitudinique, atque aliis id genus. A quibus pariter torquetur, donec morbo evaneſcen e, animus quoque priſtina tranquillitate recepta una convaleſcet.

Tandem æger (ut ſoneſtiſſimi hujuſ morbi Cataſtrophæ ſemel expediam) viſceribus à Materiæ peccantis incubatu complexuque ita læſis, ut Secretionis organa non amplius ſuo munere fungi queant, unde & ſanguis quaſi limo & ſæculentiſ reſertus ſtagnat, & materia peccans non jam, ut olim ſolebat, in corporis extremitates diſploditur atque rejicitur; tandem inquam ὁ πρῶτος ἀδύνατος vitam aſſiſtiſſimam & jam diu non vitalem cum morte ærumnarum requie feliciter commutat.

At verò (quòd mihi a iſſique, licet tam fortunæ quàm ingenui dotibus mediocriter inſtructis, hoc morbo laborantibus ſolatio eſſe poſſit) ita vixerunt atque ita tandem mortem obierunt magni Reges, Dynaſtæ, Exercituum Claſſiumque Duces, Philoſophi, alii que hiſ ſimiles haud pauci. Verbo dicam, Articularis hæc morbus quòd vix de quovis alio aſſimaveris) Divites plures interemit quàm pauperes, plures ſipientes, quàm fatuos, Naturâ quæ ſi digito monſtrante, quàm parum iniqua ſit omnium Parens & Arbitra, quàm Partibus non ſtudet; cum eos, quibus alicubi deſuit, alio aliquo bonorum genere cumulatiſ ditare ſoleat; profuſiorem verò erga alios munificentiam æquâ malorum parte admixtâ diluit & contemperet. Ad eò ut ubique gentium ſata ſit lex atque inviolabilis, nullum hominem vel ex omni parte beatum, vel per omnia miſerum ac calamitoſum poſſe inveniri, ſingulos autem utramque experiri ſortem. Quæ Boni atque Mali contemperatio, fragilitati noſtræ & mortalitati ita propria, nobis

fortaſſe apprime conducit.

Podagra Fœminas petrarò infeſtat, eaſque non niſi jam Vetulas, & Viragines ſeu corpore maſculorum habitum æmulantes. Graciliores quæ vel in adoleſcentia, vel conſtanti ætate ſymptomata patiuntur *Podagram* mentientia, ea ipſa vel affectibus Hyſtericis, vel Rheumatismo quo jam olim laborarunt, & cujuſ fomes non ſatis initio fuerat eliminatus, accepta referunt.

Neque Pueros, neque Juvenibus minores *Podagræ* verà atque genuinà vexatos hæcenus obſervavi: Nonnulli tamen in hiſ notati ſunt, qui priuſquam eam ætatem attigiffent, leviculam aliquam quaſi velitationem præſentent; quorum nempe Patres etiam tunc hoc morbo tenerentur cum iis generandis operam darent. Atque hic explicat morbi hujuſ Hiſtoria.

Omnis animi nervos variis hujuſce morbi Phænomenis contemplandis acriter intendens, illum *Ampli* ſeu labefactatæ, tam in partibus quàm ſuccis corporis univerſis Concoctioni ortum debere exiſtimo. In iſtis enim qui huic morbo ſunt obnoxii, cum jam vel ætate fuerint conſecti, vel effrenatâ morum licentiâ ſenectutem præmaturius accerſerint, Spiritus Animales per totum corpus deſiciant, immodico functionum in Juventutis calore vegetiſſimarum exercitio conſumpti; verbi gratiâ, præpropere nimioque Veneris uſu, inſanis improbiſſimiſque laboribus, quibus ardentè atque indefeſſè voluptatibus inſerviunt, & hiſ ſimilibus. Acceſſit etiam ſive ab annis, ſive ab inertia, exercitiorum corporis, quibus olim aſſueverant, intermiſſio vel ceſſatio repentina [quorum uſu tum ſanguis invigoratur, tum partium tonus firmior & conſtantior ſolebat reddi,] unde jam corpus flacceſcit, & Concoctiones non amplius rectè promoventur; è contra verò, ſuccorum corporis recrementa quæ talium exercitiorum ope priuſ excernebantur, dehinc in *Vaſis*, ceu morbi ſeminium, reconduntur. Nonnunquam & ſtudium ſeu Meditatio de re quapiam ſeria ac diuturna malum auxit, quo ſcilicet Spiritus deſecantiores & magis volatiles à concoctionum penſo quòd debuerant abſolvere nimium avocantur. Adde quòd huic morbo obnoxii non ſolum ciborum in genere ferè ſunt appetentiores, ſed & eorum maxime qui difficillime ventriculo cedunt; quos cum haud parcius devorent quàm tum ſolerent cum exercitiis uterentur, non jam iis digerendi pares ſunt. Neque tamen dicta voracitas & liberalior ciborum ingeſtio ita frequenter (licet id haud rarò contigerit) *Podagræ* viam ſtravit, ac veſana & immoderatioſ vini Compoſitio; unde Fermenta Coctionibus variis dicata penitus proſternauntur, præcipitantur ipſæ Coctiones, & Spiritus naturales ab halituum adventitiorum copia ſubjugantur diſperganturque. Jam verò cum uno eodemque tempore & Spirituum [qui Coctionis inſtrumenta ſunt] vigor imminuat, atque inſuper ingens humorum colluvies ſanguinem opprimat, omnino neceſſe eſt, ut ſingulæ Coctiones haud ritè peragantur, dum ita obruantur ſingula Viſcera, unde Spiritus jam diu fatiſcentes nunc etiam ſuffocantur: Nam ſi à ſola ſpirituum debilitate penderet hic morbus, Infantes, Fœminas, atque eos quos ægritudo diuturnior maceravit, pariter invaderet; cum ferè viroſiſſimos quoſque adoriatur, & robuſtiſſimis naturæ principiis præditos; quos tamen non aggreditur, donec caloris & Spirituum Naturalium deſectum ſive declinationem, humorum quoque congeſtio excipiat, à quibus ſimul junctis Concoctiones vitiatæ pervertuntur.

Porrò ut Cauſarum, quas enumeravimus, ſingulæ Indigeſtionem præbuerant, ita earum præterque laxitati Habitu & Maſculorum corporis procurandæ non nihil contulerant, unde portâ crudis indigeſtiſque humoribus intromittendis panditur, quoties illi ad

ad exteriora protruduntur. Quoties enim in sanguine diutius stabant tam mole quam prava diathesi facti fuerint, tandem calorem putrescentem acquirunt; & cum non amplius à natura regi possint, prorumpunt in speciem, & in Articulos depluunt, calore atque acredine dolores exquisitissimos in ligamentis membranisque ossa contegentibus excitantes; quæ vel à senio, vel luxu atque intemperantiâ labefactatâ laxatâque facile humoribus impetum facientibus locum concedunt. Hic verò humorum Podagram generantium prolapsus, qui Paroxysmum constituit, serius ocysve contingit, prout ansa hujusmodi humoribus in motum ciendis data fuerit.

Jam verò *curationem* quod spectat; (ut primò quæ sunt omittenda subinnuam) licet, si humores respiciamus atque indigestionem unde isti trahunt originem, primâ fronte videri possit Indicationes Curativas imprimis ad humores jam factos evacuandos, dein ad Coctiones roborandas, (unde aliorum humorum succrescentium aggestio possit præcaveri) collimare debere, quandoquidem hæc sunt Indicationes magis generales, quibus in plerisque aliis morbis Humoralibus satisfaciendum est: in Podagra nihilominus Naturæ quasi prærogativa est materiam peccantem suo modo exterminare, & in Articulos deponere, per insensibilem transpirationem dissilandam. Namque haud plures tribus proponuntur modi, quibus causam Podagræ continentem ejicere valeamus, Venæ-sectio scilicet Catharsis, ac Diaphoresis per sudorem: nulla verò ex his methodis seepum attinget unquam.

Imprimis Venæ-sectio, quantumvis magna pollicetur tum in humoribus, qui in prociutu stant, & quasi descensum meditates, tum in istis, qui jam Articulos obsiderunt, evacuandis; manifestò tamen pugnat cum indicatione illa, quam Causa Antecedens, quæ est Indigestio à Spirituum (quos sanguinis detractio magis immittit opprimique) depravatione ac defectu orta, sibi vendicat. Non est itaque adhibenda Phlebotomia, vel ad præcavendum Paroxysmum qui timetur, vel ad istum, qui jam adest, mitigandum, in istis nempe, qui ætate jam sunt provectiores. Quamvis enim qui educitur sanguis Pleuriticorum & Rheumatismo laborantium Sanguinem ut plurimum referat, attamen Venæ-sectio haud minus insigniter in hoc morbo officere ægro, quam in duobus prædictis prodesse cernitur. Etenim si sanguis in intermissione, quantumlibet diu post Paroxysmum, fuerit extractus, periculum est, ne à sanguinis & humorum agitatione novus succrescat Paroxysmus, qui & priore diuturnior futurus est & symptomatis enormibus stipandus, sanguinis robore & vigore, quibus adjuutoribus morbi fomitem strenuè ac constanter excutere debuerat, exinde refulsit. Atque hoc incommodi toties etiam accersitur, quoties ineunte Paroxysmo vena pertunditur. Si mox à Paroxysmo feriatur vena, ingens periculum est, ne natura, dum sanguis adhuc languidior est, & nondum pristinas vires à morbo succisas redintegraverit, ejusmodi vulnere importunè insiucto usque adeò infirmetur & succumbat, ut Hydropsi aditus aperiatur. Veruntamen si æger adhuc juvenis fuerit, & ab immodica potatione excalescens, sanguis initio Paroxysmi potest detrahi, sin autem in Paroxysmis subsequentiibus Phlebotomiâ jugiter utatur, Podagra quam citissimè etiam in juvenibus inveterascet, & intra paucos annos latius imperium seu potius tyrannidem propagabit, quam alias in multis extendere valuisse.

Deinde; Catharsin quod attinet, sive *ἀνα* sive *κατα* animadvertendum est, quòd cum naturæ lex sit inviolabilis atque ipsi hujusmodi morbi essentia intertextâ innexaque, morbi fomitem semper in Arti-

culos rejici debere; nihil prorsus aliud præstabunt Remedia sive Emetica, sive Cathartica propriè dicta, nisi ut materia peccans, quam natura in corporis extremitates protruserat, in sanguinis massam denuo revocetur; undè accidit, ut quæ in Articulos eliminari debuerat, in aliquod è visceribus fortè irruat, atque ita æger, qui in nullo prius discrimine versabatur, jam de vita periclitetur. Quod is fatale esse haud rarò observatur, qui medicamentis purgantibus vel ad Podagram præcavendam, vel (quod adhuc pejus est) ad leniendum Paroxysmum assueverat. Etenim cum natura à methòdo sibi familiari exturbata fuerit, qua, utpote securissima optimâque, materiam morbificam in articulos ablegat, dum humores intrò versus intestina sollicitentur, loco doloris in juncturis, quem vel nullum habent vel certè perexiguam, ventriculi ægritudine, alvi torminibus, Lipothymia, & longo Anomalorum Symptomatum agmine miseri quasi enecantur.

Ego certè persuasissimus sum, à jugi & sæpè iterata experientiâ edoctus, Catharsin omnem tam per Lenientia, quam per Fortiora Medicamenta, qualia pro more Articulis expurgandis destinantur, plurimum nocere; sive in Paroxysmo ad minuendam materiam peccantem, sive in fine ad dissipandas morbi reliquias, sive in perfecta intermissione & restâ valetudine, ut venturo Paroxysmo occurratur, Purgatio in usum revocetur. Etenim tam mei ipsius quam aliorum periculo compertissimum habeo, Catharsin quovis horum temporum administratam, ita parum votis respondisse, ut malum, quod debuerat averruncare atque avertere, accerseret. Primùm itaque Purgatio sævientè adhuc Paroxysmo adhibita, naturæ, in materia morbifica separanda & in Articulos deponenda occupatæ, negotium facessens, magnam spirituum *ἀνα* nonnunquam excitavit, unde non tantum Paroxysmus magis invalescebat, sed & æger in vitæ discrimen haud obscure conjiciebatur. Deinde Cathartica in fine Paroxysmi usurpata, cum morbi reliquias amoliri debuerint, id tantum egere, ut recens Paroxysmus de novo suppullularet, haud mitior priori isto; atque ita æger spe falsâ lætatus ea sibi fabricat mala, quæ non fuerat perpeffus, nisi humores denuò in rabiem agerentur. Quod genus incommodi ipsemet plus semel expertus sum; artus medicæ opem præpostere implorans ad exturbandas, ut mihi videbatur, reliquias morbi. Postmodò quod Purgationem attinet, certis intervallis & integrâ sanitate repetendam, ut Paroxysmo eatur obviam atque ei aditus præcludatur; etli, quod est fatendum, non ita præsens periculum est, ne nova accessio invitetur, atque sicut in casu jam dicto; cum æger nondum *ἐν* *βίω* omninò fuerit, tamen etiam hoc tempore Paroxysmum parit, idque ob causas supra memoratas, quo malo si fortè ægrum non statim multaverit, nullatenus tameneum à morbo liberat, quantumlibet constanter & debitis intervallis Cathartica hæc illave assumpserit. Quin imò nonnullos novi hinc morbo obnoxios, qui Catharsi non solum Vere & Autumno, sed & singulis mensibus, imò & septimanis continuis, celebratâ, sanitati litabant, neque tamen horum quisquam Podagram effugit: quæ ex hinc crudelius perunque & immanioribus symptomatis eos impetebat, quam si ab omni medicatione sibi temperassent. Licet enim jam dicta Purgatio causæ continentis partem aliquam possit educere, cum tamen concoctioni roborandæ (à quo tantum abest, ut eam debilitet, recenti vulnere naturam subruens ac dejiciens ne hilum conferat, unquam tantummodò causæ opponitur, & morbi curationi impares prorsus habet vires.

Ad hæc annotandum est, ab eodem illo spirituum defectu, quo Coctiones in his vitiantur, qui Pod-

grā solent laborare, eorundem Spirituum Animalium *edgasm* minus firmam vegetamque reddi, unde mox dejicitur & inturbatur à quavis causa, quæ vel animum vel corpus paulò violentius concutit exagitatque; ac proinde jam fugax ac dissipabilis est admodum, prout is, qui Affectioni vel Hypochondriacæ, vel Hystricæ obnoxii vivunt, peræpè accidit. A qua etiam Spirituum ad *atragias* propensione fit, ut Podagra vel levissimam quamlibet evacuationem ferè subsequatur. Dissoluto enim corporis tono, quem Spirituum firmitas, dum in vigore suo persistunt, ritè compactum vegetumque servat, materia peccans quasi disruptis tepagulis jam sui juris est, atque ab hac plaga corpori insidit Paroxysmus statim exoritur.

At verò hæc ipsa Methodus utur perniciofa ac nocens, nihilominus Empiricis quibusdam, qui Catharticum quo utebantur medicamentum astute omnes celarunt, haud mediocrem existimationem conciliavit. Observandum est enim quòd Purgatione currente, æger vel non omnino vel remissè admodum dolet; & si Catharsis ad plures dies produci queat, nullo superveniente Paroxysmo recenti, æger confestim ab eo, quo jam tenetur, convalescet: verum enim verò peccans impostero pendet dirissimas ab *atragia* in quam dicta humorum exagitatio naturam præcipitem egit.

Denique materiz peccantis per Sudores evacuatio, licet prædictis evacuationibus minus officiat, liquido tamen officere ceratur. Quamvis enim morbi fomitem non retrahat in viscera, sed è contra in corporis habitum propellat, attamen his saltem nominibus obest. Primò quidem quòd extra Paroxysmum humores adhuc erudos & nondum ita subactos, ut ritè separari debeant, quasi vi quadam in Artus, atque eo pacto cunctantem paroxysmum ante diem, & vel invitâ naturâ sollicitat. Deinde quod sudoris provocatio in ipso paroxysmo materiam morbificam nimis violentè in affectum membrum impingat adigatque, dolorem simul adducens haud tolerandum; & si major sit materiz peccantis copia, quam ut pars affecta eam queat admittere, illam mox in artus alios deturbat, unde orgasmus interea, atque ingens tam sanguinis quam cæterorum humorum ebullitio sive exæstuat; si verò corpus colluvie ferossâ Podagræ generandæ aptâ admodum scateat, metuendum est, ne Apoplexia ingruat. Quamobrem in hoc affectu, perinde ac in cæteris omnibus in quibus sudores Artis ope sollicitantur ad eliminandam materiam morbificam, non verò naturæ ductu profuunt, periculosissimum est eisdem nimis violentè atque ultra eum Coctionis gradum ad quem humores evacuandi suâ sponte pervenerint, elicere. Et celeberrimis ite Hippocratis Aphorismus, *Colla non Cruda sunt medicanda*, tam in Sudoribus provocandis quam in subducenda Alvo locum habet. Quod quidem liquidò constat ex sudore illo quo Paroxysmus Februm Intermittentium claudi solet, qui, si modicus fuerit & materiz Febrilis à præcedente Paroxysmo concoctæ quantitati aptè respondens, ægriù insigniter juvat levatque: si verò ultra naturæ modum sudatio promoveatur, ex eo quòd æger lectulo jugiter affligatur, jam Febris continua subnaicitur, & recens focus succenditur, cum iste qui pridè efflagrabat, fuerat extinguendus. Pari ratione in Podagra etiam lenis ille mador qui ut plurimum manè sua sponte oritur post minorum Paroxysmorum, è quibus majorem Paroxysmum constare docui, singulos, iam dolorem quam inquietudinem quibuscum æger totâ nocte consistebatur, mitigat: è contra verò, si quando levis hiccè mador & suscite naturâ fugax, diutius & vehementius profiterar quam ferè proportio materiz peccantis jam ab ultimo Paroxysmo con-

stæ, morbus inde exacerbatur. Tam itaque in hoc quam in aliis morbis quibuscunque, quos mihi videre contigit, dempta sola Peste, sudores prolicite non tam Medici, quam Naturæ provincia est: cum nullo modo assequi possimus, quanta materiz pars ejuscemodi separationi obeundæ jam jam est parata, nec per consequens, quem in provocando sudore modum tenere debeamus.

Ex jam dictis cum satis liqueat, non solum Podagræ Curationem à Medicamentis evacuantibus in casum peti, sed & eadem *podagria* noxam adferre, restat ut exquiramus, ad quem alium scopum Curativæ indicationes sunt dirigendæ. Ego quidem ex accurata *pharopular* prædictorum omnium pensatione & diligenti examine colligo, duabus potissimum causis in hujusce morbi curatione obviam iri debere. Prima est causa Antecedens, sive humorum indigestio à caloris & spirituum Naturalium defectu orta. Altera est causa Continens, sive eorundem humorum calor & exæstuat, ubi jam tum putredinem, tum etiam acridinem nacti sunt à mora in corpore, quam oportuerat diuturniore, quæ mors ab inconcoctione supra memoratâ pendet. Hæc causæ ita toto coelo, quodajunt, à se invicem discrepant, ut quæ huic profunt remedia, alteri obstat; unde hic Affectus ita curatu perdifficilis est. Etenim dum Medicamentis calefacientibus indigestionem vincere satagimus, periculum est, ne ex altera parte humorum calor intendatur: atque è diverso, dum sive Diætâ, sive Remediis refrigerantibus calorem & acridinem humorum committigare volumus, *atragia* accessimus, labefactato scilicet calore naturali.

At verò hic Causam Continentem non eam tantum intelligo, quæ jam actu Articulos obsidens Paroxysmum format, sed eam insuper, quæ adhuc in sanguine delitescens separationi hæctenus est inepta. Ferratò enim materia morbifica omnis à Paroxysmo quantumlibet diuturno & crudeli, ita plenè egeritur, ut nullæ profus in corpore reliquæ sint, eodem jam elapso. Ac proinde utriusque hujus causæ tara extra Paroxysmum quam eo vigente ratio habenda est. Quandoquidem verò materiz continentis eliminatio Naturæ omninò opus est, suâ ipsius methodo peragendum; cumque nihil interea temporis, ad humores calidos acresque leniendos, absque damno digestionibus illato, possit tentari, nisi ut exulent ac evitentur victus medicamentaque calidiora, à quibus inflammantur humores: maxima certè & præcipua Curandi intentio in eo verti debet, ut Coctioni, indigestionibus sublatis, consulatur, de quâ jam agam: ita tamen ut in Dissertationis serie ea etiam attingam Remedia, prout ansa data fuerit, quæ ad leniendum humorum calorem, & acridinem retundendam facere possint.

Quæcunque igitur naturæ opem ferunt in muneribus suis ritè fungendis, sive Ventriculam confortando ut alimenta rectè coquat, sive sanguinem ad debitam chyli in illum investit assimilationem, sive partes solidas corroborando, quo melius succos earundem nutritioni atque augmento destinatos in propriam substantiam convertant, quæcunque denique varia excretionis Organa atque emunctoria corporis in eo statu conservant, ut singularum partium recrementa debito tempore atque ordine valeant amandare: hæc & hujusmodi omnia huic intentioni adimplendæ conferunt ac propriè *Digestiva* appellantur, sive pharmaca ea fuerint, sive ratio victus, sive exercitatio, sive alia ex illis quælibet, quæ *ferres non naturales* indigitantur.

Hujusmodi Medicamenta sunt in genere, quæ moderatè excalefaciunt, & vel amarificant, vel linguam leniter feriunt, utpote quæ ventriculo sunt pergrata, sanguini medentur, & cæteras partes fovent.

confortantque, qualia sunt, verbi gratiâ, Radices Angelicæ, Enulæ, Folia Ad fynthii, Centaurii minoris, Chamædryos, Chamæpityos. &c. Addi possunt etiam Antiscorbutica vulgò dicta, ut Radices Raphani rusticani, Folia Cochleariæ Hortensis, Nasturtii aquatici, &c. Cum autem herbæ istæ aeres ac pungentes, ut stomacho arideant atque eidem conferant in Coctione iuvandâ, morbi tamen fomiti jamdiu formato aculeos subdant & augeant calorem, parcius usurpandæ veniunt, præ aliis istis quæ miti calore atque amaritudine & Ventriculorum corroborant, & sanguinis massam vegetiorem reddunt ac magis vitalem.

Eorum species aliquot affabrè permixtæ humoribus concoquendis rectius ut mihi videtur, quàm simplex quodlibet ex eorum tribu desumptum ministrant. Quamlibet enim quoties specificâ medicamentum cuiuslibet virtute opus est nobis, Regula tenet, Quo simplicius eo melius; tamen cum id habemus propositum, ut huic illive indicationi satisfaciendo ægrum sanemus, singula ingredientia symbolum pro morbo curando quasi conferunt, atque in hoc casu, quanto major est simplicium numerus, tanto potentius medicamentum operabitur. E prædictis itaque & reliquâ ejusdem farinae materiâ medicâ, variæ Remediorum formulæ ad hunc scopum tendentes concinnari possunt. Ego formam Electuarii ad exemplum Theriacæ Andromachi cæteris præfero, ceu viribus præstantissimam, et quod mutis simplicium confermentatio omnium virtutem adaugeat, quasi aliquid Tertium progignens, quod in ita conjunctis majorum est virium in pari quantitate quàm in eorum quolibet. Verùm tam delectum ejusmodi ingredientium quàm formulas quibus exhibenda sunt prudenti Medico lubens relinquo; cum nunquam mei officii esse duxerim Receptulas, ut vocant, conscribere, at potius veras indicationes notare, ad quas Curationes sunt dirigendæ: Quod cum minus observetur, exhinc, ut alibi dixi, Empiricis ausu data est, ut se Artis medicæ Principes jactent.

Verumiamen Tyronum gratia, remedium, quo ego uti soleo, in medium proferam, quod ad hunc modum componitur, ℞. Rad. Angelic. Calam. Aroma. Imperator. Enul. campan. Fol. Absinth. vulg. Centaur. min. Marrub. alb. Chamædr. Chamæpity. Scord. Calaminib. vulg. Partib. Saxifrag. pratens. Hyperic. Virg. aur. Serpil. Mentæ. Salvia, Ruta, Card. Ben. Puleg. Abrotan. Flor. Chamæm. Tanacet. Lil. Corval. Croci Anglican. Sem. Tblusp Cochlear. hortens. Carvi, Bacc. Junip. singulorum quantitatem sufficientem. Legantur singula Herba, Flores, & Radices quo tempore viribus pollent maximis. Siccantur ac in Papyraceis sacculis asserventur, dum in pulverem tenuissimum redigantur. Singulorum Unciæ sex simul probe mixtæ excipiantur s. q. mellis opt. despumati, & Vini Canarini, & in Electuarium debita consistentia conficiantur s. a. Sumat Drachmas duas manè & serò, Vel hujus defectu, sequenti utatur. ℞. Conf. Cochlear. hortens. ℥j. Absinth. Roman. & Flavæd. Aurantior. an. ℥j. Angelic. condit. Nuc. Moschat. condit. an. ℥j. Theriac. Androm. ℥ij. Pulv. Ari comp. ℥ij. cum. s. q. Syrupi Aurantiorum fiat Electuarium. Capiat Drachmas duas bis in die, superbibendo sequent. Aquæ cochlear. v. vel vi. ℞. Rad. Raphan. rust. incis. ℥ij. Cochlear. hortens. manip. xij. Nasturt. aquatic. Becabung. Salv. Ment. ana manip. ℥ij. Cortic. Aurantior. no. vj. Nuc. Moschat. contus. no. ij. Cerevisie Brunsvic. ℥xij. Destillentur organo communibus, donec solummodo libra sex Aquæ eliciantur pro usu. E Medicamentis vulgò cognitis Theriaca Andromachi Concoctionibus roborandis præ cæteris confert; Cum tamen plures in se species contineat, quæ plus satis calefaciant, atque insuper Opio abundet,

Electuarium supradictum commodius parari potest à Vegetabilibus præcipuis excalefacientibus & corroborantibus. Curandum est interim ut ea simplicia eligantur quæ ad ægri gustum magis faciant, cum enim diu admodum, scilicet ad omnem ferè ætatem, in ejus usu perseverandum sit, omnino convenit, ut palato minus sit ingratum. Inter simplicia Cortex Peruvianus primas obtinet, cum sanguinem corroboret vegetumque reddat, ejus grana aliquot manè & serò assumantur.

Et sine uti in hoc Affectu de quo jam agimus, ita & in aliis Chronicis plerisque, hæc & huic similia remedia quæ sanguinem corroborant, vegetumque reddunt (si modò eorundem calor, propter causas postea adferendas, in spiritibus vinosis non consistat) præ cæteris juvant; quandoquidem singuli hujus generis morbi ad unam eandemque causam universalem, humorum scilicet Indigestionem, si rectè conjunctio, referri debeant.

Nihil est autem, ex quo hoc certius evinci poterit ac probari, quàm si ob oculos ponamus differentiam, quæ inter morbos, Acutos & Chronicos intercedit; quam ob causam æquus Lector boni consulet, si paulisper ab eo, quod jam præ manibus est negotio digrediar. Prout itaque morbi Acuti si ferè habentur, qui citò vel perimunt, vel ad Concoctionem perducentur: ita Chronicis appellantur isti, qui vel non omnino vel tardè admodum & longâ temporis morâ ad eandem Coctionem pertingunt. Atque hoc quidem tam ipsa rei natura, quàm verba quibus illa exprimitur, apertè loquuntur; at verò causa hujus differentie, quæ inter hæc duo morborum genera deprehenditur, altius latet, haud ita facilè eruendat cujus indagatiõni si aliquantisper immoremur, operæ, ut puto, vix nos pœnitebit, cum harum rerum notitia clara ac distincta, ad inveniendas veras Indicationes horum Morborum Curationi accommodas, magnum momentum adferre queat.

Sive interiora Terræ viscera, si ita loqui fas est, varias subeant mutationes, unde à Vaporum inde exhalantium interventu aer inquinetur, quod mihi maximè probatur: sive inficiatur Atmosphæra omnis, ab alteratione quam eidem inducit peculiaris aliqua corporum Coelestium quorumlibet Conjunctio: res ita se habet, ut ad hoc illudve tempus aer particulis referciatur, quæ humani corporis œconomia adversentur; uti etiam alio tempore istiusmodi particulis imprægnatur, quæ cum corporibus speciei alicujus Brutorum minus conveniunt. His jam temporibus, quoties nos hujusmodi noxia & naturæ inimica invadunt in nudum sanguinem inspiratione attrahimus, & in illos morbos Epidemicos incidimus, quos illa parere apta nata sunt, Natura Febrim accersit, solennem nempe sibi Machinam ad sanguinem à materiâ aliquâ hostili & contrariâ intus stabulante vindicandum. Et tales morbi Epidemici vulgò audiunt, & idèd Acuti sunt & Breves, quia motum habent ita celerem & violentum. At verò præter hos morbos à causâ externâ excitatos, sunt & alii perinde Acuti, ab hac vel illâ peculiari sanguinis inflammatione nati, quæ non à causâ aliqua generali ab aëre pendente, sed à particulari particularium corporum Anomaliâ vel intemperie producuntur. Quod quidem Febrim genus ego Intercurrens & Spoticum idcirco vocito, quod annis ferè quibuslibet occurrant.

At verò morbi Chronicis genium habent longè ab his diversum: quamvis enim aer minus salubris hujus vel illius generis ad hos morbos generandos multum conferat; non tamed aeri ita immediatè originem debent suam, sed ut plurimum communi omnium horum Parenti, Humoribus scilicet Indigestionibus. Ubi enim quæ Naturæ principia jam habuerit infirmata ac propria, sive à senectâ sive à magnis & continuis

circa *Sex res non naturales* erroribus, præcipuè in Cibo Potuque; vel si Organa Secretoria eo usque fuerint debilitata, ut jam functionibus suis ad deſecandam sanguinem & ejus superfluitates eliminandas deſtinatis, prorsus fuerint imparia: his in casibus uberiori humorum proventu jam coagmentato quam cui digerendo hominis vires sufficiant, dicti humores morâ diuturniore varias fermentationes ac putrefactiones patiuntur, tandemque in *speciem* erumpunt, & varias morborum species edunt pro depravationum varietate. Et prout in succi depravati variam habent indolem, ita variè in hanc illamve partem dilabuntur, quæ eisdem excipiendis aptissima est; atque ibi sensim longam illam symptomatum seriem explicant, quæ partim à talium succorum natura, partim ab *Ætate* illis partibus illatâ, solent exoriri: quæ duo simul juncta istam naturæ *dyoματιαν* constituunt, quæ morbi alicujus nomine insignitur.

Jam quod ejusmodi impotentia naturæ ad coquendos humores plerumque Morborum Chronicorum causa sit præcipua, facile liquebit, si animadvertamus Senes, quorum Coctiones sunt læsæ, & spiritus, earum instrumenta, absumpti à repetitis vitæ longioris functionibus, hisce Affectibus magis esse obnoxios quam sunt Juniores, quorum vitæ flamma magis accensa recrementa ista concervata dissipat; & quorum Organa Secretoria jugi isto caloris naturalis subsidio instruuntur, ut functionibus in totius sanguinis massa depuranda peragendis nequiquam deficient, nisi insuper premantur, & quasi suffocentur à nimia humorum copia. Ad hæc talem humorum indigestionem plurimum Morborum Chronicorum causam esse ex eo constat, quod Hyems ad istiusmodi morbos gignendos longè magis faciat quam Æstas. Licet nonnulli ex his morbis non actu exerantur, nisi sub Brumæ exitum; attamen iste humorum proventus, à quo illi pendunt, per omnem Hyemis decursum succrescens, avictior factus est ab ejus tempestatis frigore & effæcto læguore naturam debilitante, quo minus valeat in administrandâ corporis œconomia. Unde fit, ut qui in Æstate satis bene habeant, rarò tamen Hyemecos morbos effugiant, ad quos magis sunt proclives, *Podagram*, verbi gratiâ, *Asthma*, *Tusses*, &c. Atque hinc etiam ratio deducenda est, quare Peregrinatio in Regionibus magis Australes ita efficaciter eos morbos expungnet, quorum curatio in frigidioribus incassum tentabatur. Eorum, quæ de generali morborum Chronicorum causâ jam dixi, veritas magis adhuc patebit ab ingenti & quasi stupendo ac incredibili emolumento, quod ii qui morbis Chronicis plerisque, præcipuè verò *Phtisi*, laborant, ab Equitatione percipiunt, quod genus Exercitii Digestiones singulas invigorat firmatque, dum à continuâ corporis succussione calor naturalis re accenditur, & Organa secretioni deſtinata in munere depurandi sanguinis ritè fungendo promovetur: unde necesse est, ut sequatur Digestionum deperditarum quasi renovatio quædam, & è consequenti totius corporis Crasis optima.

Quocirca è rationibus jam allegatis satis eluceſcit, quod non in Podagra tantum, sed & in aliis quoque Chronicis morbis, ubi nullum Symptoma manifestum contra-indicat, *Herbas* ejusmodi *excalfaciennes* magnum omnino commodum adferre, cum sanguini ætatis calorem vel mediâ hyeme concilient: quamvis si æstivo tempore earum usui assueſcamus, melius præcavebunt mala ista, quæ adversa tempestas solet apportare. Et profecto si ad hyemis usque appulsum deferantur, quo tempore ingens humorum saburra accumulatur, periculum est ne serò nireis ad hoc Asylum confugiamus, & quod dici solet, *Μετὰ τὸν χειμῶνα οὐ μαχία*. Quamvis autem, ut supra fusius disserui, Podagra sibi habeat peculiare, ut non tantum non juvetur, sed & lædatur à Catharticis; tamen in aliis

Chronicis plerisque & Venæ-ſectio quoties opus fuerit repetita, & Purgatio ante sunt imperanda, quam Remediis corroborantibus & Digestivis hic à me laudatis opera danda est: ubi verò se æger his addixerit, in iis perseverandum est, nullis intercalatis Evacuationibus. Etenim hoc est firmiter retinendum, quod quoties cujuscunque morbi curatio Remediis Corroborantibus innitur, Evacuationes, qualescunque eæ fuerint, efficiunt prorsus. Denique non is sum, qui asseram, Medicamenta Digestiva jam memorata cæteris quibuscunque præstare: at verò dico eum, qui Remedium ad hanc intentionem satisfaciendam potentissimum invenire potuerit, longè majora in sanandis Morbis Chronicis præstare posse, quam ipse se posse existimaverit.

Istud verò iis omnibus quæ de Podagrâ sanandâ dicturus sum, præmittendum est, maximopere præ cæteris observandum, nempe quod *Digestiva* Remedia quæcunque, sive Medicamentorum apparatu, sive Diætâ, sive Exercitatione ea constant, haud obiter instituenda sunt, verum constanter atque omni adhibita diligentia assidue usurpanda. Cum enim in hoc morbo, uti etiam in Chronicorum quamplurimis, causa ejus in habitum, & novam quasi naturam transiverit, nemo sanus existimaverit leviculam aliquam ac momentaneam alterationem sanguini atque humoribus à quolibet sive remedii sive victus genere superinductam, curationis scopum posse attingere; at verò corporis habitus omnis aliò traducendus est, atque homo integer deinceps quasi novâ incude refingendus. Neque enim hic ita se res habet atque in morbo Acuto aliquo; ubi is qui modo athleticè ac pancreaticè valebat; de repente Febre correptus, ab optimo sanitatis statu in morbum periculosissimum, quasi rupto ponte, præceps ruit. Podagræ dispar admodum ratio: ubi quis per multos annos continuos Comestationibus, Comotationibusque intemperantiùs indulgens, solita exercitia intermittendo, desidiosa atque pigritia intabescendo, vel etiam nimio studio atque irremissa animi intentione, aliisque vitæ erroribus, id egit tandem quasi deditâ operâ, ut varia corporis fermenta pervertantur, atque opprimantur spiritus Animales (quæ Coctionis instrumenta sunt primaria,) unde humores præter-naturales coacervati erumpunt tandem, cum jam ad summum gradum exaltati fuerint, ac stragem edunt; Carnibus denique emollitis, & effæminatibus Articulis, unde humores illabentes promptius excipiunt. Atque ita demum alia quasi natura sensim superinducitur, pristina & naturali corporis œconomia eversa funditus & deletâ: Cum isti Paroxyſmi, qui hominum incautorum ac minus perspicacium oculos animosque soii ferè perstringunt & occupant, nihil prorsus aliud sint quam series & ordo symptomatum ab illa methodo pendentium, qua uti solet Natura in materia morbum committente foras pellendâ. Quamobrem operam ludit quisquis hoc illove sive medicamento, sive etiam regimine subinde in usum revocato, hunc morbum protelare satagit. Cum verò hic habitus tum in Digestionum omnium labefactione, tum & in amissione firmitudinis naturalis partium singularum præcipuè fundetur ac constet, utriusque malo occurrendum est; & tam Coctionum robur, quam firmitudo partium pedetentim reduci debet ac restaurari, pro modulo scilicet pristinae ac consuetæ corporis œconomia. Quantumlibet verò istud plene perfecteque fieri non posse videatur, non eo solum nomine, quod Habitus quicumque non nisi ægerimè in sibi contrarios transmutantur, sed etiam quod ætas senilis, quæ huic morbo ut plurimum comes est & sociâ, vehementer refragatur: tamen quantum vires anique sinent, tentanda est curatio, & prout æger propius ad hanc metam accedet, vel recedet longius, Podagræ tyrannidem magis minusve effugiet.

Atque

Atque porro animadvertendum est, quod Remedia *verruca* vel Digelliva, sive partem Medicam ea spectant, sive Diabeticam, in Pa. oxyfymorum præcipuè intervallis in usum revocanda sunt; idque quàm longissimè fieri potest à Paroxyfimo infecuturo. Neque enim sine magnâ temporis mora & pertinaci Remediorum usu Concoctionum omnium corroboratio, fermentorum corporis jam imminutorum restauratio, tantaque firmitas, quantum expetunt tum sanguis, tum viscera, senio adversante possunt acquiri.

Quantumlibet verò prosint hæc aliaque ejusmodi remedia, attamen hisce solis hæc corroborandi intentio satisfieri nequit; sed & earum etiam rerum habenda est ratio, quæ ad artem propriè medicam non spectant. Et certissimè voto frustrabitur is, qui in hoc aliove morbo Chronico omnem curationem Medicamentis solis absolvi posse autumat. Primum itaque ea in *Cibo Potuque* mediocritas est observanda, ut neque plus alimenti ingeratur, quàm ventriculus concoquere valeat, ac proinde morbo fomes subministratur: neque è contra, nimia abstinentia partes ea proportionè defraudentur, qua earundem robur & vigor debuerat sustineri, unde etiam magis debilitentur; quorum utrumque ex æquo nocet, prout tam in meipso quàm in aliis haud semel expertus sum. Ad hæc, ciborum qualitatem quod spectat, licet *Evrosia* per se considerata *diversitas* præferenda sint, attamen ægri palato est consulendum: quandoquidem observandum est, quod sæpenumero id quod ventriculus vehementer appetit, licet difficiliter coquatur, citius tamen à natura vincitur quàm quod facilioris concoctionis habetur, si ventriculo nauseam creet: at verò quæ *diarræa* habentur, idcirco parcius sunt comedenda. Unicâ etiam ciborum specie singulis passibus vescendum arbitror, cum varia carniùm genera simul ingesta plus ventriculo molestiæ faceant quàm unicum, quod omnia ista quantitate exæquat. De cæteris, dempta carne, pro libitu comedat, modo nec acria, nec sale condita sint, nec aromatis; quæ licet coctionem non leant, nocent tamen quatenus morbi fomitem exagitant.

Tempora quod attinet, Prandere tantùm expedit; cum enim lectus humoribus digerendis propriè dicetur, id temporis in cibis concoquendis non est infumendum. Non cœnent itaque, qui Podagræ sunt obnoxii; haustum tamen Cerevisiæ alicujus tenuioris liberaliorem sibi indulgeant: quandoquidem etiam Renum Calculo generant lo proclives fere sint tales; cujus concretio à liquore ejusmodi hoc tempore hausto multum impeditur, refrigeratis scilicet ab eo Renibus prolutisque.

Calor seu Diæta è solo lacte sive crudo, sive cocto, exulantibus cæteris omnibus, nisi quod penis aliquid semel forte in die adjiciatur, ab Annistretò viginti obtinuit. Profuit hæc quamplurimis præ cæteris hujusce morbi præsidis, quàm diu ne latam unguem ab ea discesserint. Quamprimum verò ad sanorum diætam, utut lenem mitemque, sese receperit, qui huic infueverat, Podagra confestim reversa ægrum pejus longè quàm antehac vexavit: labefactatis enim hac methodo naturæ principis, æger jam morbo pellendo magis impar redditur, unde & periculosus infestat & diuturnus. Qui igitur huic se methodo tradere cogitat, primùm seridè secum perpendat, num valeat per omnem vitam in eadem persistere: quod tamen fortassis penes eum non erit, utut propositi tenax fuerit: Novi enim Nobilem quendam, qui postquam per annum integrum solo lacte victitaverat, non tantùm sine offensione sed & cum summa voluptate; (quo tempore quotidie semel aut pluries deiecerat) sifente derepente alvo ac mutata corporis temperie, manente verò adhuc animi propensione, & ventriculo tandem ad lac nauseante, abfistere coactus est. Non-

nulli verò Hypochondriaci, crasso corporis habitu, vel qui alias liquoribus spirituosis diu multumque suevere, lactis uivum nullatenus ferre possunt. Interes emolumentum illud, perbreve ac fugax quod ex hac diætâ percipiunt illi quibus cum lacte convenit, hæc oritur, videlicet quòd non tantùm diæta sit simplicissima (unde nullus dubito quin jusculum Avenaceum, modo ventriculus illud ferat, idem præstare possit,) sed etiam sanguinem dulciorem mittoremque reddat, particulas in eo acriores contemperando: atque insuper, quod ego palmarium judico, cum lac alimenti genus sit Adultis prorsus impar, istam humorum turgescenciam sive virositatem reprimat, cui Podagræ ortum debet, eo nomine paucos illos quibus congruit, tamdiu à Podagra immunes præstat, quàm diu eo solo vescuntur, nec juvat ulterius. Cum enim Podagræ causæ originali ac primariæ nempe Concoctionum ac Fermentorum debilitati omnino contrarietur, longè magis hæc ratione obest quàm altera prodest. Quod cum minus perspectum fuerit, nonnulli incautiores in errores permagnos & planè exitiales inciderunt; dum morbi causæ Continenti, humorum scilicet calori & acedini, obviam ire satagentes, Concoctiones pellunderunt, & punctiones naturales prostraverunt omnes.

Liquores quod spectat, si, me judice, optimi sunt, qui neque ad Vini generositatem ascendunt, nec ad Aquæ debilitatem deprimuntur, cujusmodi sunt Cerevisia tenuis *Londinensis* sive lupulata, cum sive non lupulata; extrema ab utraque parte noceant. Primum de Vino, licet Proverbio jactetur, Vinum potans Podagrâ laborabis, & Vinum non potans laborabis Podagrâ; extra controversiam tamen est, & veris *podagræ* experimentis confirmatissimum, Vinum de facto officere. Licet enim prodesse credatur juvantis Coctionibus, quarum vitia causam Podagræ Antecedentem jamdudum statui; ratione tamen Causæ Continentis omnino obesse censendum est, humores scilicet, fomitem morbi, jam in prociectu stantes accendendo exagitandoque. Sed neque damus Vinum pro potu ordinario usurpatum Coctiones promovere, at potius subvertere dicimus, nisi in diu Vino assuetis. Quamvis enim calorem aliqualem in transitu imperiat, certissimum est tamen, fermenta corporis ab eo subjugari, & avocari spiritus naturales atque fugari: unde est, si bene conficio, quod Bibaces atque Nepotes isti malè feriat, Podagrâ, Paralyfi, *Hydrope* aliisque morbis frigidis ferè perimuntur. Adde, quòd jugis & immodica Vini ingurgitatio corpus ad instar corporum Fœminarum emolliat laxatque, cum liquores temperati partium omnium tonum roborent ac firmant: unde qui liquoribus tenuioribus semper assueverit, Podagram fere nesciunt. Notandum est insuper, quòd huic morbo maximè obnoxii Viri sunt, qui licet imminutam habeant concoctionem naturalem, tamen ex quadam sanguinis luxuriâ plus satis nutriunt, & incrementum sumunt ex materiâ quadam indigesta loco substantiæ sanioris & ritè compactæ. Hanc sanguinis luxuriam *Onosca* adauget magis, ac proinde tum novam materiæ saburram accumulât, tum etiam fomitem jamdiu repositum quasi subditâ face actu in morbum provocat. Huic accedat strui, quòd cum podagricorum sanguis isti qui è Pleuriticorum, aliorumque morbis inflammatoris laborantium pertusis venis extrahitur, persimilis sit, insanorum esset sanguinem jam *deperdit* ulterius spirituosis liquoribus, ceu ignem oleo, profitare. Neque tutius ex adverso liquores nimium refrigerantes in usum revocantur, cum hi Concoctiones prorsus dejiciendo & extinguendo calorem naturalem, majorem adhuc noxam inferant; non dolorem scilicet ut Vinum, sed ipsam aded mortem: prout experientia docet in iis, qui ad senium usque vicio libera-

lius indulgentes, aquam aut tenuiores liquores derepente cum Vino, & non ita diu post vitam cum morte commutantur.

Hic itaque Podagræ obnoxiiis in potu modus statuitur, ut iis utatur liquoribus, qui neque vel in maxima copia assumpti inebriare possunt, neque frigore suo ventriculum lædere; Huiusmodi est, ut dixi, Cerevisia tenuis nostras, & in aliis regionibus confici poterit ex multa aqua cum pauco vino permixta. Aquam puram crudamque & periculosam existimo, & expertus sum meo damno. Attamen satis commodè ab ineunte ætate potatur Aqua; qua hodieque longè major hominum pars sitim levat: inopia sua feliciores sunt illi, quàm nos nostra copia & luxu. Testes appello ingens morborum agmen quo corpora nostra hoc nomine diseruciantur, Podagram sc. Calculam, Apoplexiam, Paralyfin, &c. tum & vim animis illatam qua à nativa rectitudine transversum aguntur, dum adventitii talium liquorum spiritus, cum spiritibus Animalibus cogitationi formandæ inservientibus complicati, mentem nimium volatilisando perturbant, vana ac futilia loco rerum solidarum atque alicujus momenti subingerentes: atque ita demum ingeniosè Lepidos ac Dicaces, pro Sapientibus nos reddentes; inter quos eadem fermè differentia intercedit, atque est inter Substantiam & profus Nihil. Sed de his satis.

Jam verò quamvis sufficiat ei, qui Podagra mitius ac tantùm par intervalla laborat, vel Cerevisia tenui uti, vel vino diluitori, cum is morbi gradus tanti non sit, severiori regimini se subiciat; attamen cum universa corporis substantia in Podagram quasi degeneraverit, mitius quàm exoptet in profligando morbo promovebit, qui non à liquore fermentato quocunque quantumvis leni & tenui, in totum abstinet: cum hi omnes spiritus pungentes, & aliquem acridinis gradum in se contineant; & quod pejus est, quatenus fermento imbuti (perinde ac flores Cerevisiæ liquoribus inditi vim suam fermentativam toti massæ communicant,) humores fermentationi perpetuæ addicunt. Potus itaque Diæteticus ex ingredientibus vulgò notis & huic usui dicatis pro tali potu ordinario præscribendus est: modò non sit iusto fortior, quo haud multo minus periculosè accendantur humores quàm ipso vino; nec è contrà aquosior iusto, naturales seu etiones nimia refrigeratione prosterneans. Huiuscemodi Potus si ritè paretur selectis Ingredientibus istis quæ ægro mitius sunt ingrata, licet ad septimanam unam alteramve non sine aliquali fastidio ita jugiter assumatur, postea tamen perinde gratus & acceptus est, ac sunt alii liquores quibus quis maximè assueverit. Atque ab hoc potus genere non tantùm non imminuetur Appetitus, sed & augebitur: magis insuper naturalis & genuinus evadet quàm cum liquoribus fermentatis uti solet. Hoc insuper commodi accedet, quod qui huiusmodi ortum Diæteticum loco ordinarii hauriunt, liberius in cætero victu sibi possint indulgere, quàm cum Cerevisiam biberent, aut Vinum: cum errores in victu, (quos omnes penitus evitare pene supra humanam sortem est) hoc pacto aliquatenus corrigantur compensenturque. Quod verò omnium primum est, æger hoc modo sibi à Calculo præcavebit, qui Podagræ serè individuus est comes: cum liquores acres ac attenuantes quilibet, uti ad Calculum jam factum proritandum, ita ad eundem generandum etiam faciunt. Liquor sequens, utpote qui gustu ac colore jucundo est mihi maximè arridet, R. Sarsaparil. ℥vi. Lign. Sassafr. China, & ras. c. c. an. ℥ij. Glycyrrhiz. ℥j. Coq. in Aq. fontan. Cong. duobus per horam dimidium; deinde stent clausè super cineres calidos per horas 12. postea ebulliant ad tertiam partem consumptionem. Cum primum ab igne

amoveatur, infunde sem. Anisi ℥ß. Post duas horas coletur, & postea depuretur per residuum, & liquor clarus reponatur in lagenis vitreis probe clausis ad usum.

Hic liquor tum primùm commodissimè in usum trahetur, ubi quis à Paroxysmo convaluit; atque in eo perseverandum tam in ipsis Paroxysmis, quàm in eorum intervallis per reliquum vitæ cursum. Neque enim satis factum est sciviente adhuc morbo novis rebus studere, cum in ejusmodi aetate & motu inordinato natura vix ferre queat, ut liquores fermentati, qui vegetiores sunt ac magis spirituosi, cum alio merti ac spiritibus destituto commutentur. Eodem etiam tempore & Eleuarium prædictum usurpabitur; quod pariter deinceps tam in Paroxysmorum insultibus quàm extra eos quotidie est devorandum. Hujus calor Potus Diætetici aquositate quadantenus pensabit, sanguini & visceribus debitum caloris gradum concilians, sine ista agitatione, quæ excitari solet ab æstu liquorum fermentatorum.

Si quis objiciat eam vitam vix vitalem esse, in qua omnimoda tum à Vino tum ab aliis liquoribus fermentatis abstinentia observatur; respondeo perpendendum esse, an non longè miserius sit ac minus tolerabile diris inveterascens Podagræ cruciatibus (nam in mitiori morbo non hoc postulo) quotidie excarnificari, quàm huic soli liquori se adstringere; cujus usu continuato in cæteris esculentis fermè omnibus animo obsequi licet: ut jam non repetam, quòd & hic potus (uti cætera omnia) dulcescit consuetudine. Certè qui hunc morbum expertus est, modò Homo, non bipes fuerit pecus, nihil ambiget, in quam partem debeat concedere.

Quo non obstante, si æger vel à longo ac nimio usu liquorum inebriantium, vel ab ætate provectiore, vel denique præ nimia debilitate, cibos absque Vino vel quovis alio liquore fermentato nequeat concoquere, non vacat certè periculo eandem protinus ac derepente à vino depellere; qui quidem error haud paucis lethalis fuit. Prorsus itaque, si me audit, Apozema Diæteticum supra præscriptum abdicet, vel, si eodem uti statuerit, ei sensim assuescat, haustum vini in passibus ad tempus aliquod sibi indulgens, quasi Remedii loco potius quàm Diætæ, donec Decoctum illud familiaris evaserit. Vinum autem Hispanicum hic loci tam Rhenano, quàm Gallico omnino præferendum est, quæ posteriora, licet ventriculo pergrata sint, tamen exacerbandis humoribus & augendo morbi fomiti apta nata sunt. Adde quòd cum æquè serè cruda sint, & vix magis concocta quàm est nostrum Pomaceum, non perinde cardiaca sunt atque calida, ac res postulat. Atque hæc de Cibo Potuque præcipua dicta sunt.

Est & aliud, quod tamen parvi pendatur, magni tamen momenti est tam in digerendo morbi fomite, Paroxysmo adhuc vigente, quàm ad prohibendam ejusdem materiæ generationem extra Paroxysmum, nempe ut æger, maximè hyemis tempore, maturè lectum petat. Etenim post venæ-sectionem & Catharsin nihil æquè naturæ vires subruit ac noctu vigilare; quod quidem valetudinariorum quilibet expertus affirmabit, si seriò animadvertit, quanto alacrior vegetiorque exurgit, quoties se lecto temporius commiserit, quàm verò enervis est ac languidus, quoties ad multam noctem vigilaverit. Et quamvis res eodem recidere videatur, an citius seriusve quis lectum repetat, modò per tot horas eidem indulgeat, verbi gratia an hora nona cubitum eat, & quinta surgat, vel undecima cubitum eat & surgat septima; multum tamen interest, idque ob hanc, ut existimo, potissimum rationem. Interdum scilicet spiritus dissipantur, sive in corporis exercitio, sive animi, qui in minus rectè valentibus ita sunt infirmi ac debiles, ut

ut veiperi somni subsidio maturius opus habeant; & cum noctis appulsus æconomiae corporis quasi relaxationem quandam adferat, quæ diurno tempore à solis influxu vegeta conservatur, lecti calor, brumâ præsertim, solis vicem ut gerat necesse est. Manè verò spiritibus tam à prægressæ noctis quiete quam à lectuli calore refocillatis invigoratisque, præterquam quod dies superveniens firmitatem ac robur corporis toto conciliet diluculo surgere hoc tempore, licet horam unam alteramve à somno matutino detrahat; non ita altius Naturæ infligit, ac vigilæ vespertinæ ad horam unam vel alteram protrahat. Quamobrem istis qui Podagræ sunt obnoxii Author ego sim, hyeme præcipuè, ut lecto maturè admodum se committant, & diluculo exurgant, quantumvis somnus iusto brevior suadeat, ut diutius cubantes eundem adhuc venentur. Cum somnus qui ita diluculo capitur securæ noctis somno tantundem detrahat; atque ita tandem Naturæ vi illatâ, spretoque sapienti ejus instituto, noctem pro die quis habeat, diem perversus pro nocte.

Quinimo animi tranquillitas omni ope stabilienda est: cum perturbationes omnes, si repagula semel effringant, ad solvendam spirituum, qui sunt Digestionum instrumenta, syllasin, ac proinde ad Podagræ incrementum multum faciant. Prudenter itaque secum mediletur æger mortalitatis suæ conditionem, nec se earum, quæ eam sequuntur, molestiarum exortem stultus opinetur: sive enim sui ipsius, sive aliorum culpa hanc animi ægritudinem pariat, non poterit unquam mundo leges dare, qui nemini hæcenus, quantumlibet demum potens aut sapiens fuerit, semper morem gessit; neque ita cuiquam semper ex animi voto cedebant res omnes, ac vana mens inoponderat, at derepente inter rerum apparatus animam agens humane fragilitatis specimentandem edit, immeritò se brevi vitæ fructu spolians. Idem etiam incommodi sequitur nimiam animi ad studia & res serias applicationem: Cum enim huic morbo præ cæteris quibuslibet Melancholia vulgò dicta comes semper adhaereat, qui ei sunt obnoxii, spiritus Animales diu multumque cogitando, etiam non adhibito artificiali librorum adminiculo, fatigare solent atque obruere, hoc ipsum ita valdè ac nimio opere agentes, ut corporis æconomia integra amplius conservari nequeat: Quam ob causam ut mihi videtur, hic morbus perpaucos Inspicientes (me excipiat qui volet) occupavit unquam.

Cæteris verò omnibus, quæ ad impediendum humorum indigestionem (quam ego primariam Podagræ causam constitui) & ad sanguinem idcirco corroborandum, ac firmitudinem partibus conciliandum faciunt, *Exercitium* corporis facillè palmam præripit. Animadvertendum est autem, uti supra monui, quòd cum in hoc morbo, etiam magis quam in Chronicorum quovis, totius corporis Habitus immutari debeat, exercitatio corporis nisi quotidiana fuerit, nihil juvabit: hujusmodi enim exercitatio per vices intermissa, uti nihil ferè confert ad immutandum habitum corporis ab inertia atque indulgentiâ jam languescens & effeminati, ita fortassis & nocere possit, Paroxysmum accersendo, ubi quis jamdiu ab ea desueverat. Hoc verò exercitium vehemens non sit oportet, tale verò quale Senibus competit, qui Podagræ subjecta sunt magis usitata. Motus enim corporis iusto vehementior nimium dissipat, & è consequenti Concoctiones læsit; quando exercitatio moderata ac perseverans eisdem firmet. Quantumlibet hoc durum videatur homini, qui præter senium & corporis ad motum ineptitudinem, & socordiam huic præsertim malo quasi connaturalem, dolore insuper mactatur, tamen si hoc omittatur, nihil ex hæcenus inventis quicquam proficiet. Utque Paroxys-

morum intervalla sine jugi corporis exercitio magna esse non possint, ita etiam ad Calculi generationem talis erit proclivior, qui quidem plus habet & periculi & cruciatûs quam ipsa Podagra.

His adde, (quod magnum pondus habere debet) materiam *tophaceam* à longa requie admodum auctam iri in Articulis corporis, maxime verò Digitorum, ita ut tandem omni motu priventur. Utut enim fidenter asserant nonnulli horum tophorum, materiam nil aliud esse quam sanguinis *Tartarum* ad articulos transmissum, facillè tamen conflagit cuilibet rem paulò attentius perpendenti, quòd dum magna vis materię inconcoctæ Podagram facientis in Articulos quosdam depluit, & partes vicinas diutius tumidas reddit, ut partium harum virtus assimilativa sufflaminetur, partim à suffocante obstructione quam in eis pariter hic humor, dicta materia generetur, quæ à calore doloreque articuli in hujusmodi substantiam cogitur: atque indies augetur, tum carnem tum cutim articuli in propriam naturam vertens; quæ jam nuda jacet, aciculâ, ad instar *Cretæ, Ocul. Cancr.* aut similis alicujus rei, extrahenda. Jam verò hoc malum ab exercitio quotidiano præcavetur, à quo oritur debita humorum Podagram generantium, qui unam aliquam partem libenter occupant, distillatio per omne corpus. Unde sit, uti ipsemet expertus sum, quòd exercitatio longa & quotidiana non tantum non officit generationi tophorum, sed etiam tophos veteres & induratos solvit, modò non eo usque invaluerint, ut cutim extimam in suam substantiam mutaverint.

Exercitii genus quod spectat, *Equitatio*, quoties nec grandior ætas, nec Calculus intercedant, reliquis longè præferenda est. Et sanè diu multumque mecum reputavi, quòd si cui innotesceret Medicamentum, quod & celare vellet, æquè efficax in hoc morbo, ut in Chronicis plerisque, ac est *Equitatio* constans & assidua, opes ille exinde amplissimas facillè accumulare posset. Hac si juti non liceat, vestio frequens in curru ferè eodem recedit. Atque in hoc saltem Podagra laborantibus plerisque bene est, quòd opes quæ luxuriæ, unde pullulavit morbus, instrumenta erant, facultates curru habendi subministrant, quo hac saltem exercitatio specie fruuntur, cum altera frui nequeant.

Observandum est autem, quòd *Exercitatio* in aere salubri longè ea præstantior est, quæ in minus salubri peragitur: ruri scilicet potius quam in urbe, ubi aer vaporibus à variorum Artificum officinis exhalantibus est repletus, & ædificiorum densitate constipatus; qualis est in *Londino* hoc nostro, urbe, quantum certò scimus, omnium quæ in toto terrarum orbe sunt, spatiosissima. Quantum verò intersit, an quis ruri, an in urbe se exerceat, Podagricorum quivis statim persentiscet.

Quod *Venerem* attinet, is quis tam Podagra quam senecta laborat (quandoquidem jam iam ea spirituum copia destitutus est qua Concoctiones promoveri debuerant, & per consequens absque hac clade adventitia articulos & reliquas partes adjacentes plus satis laxatas habet & debilitatas) æquè improvidus meo judicio foret si ejus lenociniis indulgeret, atque ille qui cum longum iter emetendum suscepit, Viaticum omne prius abliguriret quam se viæ committeret. Quinimò præter malum quod sibi accersit, languidiora ævi jam fatiscens desideria non colubens, maximo illo Privilegio fruendi Jubilæi, quod speciali atque eximio naturæ munere Senibus conceditur, se abdicat, qui jam in ultimâ vitæ scena ab eorum libidinum impetu, quæ, ceu tot rabidæ feræ, eorum per juventam omnem diu noctuque quasi laziabant, tandem aliquando sunt emancipati: cum horum appetitum expletio nullo modo longum illud malorum agmen, quod eam vel comitabatur vel insequabatur,

penfaret unquam. Atque hæc de Regimine.

Quamvis autem hujusmodi Regula tam Dietam quam cæterum regimen spectantes, si ab homine Podagræ obnoxio religioſè obſerventur, cum ab enormioribus morbi inſultibus præſervare queant, atque iſtam ſanguini & partibus ſolidis firmitatem conciliare, quæ ab illâ malorum Iliade unde morbus non ſolum ſupra humanæ patientiæ vires, ſed & funeſtus tandem redditur, eundem immonem præſtare poſſit; non tamen efficiunt ut non poſt quædam intervalla, maximè exeunte hyeme, Podagra quandoque tentetur. Licet enim æſtivo tempore dam tonus vigorque ſanguinis à Solis calore excitatus fuerit & in ſtatu conſervatus, & pariter debita humorum per poros eliminatio pro voto ſucceſſit, omnino oportet ut cœdiones longè meliùs quàm hyeme celebratæ fuerint; tamen cum appetente brama & ſanguinis robur fuerit imminutum, & perſpiratio per cutis poros impeditior, neceſſe eſt ut ingens materiæ indigeſtæ colluvies ſit accumulata, quæ tandem diuturna mora in ſpeciem prorumpet, propriis ſe exerens ſymptomatis & Paroxyſmum inducens, quamprimùm vel ab humorum motu ab acceſſu Solis propiore, vini potatione, exercitio vehementiori, aut alia cauſa evidenti quacunquæ antea derur.

Ex jam dictis liquet eum qui hujusce morbi curationem molitur, id negotii ſibi dari debere credere, ut totius corporis habitum immutet, atque illud ad priſtinam conſtitutionem reſingat, quantum per ætatem & reliquas circumſtantias fieri poſſit; quod in Paroxyſmorum interſitiis, non in ipsis Paroxyſmis anitendum eſt. Cùm enim morbi ſomes non ſolum generatus, ſed & in articulos jam ablegatus fuerit, ſerò nimis vel ejuſdem mutationem vel eliminationem per alias vias conabimur: cùm non alia methodo foras ejiendus ſit, quàm ea quam natura præmonſtrat, cui ſoli permittendus omnino eſt: Quod & in Febrium Intermittentium Paroxyſmis uſu venit, quas eodem cauſam remediis non oppugnamus niſi æſta prius conſopito. Nec abſurdus quis in extingueendis harum febrium, calore ſcilicet, ſiti, inquietudine, aliſque ſymptomatis, anxie operam locaverit, quàm exiſtimaverit aliis ſe Podagram ſanare, cum in Podagræ ſymptomatis tantùm coercendis labore; quum tantum hoc tempore à curatione morbi abſcedat, ut eandem aliquatenus impediatur ac remoretur. Quando enim magis ægri dolores lenit, tantò magis humorum concoctioni adverſatur; quantoque claudicationem arcet, tanto materiæ morbiſicæ expulſioni officiit. Adde quod quanto paroxyſmi furor ac acies retunditur, non ſolum tanto diutiùs affliget, ſed & brevius erit ſpatium interjacens, & minus etiam liberum ab omni gradu ſymptomatum, quibus hic morbus funeſtatur. Quod nemo inſiciabitur, qui diligenter trutinaverit, quæ ſuprà in hujusce morbi hiſtoria edifferui.

Quamobrem licet nihil magni in Paroxyſmo tentandum ſit, niſi quòd iſtis ſymptomatis occurrendum eſt, quæ falſa medendi methodus quandoque parturit; tamen cùm omnes uno ore fateantur morbum huncce ab humorum copiâ & exuberanti plenitudine naſci, ægro fortalle conducet à carnibus per aliquot dies, ubi primùm à morbo corripitur, abſtinere, & harum loco ſimplici juſculo Avenaceo uti, aut alio pari alimento; cujuſmodi diæta tenuis materiæ morbiſicæ imminuendæ multum conferet, & naturæ opportunitatem ſubminiſtrabit, quæ eandem ocys digerat. Cùm verò ingens ſit corporum aliorum ab aliis diſcrimen, quibuſdam abſtinentiam à carne non ferentibus, ſtatim verò ab eâ ſpirituum animalium æſtæ, animi deliquio, aliſque ſymptomatis, quaſia ſæminis Hyſterica Affectione laborantibus accidere ſolent, correptis; iſtos non tantùm non juvabit, ſed & lædet, & diutiùs à

carnibus abſtineant, quàm ventriculus earum uſum averſetur: quod ut plurimum non excedit primum aut ſecundam diem eorum Paroxyſmorum particularium, qui omnes ſimul juncti integram Paroxyſmum, ut ſuprà innotuit, conſtituunt. At verò ſive tardiùs ſive ocys quis carne veſcatur, ſerò cavendum eſt, ne urgente morbo majore copiâ utatur, quàm quæ ad naturam ſuſtentandam neceſſaria ſit, nec minore cura opus eſt in assignanda victus qualitate. Namque ut ſemper in Paroxyſmorum intervallis, ita præcipuè Paroxyſmo jam præſente, æger ſummopere curare debet, ne quid vel in quantitate vel qualitate ſive potus, ſive ciborum peccetur. Neque in hoc ſolo, ſed in alio omni Regimine, de quo ſuſius egi in intervallis obſervando, cautela haud vulgaris adhibenda eſt. Et licet tam dolor quàm magna ad motum inhabilitas, exercitio, quod ego præ cæteris omnibus laudavi, contra-indicare videantur, tamen & hic labor exantlandus omnino eſt. Quamlibet enim in Paroxyſmi initio ægro impoſſibile videatur ut latonem in curru, multò minus ejus motum ferre queat, attamen ſi id tentaverit, non ita diu poſt ſentiet ſe minus à tali motu dolere, quàm cum ſe in cathedra domi contineret. Id inſuper accedit emolumentum, ſi ad horas aliquot tam manè quàm poſt meridiem in curru veſtus fuerit, quòd cùm domi toto die federet, noctem ſerè inſomnem ageret, jam dolorem ſomno ad multam noctem fugare poterit; cùm exercitatio permodica Podagra laborantem eoſque delatet, ut in ſomnum dilabatur. Adde quod eadem exercitatio Calculum, quem vita deſes ac iners ut plurimum accerſit, quadantenus præcavebit. Quod verò maximi momenti eſt, à jugi ac pertinaci exercitio occurreretur totali Artuum ad motum impotentia, quæ haud paucis accidit poſt Paroxyſmum unum alterumve diuturniorem, contractis ſive poplitum, ſive calcaneorum tendinibus: dum enim in cruciatu longiore quieti indulſerint (maximè crura nolentes extendere quoties dolor genu occupaverit) tandem crurum ac pedum motu per reliquum vitæ tempus orbati ſunt, tam in Paroxyſmorum interſitiis quàm in ipsis Paroxyſmis, quos non ita tamen effugiunt. Quia imò in iis Senibus quorum Concoctiones admodum vitiatæ ſunt, & qui à morbo per multos annos affligente ipſam corporis ſubſtantiam quaſi in Podagram habent converſam, nihil minus ſpectandum eſt quàm ut morbus ſine exercitio ad digeſtionem perducatur unquam: cùm enim morbus naturam viribus ſuperet, ſæpe moriuntur à languore atque ægritudine quæ ſomitis morboſi copia concoctionem reſpuentis apportat, & ab hac materia inconcoctili, quæ nullo modo poteſt aſſimilari, tantum à veneno enecantur.

Attamen non obſtantibus iis quæ de exercitii utilitate in Podagræ Paroxyſmis dicta ſunt, ſi tamen æger præ nimia Paroxyſmi atrocitate primo ſtatim inſultu quaſi proſtratus fuerit, (quod iſtis ſerè uſu venit in quibus Podagra jam *æxulu* ſuam attigit, nec adhuc à multorum annorum decurſu mitigata eſt) hoc in caſu ſi æger cubiculo includendus eſt, è re erit ut etiam lectulo ad primos dies aliquot, donec ſcilicet doloris vehementia remiſerit, idem includatur: etenim lectulus exercitii defectum aliquatenus ſupplebit; cum ejus uſus continuus materiæ morbiſicam potentius digerat paucis diebus quàm excubatio aliquamultis, maximè incipiente morbo, ſi modò æger abſque leiſothymia aliſque malis ſymptomatis à carnibus abſtinere queat, ſolo juſculo Avenaceo, Cereviſia tenui & cæteris ejuſmodi contentus. Veruntamen haud omittendum eſt, quod ſi Podagra jam inveterata fuerit, atque æger ad animi deliquia, ventris tormina, diarrhœam, aliæque hiſ ſimilia ſymptomata propendeat, vix Libitinam evitabit ab aliquo Paroxyſmorum jugulatus.

tus, si non exercitio utatur, idque in aere liberiore ac perflabili loco; quod diligenter animadvertendum censeo, quando magnus Podagricorum numerus iis symptomatis jam perierit, quibus hæc in cubiculo, & præsertim in lecto incarceration eisdem obnoxios fecerat, qui non ita maturè fato concessissent si molestiam venerationis per majorem diei partem devorare voluissent. Licet enim qui unico artuum dolore fatigatur, se cubiculo possit includere, tamen qui loco doloris acerbissimi, ægritudine, aliisque symptomatis prædictis laborat, talis idem imitando, se in vitæ discrimen conjiciet. Et quidem bene nobiscum agitur quod quoties dolor ita vehemens est ut æger motum tolerare non valeat, neque eo admodum opus habeat; ipso dolore, quod amarissimum est naturæ remedium, ægro de vitâ prospiciente.

Jam verò quod attinet Podagræ Symptomata, iis occurrendum est à quibus æger in Paroxysmo de vitâ periclitatur. Horum maximè familiare est ventriculi debilitas ac languor, cum ventris torminibus tanquam à flatu, quod iis accidit qui vel jam à multis annis Podagræ obnoxii vixerunt; vel iis qui licet non ita diu eadem laborantes, hoc tamen mali invitarunt præpropere; liquores spirituosos cum tenuioribus & multum refrigerantibus, repente commutantes; vel *Emplastra repellentia*, aliaque Medicamenta refrigerantia partibus affectis ad leniendum dolorem admoventes, unde morbi causa materialis, quæ in artus debuerat deponi, in viscera rejicitur. Multa egomet expertus sum in postremorum annorum Paroxysmis ad mitigandum hoc symptoma; nihil verò æquè votis respondit ac *Vini Canariensis* haustulus sobinde deglutitus, languore, atque ægritudine urgentibus; neque vel Vinum Gallicum rubrum, vel Theriaca Andromachi, neque aliud quodlibet è Cardiacis mihi hæcenus notis pares habet vires. Sed neque vinum hocce, nec Cardiacorum aliud quodlibet ægrum, si exercitio non utatur, omnino servare posse existimandum est.

Sin autem gravius aliquod symptoma inducias haud ferens, ex retrocessu materiæ Podagricæ subito ingruat, & mortem ægri minuetur; neque vino neque exercitio supra laudatis fidendum, verum hoc in casu, modò non caput, at partes vel naturales vel vitales ejusmodi malum impetat, ad *Laudanum* statim confugiendum; nempe *laudani liquidi gutt. xx. haustulo aq. Epidemica immista propinentur*, & in lecto ad quietem æger se componat.

Quod si materia Podagram committens, quia non jam in artus fuerit eliminata, *Diarrhæam* induxerit, modò ea Paroxysmi singularis Crisis non fuerit, & *Laudano* jam laudato, & exercitio omniummodi (hoc enim imprimis ad *Diarrhææ* curationem obeundum est) non obstante, alvus nihilominus diutius fluat, ægritudine, torminibus ventris, &c. accedentibus; unicum, quod scio, remedium est, ut *Sudor* provocetur methodo & medicamentis huic usui destinatis; quod si fiat ad biduum triduumve mane & vesperi, per duas tresve horas continuas, sistetur ut plurimum *Diarrhæa*, & morbi fomes magnâ vi in artus detonabit. Hac ego methodo aliquot retro annis meæ vitæ consului, postquam me in hoc malum à potatione aquæ frigidæ pro ordinario potu, imprudens conjeceram; idque posteaquam Cardiacorum & Adstringentium varii generis opem frustra imploraveram.

Est & aliud symptoma non perinde crebrum, quod tamen aliquoties ipse vidi, *Metastasis* scilicet materiæ peccantis in Pulmonum lobos; quoties nempe *Tussis Brumalis* à frigore tempore Paroxysmi suscepto, materiam sensim in Pulmones allicit, Artus interim, ob translationem materiæ morbificæ in aliam regionem, vel omnino, vel tantum non, tam

Tom. I.

à dolore quam à tumore liberatis. Uno hoc in casu Intentio Curativa non ad ipsam Podagram dirigenda est, at verò hoc symptoma pari modo tractandum est, quo *Peripneumonia absoluta*; *Venæsectione* scilicet repetitâ, cum dietâ & remediis refrigerantibus ac incrassantibus, cum sanguis, in hoc symptomate præcipuè, extractus *Pleuriticorum* sanguinem priorsus referat. Purgandus est insuper æger inter venæsectiones Potionibus lenientibus, quibus hæc colluvies in Pulmones illapsa possit amandari. Sudoris autem provocatio, quam vim cunque habeat in morbi fomite super Artus deturbando, hic tamen non tantum non prodest, sed & obest, materiam, pulmonibus impactam indurando; unde generantur *abscessuli*, & tandem ægri mors certissima subsequitur.

Hic porro notandum, quòd *Podagrici* serè omnes, postquam cum hoc morbo diu consilixere, *calculorum* sint obnoxii, proindeque vel statu vel declinatione sæpius, paroxysmi generalis *Nephritico* dolore laborare soleant; idque cum magno agrorum non tantum cruciatu, sed & virium dispendio, cum jam plus satis atritæ fractæque eæ fuerint. Hoc in casu posthabitis quibusvis aliis remediis liquoris *possetici*, cui *rad. Althææ* ℥ij. incolle fuerint, *Congium* unum quam citissimè devoretur, & sequens *Enema* injiciatur.

℥. *Rad. Althææ & lilior. an. ℥ij. fol. malvæ, pærietar. branc. Ursin. & flor. Chamemel. an. M. j. sem. lin. & fenug. an. ℥b. Coq. s. q. aq. ad Bib. Colaturâ dissolv. sacchar. Culinariis & syr. dialthææ an. ℥ij. Mf. f. Enema.* Quam primùm per vomitionem æger, totum reddiderit quod per os ingestum fuerit, ut etiam *Enema* rejecerit, *laudani liquidi* satis magna dosis propinetur, viz. ad gutt. xxv. vel *pil. Matsabei. gr. xv.*

Remedia Externa si quis quærat ad leniendum Podagræ dolorem accommoda, nulla mihi hæcenus cognita sunt (licet plurima tùm in meipso, tùm in aliis expertus fuerim) præter Refrigerantis & Repellentia, quorum usum jam supra docui periculo haud vacare. Et sidenter assero, multâ & longâ observatione suffultus, maximam partem eorum qui Podagrâ perisse putantur, non tam ipso morbo quam sublesta atque indebitâ medicatione fuisse peremptos. Si quis autem Remediorum externorum, quæ pro Anodynis indubitatis habentur, virtutem probare velit, non solum sibi faciat eadem sub declinatione Paroxysmi particularis (quo tempore dolor jam sponte suâ cessurus est) applicando; quin potius sub initio Paroxysmi ista usurpet; & statim edocebitur quàm ficulneum sit illud auxilium, quàm vana spes; cum hæc Epithemata nocere quandoque possint; prodesse nunquam. Quâ de causâ egomet jam à multis annis nulla remedia externa adhibui. *Pullicula* ex pane simlagineo cum Croco in lacte cocto, addito postea Oleo Rosaceo in pauca quantitate, mihi olim præ cæteris profuit, quæ tamen in Paroxysmi initio nihil prorsus juvabat. Si igitur dolor admodum sæviat, æger rectius sibi consulat se in lecto continendo donec is aliquantisper remiserit, quàm Anodynis utatur: attamen haud abs re fuerit *Laudani* paucillum vesperi sumere, si dolor patientiam multum viuat, aliter melius omittetur.

At verò cum in externis hujusmodi Remediis jam sim, omnino aliquid mihi dicendum est de Musco quodam Indico, *Moxam* vocant, nuper magni nominis in Podagræ Curatione, si nempe pars affecta eadem accensâ leviter ustuletur. Quamlibet hoc Remedii genus *Indis Orientalibus* acceptum referatur; atque *Europæis* universum omnibus pro incognito habeatur, attamen constabit antiquioris id esse ævi etiam apud nos, illi qui *Hippocratis* effata jam ante annos bis

mille

met, tum alii plurimi naufragium fecimus; atque in super optimam quæ hæcenus innotescit, methodum prænoutraverim. Non his majora promitto; quamvis à longa cogitationum serie, quas huic rei impendere tantum non sum coactus, inducar credere, ejusmodi Remedium quandoque inventum iri. Quod si unquam acciderit, inscitiam suam Dogmaticis exprobrabit, atque exinde liquebit, quam insigniter tam in dignoscendis morborum essentiis, quam in medicamentis quibus eos aggrediuntur, hallucinentur. Cujus rei exemplum satis luculentum habemus in reptione summi illius ad *Febres intermittentes* Specifici, *Corticis Peruviani*. Per quot jam sæcula homines quique solertissimi ingenia exercuerant in investigandis harum Februm causis, quibus praxim quilibet aptavit Theoriæ à se excogitatæ optimæ respondentem? Quomodo verò hæc Medicationes Theoremata valebant defendere, ex iis constat, quorum adhuc recens est memoria, in quibus varias Intermittentium species in variis humoribus in corpore redundantibus collocantes, Curationem ad humorum istorum alterationem atque evacuationem dirigere solebant. At quam inauspicato id egerunt eorum in his conaminum frustratio, præcipuè verò hujus *Corticis* usus felicior, palam faciunt: cujus ope nos nunc temporis tum humores hujusmodi omnes, tum etiam Dietam & regimen quodcumque susque deque habentes, ac nihil nisi methodum pulveri exhibendo debitam observantes, scopum rectè attingimus; vix ab illo aberrantes unquam nisi ægrum, lecto sine ulla necessitate ad dicimus, dum in ejus usu est: Tanta tamen est hujus remedii vis, ut non obstante eo incommodi, quod

scilicet Febris à lecti calore plus quam erat opus intendatur, ægrum nihilominus ad sanitatem ut plurimum reducat. Interea donec hæc Podagræ Curatio Radicalis comperta fuerit, quod Medicos omnes, me præ cæteris, optare fas est; hanc meam qualemcunque opellam boni consilii. Quod si minus eveniat, hominum mores ita probè perspectos habeo, ut non multum fallar; & officii mei rationem ita calleo, ut animo neutiquam cadam. Et si lævissimi isti cruciatu, impotentia ad motum, cæteraque corporis mala, quæ ego per maximam vitæ partem sum perpeclus, (unà cum damno rei familiaris quod sustinui, à Medicina faciendâ toties adversa valetudine avocatus) alii quietem & *avæque* pessimè comparare, erit unde me fructum aliquem miseriarum hujus generis, quas in hac vita toleravi, in aliam migrans percepisse existimabo.

Ex paucis hisce Clarissimi Sydenhamii paginis, satis manifestum est, quid de Podagra in genere, ejusque curâ legitimâ, quæ in solis Palliatis posita est, sentiendum veniat. Verùm specialius quid circa hunc Morbum, aliasque omnes Affectiones de ejusdem naturâ participantis, aut exinde ortas, abundè reperitur in Clariss. Musgrave Tractatibus de Arthritide Symptomatiçâ & Anomala; Quos propterea, pro pleniori hujusce Egritudinis cognitione, illis inserere visum est. Nec instituto nostro grandior illorum moles impedimento esse debuit; sed potius incrementum, quod sic scilicet cumulatior thesaurus Docto Lectori offertur fruendus. Veniat itaque primo

GUILIELMI MUSGRAVE

Med. Doct. Incltyti,

MEDICORUM LONDINENSIIUM COLLEGII,
& Regiæ Societatis Socii

DE ARTHRITIDE SYMPTOMATICA Dissertatio.

P R Æ F A T I O.

Quotcumque inspexi de *Arthritide* scribentes, in eo sunt ad unum omnes, & quidem elaborant; ut tantummodo Morbi istius, quæ *Exquisiti*, *Genuini*, *Legitimi*, suoque ordine *Primarii*, Doctrinam excolant, & Disciplinam edant: Ea videlicet Illius *Notitia*, quæ ex Ipsa manat, vel elicitur, contenti: de *Larvata*, sive *Symptomatiçâ Arthritide*, num quæ sit, aut qualis, aut quanta, aut quomodo à se diversa, aut *Arthritida Primigeniam* quàm *Mimicè* & quantum imitetur, (etiam si hæc ad Illam illustrandam exponendamque adprimè conferunt,) parùm, vel minimè solliciti.

Quid ab His Hominibus studeatur, & in isto genere quousque proficiatur, non est hujus Instituti, exquirere. Impræsentiarum Nos, Experientia Duce & Præside, proponimus, In iis Affectionibus, quæ *Podagra* & *Arthritidos* Regularis Appellatione passim insigniuntur, explicandis suandisque, (ut, à Medico quod suscipitur Negotiū, luculenter id tractetur; & ad Ægrotorum Commodum & Sanitatem, quod amplissimum fieri possit, id demum agatur) primum, in *Arthritida Primigeniam* & *Symptomatiçam* Earum Divisionem; tum *Symptomatiçam* in suas Partes Distributionem, constantissimè ante omnia reliquisimèque conservari.

Quanto Ille, & quàm dignè, Risu exciperetur, qui, dum Artem exercere professus sit *Gemmarum*, omnes illos, quotcumque circumferantur (ita vulgo nominati) *Adamantes*, tanquam *legitimos* & *veros* testimaret; atque adeo acciperet? Annon *Artificem* potius deceret, quid *Adamanti legitimo* proprium sit, investigare; eoque posito, tanquam *Regula* & *Norma*, de *Pseudo-Adamantibus*, & Eorum à *Vero* dissimilitudine & discrepantia judicare? Nonne etiam delectaret *Falsorum* Varietatem, magnam utique & multiplicem, ut à *legitimo* Alii quàm longissimè removentur, Ementiti, factivi; ut ad eum Alii propius accedunt; Alii *Colore* translucido equiparant; Alii *Duritie* tantum vincuntur, à *Vero Adamante* non

gus illi Primario, quo (directè vel obliquè) Ortus ejus promoveretur, refert acceptum: Itaque tum Morbi, unde fluxit, Primarii; tum Arthritidos, quam æmulatur, exquisitæ, de Naturâ, tanquam Hybrida, participat.

IV. Symptomaticæ, quas hoc Terrarum Tractu vigere comperimus, sunt ex Rheumatismo Arthritidis, ex Chlorosi, & Mensibus suppressis, ex Hydrope, Melancholiâ, Scorbuto, Lue Venereâ, Asthmate, Febre, Dolore Colico, Affectibus Cutaneis: Per plures sanè, dignæque omnes quæ in Luciani Drama prodeant Τραγικοδύρα: quarum tamen Catalogum haud dubiè angebit Industria Posterorum.

His affecti, eos qui in Arthritide sunt Exquisitâ, Numero videntur, (si rectè calculum ponas,) exæquare; imò quidem, (mea sic est Ratio,) vincere: Ut Damonio Nostro Arthritidos Pars Dimidia, sine ullâ dubitatione, sit hodiè Falsa.

V. Symptomaticarum Ratio generalis in eo locari reperitur, quod, cum Morbi sunt ab Arthritide Primigeniâ diversi, & intervallo quodam distantes, Stationes suas Primarias relinquunt, & erga Arthritidem moventes, ei sensim appropinquant: Simili ferè modo, ac, in Hypothesi Copernicanâ, Planetæ Apogæum (sivè Punctum illud Ellipseos, quod est à Sole remotissimum) deferentes, versus Solem inclinant; donec Hypogæum (sivè Punctum Ejus quàm proximè Solem) pertigerint.

De Appropinquandi Modo ut ritè cogitemus, non solum ex Arthritidos Primigeniâ Symptomatis aut pluribus acceptis, aut diutius servatis, is existimandus: Næ hoc, utrumque, Judicium fallax, & incertum: Imò potius à Primario plus minùs exuto, [ut in sequentibus patebit] addiscendus. Verùm enim verò Primarii Exuvie Simul cum usurpato Arthritidis Primigeniâ vultu, Symptomaticas omnium certissimè commonstrant.

Specialis Harum est Conditio, quòd à Stationibus Primariis quòd celerius, & quòd longinquius, ejusdem Classis Symptomaticæ descedunt, eò rariùs ad Eas revertuntur: hoc est, quòd plura Morbi Primarii Symptomata deposuerunt, eò insolentius resumunt; eò celerius Arthritidis Puræ Symptomata usurpant; eò constantius retinent.

VI. Secum Dissentiunt Symptomaticæ si Earum Externa respicimus; quòd Aliæ, in Partu difficili, eduntur; Aliæ, à Primigeniâ ægrius aliæ libentius, decedunt; Aliæ ad Parentem citò regrediuntur; aliæ vix unquam, aut nè vix quidem: Aliæ sæpius; aliæ rariùs, Παροξυσμα.

Harum autem Paroxysmos si attenderimus, sunt illi profectò longi, breves; acerbi, mites; abnormes, idonei; continui vel intercisi; eadem planè varietate inconstantiæque, quæ sunt Arthritidos exquisitæ Paroxysmi: Et Reliquias, sive Fructus, habent (sicut Illi) sive cujusque Ferocitati & Magnitudini, plerumque respondentes.

Partis istam Diversitatem facit diversa Primario-rum Indole, & in Arthritidem Propensio: Nam, quòd cujusque Primarii Materia virus Arthriticum magis refert; & Materie Arthritidem facienti, quòd plus favetur; eò certè vividum magis Arthritidos Simulacrum, eò magis solidum emergit Exuvium. Et è contrariò.

VII. Sed, (quæ cum primis ad exponendas hæc Symptomaticas, conducit Differentia;) Alia improprie, & ex Vulgitantium Opinione, sic appellatur: Quippe quoniam Paroxysmos, ad Normam Arthriticam formatos, & compositos, habet omnino nullos; nec Materiam, ei quæ est Arthritica, (quantum ex utriusque signis judicare licet) ullâ ex parte comparem. Hujusmodi Una est; quæ Rheu-

Tom. I.

matismo superat; quæque Symptomaticarum Noëmine, quoties de iis verba fecerimus, à Nobis eâ re excluditur. Alia magis proprie dicta; quæ Morbo alicui Primario manifestè & palam inprimis, Primigeniâ ritu, per se vel aliunde stimolata, & adjuncta, Paroxysmos celebrat.

VIII. Illa etiam duplex est; Altera Generatione, quæ dicitur Æquivoca, procreatur. Gravi quodam Morbo laborat Æger; eoque partim, vel penitus subacto, Natura, sui demum juris & vegetior facta, Miasma Arthriticum in sanguine occultum, sanguinem & quicquid intus virium est depascens. [maximè verò si Pharmacis ea proritetur] ad ἄρρωσιν appellit; itaque (præter spem & expectationem omnem sæpè) gignit Arthritidem. Hoc pertinet Arthritis ex chlorosi, & ex Hydrope: quæ quidem, accuratè si dixerimus, Secundaria potius quàm Symptomaticæ, censentur; uti infra ostendetur.

Alterâ, quæ ἁπλοῦς Symptomaticæ, eandem cum Primario (contrâ quàm modò dicta,) sed mutam, & ab eo derivatam, habet Materiam; vel Ipsam, vel aliquâ ex parte alteratam; vel integram, vel cum alio quodam mistam; sed in aliam Corporis Regionem, quæ transvehitur; aliæque ratione (id est Arthritica,) quæ operatur. Nam, ei quod ineptum est eliminando, per Morbos hunc vel illum, pro inepti ratione & corporis Constitutione, varios, dum incumbit Natura; (unde horum Morborum eodem ab Hippocrate dicuntur ἰσχυροί,) sæpe quidem fit, vel propter Eos nimis remissos, & instituto impares, vel ob materiam parum tractabilem, & ἄσλοτον, quòd illius Pars in Corpore, necdum istis molitionibus exturbata, resset. Hanc naturâ, prælium redintegrans, secundo, aggreditur; & quoniam ausis prioribus exciderat, aliâ jam methodo conficere; alio morbo, scilicet Articulari proferbere, contendit. Atque hunc in modum oritur Arthritis Symptomaticæ, cujus species sunt Arthritis Melancholica, Scorbutica, quæ Lue Venereæ, quæ Asthmatis, quæ Febri, quæ dolori Colico, quæ morbis Cuticularibus, succedit.

IX. Hoc autem minimè celandum, Quòd tardè illa, quæ maximè propria Symptomaticæ est, Primarium sequitur, nisi multorum dierum, veterem, & ab Ætate quasi venerabilem, Chronicum: Et; quòd illa, ferè quàm Primigeniâ, nec nisi grandiores, invadit; Eos scilicet, qui, cum affectu Primario diu conflictati, cum eodem simul inveterascunt. Id quod de alterâ istâ magis propria parte, confirmari vetant experimenta; quippe quæ, robustioribus, quæ junioribus, congruere hanc, evincunt.

X. Verùm, ut ultra distinguam Symptomaticas, Earum quæ sunt ἰδωτάς morbi primarii, (à quibus derivatâ sui generis materiâ, quæ in Arthritica modum agere conatur, hæc singulæ potiuntur,) quum valdè inter se discordant; Symptomaticas item hæc, utcumque primâ facie consimiles habeantur, specie tamen, pro ipsorum materiâ, pro illâ primariorum diversitate, inter se differre, non est improbable. Peculiarem habent sigillatim omnes naturam; proprium ἴδιον; & curationes exigunt proprietatibus suis accommodatas. Nam,

XI. In exercendâ Medicinâ, quoties occurrit Arthritis Symptomaticæ, morbi Primarii ratio, & modus omnino investigandus; Therapia probatissima diligenter expiscanda; & ex iis, unâ cum Arthritidis Primigeniâ Doctrinâ, studiosè consideratèque pensitatis, eliciatur, & in quadrum redigatur, optima medendi perfectissimæque indicatio.

Neque enim credunt, [qui Rationalem Medi-

cinam

3

sinam

à Celsi Lib. I. Præf.

cinam profuerunt, J posse eum scire, quomodo Morbos curare conveniat, qui, unde fsi sint, ignoret: Neque esse dubium, quin aliâ Curatione opus sit, si à Lue Venereâ; aliâ, si à Melancholiâ; aliâ, si à Scorbuto; aliâ, si ab Hydrope; aliâ, si à Chlorosi, (& sic de cæteris Affectibus, toto, quod dicitur, Cælo distantibus, & secundum illam Differentiam diversè medicandis) *Arthritis* oriatur.

XII. Etsi verò *Symptomatiæ* Ratio Composita, ab Utroque Parente (tam eo qui genuit, quàm eo qui adoptavit,) *Ætiologiam*, *Therapiam*, ex parte accipit; tamen non id indiscriminatim, & æquali factum est mensurâ; sed modo, & proportione, prorsus singulari. Nam, in Paroxysmo ab *Arthritide*, *Therapia* maximopere; extra verò Paroxysmum, in ejus vacatione, *Prophylactica* quæ colatur, à morbo præcipuè *Primario*, haurienda.

XIII. Quæ quidem *Prophylaxis*, & in eâ quæ est *Medicina* vel latè sumpta, cum, ad morbos, veteribus *Chronicis*, iisque gravioribus, secundarios, & malum *δυσκολία* (*Arthritidem*) æmulantes, evertendos, excolatur; diutius quidem, & contentius, ad menses aliquot ducenda: sæpè etiam per annos, stans temporibus, repetenda est: Ut nempe morbis itâ pertinacibus, inveteratis, sanatu difficillimis, *Curatio* par & æqualis adhibeatur. *Ista* verò *Prophylaxeos* *Diurnitas* aliàs longior, aliàs brevior, ordinanda, pro singulâ *Curationum* singularum *Difficultate*: quod in sequentibus speciatim, & præsius, exponetur.

XIV. *Arthritidis* *Symptomatiæ* à *Primigeniâ* *Diversitas*, inque *Membra* *Partitio*, ab *Artis* *Professoribus* non satis observata, id effecit, ut *Ætiologia* *Arthritica* hodièque trunca, debilis, imperfecta, perturbata, minimè constet; nec cum *Ægrorum* *Symptomatis* concordet. Neque enim aliter fieri potest, cum, quæ *Una*, & *Simplex*, æstimata fuit *Affectio*, *Varia* prorsus esse deprehendatur, & *multifariam* *Composita*.

XV. At, quod magis solendum, & in *Humani* *Generis* *incommodum* (ut ne quid gravius dicam) cessit immane quantum; id etiam fecit hoc *παραγὰν*; ut, quæ non uno eodemque modo construi, quin potius variari, & pro *Morborum* *Differentiis*, *Discrepantiâ*, *Diversitate*, aliis aliisque *Indicationibus* passim muniri, debuerat *Therapia*; angusta nimium, manca, & delumbis, esse reperitur; utpote *Arthritidis* unius *Primigeniæ* *Basis*, & *Fundamento*, (nimis atcto) *superposita*; cum *Medici*, tum *Ægroti*, *spem*, & *vota*, decipiens. *Infelices* *Arthriticos*! & eo quoque nomine miserandos, quòd, dum adversus *Morbos* *Convulsivos*; adversus *Phibisin*; adversus *Febres* *Intermittentes*; aliasque quàm plurimas; dum, adversus *graves* & *Herculeos* *Affectus*, *Medendi* *Intentiones* aptas, solertes, commodas, excogitavit *Ætas*; in *Arthritide* sanandâ, pellendâque tam parum profecit.

XVI. Prædictas *Symptomatiæ* hâc *Methodo* discutiam: *Primùm* nempe *Remotissimam*, & ab *Arthritide* *Primigeniâ*, quàm longissimè disjunctam: Deinde reliquas, eo ordine, quo sunt: in suâ cujusque *Ellipsi*, minus remotæ dum ad illam denique pervenero, quæ, ab *Arthritide* *Primigeniâ*, vel abest quàm proximè, vel ipsa est: Per totum hunc *Decursum*, & universum percurrendo *Systema* *Symptomatiæ*, habito respectu, quoad ejus fieri potest ad *Accessum*, & *Proximitatem*, quæ quidem hoc tempore potissimùm advertenda.

En! *Opusculi* *Partitionem*:

Arthritis

Symptomatiæ

Primigeniæ:
Falsò sic Appellata, quæ Rheumatismo;
Minus Propriè dicta, quæ
Chlorosi,
Hydropi,
Melancholice;
Scorbuto,
Lui Venereæ;
Asthmati,
Febri,
Colicæ;
Morbis quibusdam Cuticularibus;

Magis Propriè dicta, quæ

Supervenit.

In ipsis Partibus tradendis; *Primùm*, *Morbi* cujusque *Primarii* *Stationem* dicam: Tum, *Ejus* in *Arthritidem* *Progressum*: Deinde *Secundarii*, jam facti, & in *Aditu* maximè propinquo sistentis, *Diagnosin* qualemcunque: Post, à *Cognatis* *Secundariis*, & *Arthritide* exquisitâ, *Illius* *Differentiam*: Tum, *Morbi*, ejusque *Symptomatum*, imprimis *Urgentium*, *Curationem*: Deinde, isthæc illustrandi ergò, *Historias*: Hæc autem, non eadem ubique *explicatæ*, quanta tamen opus est, *Scripturâ* persequar.

CAPUT II.

De Arthritide Rheumatismo Supervenienti, Symptomatiæ falsò appellata.

ART. I. **P**riusquam ad *Veras* aggrediamur *Symptomatiæ*, omninò necessarium est, *Arthritidem* ex *Rheumatismo* ortam, itâ falsò *Nominatam*, propter ejus cum *Veris* *Similitudinem*, & nò istam in illarum numero ponentibus, *Operi* nostro deesse, videar, expediri; eaque *re*, de ipso *Rheumatismo*, mendosæ hujus *Symptomatiæ* *Affectu* *Primario*, pauca quædam præmitti.

De *Arthritide* *Vagâ*, quatenus *Rheumatismum* referat, & illius *Appellatione* se occultet, alius loci est differere: De *Rheumatismo*, quàm ille *Arthritidem* imitetur, ac quasi vices rependat, hujus & temporis, & loci est.

II. *Rheumatismus* ille, cui quidem uni, quantum *Ego* rescivi, succrescit hæc *Symptomatiæ*, (nam à *Scorbuto* minimè unquam, nedum alio quovis *Rheumatismo*, prognatam memini) semper incipit à *Frigore*, *Causâ* hujus *Affectiois* *Evidenti* *fidelifsimâ*: Ex quâ celerrimè *sanguini*, præcipuè verò ab *exerc.*

exercitationibus incalescenti, Lentor inducitur; qui, in Musculis & Membranis, infarciens Capillaria, circuituri Fluminis Meatus obstruit; Dolores, & interdum Tumores affert. Quæ inest Sanguini, Pituitæ, sive seri crassioris Massa, horæ paucarum aliquando Sexagesimarum Spatio, Momento temporis, serè tota Lentescit, & (uti Cera per Syringem injecta,) Ductus implens exiguos, Impedimenta, Moras, Oppilationes creat, pro Ipsius crassitie plus minusve pertinaces.

III. Qui fiat tanta, tamque subita (Γνωσθησθε, Chaud explicatu facile Problema) Professores Medicos, optima quidem Ingenia fatigavit. Sunt, qui Lac acescens, si admoveatur Igni Coagulum citò contrahere perpendentes, & Lac immisum venis statim Coagulari confirmantes, hinc hæc positis, sibi videntur rei summam explicasse, Dubitque vim in totum diluisse: at quo jure, quâ ἀπίστευτον, (præfato virorum de Republicâ benè merito Honorè,) paucis expendam.

Primum, Experimentis Boyleianis manifestò constat, Acidi, præter Salis Marini, vel ejus æmuli, quantitatem perexiguam, atque huic Coagulationi producendæ minimè sufficientem, nihil Naturâ sanguini inesse: Neque de horum Experimentorum fide, per Vieussenianam, dicam? an Chittacciana? quicquam * derogatur.

De altero Argumenti Membro, etsi, apud Magni Nominis † Anatomicum, tanquam Experimentiã proditum, Lac immisum venis illicò densari, perscribitur; tamen, quòd vacillet hæc in parte, non tam Auctoris, quàm (ex eâ, quâ versamur, Rerum Caligine) eventus Fides & Testimonium, id edque dubium æstimetur, habeo dicendum. Cùm enim, varias olim, Oxonii, Iniectiones, & quidem Hanc ipsam Lactis vaccini, quantitate satis locupleti, exercendo, sanguinem indè nè vel minimum Coagulari, sive Concretere, tametsi hæc illac agitatum accuratèque spectatum, deprehenderim; Virum Clarissimum, Profectorem eximium, aut Animalis minùs sano, aut Acescenti Lactè, fuisse usum, haud injuriâ suspicatus sum.

IV. Deinde, non solùm ab Acido fieri in Sero Animali Coagula, testatur id * Boylei, per Oleum Tart. per Deliquium illi adjunctum, perque Spiritum vini probè rectificatum, Coagulari Serum asserentis. Quin etiam, ut Symbolum meum conferam, Rheumatismo laborantis serum, per Calorem, & exinde quàm citissimum Frigus, (utrumque scilicet impensum,) in Gelatinam admodum lentam, viscidam, firmam conciliari & cogi Nobis Experimento patuit. Hoc enim brevi evenit, quando, hujusce rei tentandæ gratiâ, istiusmodi serum, cochleari contentum, & subjectâ lucernâ calefactum, Aquâ frigidissimâ ad cochlearis marginem immergeretur.

Ab Acri verò Sale Alcalico, quàm ab Acido, Lentorem fieri, longè probabilius: Sagacissimi enim † Baynardi, Collegæ Nobilissimi, Experimento liquet, Rheumaticorum Urinâ, Salis Alcalici ejus, quem habent Sani bonæque utentes valetudine, partem quasi Trigesimam, nec quidem suprâ, Destillando elici. Unde conjicitur, Salem istum acrem, pungentem, asperum, acutum, in sanguine retentum, Pituitâ (forfan adjuvante Oleo, veluti in Sa-

* Hæc de re, Qui plura voluerit, adeat Clarissimi Pitcairni Dissertationem Med. ultimam: Ut & Almi Coll. Romanorum Archiatrorum ad Cl. Vieussenium, Responsionem.

† Vide Cl. Lovverum de Corde, Cap. 2.

* Vide Humanæ Sanguinis Historiam, Partem, 3.

† Acta Phil. Lond. N. 215.

pæ Compositione,) irretiri involvique & ad viscidum in Rheumatismo faciendum, ad Dolores, & Tumores inferendos, opere quidem maximo contribuere.

At, quod rem absolvere videatur, Rheumatici cujusdam Ægri venâ pertusa, sero Syrupum Violaceum infillavi, unde Mixturæ, brevi temporis spatio, Color viridis: Et ejusmodi sero, Sublimati solutione, parcè quidem & tantillula quantitate, additâ, quàm citissimè ad fundum se demisit Concretum Albissimum.

Ipsi porrò Pelliculæ, sanguini Rheumatico innatanti (ut videlicet, in eâ Salis quid dominetur, anquirerem) Solutionis dictæ guttis aliquot affusis, ejus Superficiem ex hinc Albere, cum plerisque Aliis astantibus hujus experimenti Testibus, notabam.

Siqua igitur hæc Probationibus Fides, vel à Calore Frigoreque vehementibus & continuis, vel ab Sale Alcalico intus retento, vel ab utroque Lentorem hunc oriri, verisimile est.

V. Quoties à viscido redemptus, priscâ gaudet vigiâ, & more Naturali circumagitur, sanguis; evanescit tumor, quiescit dolor, convalescit Æger: contra verò, affectu malè tractato, id est perseverante viscido, nondum victo correctoque, nonnunquam oritur Arthritis ista, quam dico, Symptomatica. Nempe, cum abundat τὸ ῥυαχθὸν, quâ visciditate, quâ acredine, vehementiores, pariter ut Arthritis ipsa, profert distensiones, dolores, tumores, aliosque non paucos effectus utriusque vitio communes.

Frigidam verò Arthritidem æmulari gessit hic affectus, illiusque Partes sustentare: Nam, neque dolor æquè acerbus; nec inflammatio perinde contumax; neque declinatio similiter prospera, ac in illa Arthritide, quam appellamus Calidam. Nihilominus fatendum est, quòd, si Rheumatismo Scorbutico, aut Venereo, Arthritis ista superveniat, (posse verò supervenire, nullam recipit controversiam) ob asperum aliquid, ac stimulant, interfusum, & dolorem magis acutum, & inflammationem magis insensam esse.

VI. Autumno maximè intenduntur hi dolores; eo videlicet tempore, quòd fluxionibus favet, (quinqum & alias anni tempestates iis prorsus immunes esse, nequaquam affirmandum, & diu, nonnunquam ad totum Hyemale Spatium, ubi morbus inveteravit, excurrunt; sæpe quidem intercisi, at à levissimo frigore recidivi; quod diuturno familiare Rheumatismo, Turgent Articuli. Farcturâ extante, & in Tumorem albidum, & tanquam ὀδηματώδη, cutim elevante. Unde digitorum motus semper impeditus, interdum abolutus: Huc illuc digiti torquentur: Manus nonnunquam retroagitur; sicque cubitus, ut pars ejus interior jam emigreat.

Cùm Arthritidis personam qualemcumque capessivit Rheumatismus, rarò quidem exiit; ad vitæ usque terminum plerumque perferens. Si modò sanum id quod intus, & incolume totum est, extremam aliquando senectutem, sed digitis, sed Artubus multatus, Æger adipiscitur; Podogram intereâ, tanquam humani generis pestem & perniciem, tanquam malum, vel ipso teste experto, acerbissimam, [quâ tamen Genuina fortasse nunquam est affectus] increpans acerrimè.

VII. Quamvis enim nonnulla Frigida Arthritidos Symptomata gloriatur hic affectus: tamen, si rem attentius perspexerimus, cum ea parum convenit. Cutis sanguini [sic, ut in Rheumatismo solet esse] densa, & quàm in Arthritide multò densior, post quietem supernatans, hoc abundè arguit: Confirmat id, quòd Gelatina, quamdiucunque

Commisuris immorata est, nunquam in Tosos inducitur; quodque commissuris minimè contenta, cum Intermodis eas pari ferè proportionem premit: tum verò omnium maximè, quòd nullo Cardiacorum, utut *Actu* vel *Potentia* calidorum, abusu, vel quavis alià de causà [contra quàm *Arthritis* omnis, siue *Primigenia*, siue *Symptomatica*, siue *Calida*, siue *Frigida*] in Paroxysmum, qualis est *Arthritidis*, vel levissimum, evehatur unquam *Species* hæc *Adulterina*.

VIII. Ad hæc *Rheumatismi* Reliquias, duras equidem & pertinaces, prævertendas, valet ea, quæ morbi istius curationem habet, quæ sanguinem attenuat, Medicina; ab Auctoribus, illam ex instituto tradentibus, haurienda. Cui tamen unam, ut mea memoria est, ab iis prætermittam, adsciam; nempe, quòd, ad dolores *Rheumatismi* minuendos, ad sanguinem alterandum, & *τὸν τλαχρόντα* devincendam, conducit, suprâ quàm quis expectaret, Vomitus; sed vehemens, sed iterata. Quod unde efficitur, sanguinem exagitando, concretiones inhibendo, motumque illi novum expeditioremque tum intestinum, tum periodicum, imprimendo; an quovis alio modo fiat, in medio relinquam.

Hoc autem gratis dictum, ne quis existimet; sidenter affirmare possum, solâ *Infusione Croci Metallorum* ad quatuor vices, quantitate benè magna, tot diebus continuè, ab Athietico quodam & multarum virium *Ægro*, contra *Rheumatismum* hauriendâ, unde cum *ἰσχυρῶς* toties evomuit; *Rheumatismum* gravem, & permolestum, me novissè penitus & radicatus extirpari. Cujus quidem Historiæ mentionem non ideò feci, quòd tristem & severam, ne dicam periculosam, hanc curationem, vix centesimo cuique tolerabilem, in communem indistinctè usum, inducere conarer, aut in animo haberem; [quæ enim hæc Temeritas!] sed tantum, ut Emericum ab hoc affectu per se considerato, non ex omni parte respici, seu vetari, sed monerem; imò quadantenus indicari; & quoties vires, & quæ sunt *Ægri* cætera consentiant, posse ministrari.

IX. Ad easdem Reliquias præsentem extirpandas, requirit indicatio, quæ quidem unice attendenda, ut tollatur iste lentor, ut crassa pertinax & viscida materia, quæ juncturas obstruit, & in tumores cutim earum effert, causa videlicet conjuncta, corrigatur emendeturque cujus gratiâ, è *Regno Vegetabili* depromantur *Anisfeorbatica* quæ dicuntur, sale volatili referta; qualia sunt *Radices Armoracis, Cepas, Ari, Allii, &c. Folia Cochlearia, Nasturtii Hortensis Indicique &c. Semina Sinapios, Cochlearia &c.* Quæ quidem omnia, rectè & artificiosè comparata, debitoque more data, viscidum incidant, tenuent, resolvant, perque *Renes* demùm expellant illius quicquid alienum est, & indoneum.

Huc, eodem ferè nomine, respiciunt *Spiritus C. C. Urinæ, Fuliginis, Salis Armoniaci, & id genus alii Volatiles, siue simplices, siue oleosi.*

Quid per *Oleum Terebinthina*, Medicamentum mirè penetrans, & deobstruens, (Pulmonis illud solvit pituitam, in Catarrhis pertinacibus facturam ejus allevat: In tingendo marmore, colorum illud optimum laudatissimumque vehiculum est:) Quid, inquam in Lentore *Rheumaticorum* reducendo per illud præstetur, quando hoc hortatur Analogia, fiat periculum. Profit autem tum internè sumptum, tum externè applicatum, e. g.

℞. Ol. Tereb. gr. ʒv, ad vi. vel si Febris Suspicio nulla vetuerit, plures. Conf. Antibus ʒj. Syr. de Rubo Ideo q̄. f. Bolus, horâ somni deglutendus, cum Julapii Haustu.

℞. Aq. sol. Ari, Angelica, Ulmaria an. ʒv. sp. Croci ʒij. Sambuci q̄. cum Marg. ppt. & sacch. f. Julapium.

Balsamo Sulf. Terebinthinato Artus motu privati, cum Frictione, bis die, superillinantur; vel etiam *Veternice Terebinthinata*.

Camphoræ Sapor aeris & pungens, Odor Aromaticus penetrantissimus, ignis comprehendi facilitas eximia, sed præ cæteris quibuscunque in auras ablatio celerissima, partes ejus subtilissimas tenuissimasque ostendunt. Idèdque nunquid *Ægrotantibus* hisce nostris, ad incidendum & tenuandum in eorum capillariis Lentum illud viscidumque, & quantum ab illius auxilio sperari possit adjumenti, meritò exquiratur. Dari possunt ejus *Grana v, vel vi. Oleo Amygd. dul. soluta, cum Conf. flor. Borag. ʒj. Syr. Cort. Citreor. q̄. [ut f. Bolus] cum Jul. Haustu, hora somni.* Quod quidem tempus exhibendi præfero, quoniam per noctem insequentem [nocturnè verò, quàm interdiu, in his *Ægrotis*, ad superficiem corporis sanguinem magis efferi verisimile est] unâ cum sanguine ad *τὸν τλαχρόντα* appulsum majori cum impetu, favente flumine rapidiori; in id ardet. Quin etiam *Epithemata Camphorata* possunt externè Partibus affectis admoveri.

X. Sin hæc è *Regno Vegetabili* frustra esse reperiantur, & operi imparia, è *Regno Minerali* conducatur optimè *Mercurius*; illo nempe pacto sanguinè commissus, & obstructionibus advectus, ut incidendo dividendoque viscidum illud attenuet, solvat, colliquet. Quare *Ptyalismum* hoc in casu levem institui, diuque proferri, [modò per *Ægri* vires, & alias res licuerit] è re futurum abhorret. Nec non ad eum finem *Mercurium* partibus isdem læsis, per unguenta, per emplastra, posse cum fructu superponi.

At si ista non sentiat, quæ juncturis inest, Gelatina; *Suctu* frequenti validissimoque, per fistulam ad eam rem fabricatam & orificio prius factò immisam, evocetur. Hoc in *Arthritide* verè laborantibus fieri, vulgare jam & pervagatum est: Multò verò tutius in *Rheumaticis* posse credibile est. Hæc autem operatio non nisi recens affectis, & dum liquida est materia, promittit sanitatem. Articulos Gelatinâ per suctionem inanitos, *Vino Usulato* sæpiùs fovere, & *Emplastro* quodam [*Stomachico* putâ *Magistrali*] à gangrænâ defendere tutarique oportebit.

Istam medendi legem, secundum morbi indolem & genium delineatam, ut in ejus initio probabilem, adduco; sed nullo quidem experimento [fatebor enim] confirmatam. De morbi Historia plus satis constat, & etiam nunc in vivis sunt, qui hujus veritati fidem faciunt, & assipulantur; de Medicinæ verò hujus usu, & victoriâ, nihil habeo, quod dicam. In affectu inveterato, cum viscidum id induruit, quod tenuetur, minùs verisimile est.

Omittendum verò non est, quòd, *τὸν τλαχρόντα* *Rheumaticorum* Sanguini accedentem putrefactione solâ tenuari dissolvique posse opinatus, Medicus perillustis, clarissimus * *Floyerus*, [cujus hoc est argumentum, quòd ovorum albumina, quæ quidem Gelatinam hanc nostram cum primis referunt, putrefactione liquefiunt] ad eam, his in corporibus non minùs quàm in tussi laborantibus, promovendam, emollientia, maturantia, colliquantia, [qualia sunt è *Rad. Glycyrrhizæ, Sarsæ, China, Ireos, &c. ex Hordeo, Passulis, & ejusmodi aliis comparata*] non sine multâ probabilitate præcepit. Utrum hæc, quæ in liquando solvendoque pulmonis phlegmate, tot ab annis, tantarum virium & *ἐπιγυριῶν* esse meritò prædicantur, in Artuum illo *Rheumaticorum* valeant, operæ pretium esset experiri.

De

* Vide *Humorum Animalium* statum præter Naturam. Cap. xi.

De Symptomatiâ falsâ, & ex vulgi tantum more, sic appellatâ, quæ habebam, effunduntur: Itaque iis, quæ ad Veras Symptomáticas Ad. tum præcludere viderentur, de viâ dimotis expediisque veras jam attento,

CAPUT III.

De Arthritide ex Chlorosi, Albâ; & de Mensium Suppressione.

ART. I. **E**X Symptomâticis ita vocatis appellatis, illæ primùm expromendæ veniunt, quæ Octu, quod dicitur, *Æquivoco* generantur: quarum è numero Principatum postulat *Arthritis à Chlorosi* nata. Quodd autem uspiam ita nascatur; quodd Adolescentulæ, Virgineo dudum Morbo Languentes, necdum illo prorsus liberatæ restitutaque doleant *Arthritide*, à nonnullis idem habeatur, ac si *Lucam Bovem* (ut in Proverbio est) *Locusta* pariat; id est, *Adversus* in. Sic à morbo, hinc Puellulis parum congruenti, immunes eas reddere, incolumes præstare, videatur, tum *Ætas præmatura*, tum *Affectio dissimilis*. Idà verò sententibus, utnè *Calculum* adjiciam, indubitatæ *Fidei* cogit *Experientia*; nec istam *Ætatem*, nec hanc *Affectionem*, illas *Ab Arthritide* penitus tueri comprobans.

I. Ut autem dicam, quæ fieri potest, quodd, ex morbo sic dispari, Morbus sic dispar oriatur, advertendum est; quodd *Arthritis* eas tantum modò *Pallidas* (quantum mihi observare licuit) aggreditur, quæ *Miasmate Hæreditario* supra modum vitiatæ & imbutæ, ad illud *Mali Naturæ Inclinatione* pervicaci, *Momento maximo*, pronæ sunt, & distinguatur.

De cuius rei veritate, satis, ut opinor ex eo liquet, tum quodd illa, quæ ad *Arthritidem* inducendam more agnat usitatè *Procatartico*, (qualia sunt *Crapula*, *Satietas*, *Venus immoderata*, *Lues Venerea* &c.) *Virginibus* hinc imputari minimè posse cogitandum est: tum etiam, quodd *Arthritice* hujus *Classis* stirpè sunt cum primis *Arthriticâ*.

III. Exinde patet, quodd *Arthritidos* ex *Chlorosi* Procreatio, non eo sensu capiendâ, quasi Hanc quæ fecit, Illam etiam faceret, eadem *Numero*, vel *Specie*, *Materia*; sed novâ ratione, agens, nova perpetrans *Pariparâ*; [quod tamen in plerisque *Symptomâticis* usù venire palam est.] *Nostri* quidem alia res est, *Chlorosi*, sive *Sanguinis Mâuosi*, abitura supervenit, & simul cum vultu *Colorato*, cum *Robore*, cum *Mensibus*, ne multa, cum *Sanguinis Mâuosi*, horum *Societati* se immiscens, ex accidenti proilit *Arthritis*; peculiarem habens *Materiam*, *Causam Propriam continentem*, à *Chlorosor* illâ, multum abluentem.

IV. *Symptomâtica* hæc *Arthritis* interdum *Vaga* est: *Artus* hinc inde subsultando peragrans; dolore pungenti, & rodente gravans; aliquando *Rheumatismi* *Nomine* delitescit; *Aliàs*, *Articulis* inhaeret, & *Affixa* est.

Vaga *Diagnos* incerta, & tenebricosa; uti *Arthritidis Vagæ primigeniæ*. *Lucem* tamen afferat, De *Parentum* *Morbis*, *Numquam* *Illi* *Pedibus* *Doluere*; Et *An* *Ægra Rheumatismi* *Causis* *evidentibus*, præsertim *Frigori*, paulò antè *subiecta* *suit*, *Quæstio*. *Fi* *na* *verò*, *Teneritudine* *Juncturarum*, *Dolore*, *Rubore*, *primùm* *Molli*, deinde *successu* *temporis* *Lapidescenti*, & *Tofæco*, se offendit.

V. Hæc cum *Morbi* *Ratio* sit, in eo ponenda *In*

dicatio, singularis, & præcipua videtur; ut; à peccante *Materia*, jam nunc *Arthritidem* moliente, per *Muliebria*, primo quoque tempore, *sanguis* expurgatur; & sic *Chlorosi*, sic *Arthritidi*, simul semelque occurratur. *Omnium* *maximè* *conducet*, dummodò *Res* *annuerit* *Familiaris*, & *iniri* *Nuptias* *permissit*, & *partu* *exco*. *Quum*, *Partu* *Naturali* quo, in *Uterum*, tanquam in *sentinam*, universi *Corporis* *Inquinamenta* *secluduntur* *ad* *inanienda*, & *vacuanda*, *Fæminarum* *Corpora*, nihil efficacius *valentissimè*. *Certè* *Hippiatris* *illud* *notissimum*, & *multiplici* *comprobatum* *usu*: nec, cur *Hominibus* *denegetur* *hoc* *Consilii*, *video*. *Procul* *dubio* *Laborantes* *illi* *Medicinæ* *generi* *minimè* *refragabuntur*; quum *Medico*, *Naturæ* *tam* *Ministro*, *facile* *obtemperabunt*. *Medicinæ* *Vires*, & *mirificos* *effectus*, *confirmabunt*, *Suarum* *gratiâ*, *Matronæ*.

VI. Sin nulla fuerit *Nuptiarum* *opportunitas*, ad *Menses* (qui hæc in parte, *secundas* *vendicant*) *omni* *auxilio*, *omni* *ope*, & *industria* *promovendos* *aditendum* *est*; eâ *Spe*, & *Fiduciâ* *factis*, *Arthritidos* *materiam*, & *Causam* *Continentem*, per *Eos* *facile* *commodè* *que* *posse* *probari*. *Atque* *hunc* *in* *finem* *Mariata*, sed, [ut *Illorum* *vires*, & *potestates*, *ad* *uterum* *rectâ* *collineentur*,] *aptissimè* *cum* *Emmenogogis* *copulata*, vel *artificiose* *interposita*, *Fructum* *ingentem*, *Mellem* *amplissimam*, *polli* *centur*.

Si *Menses* *omni* *modo* *nulli* *sunt*, ex *iis* *concreta*, & *Composita*, *ad* *tempus* *diutinum* & *continens*, cum *exercitatione* & *purgatione* *debitis*, *adhibeantur*. *Si* *fluant*, sed *diminutè*, *illis* *Interlunii* *tempore*, *bis* *die*, *Martem* *ultrapari* *proderit*; sed *illo*, *quam* *primùm* *Menses* *institerint*, *neglecto*, ea *dari*, quæ *Hos* *ciendo* *Naturæ* *Rem* (quæ nihil efficacius, *conducibilissimè*) *suo* *ipsius* *more*, *promovebunt*. *Marti* *nullum* *aptius* *Vehiculum*, quam *Aquæ* *Mariatæ*, per *Urinam* *excentes*; nec, uno tantum nomine, *Pallidis* *his* *Arthriticis* *conveniunt*: *Coctio* *nem* *integant*; *Sanguinem* *exaltant*; *asloque* *exundant*, *virtus* *Arthriticum* *ablunt* *abripuntque*; tum *Arthritidi*, tum *Chlorosi*, *simul* *adversantes*.

Horum *autem* *usui*, & *præmitti* *Catharsin* *expediet*, & *septimo* *quoque* *die* *circiter* *interponi*; nè *ab* *Aquâ* *in* *Corpore* *alicubi* *restante*; aut *ab* *Alvi* *tarditate*; aut, à *sanguine* *roborato*, *nimis* *evecto*, *exalta* *toque* (quod sæpissimè solet accidere) *sit* *periculum*. *Cujus* *quidem* *modi* *Catharses* *Intercalationem*, ab *Antiquis* *summo* *consilio* *præceptam*, & *diligenter* *institutam*, non *sine* *Ægrorum* *incommodo*, & *discrimine*, dudum *ab* *aliquibus* *omitti* *video*.

Quæ *verò* *reliqua* *generalem* *Morbi* *hujus* *Curationem* *respiciunt*, & *Materiam* *resipi*, per *Renes* *expellentia*, sive *Ortum* *ejus* & *Incrementum* *inhibentia*, *complectuntur*, ex *Arthritidis* *Primigeniæ* *Prophylaxi* *non* *inutiliter* *ducantur*. *Atque* *hæc* *de* *Arthritide*, quam, quodd *Albarum* *esse* *reperitur*, *appellamus* *Albam*.

VII. *Alta* *est* *Arthritis* *Symptomâtica*, *priori* *propter* *Affinitatem* *adjungenda*, quæ *Adultas*, (ut jam dicta *Juniores*,) quæ *steriles* *affligit*, & *Catamenis*, aut *omni* *modo* *nullis*, aut *aliquantò* *parcioribus*, *donatas*. *Hæc* *Affectæ* *crassiori* *plerumque* *Habitu* *sunt*, *Viragines*, *sedentariæ*, *voce* *gravi*, *neque* *semper* *Imberbes*. *Morbus*, *Arthritidi* *Frigida* *appropinquans*, *negligenter*, & *languidè* *hæret*; *Juncturas* *denique* *Recrementis* *explet*; *motu* *privat*.

Oclusâ *nempe*, *quam* *caram*, *quam* *utilem*, *quam* *amicam* *habuit* *Natura*, per *Catamenia* *sanguinem* *expurgandi*, *viâ*, *Materiæ* *vis* *in* *eo* *constructa* & *coacervata* *est*; quæ, *graves* & *periculosos* *inferendo* *morbos*, *Oeconomix* *crebri* *miscet*, *turbat*, *evêrtit* *omnia*

dia

nia. Sin Materiam Naturæ vincit, Porta hæc vel illa, eam expellit, nec raro in Articulus trudit, Dædala Rerum Conservat.

VIII. Ista verò, non nisi Corporibus *Arthritidi* perferente (malitia vel acquisita, vel Hæreditaria,) præparatis, obtingunt; & illa potissimum ætate, quæ provecior, & ingravescens, per Methodos succedaneas Naturæ defectus ambit quodammodo refectur.

Et quoties à laudabili desideratissimoque *zōpō* *δύστη* deficiente, natura *Arthritidem* melius est, raro unque Gressus retrò agit, raro Catamena renovat; quin *Arthritidi* imposterum insistens, Illius Beneficio vitam quam potest longissimè, quamque beatissimè, producit.

IX. Cum Mali hujus, Partu allevandi spes omnis frustrata, & à Catamenis obscura est, & tenuis; eam medendi Legem optimè posse fructuosissimèque servari judico; quæ, per *Cathartica*, materiam peccantem, in sanguine congestam, & res novas affestantem, expellit. Ut autem illa *Ægrarum* Conditioni quadantenus accommodentur; primùm eligantur ea, quæ, Sanguinem fundendo, & à sese illius partes separando, Mensum movendorum expectatione Medicum accendant; (hoc autem modicâ Dosi, potius quam magnâ, fieri certissimum est.) Tum, ad eundem finem, *Emmenagogis* implicentur, & sicut *Purgationes*, quæ dicuntur *Hysterice*. Postremò, omni tantummodo mense alterno, (nec quidem amplius; nè, Purgatione nimis liberâ & frequenti, materiâ aliò ablegatâ, Mensum spes interrumpatur) eaque Lunæ quadrante, quâ præcipuè sanguis *ζυεύεται*, & se attollere cœpit, vere & autumno, iterum sæpiusque repetantur; nec, quæ eorum vires infringendo retundant, aut motum sanguinis intestinum sufflamment, admittantur, horâ Iomai, post purgationem, Pægorica, e. g.

℞. Calom. quinquies sub. gr. xv. Specier. Conf. de Hyac. Conf. Ros. rub. ana ℥j. Syr. de Symp. q. s. f. Bolus, serâ nocte deglutitur.

℞. Pil. de succino ℥j. Aloes Rosat. ℥ss. Ase fatid. Pul. Castor. scammon. ana gr. v. Bals. Per. q. s. f. Pil.

Si isto ritu Purgatio, in hujusmodi *Arthriticis* celebretur, de Catamenis postliminò restituendis spes affulgebit aliqua, (modò zetas, & Naturæ ordo consentiat) aut, si votis & expectationi non respondeant ista, Capiti tamen, & Partibus internis, per *Cathartin* certissimè cavebitur, nè à Plenitudine lædantur; quod quidem minimè spernendum, atque adeò studiosè laborandum.

X. Si Mensum spes fessellit omnis, neque restat ulla illius Anchoræ Fiducia, majori quantitate *Catharticum* [*Aloeticum* autem esto, vel *Decoctum amarum purgans*] illoque mensis tempore, quod solebat esse eruptionis, *ιωαίος* adhibendum; Tum, Ano materiam quod emittat, itaque Mensum vires suppleat; tum etiam *Arthritidis* (quæ Hominihus hæc Auro contrâ, & cum vitâ æquè, pretiosa,) spei quod indulgeat. Quæ quidem Regula, tam Illis commoda, tantique (si appositè observetur,) est momenti; ut nihil supra.

Hæc porrò ex usu erit Fonticulum aperire; aut, nè vetus exsicceat, inspicere: Et, si quod per Fluorem Album, vel aliud quodvis, *αἷμα λεγόν*, erat excrementum; ut permaneat, perduretque vel etiam in *Ægrarum* commodum augeatur, eniti.

XI. Corollarij vice, memoriâ tenendum, in isto Pati *Symptomaticarum* impugando [Dii Deaque!] quantum intersit. Altera Purgationem non nisi levem, & raram eligit; altera, tum fortiozem, tum frequentiozem. Altera eam, non nisi Alterantibus, (id est, Principali Auxilio) viam præparantem; altera, tanquam ipsum Principale. Altera Chaly-

bem desiderat, & in eo ferè spem ponit omnem; altera eundem metuit, fugit, ut fatalem abhorret. Brevis dicam, Altera Sanguinem augeri *αἷμα μῆτιν ἐξιδῶν*; Altera minui, & deduci postulat. Adeò nempe contraria *Symptomaticis* hæc Therapia; inò, ut fieri potest, in eodem Corpore.

Historia Arthritidis Vagæ, Fixæ, et Chlorosæ, fugatæ.

Veteris *Arthritici* Filia, duodeviginti annorum, ventriculi Dolore quasi Colico, cum Fastidio, Nauseâ, Vultu Pallido, Respiratione molesta, Mensum Defectu, aliisque symptomatis *Chlorosin* ostendentibus, assida est. Post annum, materia quædam Artuum Commissuras, earum autem Intervalsa magis, occupavit; diu, miserèque cruciavit. Teneritudinem, Torporem inibi, Doloremque peperit; acerbum; aliud ex alio. Cessavit intereà ventriculi Dolor: Perduravit *Ανογῆσι, δυσαισθησία*.

Dum ita se res haber, primò Emeticum, tum *Catharticum*, meo Consilio, datum est; & deinceps iteratum. Ob atroces, & ferè continuos, Artuum Dolores, sanguis detrahitur. Post quas Evacuaciones, ad Appetitum acueendum, ad Sanguinem evehendum, & Menses ciendos, [quem mihi scopum hæc in re palmarium proposui,] *Martis Nutrii*, ℥ss. cum vehiculo convenienti, bis die, deglutit: Et omni mane Aquarum Ferratarum, *Toronesii* in Subarbiis, ℥ij. exhaust; cum Sp. vol. Oleos. [ad *δυσαισθησίαν*, & Calorem augendum,] guttis circiter triginta. Hæc Methodo menses per plurimos, interposito subinde lenienti, observatâ; Dolor iste *Rheumaticus*, (sic habebatur,) & Teneritudo primùm mitigantur; deinde in totum ferè devincuntur. Viget Appetitus & Digestio. Aliqua sunt Catamena. Facies Colorata sit & vivida. Scintillant Oculi. Salus ex omni parte perfectior & integrior; nisi quòd Tumorebus albis, mollibus, teneris, & [ab his] *δυσαισθησίαν* Juncturæ Artuum infestentur. Quæ quidem Accidentia tempestate pluvia plus solito sæviere.

A *Rheumatismi* [sic perperam dicti] exitu, Triennio vix elapso, Tumores indurescunt, & nodi sicut *Tofacæ*, tum numero plures, tum magnitudine conspicuâ; sed, & diversa, & longè dissimili: Alij namque Granum Triticeum; alij Pistum; alij Nucem æquantem Avellanam, Digitorum Articulus, eorumque Regiones tumefaciunt; in Articulis, permanentes; sed in eorum Interstitiis, evanidi, inconstantes. Erat Dextri summitatis Cubiti cæteris major: Nuci Juglandi par; initio mollis; sensim exinde Lapidescens. Juxta Cubitum sinistrum, Tumor albus eo tempore Digito cedens, in Tosum abiturus. Ad hæc Pruriant Artus, & quidem molestissimè; & emittunt Pastulas. Per biennium ista *Podagra* tulit Symptomata, sed lenis, sed benignæ; neque toto hoc tempore, vel semel unquam, in Paroxysmum evectæ. Ab ejus ortu, Ventriculo, & his quæ sunt intus, benè; ob Illam Artus aggredientem, procul dubio melius, Menses, per universum hoc biennium, mediocres.

Anno incipiente 1700. præter ista, quæ memoravi, *Arthritidos* Symptomata, de ventriculi [præsertim à Pastu] Dolore, Inflatione, aliisque *δυσαισθησίαι* indicijs, porrò quiritatur. Ut Therapiam, tum ad ista præsentem, tum prophylacticam, instituerem; Auctor eram [*αἷμα αἷμα* sæpius præmissâ *Cathartici*, & Primis viis uti par erat exoneratis,] ut, per quatuor menses, omni mane, sextam inter & octavam, Aquarum Ferrat. ℥ij. [quarum ℥ss. Foliis *Theæ* alteranda] eibat. Decimâ sequenti, Haustum Infusi.

℞. Sum.

17. Summit. Trifol. palustris: Pug. ii. Aq. Pluviae bullientis lb̄. Infunde ad Amariniem sufficientem: Colatura Coch. v. adde sp. Junip. ʒi. Tinct. Aurant. gr. X. f. Haustus.

Quarta pomerid. Bolum, e Conf. Trifol. palustr. Flavæd. Aurant. ad ʒi. Millep. pp. ʒb. Chal. Nutriti gr. v. Syr. Caryoph. q̄s. cum leni Cathartico subinde repetendo.

Interditiâ, per totum hunc Decursum, Cerevisiâ, Potui dabatur Ordinario Decoctum. 17. Rad. China, Sarja ad ʒib. coq. in Aq. font. Ferrata lb̄iij. ad ʒi. Colatura adde spiritus Juniperi, cum sacchari Cryf. tallini, q̄s. f. Decoctum.

Vescebat in ʒi. ʒi. ʒi. & Sanguinem temperantibus, summitatibus scil. Beccabungæ, Nasturtii Aquaticæ, & Hortensis, Urticæ; Rapo, Battatâ, Pifo, Pastinacâ, unâ cum Agninâ, Pullinâ, Vitulinâ, & illiusmodi aliis.

Hârum rerum Observantiâ diligenti, sedulâque Corpus Ægræ non desinat. Nodorum partim minuantur, partim evanescent. Pruritus cessat: Tolluntur Pustulæ: Augetur Appetitus; Coctio perficitur: Sanguis, expulso per Renes Uterumque inimico, Fermentationem, & Πρωμαρτων acquirit Naturalem; quam monstravit ʒi. ʒi. ʒi. Quod auspiciatissimum judicavi, rectè postea Fluxere Catamenia; & quod rectius, eò certius fugatur, cum satellitio suo, Arthritis. Ut, neque Pustulæ; neque Pruritus; neque Tumor; neque Dolor; jam, per annos per plures, ex eo tempore, reverterentur. Quod quidem indubitandum, optimæque fidei, Argumentum; Per Emmenagoga &c. posse hujusmodi Arthritis, etiamsi Nodosam, & Hereditariam, auferri depellique.

CAP. IV.

De Arthritide Hydropi Superveniente.

ART. I. AD alteram illam e Symptomaticis minus propriis, ex recessione principio dictâ, properamus; nempe, ad Hydropis ʒi. ʒi. ʒi. eoque libentius, quia crebro hoc occurrit, & uti spero, in hujusce populi commodum & tutelam explicetur.

Quod Arthritis succrescat Hydrops, & facile perceptum, & ordini, quem in hominibus e medio tollendis, servare solet natura, maximè consentaneum est: At, e contrario, quod Hydropis Arthritis, etiamsi aliquando accidit; tamen, naturæ methodo quasi inversâ factum, inter ejus ʒi. ʒi. non iniquè censetur.

II. Ut de re tam utili, tam jucundâ, tam explicatu dignâ, pro ejus dignitate, quantum potero, dicam luculenter; advertere oportebit, Quod ab Hepate, aut Viscerum aliquo nobiliori, sive Schirro, sive aliâ quavis indomitâ Labe, vitiato, quicumque sit Hydropicus, raro is ʒi. ʒi. & quod Nobiliori, eò rarius. Hoc enim in calu, sic in pejus ire solent omnia; sic Corruere; ut, si qua olim Emicuit Arthritis, à morbo graviore, & magis imperioso, [totas Ægri vires, totum hominem exercente & fatigante,] ei plerumque officiat, tanquam majoris morbi auctoritate victæ, & Paroxysmum raro unquam rectè facere contingat: Verùm, in corpore taliter affecto corruptoque rarissimè omnium exoritur, & nascitur Arthritis.

Sin ea fuerit Hydropis ratio, quod, salvis visceribus, aut partum læsis, ab unâ partium sanguinis à-pertis, & malo ejus habitu, (ad viscera contaminanda, quantumvis apto, & proclivi) ducat origi-

ginem; ex eo, præsertim medicato, exoriri posse Arthritis, iterum & sæpius observavi.

III. In eo sanando, sive Anasarca, sive Ascites sit, cum Aquæ quod abundat jam prius emissum est, amaris & Chalybeatis, tum ad corrigendum sanguinem eumque roborandum, tum Mehercule imprimis ad eximendam Arthropi Hydropi familiarem, ex usu medico, insistimus. Quæ quidem medicamenta in exaltando sanguine tanti sunt momenti & tantarum virium; ut, si Æger nec ætate neque morbis fuerit debilitatus, idemque seminium habet in sanguine Arthriticum, exulante eo & in Articula lamento misso, ex Hydropi in Arthritis per sepe rectè progrediatur.

Imò quidem ita fieri potest, & aliquosies evenisse novi, ut, ubi consistant Vires, & Arthriticum Miasma in Sanguine copiosum, efficax, & jam ad ʒi. ʒi. evehit, insit, absolutis quæ ad Hydropi exsiccandum opus erant, Evacuationibus, & salvis Naturæ viribus, sine dictorum, vel illiusmodi, Alterantium usurpatione, Podagrâ quidam afficiantur.

IV. Utcunque fuerit, Natura (sive per se, sive Medicamentis adjuncta,) novos inquit operandi modos; novam Ambitionem. Spiritus, qui in Oeconomia Animalis tuendâ sustinendâque indefinenter occupati; omnem absolvent operam, totum opus perficiunt; malâ vitæ ratione dudum oppressi, & Sera ferè submersi, Chalybis, cæteraque Alterantium vi suo tempore (hoc est, remotis impedimentis) exhibitâ, tandem incitati, emergunt denique ʒi. ʒi. ʒi. promovent genuinam; Appetitum, & Coctionem emendant; Materiam e Sanguine pellunt alienam; inque Eum instaurant, depurgant, & longè reddunt Vegetiorem.

V. Dum in his versantur, si seminium intus latuerit Arthriticum, (diu verò, & silentio, latuisse, sæpenumerò comperimus, nec in paroxysmum evehit,) ad illud amolendum, expellendumque iisdem Hi urgentur Medicamentis. Hinc in sanguine primum Discordia; tum, eâ paulatim gliscente, (ut in Veneno, si quod demissum fuerit, eliminando,) Orgasmus, supra Naturæ Modum, (qui lenis usque & placidus, esse solet) supra Tenorem ordinatum, vehemens, & cum Impetu. Ad exturbandum inimicum, summis undique viribus & copiis; omni industria, contenditur. Hic Labor, hoc Opus. Post aliquot dierum Luctam (est ubi citius) iste fugatus, & loco cedens, quâ data Porta viam capessit; Articulum aliquem externum petit; Delorem, aliaque profert, Arthritici quæ sunt Paroxysmi signa Παροξυσμικά.

VI. Bono quidem Omine, in conspectum venit hujusmodi Arthritis. Est, quod Ovans Exclames, Arthritice!

χαίροι, Μάρτυρ πολυπαροχών.

Morbum enim vix ausim appellare. Descendens Cælo, Te Salutat, Diva Arthritis; (Feret hæc Latinitas;) Tum Annos elargitur, tum valetudinem; si non integram, & omnibus numeris beatam, certè desiderabilem; & Medentium, & Dolentium Ecomiis celebratam: Divinam Hospitem, fac, gratè accipias; fac, Colas.

Itâ Natura, priori Sanguinis ʒi. ʒi. ʒi. ferme obruta, Hydropis edit Symptomata; at Brachia secundò agicans, & sese colligens, aliam terum Faciem, aliam inducit Symptomatum Catervam, atque adeò Arthritis.

VII. Ex prædictis sequitur, quàm nulla hic loci necessaria, quæ adversus hanc Arthritis (speciosè, scilicet!) cudatur, Therapia. Quosum enim ad tollendum Morbum Medicina, cum Ipse Morbus Sanat;

Sanat; Utriusque Pharmacæ Armamentario præferendus; Chymicorum, & Galenicorum, Copiis; Universæ Gentis Medicæ Consilio major; Viribus potentior.

Si rectè rem putemus, in eo potius sudandum est, ut *Arthritis* ista non tam obtundi possit, quam ordinari & augeri; utque *Æger*, Morbo Prænotio feliciter & prosperè commutato, Nutriat *Arthritidem*, fovet, tueatur, servet.

VIII. In hunc finem è Regno Vegetabili seligantur *Amara*, & *Antiscorbutica* æriora, *Radices* scilicet *Gentiana*, *Zedoaria*, *Serpentaria Virg.* *Conrayerva*, *Ari*, *Armoracia* &c. *Summitates* *Agrimonia*, *Centaurii min.* *Trifolii fibrini*, *Carduiben.* *Absynthii* utriusque *Salvia tenuifol.* *Verbena*, *Chamaedryos*, *Scordii*, *Marrubii albi*, *Matricaria*, *Cochlearia* &c. *Flores* *Salvia*, *Chamæmeli*, &c. *Semina* *Cochlearia*, *Cardui*, *Sinapios* &c. E Regno Minerali, [quod instar omnium erit] *Ferri Preparata*; præcipuè *Mars cum Sulfure præp.* *Martis Alcohol*, sive *Pulvis subtilissimus*; ejusque *Tinctura*. Quæ quidem *Singularia*, cum eorum similibus, sunt in hisce *Auxiliis*; & *Forma* convenienti *Composita*, & *quantitate* & *Methodo* rectè exhibita, summo erunt *Præsidio*, *Tutelæ* optimæ. En! brevem *Curationis* *Scenographiam*.

IX. *Sumat* *Æger*, (*Hydrope*, *Medicinâ* propriâ, & *peculiari*, prius *sublato*,) *omni* mane, *Canarini* *Simplicis*, vel *Rhenano*, si *usus* fuerit, *diluti*, *Rad.* *Gentiana*, *summit.* *Agrimonia*, *Centaurii min.* *Cort.* *ext.* *Aurant.* alterati, *coch.* vi, cum *Tincl.* *Martis* *gt.* xx, & (si videbitur) *sp.* *vol.* *oleos.* *gt.* xx. *Quarta* *pom.* *Bolum.* è *Pulv.* *Rad.* *Ari* *C.* *Consi.* *Fol.* *Abs.* *R.* (vel *Flor.* *Salvia*) *an.* *ʒj.* *Alcohol* *Martis* *ʒb.* cum *Syr.* *Garyoph.* *ʒi.* *Horâ* *Decumbendi*, *Pul.* *serp.* *v.* & *Zedoaria*, [vel *Conrayerva*] *an.* *ʒb.* cum *Syr.* *Abs.* *Simp.* *ʒi.* ut *f.* *Pilula.* *Bolo.* & *Pilulis*, *superbibat* *Julapii* *Coch.* *quatuor*, vel *quinque*.

æ. *Aq.* *Cardui*, *Gent.* *Comp.* *Cin.* *hordeat.* *an.* *ʒv.* *Abs.* *Comp.* *ʒj.* *Marg.* *pp.* *ʒb.* *faceb.* *ʒi.* *f.* *Julapium*. *Quibus* *insillat*, *mensis* *binos*, vel *etiam* *ternos*; cum *Purgatione*, *Septimo*, vel *Decimo*, quoque *Die*, *intercalandâ*: *Eaque* *prout* *opus* *fuerit*, *exinde* *repetat*.

Ad *Nauseas*, & *Ægri tudines* *subitas*, quibus *Ventriculi* *Vitiis*, istiusmodi *Homines*, præcipuè *Poculis* si *indulgent*, non *minus* quam à *Conceptione* *Mulieres*, *astilgantur*; quoties *pernecessum* erit, *Canarini* *Zedoaria* *medicati* *Momentum*: quod *nampe* *Viribus* *suis* *resiciat* *Ventriculum*, & *fecillet*; *quantitate* *verò* *nimiâ* *non* *exurat*.

Cerevisia *Rad.* *Armoracia*; *Summit.* *Trifolii fibrini*, *Marrubii albi*, vel *Salvia tenuifol.* *secat*; *Seminibus* *Cochlearia*, vel *Sinapios*. *Insusit*, *alterata*, in *Potum* *ordinarium* *ministratur*.

X. *Quiniam*, licet *Abdominis* *Lacus*, *Tibiarum* *Tumor* *existere* *omniâ* *nullus*; ad *Hydrope*, quasi *Furcâ*, *propellendum*, *Artis* erit, in *Corporibus* *ei* *recipiendâ* *prout*, *Vere* & *Autumno* *præcipuè*, *bis* *tervè*, *Alvo*, *debitis* *ex* *intervallis*, *Aquam* *detrudere*; *itaque* *ne* *recrudescat* *Hydrope*, *efficere*.

Porro, ad eundem *Scopum* *oculum* *manumque* *dirigens*, in *eligendis*, tum ad *Arthritida* *invocandâ*, tum ad *Intercalarium*, *Hydrope* *propulsandum*, *Medicamentis*; quom, *Arthritidem* *inletri*, *Spes* & *Consilium* est; è *re* *futurum* *arbitror*, *Drafficum* & *Stimulans* [quo in *Paroxysmum* *Sanguis* *citetur*] *Leniori* *cuius* & *mitiori*, utur *iterato*, *longè* *præponere*. Quo circa *Tinctura* *Sacra* *ʒij.* *ad* *ʒij.* *aut* *Fil.* è *Duobus* *ʒj.* *ad* *ʒij.* *aut* *Aloes* *rosat.* *ʒij.* *Res.* *jal.* *gr.* *v.* *ad* *hoc* *Negotii* *præferre* *sole*.

Sed & de *Liquidis* *Ægrum* *quàm* *maximè* *solicitem* *esse* *conducat*; *abdicatque* *si* *quam* *antè* *com-*

plexus est, *inutili* *Libertate*; *neque* *plus*, *nec* *aliud* *bibat*, *quàm* *Cochioni*, & *Nutritioni*, *quod* *sufficiat*. *Quantitatem* *Potus* *diminutam* *compenset* *Generositate*.

XI. Ad hæc, in *Ruinis* *farcendis* *quoniam* *occupati* *sumus*, *nec* *ad* *propositum* *faciens* *vel* *minutulum* *quodvis*, *ex* *Prudentiâ* *Medicâ*, *præteriri* *debet*, *E* *Lectâ* *mane*, *pro* *anni* *tempestate*, *quàm* *primo* *exurgat* *Æger*; *ut* *Motus*, *ut* *Aprici* *Fructus*, & *Utilitates*, *decerpant*; & *in* *Prandium* *magis* *esuriat*, *Vesperis*, *maturè* *cubet*; *ut* *Spiritibus* *somno* *alendis* *reparandisque* *fit* *Tempus* *opportunitum*.

Quin imò, dicta *Medicamenta* *quò* *profinat* *magis*, *tum* *etiam* *alias* *ob* *Causas*, *apprimè* *confert*, *ut* *Æger*, *bis* *die*, *sub* *Jove*, *Corpus* *exerceat*, *ad* *Calorem* *usque* *vel* *certè*, *quàm* *enixè* *vires* *ferent*. *Unde* *Motus* *Sanguinis* *tum* *Intestinalis*, *tum* *Periodicus*, *intendatur*; *Humores* *effecti*, & *emeriti*, *amandentur*; *Spiritus* *Animales* *recreentur*; *Appetitus*, *ad* *Vigorem* *pristinum*, & *Laxitatem* *naturalem*, *reducatur*; & *Oeconomix* *Ratiouque* *renoveatur*.

Quæ quidem *Res*, à *nobis* *è* *lubentiùs* *in* *Præceptis* *ponitur*; *quòd*, *ab* *Hydrope*, *seu* *potius* *ipsâ* *Morte*, *beneficio* *Podagra*, *quò* *Ego* *Novi* *redemptos*; *Horum* *Pars* *major*, *laboriosis* *illud* *exercitationibus* *aliquatenus* *acceptum* *revelere*.

XII. Ab *Hydrope*, *Arthriticorum* *quotquot* *dixi* *eam* *Methodum* *meo* *hortatu* *ire*, *rectè* *que* *percurrere* *commemini*, *Nemo* *unquam* *miserè*; *nemo*, [*quantum* *intelligere* *possum*,] *calamitosè* *Doluit*. *Deinde*, *quamvis* *Alius* *Liquidis*, *neque* *paucis*, *neque* *probatissimè* *indulgeret*: *Alius* *ad* *Hydrope* *maximè* *proclivis* *cerneretur*; *Nemo* *tamen* *Horum*, *eo*, *jam* *per* *annos* *complures* *urgetur* *Recidivo*: *Non* *pauci* *integrè* *satis*, & *alacriter* *egere*: *Aliqui* *verò* *fit*, *Arthritida* *si* *demas*, *ut* *raro* *unquam* *melius*. *Quod* *quidem*, *Notatu* *dignissimum*, *Arthritida* *potissimâ* *ex* *parte* *deberi*, *agnoscendum* *est*.

Has *ob* *Causas*, *nullis* *certè* *Elogiis* *Hanc* *Arthritidem*, *ejusque* *in* *Accessu*, *opportunitatem*, *in* *Paroxysmis*, *Clementiam*; *in* *Hydropicis* *sublevandis*, *Perpetuitatem*; *in* *defendendis*, *Constantiam*, *optima* *promerentem* *Economia*, *dignè* *me*, & *uti* *par* *est*, *prosequi* *posse* *existimavero*: *Multipliori* *usu*, *varisque* *doctus* *Experimentis*, *Eam* *Hydropicis*, *præferam* *Senioribus*, *esse* *summam*, & *securissimam* *Spem*, *Columen*, & *Tutelam*.

Quanta *verò* *adversus* *Hydrope*, *Arthritidis* *est* *Potentia*; *tantè* *perfectò* *Medicinæ*, *quæ* *Arthritidem* *primò* *Novam* *introducitur*; *quæ* *postèa* *Tardam* *accessit*; *quæ* *denique* *segnem* & *languentem* *excitant* [*pax* *Vestrâ* *liceat* *dixisse*] *Vires* & *Utilitates*.

Si *Arthritidos* *hujus* *Symptomata*, *perpessu* *graviora*, *Medicinam* *postulaverint*, *Primigeniæ* *Doctrinâ* *depromi* *potest*.

Hist. 1. De *Arthritide*, *Hydropi* *probè* *curato*, *feliciter* *accedente*.

Nobilis quidam apud *Dammonios*, à *Nativitate* *Obesus*, *nondum* *Annos* *assecutus* *viginti* *quinque* *primùm* *Quieti* *piùs* *solito* *indulset* [*quod* *à* *Corpulentia* *fuisse* *credebatur*:] *Deinde* *sensim*, *levi* *quavis* *de* *Causâ*, *Frigus* *contraxit*; *Tussi* *creberrimè* *gravatus* *est*; *Catarrhis* *subinde* *pene* *obruitur*. *Sub* *idem* *tempus* *Somnoleentiâ*, *tristi* & *periculosa*, *paulatim* *obrepente*, *tenebatur*; *ut* *Mense* *accumbens*, *vel* *Cibi* *capiendi*, *vel* *Ludi*, *gratiâ*; *aut* *rebus* *quoquomodò* *arduis* *implicatus*, *brevi* *temporis* *Spatio*, *nec* *absq;* *Causis* *Periculo*, *Nutaret*. *Hisce* *cir-*
citer

citer diebus, Pedes latè accepti, & deinde venter, retento iatus sero gradatim extumebat. Pedes impressionem Digni facillimè accepere: Venter [quod Ipse non sine quâdam admiratione sum expertus] Pugnum ferè dimidiatum. Hypogastrium occupavit externum Aliena quædam Materia, Partes Cuticulares Tumore duro & inæquali, variato, plus minus purpureo, & postea Nigricante sic obducens, ut Gangranam præ se ferre judicaretur: Porro Sitis, & Respirandi Difficultas (ob ventris *ægræ*, & Diaphragma in Thoracem elatum,) impenitentissimè urgebat. Urina interim exigua, subrubra, turbida; Vultus Ægri demissus, pallidus; Vox humilis, tremula, languens. Ægrè tulerunt Familiares, virum, Ortum præclarum, Gentilitii Noniis Principem; Patriæ Decus, & Ornamentum, ipso Ætatis Fiore, Morte tam inexpugnabili, tam immaturâ, surripi: Quod tamen in Fatu esse putabatur, & percrebuit.

Quum Pectore laboravit, & difficili Spiritu, Tinct. Sulf. gr. xii. ex Syr. Bals. Coch. deglutit, simul Julapii cum Perlato Haustu. Quo præsentissimo Remedio, Spirandi spatium & Anacatharsis multum & æqualiter aug. bantur. Contra Vitium Abdominis, atrox certè, & terribile, Decollo sequenti Lanæ, per Expertissimum Dominum Jac. Jenkinson, Chirurgum hujus Civitatis O. dinarium, immergantur; & liquore expresso, calidissimè creberrimèque imponuntur.

R. Summit. Abs. Rom. Mentha, Cardui ben. Abrotani aâ Mii. Bacc. Lauri vulg. sem. Fanie. dul. Carvi aâ ʒj. Coque in Cerevisia fort. lbvi. ad iii. ; adde postea sp. vini vulg. lbi. Fotu isto tempestivè adhibito, venter restituitur.

Ad Hydropa tum me, aliquantò post, accingo. Huic ut occurratur, quàm primum tutò fieri potuit, Pil. Rudii ʒb. Res. jal. gr. v. cum Bals. Per. qs. mane deglutit; & ex voto quoniam pilulæ operabantur, ad vices octo vel decem, à bidui vel tridui Intervallo illas repetit; eò nempe usque dum Seru, quod erat nimium, omne deturbatum est: Eundem etiam in finem Tinct. Diuretica gr. xxx. cum Vini albi Haustu, bis die, Purgatione liber, assumptis.

R. Millep. siccat. & pul. ʒij. Coccinella Pul. & N. M. aâ ʒi. sp. Juniperi, & Vol. Oleosi aâ ʒi. Misce, & Vitro arctissimè clauso, Igne Arena. per noctem, Digere; Mane per Emporeticam filtra Tincturam Diureticam.

Cerevisiam dedimus bibere Medicatam;

R. Summit. Cochlear. Mij. Ras. Radicula. sem. Sinapi aâ ʒij. Coccin. N. M. aâ ʒi. misce & Infunde in Allâ mediocri lbi. pro Potu ordinario, usûs tempore colanda, & cum simplici Allâ temperanda.

Absolutâ hoc modo Hydropis Curatione, ad ejus Prophylaxin animum applicui, ea præcipiendo quæ sequuntur.

R. Conf. Flor. Salvie, Flavæd. Aurant. aâ ʒvj. Pulv. Rad. Ari Comp. ʒb. Salis Martis Riveriani ʒij. Syr. Garyoph. q. f. Elect. Dosis ʒj. bis die, cum Haustu Julapii. Nonnunquam, ejus Vice, Tinct. Martis gr. xx. cum eodem vehiculo. Singulis autem diebus quartis quintisve, ad sex vel octo vices, nè abundet Serum, Syrupo sequenti Catharsis iterata est.

R. Diagrid. ʒvj. Pul. Cinam. ʒij. Sp. Vini lbi. Ustulando coque ad dimidium; Colatura adde Sacchari Crystallini lbb. f. Syrupus. Dosis ʒj.

Hisce diligenter usurpatis, non ita diu post Doloze Primùm Convexi Pedis; tum vicini Calcis; postremò, Digni majoris Articulum majorem mordente, afficitur. De Contusione, & ad Limen nescio quod Illusione, [qui istiusmodi Affectuum Mors est] initio questus, de Podagrâ tandem minimè dubitavit. Partim Evacuantibus, partim Cardia-

Tom. I.

cis, ad Paroxysmum effertur Miasma Arthriticum, quod ad eum usque diem in obscuro positum, nè hilum quidem micuit. Paucos aliquot dies duravit Paroxysmus; (ideò forsan pauciores, quòd Humorum Ano tanta vis ejiceretur;) omni Hyeme, & Autumno, jam per quadriennium elapsam; ad unam circiter Hebdomada, constantissimè Redux. Ad tollendam *Asperitas*, & Dolorem minuendum, Frictione utitur; manu molli, tenerrimè peractâ; quâ Solâ Quies, & Somnus, illi conciliatur.

Ab istâ Medicinâ, vix concipi potest, quantum Ægro est emolumenti: Primùm, à Catarrho planè liberatur; tum à Gangranâ (medius fidius) imminente; tum, ab Hydropè, & diâ ejus Symptomatum Cohorte; tum, à Somnolentiâ pertinaci gravissimæque: Tum denique ad ea profliganda omnino omnia, inducitur Arthritis; felici quidem Omine, Auspicio saluberrimo. Nam, à primâ ejus accessione, Catarrhus, & Somnolentia, prorsus evanescere; Hydrops effugit.

Vere & Autumno, in majorem cautelam, septimo quoque die, ad tres vel quatuor Vices, Manna ʒij. Aq. Alfordensis (Summit. Abs. Rom. parum alterata) lbi. solutas, hodie per dies, ingerit. Medicinæ verò præterea nihil.

Corpus hodiè præcrassum, expeditè movet: E quo identidem exercet. Ab hoc affectu, uxorem iterum tertioque gravidam fecit Arthriticus, & quidem nunc primùm, etsi jam pridem maritus. Unâ Arthritide, sed nec eâ gravi affectus, vitæ spem præbet tum multæ tum incolumis: Damnum movet.

Hist. 2. De Arthritide, Asciti, ejusque Remediis auspiciò cognatâ.

Vir quidam ætate constanti, cum, ex malâ vitæ ratione, ventriculus læderetur, coctio depravaretur, siti permolestâ inexplibilique urinâ paucâ, & lixivâ, corripitur. Quibus supervenit tumor primùm Pedis infimi, & Cruris; deinde Femoris; & demum Abdominis; Serolus, & digito cedens; Ascites scil. exquisitus, omnibus numeris perfectus.

Ad affectum ancipitem, & ubi Primùm me accessivum, inveterascentem, quia & jam diu rationalem medicinam eludentem, extirpandum; quum imprimis necessarium erat, ut humores, in lacum confluentes, vel Catharsi, vel Diuresi, amandarentur; tum ut, appetitum quæ exacuant, coctionem instaurant, sanguinem corroborent, ea exhibendo, Tumores arcerentur; per Vini scillit. ʒij. Per Extracti Eustach. ʒb. Res. jal. gr. v. (Calom. gr. xvj. ad xx. alternis vicibus adjectis) cum Syr. Domestici q. ut f. Pil. utriusque generis facta est Purgatio; & Vespere, post utriusque Vices singulas Pægorici beneficio, Quies. Postea, quoniam Vires ex iustisq. consensere: Pil. vice, Bolus ex Elaterii gr. iij. Diagrid. ʒb. Conf. Viol. ʒb. Syr. Ros. solut. q. deglutit. Diuretica Chartulis seponuntur, & Allâ Mediocri, in Potum ordinarium modicâ quantitate detrahendæ, totidem ampullis infunduntur.

R. Baccar. Junip. Milleped. siccat. & Pul. Sem. Dauci, Pul. N. M. aâ ʒb. Summit. Abs. R. ʒj. misce.

Catharsi crebrè, & donec aqua omnis educta est, diebus primùm alternis, deinde tertiis, quartisve, repetit; ad alteram Indicationem, ea quæ sequuntur, adhibeo.

R. Tinct. Myrrha (Liquore Nitri fixi prius soluta; tum spiritu Vini rectificato extracte,) ʒij. Pul. Gent. ʒij. Macera per noctem; mane f. expressio

R

Tinct.

Tinct. Stomachica. Dosis gr. xx. cum Tinct. Martis totidem, & Vini Haustus, horis duabus medicinalibus Catharsi interpolatis. Post Catharsin ut Digestivis sedulo insistamus, mane Tinct. Martis; Hora ante prandium, Canarini & Rhenani, paribus mensuris, Gentianâ alterat. Haustus. Quartâ pom. Bolus Chalybeatus, cum Jul. Haustu.

Quibus continenter ad menses aliquot usurpatis, & ex Intermessione quadam sæpius repetitis; Ecco-protico nonnunquam intercalato; quinimo crebris sub Jove exercitationibus; Liquidorum item imminutâ quantitate, debitoque Sex Nonnaturalium usu, Aeger Appetitu, & Coctione recta de novo potitur, Vires redintegrantur, cum bono corporis habitu, cum *ισχυρία & ἰσχυρία*.

Post Hydropa fugatum, en brevi Arthritidem; dolore, tumore, Pedum articulos occupante, conspicuam. Aegrum illa jam primum adoritur: Post hæc sæpissimè. Ructus sub accessum acidus, filum usque symptoma, præcurrit, & de receptione monet.

Profectò minimè dubitandam, quin Arthriticum in hujus Aegri sanguine seminium, ante paroxysmum, ad tempus aliquod, delituisse; forsitan etiam Hydropi, licet occultè, symbolum contulisset: Neque veri minus simile, quòd à dictis alterantibus Arthritis excitetur; quòdque ex ea rectè se habente, Anni posthæc Aegro quàm plurimi, per eosque sanitas obveniat.

Hoc etiam addam, [rei tam lætæ infaustum absit Omen] quòd ex frigido Viri hujus temperamento, & inferum abituro, sequitur; cum demum eum vires deficient, & ingruet senectus (*ἡ γὰρ ἄρχεται μὲν*) quamvis Hydrops jam per annos plures sit immunis, ne denique succumbat illi, cavendum est. Sed, ut quam potest diutissime se defendat, Hydragogum sæpius sumat, vitam agat temperatam, coctionem, ipsam utique salutis summam, tueatur religiose, moneo & exhortor.

Demonstrat Historia (cum præcedenti) posse Arthritidem Hydropi supervenire, posse istius reme liis suscitari.

Hist. 3. Podagra Asciti, per Naturæ Vires, Suborta.

Dominus D. vivido & alacri Vir Ingenio, summæ spirituum *ἰσχυρία*, neque Venerem, neque Bacchum nimio plus abhorrens, ætate media, siti immodica, urinæ exigua, crurum & abdominis tumore, signis Asciten ostendentibus, afficitur. Ut affectu tam accipiti se liberet quàm celerime, Cathartica & Diuretica præscribuntur: Donec humor nimius pertinaci illorum uso, exulat; Itaque fauste primis diebus Aegro succurritur.

Natura onere sublevata, sui que iterum arbitrii facta, Aere aprico, equitatione crebrâ pernicique adjuncta, rebus suis serio incumbit, & quidem bonis avibus. Brevi enim Arthritis; & tum primum eluxit: Quæ semel bis statis anni temporibus recurrens, sanguine quod alienum erat expellens, eundem purum & inquinamento liberum præstabat.

Huic ego [naturæ ut succurram, & opituler] commendavi Chalybis & Amarorum Compositiones. Utramque Xerano mistam, menses quotannis plurimos, sed interpolatos, & secundum varias anni *ἡρόνια* idoneos, usurpavit. Hinc avidius appetiit; perfectius coxit; rectius & commodius doluit.

Multos ille annos, gaudio & dolore variatos, ad usque senium, ætatem prolongavit; optimo sanè cum eventu Arthriticus; Hydrops per Arthritidem,

aded posthæc immunis, ut tametsi liquidis tenuioribus plus æquo indulserat, nihil hinc tumoris, nihil Hydrofici, suboreretur.

Convincit Historia, (sublatis Impedimentis,) vel ipsius Naturæ Viribus, Arthritidem Hydropi posse superaddi.

Hist. 4. De Hydrops, per Diuresin & Abstinenciam victo; cum Arthritide, per Amara, & Chalybeata famulante.

Quidam, è Regione Sancti M. poculis & otio nimium indulgendo, vitiatâ Coctione, congesto *καρροποιίας* gurgite degenerumque succorum Plenitudine, cum vix ætatis medium exceperat, Hydrops cõtripitur. Facies illi pallida, Spiritus difficilis, Sitis importuna, Urina parca & Lixivia, venter intentus. Ut Malo occurrat Medicus (certè Ingeniosissimus) & Laborantem sublevet; primum, ab inutili Libertate (nè quid gravius dicam) Abstinere suadet, utpote morbi Fontem quod exsiccet; neque Potionem ultra vult, quàm ut vitæ satis faciat, neq; aliam quàm Diureticam. Cinerem ideò *Genista* dedit, Potui cum *Abs. Rom. summit. admiscendum*. Obtemperavit Aeger, neque plus librâ, nec quidem interdum plus selibrâ, Nycthemeri Spatio, forbilla vit, per omnem Abstinenciam, quàm cum Congium quotidie exhausit, nihilo magis sitienter. Urinam hinc ubertim excrevit, aliquantò forsitan uberius quòd indies equitavit: quòd quidem exercitandi genus haud parum ad *διούρησιν* conferre, pervulgatum est. Seri factâ supervacui expulsionè, Digestivorum ope cæpit de novo esurire, concoquere, nutrir. Cibum, ita modicâ portione solutus, *ἔξιμωσεν καὶ ἰσχυρία* acquirit longè perfectiorem, quàm immodica cum immergeretur. Brevi post Dolore Pedis afficitur, & genuino more *ἰσχυρία*; deindeque sæpissimè. Natura, (quæ semper *ἡ δὲ δὲ πᾶσι*) Hydrops liberata, & suarum rerum potita, Arthriticum Miasma, clam in sanguine detentum, amolitur; idque quoties se contumaciùs extollere, aut Cristam illud erigere conatur.

Quando mecum, de Salutis statu servando, sermonem habuit, Temperantiam ejus Laudavi, Morborum Victricem, Expultricem optimam, Sanitatis Obsidem fidelissimam; & illius usum, Laudando, commendavi. Quòd ventriculi servem *ἰσχυρία*, necnon, in Senium vergente ægro, labascentem sustineam; Auctor sum, à Prandio Canarini Haustum, omnique mane *Infusi amari alterantis Coch. sex cum Tinct. M. gr. xx. bibat*. Hac & hujusmodi Methodo, multos Ille annos vitam protraxit, Ascitico omni Tumore vacuam. Qui pedum erat exinde Tumor, brevi, semper Arthriticus, Evanuit. Unì Ille Arthritidi & Abstinenciam debuit, quòd senuerat; &, præter spem humanam, quòd valuerat.

CAPUT V.

De Arthritide Melancholica.

ART. I. Expeditis *Æquivoci Ortus Symptomati* ad eas Species, quæ sunt *Univo*ca, quæque Materiam cum Affectu Primario eandem, sed alio ritu operantem, alia *φαινόμενα* edentem, præ se ferunt; id est, ipsam Operis partem potissimam, accedo.

Harum è numero, primas obtinet *Melancholica*; quippe

quippe quæ, tametsi *Puram Arthritidem* eò usque æmuletur, quò ad *Symptomaticam*, (*Κρενωδία* sic dictæ,) rationem & partes sustinendas opus sit; tamen ei dissimillima est, & in Ellipsi sua distat *Univo-carum* omnium longissimè.

Ut verò rem occipiam, præter istam Animi Depressionem, quæ, genuinæ *Arthritidos* Symptoma, Paroxysmos ejus panè omnes, & quò majores eò major, antecedit, (alibi explicanda;) alia est, *Melancholia* Nomine insignita, quæ ad Menses, ad Annos, sæpe perducta, Arthritidem, Insultus rectè & creberrimè facientem, introducit.

II. *Melancholia*, quæ *Arthritidem* progignit, (de latius sumpta dicere, in præsentis *ἁπορροίων*) duobus pender: Quorum Prius Spirituum Animalium à Natura Debilitas & Teneritudo. Reverà, Constitutio Illorum delicata, ut Perceptione Homines & Acumine, ut Ingenio & Consilio præclaros reddit; sic *Ærumnis*, sic etiam Morbis subjicit. Ex eoque factum est, quòd aliàs levi de Causa in *ἁρτίδια* Illi gravissimas ad gantur; quòd aliàs Humilitates, & Depressiones patiantur afflictissimas; quòd diutiùs inordinati *Melancholiam* ostendant nonrarò immediabilem.

Ista verò Illorum à Natura Debilitas, sæpe Studiis impeffioribus, Otioso vitæ genere, & nimis sedentario, nonnunquam Morbis, Inedia, Vigilia, & aliis ejusmodi sexcentis, augetur & intenditur. Atque hæc Spirituum Debilitas, *Melancholia* non ineptè *ἁπορροίων* audit.

Posterius, quicquid Spiritus per se infirmos, (sive extrà, sive in intermissum) afficiendo, *Melancholiam* parit *ἁπορροίων*.

Hujus autem ordinis sunt Humores pravi & vitiosi; Vermes; aliæque res permultæ, Primis Viis, Utero, hac vel illa Corporis Cavitate, collectæ, Animi Perturbationes, & in sex non Naturalibus Errata quàm plurima.

III. Hisce natus originibus, Affectus iste (sive *Melancholia* dicatur, sive *Morbus Hypochondriacus*, sive *Hystericus*) aliquando, *Arthritidem* imitari, & ejus ritu Pedibus, Manibus, Ægrum privare nititur. Hoc est, inimicum id, ac alienum, quòd antè, (in Fistula plerumque Alimentaria Spiritus urgendo) *Melancholiam* peperit; Natura, novas agendi Methodos, nova intente Consilia, in Articulos traditur, & *Arthritida* producit *Symptomaticam*.

Esse verò hanc *Arthritida* puram putam *Symptomaticam*, ipsa *Melancholia* Causa Contingente & Proxima, generatam, satis (ut opinor) eo constat, quòd illa quoties exoritur, & ad gradum elevatur quantumcunque rata hæc & perpetua proportione deducitur. Qua quidem re, ad exponendam istius *Arthritidis* Naturam, Eamque in *Symptomaticarum* Numero collocandam, nihil poterit persuadere magis, vel evincere luculentius.

IV. Interea verò temporis, non est reticendum, quòd hæc *Arthritis*, præ alijs suis Tribus *Symptomaticis*, serè clementer se gerit, & junctam habet cum severitate lenitatem. Quòd *Melancholicorum* Sanguini, supra quàm Aliorum *ἁπορροίων*; an Eorum Spiritibus segniter, & in materia separanda dimittendaque otiosè se gerentibus; cuiusque demum Causæ debeat; de re sic in Operto acta, Tenebris sic obscurata, nullus ausim disceptare.

Sin *Melancholicos* indulgere Baccho aut Veneri (quorum alterum usitatissimum, alterum minimè novum) aut etiam ad *Arthritidem* Hæreditariò propendere, contigerit; itaque habitos ea multùm infestari crudelibus extorqueri: Nihil inde Propositioni nostræ derogabitur, neque ex eo vacillabit illius Veritas. Cùm ista Morbi Acrimonia Causis peregrinis adventitiisque oriatur, nec sit hujus quæ *Melancholici*,

Tom. I.

V. Ex miti hujus *Symptomatica*, & (uti solet esse) nimis leni Ingenio, factum esse Censeo, quòd Eà qui tenentur, in antiquum statum redeunt, *Melancholia* eum citò recidivà, tum magnopere sævient, creberrimè consistantur. In eà videlicet delenda perimendaque, non multum facit *Arthritis* tam ignava, tam languens tam sœtors vix sublevando Affectui primario, nedum auferendo, par.

Ut *Symptomatica* hujus Diagnosim apertius intellecta planius exponatur, de conditione pristina, de Morbis Ægri veteribus exquirendum. Quæ per se difficulter, ex hac indagine palam & facillimè dignoscitur: e. g. si Æger diu *Melancholia*, demum *Arthritide*, laboraverit; & hac quò magis, eò remissius Illa; maxime, si hoc iterum sæpiusque compaverit; quin *Arthritis* ista sit *Melancholica*, nihil [ut existimo] dubitandum.

VI. *Melancholia Essentialis*, sive Delirii cum Tristitia, Metu, &c. in *Arthritidem* migrantia, Therapia, nondum usu confirmata, (unicum enim Morbi istius Exemplum adhuc notavi, idque imperfectum, & omne genus Medicinam respuens) nobis hoc tempore prætermittenda est. *Arthritide*, Morbi *Hypochondriaci* sive *Hysterici*, sobole, cùm Affectuum vis abundat, ejus Curatio paucis explicanda.

In hujus *Symptomatica* Prophylaxi (nam in Paroxysmo ejus, ultra quàm veræ & genuinæ sanando, nihil habeo quòd dicam) maxime juvabit alienum id ac inimicum, quòd, in Primis viis, (antequam Sanguinem ingreditur,) Morbi Causa exstat *Hypochondriaci*, sed è Sanguine expulsam, & Articulis suffusum, Paroxysmum facit *Arthriticum*, amandare, dimovere, amoliri; Tum ejus Incremento, & Regerminationi, obstare; posteaque, depressos Spiritus, Medicamentis ex proposito datis, directè allevare; languentes suscitare, & erigere; itaque Morbo huic universo, (quæ Primario, quæ Secundo) simul semelque occurrere:

Atque hunc in finem Impedimenta, si qua fuerint in Coctionis *Ἐργασίῳ* (nulla verò non esse maxime probabile est,) primo quoque tempore, per Catharsin, (alteram, vel utramque) tollere; ad irrita depurganda, aliquid *Stomachicum* (Pil. putà *Stomach. cum G. Dec. Amarum Purgans, vel Aquas Purgantes*) seligere; ad inimicum, in sanguine contentum, foras eliminandum, Aquas haurire Diureticas; cum Iis, *Alcohol Martis*, semel bis die, deglutire; omni Hebdomada, Ventrem movere; menses binos, his insistere; ad annos aliquot, repetere; cavendo Alvi tarditatem, ex Marte; Febrim, & *Arthritidis* Paroxysmum.

VII. Ut horum nonnulla fusiùs edisseram; profectò tanti est, in hoc Affectu, Ventrem (uti dixi) crebrò movere, & ab *Arthritide* Reliquiis immunem præstare; ut, vel eo Solo, (Aquis præcipuè Purgantibus, Tartaro Laxanti, & Mannâ peracto) *Arthriticum* ex *Melancholia* non unum, egregiè saluti prospexisse, noverim. Tempori proturbatur id, quòd illicò spiritus, (Ventriculi & Intestinorum Fibras incolentes,) adoriendo, Mærorem affert *Hypochondriacum*; vel, in Articulos effusum, Podagra Paroxysmum.

Cum primis autem prodest hujusmodi Affectis ante dicta Solutio, quòd blandè Alvum, quòd leniter, quòdque certissimè, subducatur; Iis, quæ *Melancholicis*, quæ *Arthriticis*, (neutro enim nomine, Fortiora, & *ἁπορροίων* conveniunt) aptissimè.

Sed nec *Aquarum Diureticarum* vim (quales sunt *Bathonienses*, *Astropenses*, *Bamptonenses*, aliæque permultæ) adversus hunc Affectum, Satis prædicare valeo; vel, uti decet, laudem illis deferre. Coctionem Illæ conciliant, Digestionem; Illæ confirmant;

P a

Illæ

Illæ sanguinem expurgant: Illæ Spiritus permulcent: Illæ Melancholicis, & Hysteriis, solatio: Illæ Arthriticis Incolunitati.

Quibus nulla sappetit Diureticarum Copia, usui sit Infusum Tea, Aquâ Pluviâ comparatum à lib. ad j. bis die, potum. Nam per Renes sanguinem, modò diu lapsus usurpetur, eluit; & ad Vapores (qui dicuntur) relevandos, ad Hypochondriacos Flatus sopiendos, confert misericordè.

Quæ per tot secula Melancholicorum Medicina fuit, è chalybe preparata, ea quidem, ex Melancholiâ sive Hypochondriacâ sive Hystericâ modè preparatâ, potiori jure convenit: modò, præmissâ Cathartici artificiosè selectâ, & Dosi & Methodo rectis, adhibeatur. Spiritus enim Animales incitat, exaltatque; in Radios vibrat acutissimos, & tum etiam, Miasma Arthriticum, (modò exigua Dosi fuerit exhibitum) blandè ad Terras emittit; & in Partes internas neu relabatur; Spiritus Animales neu obsecret; tenebrasque Iis offundat, efficacissimè operatur.

Quibus autem nec Aqua, nec in Formâ siccâ Ferrum, mederi poterit, Eos interdum adjuvat Decoctionum Corticis, simplex, vel (pro re natâ) Chalybeatum. Roborat Ventriculum; & in Partibus infert; & ad Spiritus stabiliendos (quod Hypochondriacis, & Hystericis, lucrum pergrande,) summorum virium & momenti est. Multum valet, hæc in parte, Simplex; propter id, quod habet Cardiaci & Nervis propitii: multò verò magis armatum; medicamentum, si quod unquam, Italè præparatur.

Sed nec omittendum, quod aliquando Cerevisia, utut Defæcata, tantis ventriculo parit Cruditates, in Arthriticis materiam postmodum abeuntes; ut unâ hæc abjectâ, & Aquâ fontanâ cum Vini pauxillo; vel, è Sarsâ, Chinâ, &c. Decoctione; vel Infuso Tea, cum Lacte vaccino, in Ejus locum suffecto, Aegris eximè melius successerit.

Hist. 1. De Arthritide, Melancholiâ diuturna succrescenti.

Clarissimus T. erectiori Vir Ingenio, in Medicis Ævi Celeberrimis, (Antecessorem, hac in Urbe, Compotem, & Santum, utinam æquis passibus sequi daretur;) Melancholiâ sensim obrepente, ætatis Flore, exiit de Potestate. In hujus morbi Genium, & Morem, ut diligenter anquirerem, & de eo Curia Renuntiarem, Prænobilis Eveshamii Magni Angliæ Cancellarii [cui apud Nos, hujusmodi Affectorum, à Rege Cura est commissa] per Literas Mandato, Dec. 18. 1697. laborantem Visitavi.

Fuit Ille (liceat tanti Viri Memoriam, tamque Literati Infortunio, paulisper immolari) tum temporis Septuagenarius; Vultu constanti, & angusto; Capite orbiculato; neque, si Corpus spectemus, aut Ingenium, magno: Voce suavi, & canorâ; Gestu Corporis decoro.

Veterum Doctrinam, ut erat præcipua excusserat; ad Medicinam conversus, Eam de proprio ditaverat. Primus enim Respirationis Usus Primarium detexit; defectum, contra præclarum impugnantem, pertinacissimè defendit; acutissimè vindicavit. Nemo unquam Medicus Illustrior, neu qui Arti plus Tribuerat.

Nonnullorum Vitia, Me audiente, leviter & quidem argutè perstrinxit; at Viros Sapientiâ, Nobilitate, Virtute præcellentes dignè persecutus est. Clarissimi Bigodi Sagacitatem, & in Diagnosticis Peritiam; Davei læne, at solers Ingenium; Dikei

Literas, & Acumen admirabile; Singularem Entis, nuper Adversarii, semper Amici, Humanitatem & Doctrinam, elegantem, variam, paratam; Nobilissimi Cortanei (quanti verò, & quàm Magnifici Viri!) celsum & sublimem Animum, Stemmati suo, quod est Regale, parem, multis laudibus efferebat. Sed omnium maximè Cantabrigiam, Almam Matrem, Athenas hujus Regni Alteras, piè gratèque, λόγους ὑψίστους, prædicavit. Quin &, agnovit Filium, Mater.

Hæc cum, à quoquam proferri, aliquis audierit; Annon, Eum, Animi summa Rectitudine, Judici acri, & perfecto, aliisque plurimis virtutibus, planè invidendis, insignitum existimaverit. Ita profectò fuit; jam alia Res est. Quæ protulimus, ea præbuerunt Lucida (sic appellantur) Intervals; tum rara, tum brevias; densissimis Nubibus, & interdum Animi Concitationibus [tanquam Fulgure, & Tonitru] discreta. Audivimus ἀποδείματι, summo dignissima Philosopho, & quæ sunt iis maximè contraria, simul & semel coram dicentem. Piguit, Doluit Eruditionis optimæ reconditissimæque Fragmenta, (tanquam Sibyllæ Folia, vento agitata,) cum astricis, numero soluta; cum Latinis, Græcis; cum Physicis, Ethicis; cum Veteribus Nova; cum Profanis, Sacra; misceri, perturbari, confundi. Nullibi Gentium tot tantarumque Disciplinarum Chaos. Dii vestram Fidem! Quàm pusilla res Homo, vel Literatus. Dudum Ille Noster Temporis Volumina præsentis præteritiquæ, & in eo quæ sunt omnia; dudum Ille Terram, Cælum, Sidera, Vasta Universi Systemata, Spatia pæne Infinita, animo est complexus; hodiè, nè Sui quidem Composit.

In Causis hujus Affectiois, primùm ponenda est, tanquam ἀποδείματι, ad Eam à Natura Diathesis, (quam utique perspicere Physiognomon) & animus commoveri aptus. His adjici oportebit Cælibatum, sive nimiam Castitatem. Tum, in Procacitatibus, Casu è Plastro, Cranium, annis olim Puerilibus, læsum: [nudato Capite Cicatricem aperuit.] Dein de, studia nimium flagrantia. Post, Decoctionum Cofsea, plus satis potum. Ad extremum, Animi Perturbationem, Spei Frustrationem.

Causæ tantarum virium Evidentes, Antecedentem à Natura cœptam, malisque moribus adauctam irritantes, morbum peperere, per se Magnum, sed tempore qui roboratus, medicinam respuere, Curationis Spè excludere, cerneretur.

Quod verò ad Rem nostram maximè pertinet, Digtorum Articulos ostentavit, tumefactos, inflammatos, Chiragrâ, multos annos, per intervalla, sed languenti, neque satis importunâ, tactos. Procul omni dubio, si plures Articulis, Capite minis ægrotasset. Fuit tamen, gravi & diuturnæ Melancholiæ, Arthritidem laboriri posse, quod abundè comprobaret.

Hist. 2. De Morione, Melancholiâ Hypochondriacâ, & Arthritide interempto.

Sunt qui Morbum Hypochondriacum, uti etiam Arthritida, Sapientiæ solum Professores, Ingenii Dotibus præcellentes, infestare, Iisque, tanquam ad tanti muneris Temperamentum, sortitò dari confirmarunt. Eorum Opinionem, uti si non probabilem, à perpetuâ veritate longè abhorre, constat. Habet Damnonia, quod perpetuitatem perimit. Novi egomet haud ita pridem [attendite, Philosophi!] Morionem, multos annos Flatu, ὑψίστους, aliisque Melancholiæ sexcentis Hypochondriacæ Symptomatis, demum

denum etiam (Ætate propemodum affectâ,) *Arthritide* conflictatum; adeoque graviter [nè de acrimoniâ Quæstio sit,] ut ætate constanti diem obiret supremum, his Affectionibus interemptus.

Hist. 3. De Arthritide Hypochondriacâ, Purgantibus præoccupatâ.

Veteri quidam Amicitia mihi conjunctissimus, post homines natos maximè *Melancholicus*; Mali accessiones alias ab Animi Pathematis; alias à Cibo crassiori, & *Stomacho*, vel Potu immoderato Hæcæ Carnis Æstu notabili, Illas Algore; Hæcæ Pulsu tum majori tum crebriori; Illas raro & humili: Utraque Spirituum mirâ Dejectione, *Melancholia* non vulgari, Ejulatu miserabili signatas, habuit. Sub ingressum senectutis, *Arthritide* tentabatur, eâ, quæ *Melancholiam* perturbationibus procreatam, nè semel quidem unquam excepit; alteram autem (id est, Intemperantiæ Sobolem) frequenter. Rarè cuivis unquam Mortalium Fortunatius cessit. Dolere. Nubes illa supercili dissipatur; Spiritus se expandunt; ut Materiam, in Primis visis congestam, (*Hypochondriaci* Causam Mali Continentem,) in Artus ejici liqueret. Ad eam initiò præcidendam, & utrumque morbum antevertendum, *Aquis Purgantibus, Sile Cathartico, & Tartaro Laxoni* additis, Interanea purgavit. Usus Purgationis creberrimum Sua-debat Utilitas.

Quum, *Arthritidos* Cippo fortè detentum, ad dignum statum iter conficere, voluit professio, partibus tumefactis, & dolentibus. Hirudines admoveri, sicque causam mali conjunctam evocari, jubeo. In re arctissimâ, summæque necessitatis, hoc artificii valuisse, certò certius est compertum.

Hist. 4. De Morbo Hypochondriaco, cum Arthritide agnatâ, Aquis Astropensibus subactò.

Nobilis quidam apud *Dobunos*, affectione *Hypochondriacâ*, Ventriculi inflatione permolesta, cogitatione inquietâ, spirituum tremore, confusione crebrâ, & ex illâ sudore, cum repentino, tum verò abundantè & profuso, diu afflicta, ætate provectior, *Arthritide* correptus est, quàm in *Melancholicis* observari solet, sæviori, longèque immaniori; quippe Paroxysmos Puræ & Genuinæ *narâ dôzor*, quæ profuderit.

Cùm eos secuta erat singulos, primis statim diebus, animi protenus sudum & serenum, *Hypochondriaci* affectus Intervallum; materiam ejus productricem, & primis Viis inhaerere solitam extrorsum pelli, omnino cogitandum erat.

Contra par Malorum *δύσπορον καὶ δύσκολον*, ut duos simul liniam parietes, nihil antiquius judicavi, quàm *Dyspepsian*, quæ utriusque fundamentum erat, pro meâ parte, corrigere; tum simul, alienum & factiosum id, quod *Arthritidis* causa est conjuncta, foras eliminare. Quocirca Alvo, (*Pil. de Succino Crat. ℞j. Tart. Qu. ℞ss. Res. scam. gr. iv. & Aq. Astrop. ℞ij. horâ post ingestis,*) priùs subductâ, iterumque septimo quoque die soluta, Aquas haurit *Astropenses*, diebus otiosis, ad ℞iv. ad dies sexaginta.

Ut *Nisus* emendetur; dum *Martiani* aliquid præcipio, (quod Ægri res volebat, non volebant Aquæ parum *Ferrate*) Spe decipior. Tanta Ægro siue *ιδιουμοσία* siue Spirituum Teneritudo, adque

200. I.

Minerale istud digerendum nescio quæ impotentia; ut ex eo, tamen modica quantitate sumpto, statim inciderit in *Diarrhoeam*, animi depressione, spirituum dejectione mirâ, stipatam.

Aquas autem *Astropenses*, blandas, præcellentes, benignas, tum *Hypochondriaci*, tum *Arthritici*, & tenerimis plerisque omnibus convenientes, omnium ætate, [magnum ad beatam vitam præsidium nactus,] per annos quàm plurimos repetit; Earumque beneficio & tutela, senectutem (uti audio) lætam, & desiderabilem, adipiscitur.

Hist. 5. De Gonagrâ miri, Hystericâ, Chalybe &c. concitatâ.

Placet, *Arthritidem* minutulam, & (uti videtur) Artificiofam, Memoria committere. Mulier lætissima, cum primis delicata, fragili constitutione, patre orta *Arthritico*, nondum ætate mediâ, ex *τῆς γυναικίως* benè habens, *ἀνεψία καὶ δακρυσία*, gravi diutinaque *Melancholiâ*, spirituum insolita *Depressione* affligitur. Horum omnium causa esse videbatur materia quædam mali moris, Ventriculum aggravans, & per Oesophogum Linguam omnino manens. His ut occurratur, purgato primùm hac illac corpore, *Amara Chalybeata* cum levi subinde *Eccoproto*, per menses aliquot usurpavit. Ex horum usu Symptomata profliguntur ad unum omnia. Esurire, Cibare, Lætari, missis Tristitiâ & Metu in Mare *Creticum*. Genu tantommodo alterum, Debilitate, & Dolore acri pungente; sed tolerabili, continenter impeditum; ut è seilia assurgendo, gradus scalares, vel acclive quodvis, ascendendo, vix sit. Erecta firmo stetit Talo. Minimus hic affectus erat, neque Rubore, neque Tumore insignitus, qui tamen *δὲ τῆς Arthritidis* præse tulit: Laneis partem affectam involvi jubeo; calidè vestiri: & *Melancholia*, si recruduerit, cum *Amaris* iterari *Chalybeata*. Morbi istius hæcæ reliquias percepit; hosce fructus quod (*Arthritico* tum more) ex Paroxysmo vegetior, quod alacrior, evasit, & diu perseveravit.

Hist. 6. De Arthritide Hystericâ.

Nobilis Matrona, mollè & præter cæteras delicatò habitu, *Hysterica*, blandè nimium Misericors (ut omnia ferè omnium Infortunia deplorans, & alieno Marore mærens,) decies enixa, annis procedens, sine causâ ullâ evidenti, caput Macrescere, & Languere, potius quàm Ægotare. Hoc à familiaribus in Malis positum, in Lethalis alicujus *Chenici* Prognosticis: At in bonum, omni spe votoque majus, aliquantò post mutatur. Dolet, Tumor, Rubet Pedis Articulæ ex *Podagrâ*. Corpus ortu persanum, ab omni labe hæreditariâ, quantum inaudiverim, immune, tot partibus, aliâque *τῆς γυναικίως* expurgatum; taliter occupari, profectò demiratus sum. Mali verò causa tanto suffamine major. *Arthritidem* boni esse ominis, & in Ægræ commodum cessuram, existimavi. Hospitem gratè, & benignè, (tuo more) accipiat, hortor: Calefaciat, Vestiat, &c. ut in *Arthritide Primigeniâ*.

Paroxysmi re absolutâ, ad ea, quæ tum Morbum *Hystericum*, tum *Arthritida* præveriant, speciatim ad *Digestiva*, propero: *Pramisso* (è *Pil. Stomach. cum G. ℞ss. Scam. pul. gr. viij. Ol. Cin. eb. gr. j. El. Propr. q. s.*) *Lenienti*; cui vespere, loco *Narcotici*, Ægræ admodum inimici (quippe Spiritus depri-

200. I.

mere, & nimio plus pessundare, solebat,) *Bolus*, è *Pul. Canian.* 36. *Conf. An. bñs. Sj. Syr. Melissoph.* q. s. sufficitur cum *Jul. Haustu. Hysterici deglutendus.* Tum, ad roborandos alioque spiritus, *Deco-cti Corticis Martiani* Haustum, horis duabus medicinalibus, in mentem usurpandum, & *Tea Infusum* [quod, ad eos permulcendos, & vapores sopientes, ex usu diuturno, commodissimum experta est; quodque sanguinem per renes expurgare aptum,] in dies singulos, præcepi. Partim Medicamentis, partim *Arthritide*, blandâ & perbeata, fideliter recurren- te factum est; quod, per hosce dies sexagenaria, *Expo.*, & *in Apo.* conspiciatur; ex *Arthritide*, jam vetuita, melior. Unos enim pedum tumores [an *Arthriticos*, an *hydropicos*?] hodie molestè fert, cætera beatè habeat.

Hist. 7. De *Arthritide Melancholicâ*, cum *Ventriculi, &c. Affectione*, per *Arthritidem levatâ.*

Quidam mediæ Etatis, ad *Isca Ostium*, *Melan- cholicus*, *Ventriculi Distentione*, *Dyspepsis* aggravatus, Flatu emissio sublevatus, appetitum pronuper intercidi, *Ventriculum* mane moveri, & *Biliosum* ejicere, *respirationem* impediri; *car- nem* absumi, conqueritur. Hisce postea supervenit dextri *Coxendicis Dolor*, qui ad *Genu* brevi se transfert, ibique tumori locum facit, pallido, frigido, seroso. Ab hoc tempore *ventriculo*, & iis quæ in- tus sunt, melius. Imò *inchoat*, quam miserabilem, & degenerem, *Æger* subierat, ab *Arthritidis* conspectu, minuitur. Eatenus *Melancholia* *Sanatio Ar- thritis*; eoque magis, quod supra quam in *Arthri- tide* frigida; supra quam in *Melancholicis*, solet fieri, extumescit.

Ego, Naturæ famulari contentus, & rerum ejus promovendarum satagens, in *Arthritide* firmandâ, Medicos adhibeo Conatus, quantos possum maxi- mos. Primus ergo vias leniente subtrahô; vesperi, post purgationem (quò Humor extrâ propellatur) *Bolus* è *pul. Cant. Ther. Androm. & Syr. Pap. Errata* cum *Haustu parum Diacodiato*, sumi præcipio. Dein, eodem, *Pul. Rad. Ari C.* 36. *Alcohol Martis* 36. cum *Jul. Haustu*, bis die per mensem, cavendo alvum obduratam. *Panno Wallico*, *Aquâ Reg. Hung.* & *Sp. Lavendula* consperso, vestiantur Pars affe- cta. Cane pejus & angue, vitentur *Repellentia*. Horum Ope Remediotum, *Æger* auspiciatò *Pro- speri*; Animo nempe alacri; sanis *Visceribus*, & ob *Podagram* tutioribus.

CAPUT VI.

De *Arthritide Fixa Scorbatica.*

ART. I. *Melancholica* proxima est *Arthritis* ea, quæ *Scorbutum* excipit, sed longo proxima intervallo; quippe *Primigenia* similitudi- nem quæ multò plenius apertiusque referat, ad eamque multò propius accedat: Morbus certè, apud nos, Ingenio & natura valdè peculiari; quiq; evolvetur, & diligenter explicetur, aptissimus. Ut de illo dicam enucleatè, & dilucidè, de ipso *Scor- buto*, ex quo emanat, prius dicendum est.

De *Scorbuto* ea, quæ ab *Eugaleno*, Aliis ejus ferè affectis, deditâ operâ prodantur literis, vel omninò prætermittam, vel leviter tangam; & illa potius [ex scripti hujus instituto] quæ nostræ ditionis sunt, & in hac regione mali illius in *Arthritida*

Metamorphosin patefaciunt, studiosè persequar.

II. Anni sunt haud ita multi, cum apud *Dam- nonios* [quod, à senioribus indigenis, nilque fide di- gnissimis, & in Medicinâ diu multumque exercitatis, accepi,] *Scorbutus* sic grassabatur, ut per illos artem qui *Exome* [nobiles sanè] medici factitarunt, in hujus unius morbi curatione, quod præscriptis passim agi- tatis testatum fecerunt, non parum occuparentur; & grandiores hodiè nihil æquè ac *Scorbutum* crepent: At diebus hisce nostris rariùs observatur hic affectus, & tantummodò *scorbutus*. Cujus quidem mutationis ratio, suo statim loco, declarabitur.

Sed nec qui nunc dierum est *Scorbutus*, illi qui vicinos *Belgas*, (populares meos,) imbuat, id est, genuino, & *Vulgari*, per omnia consimilis invenitur. Cum agri *Somersetensis*, uliginosi magnam partem, & depressi, aërem crassum & humidum trahentes incolæ, maculis subnigris, ulceribus mali- gnis, crurum dolore, respiratione difficili, lassitu- dine spontaneâ, nervorum debilitate, hydrope, *Gangrænâ*, & istiusmodi aliis, *Scorbuti* exquisiti signis, creberrimè divexantur: Quæ apud *Damno- nium*, tractum inæqualem, siccum, optimè ventila- tum, aëre subtiliori puriorique gaudentem, neque sta- gnis in jainatum, raro visuntur.

III. Qui verò *Damnoniorum* est *Scorbutus*, in imo ventre *Spasmodicâs* habet; *Præcordiorum* In- flationes, *Ructus*: *Oris* vitia quamplurima, *Gin- givarum* scil. Tumores spongiosos, sanguinem vel levî suctione, vel aliâ quavis facili de causâ emitten- tes; interdum etiam *Epitaxia*; *Dentes* sæpenume- ro laxos, vacillantes, cariosos; & primores, ip- sâ nonnunquam adolescentiâ seu decidos, sça exesos; salivam acrem, salisam, pariterque copio- sam; *Aphelitus* *Factorum*, (*Putredinis* indicium) ut rectissimè morbus iste *Scorbutus* audiat: In cute maculas, sæpè tubicundas, interdum flammeas; parvas identidem, & rotundas, aliquando majores; papulas item densas, scabras, asperas, irritabi- les, cum margine purpureo, catervatim, in cubito præsertim orientes; quæ ad *Eminentiam* & con- fractum quandoque notabilem elatæ, & demum exiccatae, Squammulas emittunt, tenues, subal- bicantes, surfuraceas; quibus decidentibus locus appareret ruber & *Inflammatum*. His adde prur- itum, isti fidem eruptioni comitem, & partium affectarum *Æstum*, ab *Unguium* vulnusculis im- pensissimè urgentem: Volas porro aridas, æstuan- tes, duras, sæpè etiam callosas, contra *Diapnoen* occlu- sas, nec ullo eam labore admittentes. Quibus ad- jici oportebit crurum tumorem admodum insignem, maximâ ex parte calidum, & acri sero exudante prurientem.

Ista præcipuæ notæ sunt *Indicia Scorbuti* per hosce tractus hodiè serpentis, & *Arthritidi* alluden- tis: Neque *Scorbucum*, nisi tali ferè modo affe- ctum, pedibus unquam hæc loci dolere recolo: Ut calido unice *Scorbuto* (cujus ista signa sunt *Διαγνωτικά*) hæc in regione suppulet *Arthritis*.

IV. Utrâm hujus *Scorbuti*, scil. *Calidi*, sit ubique sui generis materia, sive innata, sive adventitia; quæ causæ continentis obeat negotium, & dicta pa- riat symptomata; sic, ut ex eâ solâ pendeat morbi hujus ratio & *Αιτιολογία*: An interdum modò hoc fiat, & in hac affectione præcipuè malo alicui con- tagioso secundariâ: sed aliâs ea vitiosæ sanguinis *Συμμοσι* [quod Doctissimis quibusdam placere constat] adscribenda: Tametsi præstò sunt, momenti ponderis- que haud exigui, quæ prius suadent Argumenta; cum in utramque partem disputari possit, nec id agatur hoc tempore; in medio relinquam.

Audaçter autem, [ut opinor,] affirmare possum, non ab *Cœli Solique* sive siccitate, sive humidi- tate.

tate, siue aliâ qualicunque facultate, nec ab ullo in Sex Non naturalibus Ercore, suos ignes, suas flammis, Scorbutum hunc nostrum, proximè, & omninò omnes recipere; Veram ab aliâ potius causâ, in obscuro posita, paucis observata, & ab alio fonte, derivare.

V. Hoc ut innotescat, advertendum est, quòd, ante Centenos hocce Annos, (ex Esu Piscium, uti verisimile, nimio insulsarum,) Damnonio Lepra quàm atrocissimè grassaretur, & in populum sæviret, forsitan non minùs, quàm in Judæâ olim, Endemia.

Utrum ob eam templum illud extrueretur, quòd, è veterum monumentis, optimâ fide Auctor, Nobilissimus Caraus, in Cornubia perlustrata, tradidit, Anno Mundi 3172. à Cunedago ibi fuisse positum, & Apollini [Medicinæ Inventori & præfidi] sacratum; etsi ita esse non improbabile videatur; Res est Antiquitate nimio plùs obscurata, quàm de qua decernam, aut disceptem absolutè.

Certo verò certius est, quòd ante Seculum Nosocomia, quibus ab integris secluderentur corrupti, tam hac Nostrâ Exoniâ, quàm alibi per universam usquequaque Damnoniam, Incolarum Pietate condita, extiterant quàm plurima: Quæ quidem Eorum Frequentia tum Morbi crebritatem, tum item Acrimoniam, abundè monstrat.

VI. Lepra ista, quæ, ut Clariss. denotat Caraus, circa Seculi novissimè lapsi initia Populum miserimè laceravit; dum ætas labitur, & dies diem docet; partim ex Salis communis usu, partim etiam Tabaci (quorum ille optimum, modicâ quantitate, receptissimumque Condimentum, Sanguinem tætur, Putredinem ardet: Hoc autem, Vulgt Delicium, siue Ore mastieatum, siue Tubo haustum, Salivam movet, putres evocat Humores,) cicurata, pertinax illud *τὸ ἄσπερον* adèd deposit; ut Seculo superiori circiter medio, in Scorbutum degenerasse, comperiretur; Antecessoribus Nostris facillentem Negotium.

Verùm, ex quo Damnonii Remediis prædictis Pomaceum addiderunt, & usitatè potarunt; Morbi istius Vis & Ferocitatem magnopere subigitur; ut hodiè, quàm olim, multò rarior, sicut etiam multò mitior, observetur: Ita nempe, contra Scorbutum mali Moris, contra inveteratum, *ferinum*, & in pleurisque Hæreditarium; id est, crudelem, magnum, & difficilem, egregiè valuit Pomorum Succus.

Atque hujus ferè Generis & Profapie est, qui his temporibus in Damnonio Scorbutus se exercet. Hinc Illæ frequentes Papulæ; Cutis ille pruritus intolerabilis; Color ille Flammeus; Fervor importunus; Exanthemata; Lichenes; Squammulæ; Veteris scilicet Lepre Reliquiæ; Ignis nondum penitus extincti Scintillæ.

VII. Priùs verò, quàm de Scorbutis hujus in Arthritis Migratione & Excursione verba facere occipero; de ipsâ Arthritis pauca proponere, & à se ut discedat Illa, notare, necessum habeo: priùs, illa Arthritis in Vagam & Fixam Distinctio recolenda, & Morbo præfenti accommodanda.

Arthritis Vaga Scorbutica, Westphalorum & Gelvarum Morbus Endemius, qui tum Adolescentum, tum Adultorum Lambos, Dorsum, Artus, vicissim occupare & multùm infestare solita est; uti locum hoc in Tractu talis, qualis passim ab Auctoribus depingitur, quod unquam sciam, nullum acquisivit; ita nec hoc in Scripto requirit ullum.

Et quamvis aliquando Scorbutus iste Nostrer, Vagam eam Arthritis, quæ Nobis obversetur, æmulari videatur; tamen frequentius, & quidem præcipuè, Fixam Arthritis imitari gestit; & quoties Corpus (vel à Naturâ, vel malis Moribus, & Vitæ ratione perperam ordinatâ) appositum, ad tempus aliquod afflixit, nono vel decimo plerumque Lu-

stro, pedum [maximè] Articulos invadit; Dolorem infert; Tumorem, cum Ardore, aliisque Podagrae Calidioris Symptomatis. Ex intervallis paroxysmos iterat, Genuinæ iustar; sique una demas Scorbuti indicia, Genuina existimetur.

VIII. Nec cui mirum illud existimandum, quando in utroque patet Affectus (tam nempe Scorbutus, quàm Arthritis,) partes, primùm easdem obtinere Causas remotiores, (Victum, utputa, Salsum, & Crassum;) tum etiam *ἀσπιρίδιον*; dein acere aliquid, aut saltem alienum in sanguine, eumque valdè inquinans, & corrumpens; tum habere Scorbutum, tum Arthritis. Postremò, Naturam utrobique grave aliquid eliminare & expellere conari; hic, per Glandulas extremitatum Articulares, unde Paroxysmus Arthriticus; illic, per Salivarias, & Oculi Miliarias: Unde prædicta, & Cutis, & Oris Symptomata.

Scorbutum autem adèd (siue Causas, siue Materiam, siue ipsam Morbi Rationem & Symptomata maximè fida & constantia, spectemus,) Arthritis persimilem, eam etiam *τὸ ἄσπερον* agnoscit & referre, ut observari facile, sic neque intellectu difficile.

IX. Mitiores autem Paroxysmos habet hæc Arthritis, [ut illius aliquam Diagnosin expromam] quàm vel Exquisita & Calida, vel Lvi Secundaria, neque Dolore tam acerbo conjunctos. Lenitatem explet Diurnitas.

Ut verò pressius dicam, hujus Arthritis omnium maximè proprium est, quòd Affectus Primigenii non pauca Symptomata conflanter retineat; ita, ut ex Scorbuto Arthriticos, Scabiæ, Maculis, Gingivarum Vitium, renitente licet Medicinâ, & exunte Paroxysmo, adhuc infici, (tamen minùs fortè, quàm ante natam Arthritis,) aspiciamus.

Hoc autem in his potissimùm teneri arbitror, qui ex Scorbuto ceteri, confirmatoque *Ποδωγραῖος*; nam, à recentis & evidenti Causa iucinato, & ad dicta usque Symptomata evecto, qui laborant, (uti post hæc exemplo patet) his nonnunquam aliter obtingat, & durante Arthritis paroxysmo, Scorbuti lateant istius Symptomata.

X. Quomodo verò Calidus unice Scorbutus (quod supra comprehensum est) Arthritis gignendæ sufficere videatur; nec à Frigido vel semel ortam memoriâ tenerim; huic responderet, quòd ea, Calido quæ suboritur, Arthritis semper reperitur Calida; *τὸ ἄσπερον τὸ Πυρρὸν*.

Sed nec omittendum est, quòd, uti Scorbutus huic Arthritis primarius, in eo potissimè versetur, ut inepti aliquid per Glandulas exterminet Cuticulares; & Arthritis ei Secundaria, per Articulares; ita, tam huic, quàm illi, obstant Repellentia; quippe quoniam Humor ad *τὸ ἄσπερον* amandationem relegationemque à Naturâ designatam, utilem profectò, caram, & Vitæ cum primis necessariam, derepente interrumpunt & internarum partium mala gravissima, sæpe ipsam Mortem inducunt.

XI. In paroxysmo, (quæ Medendi optima Intentio) Materia Articulis impacta, blandè foras eliciens; quem in finem extrinsecus imponatur Tumori lene quoddam Attrahens, quale videlicet Ceratum illud viride ex quo sunt Posaethecæ; vel Brassica Folium, fibris crassioribus purgatum, & ad mollitiem confusum. Tumori post noctem, (modo calidè, quod juvat, Agus involvantur laqueis) adhærere solet Vapor, per invisibilia foramina emissus, & in Rorem condensatus. Ab ejus usu dies aliquot producto, Doloris Sedatio tum fida, tum etiam tuta, subsequitur. Quæ quidem Artificiose *Διαίτης*, eâ forsitan de causâ magis liberalis, quòd Materia per Habitum Corporis suâ naturâ pronior, & aptior sit, quæ expellatur,

Quin imò, per totum Paroxysmum magnopere caveant Aegroti, ne Materia, protenus eliminanda, re-
tenti agatur; quod ob eorum Sanguinem (quod
verisimile,) vitiosum, & Contagio Scorbuto corru-
ptum, raro (uti liquet) his Hominibus, Arthritis
detentis, impunis Error; sæpe etiam Lethalis.

Sin pravo Externorum Uiu, aliavè quavis de
Causa, Materiam jam fugientem, quasi clausis foribus
re, pelli, vel sissi obtigerit; Ad fores quàm primùm
aperiendas, Eam & extrà evocandam, aut in Bal-
neum pedes calidissimum immergantur, aut Fotu im-
buantur, aut Articulo dudum affecto, vel proximè
illum, applicetur Epispasticum, vel Cucurbitula;
Et, interea temporis, ut ad Interioribus extrudatur
Humor Arthriticus, Cardiacum aliquid è Pul. Can-
tian. Lapide Goano, Theriacà Androm. Elecl. ex Ovo,
vel Sp. C. C. Succinat. gr. aliquot cum idoneo vehicu-
lo, Aegro stragulis cooperto detur, & prout opus fue-
rit, repetatur.

XII. Extra paroxysmum, Evacuantiis Materia
peccans è Corpore *kat' Epiphasin* amandetur; Alteran-
tibus corrigatur; Digestivis illius Augmentum,
& Regeneratio, inhibeatur. Hæc è diversis Classi-
bus selecta, in Ordines, five Series, ut Artis est, pro
Aegri constitutione, Malique more, formari, pro An-
tique tempestate variari, oportebit.

Ad domandam Morbi hujus malitiam, maxi-
mopere valet Mercurius; cujus præparata mitiora
(id est, Calomelas, & Mercurius Præcipitatus albus)
Causam ejus Continentem impetendo aggrediun-
tur, & per aliud aliudvè excerniculum, pro ipsius quan-
titate, & aegri corpore vel ad purgationem, vel ptya-
lismum, ad *diapnosin*, vel *diapnosin* proclivi, elimi-
nant exterminantque. Et tamen hujus ea materiae fe-
rocia, quæ vel Ptyalismo laudabili diutinoque non
ex toto ubique cedit, & se se submittat; (nam post
diutinum, & ex omni parte laudabilem, nonnunquam
recrudescere hunc Affectum in propatulo est) ex hoc
Remedio, alienum illud Acre, Morbi Materiam
Continentem, quam maximè obviandi; Sanguinem exi-
miè purgari; Morbum quam plurimum mitigari,
constat. Quare si Aetas, Vires, cæteraque quæ sunt
Aegri, annuerint, nihilque repugnaverit, Ptyalismo le-
nem, sed prolixum [ut Tempore Lenitudo expleatur]
fieri suaderem.

Ubi ptyalismo, vel ex Aegri Moribus vel Animo,
vel *rois* *in epiphasin*, nihil loci superfuert, sequentem
Methodum ingredior. Vere & Autumno, (facta
prius in plethoricis Venæsectione) proderit, Per
Calomel. serà nocte. Pil. Eulach. & Res. Jal. mane
seq. quinto, vel sexto quoque die, ad tres vel quatuor
vices: Vel, per Solem Catharticum, Manna, &
Tartarum lax. Aq. bordeat. solutum, diebus alternis ter-
tiusvè, ad sex vel octo vices, Purgare: Neque Medicinam
interturbet Articulis, si oriatur, Dolor; quin pertinaci
potius Purgatione septiusque iteratâ vincatur.

Deinde Antiscorbatica, quæ dicuntur, cum Antiar-
thriticis maritata, usus erunt eximii: Sumat Aeger, om-
ni mane, post dictâ Purgationem, Infusi seq. Haustum.

℞. Summit. Trifol. fibrini sicc. pug. ij. Anibis
p. i. infunde in Aqua font. servefacta q. s. ad Altera-
tionem modicam, Colatura ziii. adde Salis Martis gr.
iii. Tinct. Aurant. gut. xx. Sp. Menthe Haustus.

Quarta pars. Pulverem, vel Pilulas deglutiat.
℞. Pul. Fol. Teæ sicc. ℥. Salis M. gr. iii. Pul. N.
M. gr. v. Sacch. albiss. gr. xv. f. Pul. vel cum Syr.
Melissoph. Bolus; vel,

℞. Conf. Flor. Salvia, Ethiopis Min. ad ℥i. Syr.
Caryoph. q. s. Bolus.

℞. Cerussa Anim. ℥i. cum Extr. Gent. f. Pil. vel,
℞. Pul. Zedoar. ℥. Alcohol Martis gr. viii. vel
x. cum Extr. Gent. f. Pil.

Hiscæ singulis Vehiculum sit Julapii, vel Infu-

si, Haustus.

℞. Aq. Ulmarie, Fol. Ari, è Succis aa ℥v. Sp. Ju-
niperi ℥ij. Marg. pp 3℥. sacch. q. s. Jul. vel ex Summit.
Salvia tenuifol. & Aq. font. comparetur Infusum,
Sacch. Dulcandum.

Quibus Alterantia prædicta minùs arident, pla-
ceat profuque Succos Herbarum Martiatos, semel bis
quotidie potare. Quod sequitur magnatam Virium
est, & sæpe à Nobis usu probarum.

℞. Succo Cochlearia Partem unam, duas vel tres
[pro Aegri Constitutione plus minus Calidâ.] Succo Li-
mon. p. i. Misce, per Digestionem Clarifica: Dosis
Coch. i. cum Salis M. gr. iij. Sacch. q. s. ex idoneo Vehi-
culo, per Mensem, post debitam Evacuationem.

Florum Usui interponatur, septimo quoque die, vel
Solutio Cathartica; vel Pil. Tart. Bonu, vel Stom.
cum G. ℥j. ad 5℥. cum Scam. gr. aliquot &c.

Erit autem perutile, si, initio Aëtatis, locum ha-
beant Aq. Ferrata Diuretica; quibus, ad ℥ij. omni
mane, inter sextam & oct. haustis, circa decimam
Vinum aliquod Stomachicum, Amaris (si placet)
Alteratum, supponatur: Persistatque Aeger ad Heb-
domadas sex, octo, vel x.

Vel, ad Urinam Domi movendam, itaque Sangui-
nem à Spurcitate vindicandum, valet Infusum Teæ ad
℥ij. omni mane, potum; unde leniter, idoneo liquore,
per Renes, id quod alienum abluatur.

Pomaceum his Hominibus Sanguinem contem-
perat; sed periculum est, ne ab eo Arthritis augeatur.
Si secus fuerit, Stuid enim Nonnullos eo pocu-
lenti genere gaudere certissimum est) in Potum or-
dinarium, præsertim Aëtate, ministratur. Hyeme Ce-
revisia si extradi respuerit, Rad. Oxylap. Milleped.
Summit. Hed. ter. medicata esto.

XIII. Ut ad Symptomata transeam, obiter hic No-
tandum, quod Crepius Ossium, qui (ut alibi dicitur)
Arthritis hæc in Regione Symptoma pervulgatum
est, neque Scorbuto, (forsan ob Originem & Genium
ejus peculiarem) neque Arthritis Regionis hujus
Scorbuto, quoad observavi, unquam accessit.

Quæ ad Oris Vicia, cæteraque Scorbuti, quo tem-
pore Arthritis meatur, Accidentia spectant,
cum non huc propriè referuntur, ex Auctoribus de
Scorbuto passim in usum depromantur.

De uno Pedum Tumore, eo scil. qui Symptomata
huic Arthritis quodammodo proprius esse videatur,
verbum superaddam.

Cum Pedum Tumor, tum Scorbuto, tum Arthri-
di familiaris sit; quod Arthritis Scorbuto succedat,
minimè mirandum. Certè Senioribus, cras-
sis, & obesis, Scorbuto Veteri in falsam Arthri-
dem mutato laborantibus, sæpe licet notare Pedes &
Crura, non solum tumescere; verùm etiam Cutis
Rubore, Pruritu ferino, post Digtorum Vulnura
quantumvis levia Colore planè flammeo, nunc item
Fluxu dierum aliquot Ichorolo, immane quantum
affici. A Scalpendo manus si ad tempus aliquod A-
ger abstinerit, [abstinere verò perdifficile est] Cuti-
cula suboritur paulo albidior, ardens, tenuis, in
Ulcuscula rursus ex Unguium Sulcis confestim abi-
tura. Qui hoc modo affliguntur etsi Paroxysmos gra-
ves, duros, immites Arthriticos olim perpeffi sunt,
Articulis his diebus & minus & rarius dolent; Ma-
teria scil. Arthritica partim in Cruribus deposita, & Se-
ri stagno diluta, partim per Glandulas Cutis Mi-
liares *ad hanc* exsudante. Ed sæpe usque ingravescit
hoc Symptoma, ut aliquando rationem *tu* *trai* *or-*
70 sustinet; ut Dolorem, Pruritum, *Appar-*
viv creando, Turbas Aegris & Negotium quàm mole-
tissimum facessat; idèque medicum enixè postulet
auxilium.

XIV. Requirit Indicatio, ut, intolerabilis illa
Humorum Acrimonia citissimè tutissimèque miti-
getur.

getur. Hoc autem optimè sit Evacuationibus per Anum & Renes factis, tum etiam per Humorum Alterationem; Externè verò Balneo, Fotu, illorum ferociam temperanti. Quorum omnium, ut & reliquorum huc pertinentium, unà connexorum, quando Exemplum statim subjungam, Lectorem illic (brevitatis studio) remittam. Hoc autem addo, quòd in celebranda Catharsi summà utique Cautione, summo opus erit Consilio; nè forte, ἀρὶς ἰσθιῶν instituta, Humor ille Fluxus, & ad Articula-
menta *ἰσθῶν*, quæ ad istorum Hominum Vitam & Tutelam, omninò necessaria est, in Eorum Incommodum, Ærumam, Perniciem interpel-
latur.

*Hist. 1. Ab Arthritide Scorbuticâ Ulcus malè tra-
ctatum; unde Visus Abolitio, deinde Absces-
sus, & demum Mors.*

Agricola Devonensis, sexaginta circiter an-
norum, crassus, obesus, Scorbuto Papulis in
Capite & Manibus insignito, plus quinquennium in-
quinatus, contra Affectum pertinacem, & Medici
(quem Consultorem habuit,) Doctissimi Præscri-
pta eludentem, Evacuantibus, Alterantibus, Mer-
curialibus, Antimoniais; è Regno Minerali, tum
è Vegetabili quàm plurimis, à Nobis instruitur. Cùm
circa utrumque Equinoctium eandem Medendi
Viam, usu diutino comprobata, iterum ac sæ-
pius esset emensus; & jam, more usitato, Bolum
Mercurialem, detracto prius Sanguine, demissi-
set; multus inde sanguinis Orgasmus: Dejectiones
haud paucæ, atque adeò copiosæ; Tumor, haud
ita diu post in, utroque Malleolo magnus, sub-
mollis cum Dolore, Rubore, Lævore, diu persi-
stens, planè Arthriticus.

Ut Ego prospiciam, Quietè illum indulgere;
Materiæ, quam *Mediam* vocant, Diætã uti; & ut,
à Fartura & Recrementis, Ossium Juncturas
vindicem, & defendam, Tumoribus *Epispastica*
admoveri; Laqueis eos involvi; calidè Vestiri ju-
beo. *Epispastica* succedit *Ulcus* hic illic Superficia-
rium, ex Ichoris Acrimonia molestum, sed benè co-
loratum, expletum facile neque periculosum. Æ-
quo ferat illud animo exhortor, quippe quod
è re futurum, & lucro Ægrum majori, sinon in-
terturbet Ipse, renumeraturum.

Contra Ille Stomachari; de neglectis Rebus
suis deplorare; & citissimæ Curationis Spe alle-
lus, Agyrtæ nescio cui auscultare. Hic autem,
protinus, Medendi qua pollebat Arte, omittis Uni-
versalibus, Carne Ulcus obduxit, Cicatrice tex-
xit. Hinc Æger Capite, factâ Materiæ in illud Trans-
latione, subito percussus; Visus hinc Imminutio,
& brevi Abolitio. Congestis aliquanto post Humo-
ribus, in Regione Lumbari sit Abscessus, ex
quo imperitè tractato, ulcerato, & Partes vici-
nas (ut accepi) corrodeute, Diem supremum obiit
Misellus.

*Hist. 2. Scorbuti Calidioris Soboles
Arthritis.*

Quidam è T. Vir blandus, comis, Generosus,
à Victu lauto dapsilique, dum esset Juve-
nis, Scorbuto attingitur; Cui, ætate progrediente,
accedit Podagra. Numeravit Annos quinquaginta,
cùm utroque gravatus Me primùm consuluit. Hu-
jus Paroxysmum habuit plerumque, anniversa-

rium; nisi si Genio nimium indulgendo, vel alio
aliquo in *Sex non Naturalibus* errato, sæpius ac-
cereret. Illum autem ostendebat Gingivarum Tu-
mor, & Papulæ; Cubitos summopere sædantes;
cum Prurigine & Apicibus innumeris, acutis, con-
sertim oriundis. Materia nunc Ulcuscula formavit;
paulò post siccata in Squamas abire solita est
subalbicantes; quæ ut deciderunt, Locus apparuit
Ruber, à fricando statim Flammeus.

Ut utriusque Mælo pro virili parte occurrat, tum
ea, quæ Materiæ aptè exprimant peccantem, tum
quæ potenter Alterent, adhibeo. Principiò *Calo-
melano* (Catharsi, nè deorsum illud elabatur, prius
peractâ) Salivam moveo: Eoque quoties Saliva
parcior exigebat iterato, ad sex Hebdomadas *Prya-
lismum* profero. Posteaque *Cinnab.* & *Cerussa An-
timon.* ana ℥ss. *Pul. Rad. Ari Comp.* ℥j. *Syr. Melif-
soph.* q̄s. ut f. *Bolus horis tribus medicinalibus su-
menda, impero, cum Infusi seq. coch. v.*

℞. *Sammis. Trifol. palud. Sicc.* Mi, *Aq. Lactis
Alex.* ℥ij. *Sp. Junip.* ℥iv. *misc.* & ad Alterationem
idoneam Infunde: Colatura adde *Vincl. Aurant.* ʒj.
f. *Infusum.* Perstet autem menses binos, interpositò
septimâ quâque die *Eccoprotico.* Efferam hanc Mate-
riam ut ultra subigam, Aquas æstate sequenti *Diure-
ticas,* hortatu nostro sesquimensem haurit; cum *Sal-
is Martis & Nitri purificati Preparatis.* Quantita-
te, Vehiculis, & Methodo convenienti.

Hac Medendi Arte, Morbi materia, non pa-
rum mitigata, diu sanè continet: cùm verò, annis
aliquot post, sævire iterum, *Oxyæ,* & de novo
Tumultus inchoare cœperat; Consilio jam mutato
(quoniam Pedes jam tuebant, vesperi præcipuè, Di-
gitum admittentes, & Seniori & Compotori *Hydro-
pa* minitari videbantur; Tumores autem aliqua ex
parte *Scorbuticos* esse tum Inflammatio, tum etiam
Maculæ comprobarant;) per *Calom.* & *Pil. Eustach.*
an. ℥j. è *Duobus ℥ss. Purgationem* instituo; & dein-
ceps, alterâ vel tertiâ quaque post die, per *Solutio-
nem Catharticam;* sicque vicissim repeto.

Hic Medicamentorum ordinibus, non sine ali-
quâ Formularum mutatione, Vere & Autumnò, sæ-
pius renovatis; addito insuper, ad Alterandam in
Potum ordinariæ Cerevisiæ [è *Rad. Oxylap. Sum-
mit. Trifol. palud. Sem. Bardan. Bacc. Junip. Flavæ,
Aurant.*] Sacculo, & Martis, Sale cum *Conf. Trif.*
&c. repetito; Ægrum *Arthritide Scorbuticâ* graviter
oppressum (levibus subinde Hujus Paroxysmis, ve-
luti ad Salutis rem facientibus, ex industria provoca-
tis) ad Senectutem, & quidem lætam perduxit.

*Hist. 3. Morbus Articularis; Scorbuti Alumi-
nus, cum Vomitu Biliofo, dysenteria, & Volu-
rum Ariditate.*

Quinquaginta Vir annorum, gracilis, tener;
acri & bilioso Sanguine donatus, Scorbuto,
& ei supernatâ *Arthritide* diu conflictatus est, cum
Avopis. Nauseâ, Ventriculi Inflatione, Ructu sæ-
pe acido, Vomitu frequenti & Cholericò, Capitis Do-
lore, & à Passu Sôlentia. Cute aridâ, densâ, nec ad *dis-
cretum* idoneâ, Squamulis hic illic catervatim obsitâ,
in manuum volis durâ callosâque. Pollicis pedis fini-
stri majorem, dextriq; Brachii Articulum infestare
solita est *Arthritis;* sed neque Tumore, neque dolo-
re vehementi; quin levi potius, in tempus diutinum
projecto, inæquali, & creberrimè inciso. Diotur-
nitate pensata Levitas, Paroxysmos omnium certissi-
mè Pomaceum accersivit, idque vel parcè sumptum;
sic, ut ex Potulo communi semel iterumque siccato
Pes doleret. Plures Ille Methodos, easque probabiles,
à Medi-

à Medicis Celeb. præscriptas expertus, haec commo-
dissime, & feliciter sepe, profecutus est.

In Paroxysmo, *Brassica Folium* Tumori imposi-
tum acre Serum elicit, Dolorem mitigavit. Extra
Paroxysmum, ad Prophylaxin, præmisâ per Aq-
Alfordenses (Alvum hæc subducunt) ter quaterve
Cathart. *Barboniensium*, omni mane bibi; decimâ seq.
Infusi amari Alterantis Haustum usurpavit: Quin-
tâ pom. *Bolum è Cbal. Nutrito. Ec. deglutit*, super-
bibendo *Julapii Perlati* coch. aliquot; interponendo
identidem lenem quoddam Emolliens; & Alteran-
tium usum ad Hebdomadas sex vel octo quotannis
proferendo.

Hæc, inquam, Methodo anniversariâ, ad Artus,
ad Ventriculum, præcipuè ad Vomitus quod attinet,
maximè levatus, à Malo tam *Scorbutico*, quam
Arthritico, graviori, se jam multos annos immunem
præstitit: hodieque illam ad Senectutis principia per-
ductus, non impunè negligit. Usque verò mansit ista,
quam modò dixi, Volvrum Ariditas, Callositas; ut
opinor, usque mansura.

*Hist. 4. Scorbuto suborta, & ejus Erup-
tionibus adjuncta, Arthritis.*

DUM in hisce versor, Fullo me appellat *Exo-
niensis*; Vir robustus, Athleticus, Etate me-
dia, Constitutione Sanguineâ. Frontem Illi, Tem-
pora, atque Faciem propemodum omnia lædant,
turpiter infecerunt Pustulæ, sobrio corde & tem-
peranti, (tanquam Ebrioso) magnæ rubicundæq;
cum intervallo Coccineo, Flammeo. Aestus & Pru-
ritus erat universalis, maximè verò Partim obse-
saram; noctu per Stragulas ingravescens, Turgebant
Venæ, & Sanguinem plus solito *ζυμώδης*, & ebul-
lire, commonstrabant.

Hæc cum acceperam, Virus in Sanguine *Scor-
buticum* efferri, & Cælo (quemvis inhabitant tum
temporis Saturnalia missimo, & Effervescentiæ
provehendæ apto) favente proscindi, sum Opina-
tus: Neque enim alio de Affectu vel Somniare erat.
Sanguinem mitti jubeo, deinde Alvum molliri, alia
deinceps suo quæq; loco Præcepturus. Sanguini Cre-
mor impurus, Sebaceus, in Cyathis quiescenti,
post aliquod tempus innatavit. Ex *Res. Jalapii, Ex-
tracto Eustach. deglutuntur Pil.* quibus inanitur. Alv-
vus. A Cathartico, Sanguine commoto concitato-
que, Aegrotans *Ποδάγρα*. Ad eodè tempore Naturæ pe-
rinde erat, Humor Vitiolosus *δυσώδης* & *ἀρ-
τηριώδης*, per Articulos, atque per Cutim exterminare;
& tam levi de Causa, ad illam ab hac Evacuatione,
discedit Illa digrediturque. Catharsin, quam qui-
dem amplius destinaveram, ad *εὐγνώμονας* prorogo;
nè videlicet, Nimium subtrahendo, intercidatur
res Articularis, & prius abscindatur. Ad Eam è
diverso confirmandam augendamque lenem interdum
Ambulationem, Coturnos Laneos, quibus in pedes
Humor demittatur, invitetur, impero; Repellen-
tibus interdico.

Extra paroxysmum, ad *Arthritidos* hujus puræ
putæ *Scorbutica* prophylaxin, ut Sanguis cor-
rigatur, ea præcipio, quæ sequuntur.

℞. *Succi*, è *Nasturtii Aquat. Summitatibus ex-
pressi Portes* iij. *Succi Limonum* p. 1. per *Dige-
stionem* fiat *Clarificatio*.

℞. *Cons. Fr. Cynosbat.* ℥j. *Salis Martis Riverian.*
gr. ij. *Syr. de Corall. f. qs. f. Bolus.*

℞. *Aq. Ulmaria, Melissa, è Succis an.* ℥iij.
Limac. Lumbr. Mag. an. ℥ij. *Marg. pp.* ℥ss. *Sacch.*
qs. f. *Julapium*.

Præmisâ Venæ sectione, & per Vinum & Oxymel.

Scillit. Vomitione; perque *Salem Cathart. Manna,*
& *Tartarum lax. Jusculo Avenaceo solutum, Purga-
tione*; & deinde septimo quoque die repetita; sumat,
diebus otiosis, horis duabus medicinalibus, *Bolum*
cum Jul. Haustu; bisque in dies *Succi Clarificati*
coch. 1. cum Seru Lactis, vel Posseti Haustu, idque
*per mensem unum alterumque, cavendo Alvi Tar-
ditatem.*

*Hist. 5. Pedum Tumor Scorbuticus, Arthriticus,
cum Pruritu ferino.*

Dominus E. Generosus, Agricola *Devoniensis*,
ætatis Flore *Scorbuto*, & deinceps *Arthritide*,
tentabatur: Illius Flexu Dolores *Arthriticos* sensim
mitescere, sed & eodem tempore Pedes tumescere,
percepit. Inguente Senectute, Corpulentus & Obe-
sus, Pedem utrumque tumefactum molestè tulit.
Cutis admodum distenta est, rubicunda, gravatè
Pruriens, post levem alquam Digitorum injuriam
Flammea, Ichorem salum & acrem ad dies ali-
quot exudans. Ob Pedes æquo grandiores & ex-
tensis Sollitum, *Hydropis* Timor cruciavit; sed
de *Hydrope* tanquam instanti, aut præ foribus,
(cum Urinam satis copiosam, probèque coloratam
excerni; neque Sitim intendi; sed è contrario
Appetitum à Tumoris initio magis latrare, depre-
henderim) non esse quòd se tantopere afflictum ha-
beret, pronuntiavi.

Quò auxiliu adhiberem medicum, cum, in eo
laboravi, ut Humoris Acrimoniam, indefinè-
ter acerbam, Evacuantibus Alterantibusque quàm
celerimè reprimerem. Hunc in scopum, rebus
usquequaque collineatis, conceptis hisce verbis
præcei.

℞. *Calom. quinquies sub gr. xv. Spec. Conf. de Hy-
aentib. Conf. Ros. rub. an.* ℥j. *Syr. de Symp. qs. f. Bolus,*
ferà nocte sumendus; manè seq. Pilulas è Rudii
℥ss. Res. Jal. gr. v. Ol. Junip. ch. gutt. 1. Bals. Per. gr.
deglutiat, cum custodiâ. Quarto vel quinto quoque
die, ad quinque vel sex vices, utrumque repetat
Diebus otiosis, horis duabus medicinalibus, Bolum
è Cinnab. & Cerussa Antim. an. ℥ss. *Cort. Citreor.*
Cond. ℥j. Syr. Garyoph. qs. Horâ somni Pil. ex Æ-
thiopsis Min. [cum Mercurii crudi, & Flor. Sulf. an.
p. a. sine igne facti] ℥j. Syr. Melissoph. qs. assumat,
cum Jul. Haustu. Potui verò sit Infusum seq.

℞. *Calcis vivæ Devoniensis, [id est, fortissima]*
℥ss. solve in Aq. pluvie ℥xxiv. ad xii. coquendo
evaporatis. Post Clarificationem leniter detrahe li-
quorem; eique adde Rad. Sarsæ, China, L. Sassafr.
ras. an. ℥iij. *Cort. ejusdem, Baccar. Junip. an.* ℥ss.
Milleped. siccata. Num. 200. Coccinell. ℥ij. Uvar.
passar. exacin. ℥vj. Infunde clausa, Balneo Aven-
æ, per noctem: Colatura adde Tinct. Aurant. ℥ij.
f. Infusum, per se, vel cum exiguo Canarini, loco
Cerevisiæ usurpandum. Externe verò, Desiccantibus
Repellentibusque Cane præj. & Angue vitatis, Fotum
adhiberi jubeo.

℞. *Summit. Malva, Althææ, Lauri vulg. an.* Mj.
Flor. Chamam. Sambuci an. Mss. *coque in aq. font.*
℥iij. ad ij.; sub finem adde Lactis Vaccin. ℥ij. In-
mergantur Lanea, Pedibus, quoties Pruritus insti-
gaverit, applicanda. Uroque denique Brachio Fon-
ticulus aperiatur.

His obtemperando Aeger multum profecit; pru-
ritum hunc ferinum mitigavit; ad diutinum tem-
pus delevit; & quoties reverteretur, hisce præsen-
tissimis Auxiliis, per fugio, & præsidio Salutis cer-
tissimo, creberrimè propulsavit.

CAPUT

CAPUT VII.

De Arthritide Lvi Venereæ Succedenti.

ART. I. Quid immoderata Venus ad *Arthritidem* inclinet, eamque crebrò introducat, ab antiquo positum est, ab omni Seculo decantatum; sic, ut in ejus *ἰσχυρὰς* haud injuriâ cumprimis habeatur. Similiter notandum, quòd postremis his temporibus, cum Isti Luem (forfan ad Humanum Genus monendum deterrendumque) adjicere, Rerum Auctori, Reçtori, placuit; ab Illâ utique in *Arthritide*, tam facilis Migratio, ut Ætate Nostrâ, quæ Lvi Imperium longè latèque dilatavit, frequenti populo stabilivit, Tyrannida confirmavit, ab Affectu, quem resciverim, nullo, facilius quæquam aut usitator.

II. Istam rem inspicienti, & ejus Rationem perpendenti extra controversiam videtur, primùm, quòd hoc commune cum *Arthritide* (ut taceam alios Affectus) habeat *Patursa*; Nempe invictum * & *ἀντιρροϊστικόν*, Massam inquinans ac corrumpens Sanguineam, utriusque Morbi Causam esse proximam & Continentem: Deinde, quòd *Patursa* etiam Miasma, non minùs quàm *Arthriticum* illud, cum extollit se & ingravescit, è Sinu suo ejicere, è Sanguine expellere, Vim Operamque det Natura: Adhæc, quòd Virus *Venereum*, è Sanguinis Flumine jam expulsum, solidisque partibus inhaerens, non pauca faciat Symptomata, cum *Podagrâ Patursa* communia; Membranis scil. Dolores; Ossibus Cariem; Cuti, Ulcera: Unde denique conjectari licet, Istorum Affectuum Miasma simile, & alterum alteri tanquam germanum, existere. Eccui verò Novum videatur, quòd, in Materiâ simili tractandâ ejiciendâque Natura (quæ nihil temerè, nihil oscitanter, sed Normâ & Consilio semper agit,) Evacuatione utatur simili, porta eadem; id est, Articulis?

Has ob Causas & hujusmodi alias, quæ est hodiè *Arthriticorum* pars haud exigua, ab *Lue* incipientes, ad *Arthritida* perducuntur; nec Grallatorem usquam Veterem, aut decrepitem quempiam, & admutilatum obtuemur *Arthriticum*, quin apud Vulgus Suspicio de infausta olim *Miliciâ* confestim oriatur.

III. Nemo autem Hominum (quantum auribus, vel oculis, accepit) à recenti *Lue* & nuper contractâ, natam unquam *Arthritidem* detexit; neque nasci posse facile concedam: Motu Sanguinis non minùs intestino, quàm periodico, cum Eo commiseri intimè; Corpusculorum Illius variè figuratorum Appulsu frequenti, mutari egregie; atque ita tanquam maturari & cyehi diutius Miasma *Venereum* prius oportebit, quàm Articulis illidi, & ad *Podagram* inducendam impingi potuerit.

Hac de Causa rarò Grandiores, & Ætate procedentes, (serius scil. quàm *Primigenia*) invadit hæc *Arthritis*, id est, ex sola *Lue* derivata; Juniores vix quidem, at nullo modo Adolescentes; quippe quibus evchendo Miasmati nondum tempus sit idoneum.

IV. Sed è diverso, nec à Veteri *Patursa*, tetrâ, horridâ, Carie & Ulceribus spurcatâ, *Arthritidem* generari vel solere, vel etiam posse, cogitandum est: Id quod minimè ex Istius defectu, quin potius Naturæ; quæ debilitata, fracta, enervata, Hosti fugando, *Arthritidi* molliendæ, impar reperitur.

Hisce mediî generis *Patursa*, *Arthritidos* Gene-

* Vide *φουράριον* Listerum, Colleg. Doctissimum, de *Lue Ven.*

trix, Causam habet, Sanguini per minima insinuatam; ac quasi Municipem, potius quàm Hospitem; ob affectas Res novas exulantes, & præfractè & cum Lucrà, licet ex Naturæ Mandato, per Articulos abeuntem.

V. *Lvi Venereæ* suâ Naturâ ad *Arthritidem* inclinanti & tendenti, Manus affert adjutrices, Calcar addit, Empiricorum Mos ille perniciosissimus; quo, in curanda Gonorrhœâ, Puris suppressioni properè nimis insistent hi Ardeliones; neglecta interim vel remissè facta, quæ maximopere, quæ studiosissimè præmitti debuerat, Purgatione. Ita enim intus Hostis retentus, Sanguinem integrior, & fortior subintrat, partesque primùm *Patursa* agit Principes; demum ævo labente *Arthritidos* speciem præ se fert: Et ab hac Istorum *ἰσχυρὰς* potissimum, ex *Lue* tot ubique *Arthriticos* esse, jure meritò suspicemur.

VI. Illis de Affectu Primario præmissis, de ipsius Ægri Corpore jam proximè dicendum est; quod utrum *Arthritidem* (secundariò) adsciverit, an secus, ex Illius ad Eam propensione pendet quàm plurimum: Quò major erga *Arthritidem* à Natura Corporis proclivitas, eò citius *Patursa* in *Arthritidem* migrat; eò planius ab ea (mendaci) absorbetur.

Porro intelligendum est, quòd etsi ista *Luis* in *Arthritidem* *ἰσχυρὰς* sæpissimè sit in eodem Corpore, tamen nonnunquam diversa completatur: Quum, à Mariti *Lue*, *Arthritis* in Uxore per Concubitum accendatur, & Illam Iste inceperit. Hujus rei, utut Nova credatur, Historias omninò luculentas & exceptione qualibet majores, quando plures in Adversaria retulimus, unam itemque alteram huic Capiti subijcere non gravabor.

Nec quidem hanc *Arthritidem* improprie *Lvi* secundariam, tametsi Corpus aliud exerceat, appellari posse existimo; quandoquidem ex *Lue* *ἰσχυρὰς* oriatur, illiusque Naturam, *ἰσχυρὰς* nihil certe minùs quàm si in eodem Corpore sit, participet. Neque magis Novum aut peregrinum hoc habendum, quàm quòd, in Gnatos aut Alumnos, Oculorum *Epiphora*, seu quid aliud Morbi à Parentis aut Nutricis *Lue*, derivetur: quo quidem nihil magis in Vulgus notum, aut pervagatum.

VII. Qui hac *Arthritide* conflictantur, sæpe macilentum sunt, tennes, Vultu quodammodo subsidenti, &, ipsius præsertim margine, lutido; Oculis retractis, quodque eorum Album esse debuerat, interdum subluteo; Voce fusca, & cum Roncho edita: Verùm non Naturæ, sed Morborum opera. Nimirum duram Hi Homunciones Servitutum servière; primùm *Dea Blanda* obsecuti; deinde *Lue*, postremò *Arthritide*, laborantes.

VIII. Morbi hujus Dolores vagi & erratici [sive præcurrentes, sive Ejus Accessionibus interpositi,] à *Rheumatismi* Doloribus eò distinguuntur, quòd Hi posteriores à Frigore tum ordiri, tum reverti, soleant; à *Vagæ Arthritidos*, ut & à *Rheumatismi*, istis; quòd Illi, Origine nati *Venereâ*, Nocturni magis sint: Deinde, quòd, Ipsius Paroxyismi, hac in *Arthritide*, Dolores, quàm alia quavis, *cæteris paribus*, [ob acriorem Causam Continentem] atrociores sentiantur: Rarò enim videas immanibus Vociferantes, quàm à *Patursa* qui Dolent Articulis. Hoc, in quam, *cæteris paribus*, quatenus ad Sanguinem, ad Animales Spiritus, & ea univèrsa quibuscunque Doloris sumus plus minus patibiles, respiciamus. Quinetiam (præmissis, è *Primigenia* Doctrina, quòd Dolor quò vehementior, eò Paroxysmus Regularis brevior, eo plerumque rarior) nulla unquam *Arthritis* Paroxysmus habet adeò

adeo acri Dolore stipatos, tam citò reversuros, tam simul longum duraturos.

Plur sunt hujusce Affectus certæ quædam Conditiones, in eo illustrando signandoque Usus & Momenti haud exigui; quas si fides optima deficiat, neque semper illæ Morbum oculis ex voto subjiciant, quicquid in Diagnosi desideratum est, ex *Lue præcurrenti* & ejus Vestigiis percunctando adimplendum.

IX. Quousque se laudabiles ostentant Paroxyfmi, suam habent Commodum, suas Utilitates; quam autem primùm interciduntur, aut multùm illi remittuntur (ut in aliis *Arthritidibus* Speciebus) non hoc nihil periculi. Si intercisus hisce nulla fuerit Eruptio Cuticularis, nulla Acriam suborta Humiditas, nullum usquam Ulcus, Hæmorrhagia nulla, Congestio nulla; sed è contrario, in Muliebri Sexu sistantur etiam Menses, & Partus omninò cesset; Diis hoc iratis accidit. Portà jam obturatà omni, & oclusà Fugæ Viâ, in Caput transferri solet hoc Casu Materia *vorsipè*; & vel Apoplexiam, vel Motus Convulsivos, Ægro ferè fatales, excitare. Cujus quidem Eventu, iterum & sæpius à Nobis observati, mentionem idcirco feci; quòd ex eo Prognosticum haud inutile, tametsi mæstum, identidem eliciatur.

X. In hujus *Symptomatiæ* Paroxyfmo, ad Doloris impetus solitò majores quodammodo sedandos, & ex aliquâ parte permulcendos, Hypnotica dari prodest, pro rei Necessitudine (cautè tamen, nè Illorum abusu Materia Morbi Nervis impingatur) Dimittenda. Reliqua, quæ ad paroxyfmi Therapiam pertinent, ex alio Fonte (*Primigeniâ* scil. *Arthritide*) ducta, ad hoc negotii facillimè accommodentur.

XI. Quæ verò pars Curationis *Prophylaxin* habet, & in Accessionum Intervallis exercenda est, à *Lue Venereâ* mutuatur Indicationem. Nam *Antisiphyl.* (cum Evacuantibus, tum Alterantibus) à Miasmate, Causâ Morbi Conjunctâ, Sanguis toendus. Hæc loci è *Lignis*, ex *Antimonio*, è *Mercurio*, comparata, præquam aliâ quavis *Arthritide*, in Series ac Methodos artificiosè digesta, commodissimè proponantur: Certè *Mayerneus*, (a) Experimentis & Usu longè Nobilissimus, *Mercurio* [penitissimâ Corporis subeunte, instar *Viverræ*, jugulum Morborum petente, Fermenta eorum adorto] *Arthritidem Veneream* certò curari, non dubitavit asserere. Si per Vires liceat, & nihil adversetur, Usus hic eximii *Salivatio*; quæ tametsi in *Arthritide Primigeniâ* & Ægroti & Medici votis sæpe excidat, in hac *Arthritide Symptomatiæ*, ab ipsâ *Lue* ipsissimâ profluente Causâ, magnarum esse virium, virtute singulari, æstimanda est. Quæ verò *Saliva* optima movendæ ratio, quis modus obeundus, utrùm Spissus ille, paucis aliquot Hebdomadis, sed jugi rivo, qui absolvitur; an potius Rarus, sed ad tempus diutinum qui excurrit; Utrùm continuus, an intercisus eligendus; id, ex Ægri rebus omninò decernendum est.

De tempore *Ptyalismum* instituendi maximè opportuno, ut Verbum addam; Æstas à nonnullis præfertur, eo forsitan nomine, quòd durante illâ Sanguis (scilicet!) evehitur huic Operi paratior habeatur: tam quòd à Frigore minus eâ Tempestate periculi: Contrâ facit Spirituum Languor & Impotentia, Æstati propria, quâ ad *Ptyalismum* inhabilis redditur Ægrotans; & Mediâ profectò Hyeme, quâ firmiores sunt *equoribus*, & longè vegetiores, quàm Æstate, quâ fatiscunt, expeditius stadium

(a) In *Prolegomenis* ad Tractatum de *Lue Venereâ*.

hoc percurri constat. Ver autem ego malim, & hoc incipias; quo Æger per se ad hoc officium promptus, & tempore, ut ad *Salivam* protrahendam, sic ad vires exinde refarciendas, diutino fortunatus.

Qui *Sputum* horret, *Calomelana* per Anum exturbari patiat. Dentur idcirco gr. ejus v, cum *Astringentibus*, bis die, per triduum, vel quatrimum, Postea *Catharticum*, quo *Mercurius*, cum pravis ab eo subactis & devictis Humoribus, expellatur. Huic autem muneri *Catharticum*, quòd Ventrem leniter, at certò, vacuet, Sanguinem minùs agitet [nè videlicet *Arthritis* irretetur] imprimis seligendum: Conducunt *Aqua Purgantes* cum *Manna* haustæ; post *Extracti* seq. 38. ad 3ij. horas ante aliquot deglutitos.

℥. *Agarici*, *Hermodact.*, *Helleb.*, *N. Epithymi*, *Turpeti*, *Mechoac.* an. parvæ ij. *Salis Tart.* p. i. cum Spiritu *Vini* Digerendo; Exprimendo; tum *Scammonpul.* partem unam addendo; dein evaporando. f. *Extractum*. Repetenda verò hujusmodi purgatio, cum præmissis *Calom.* quarto vel quinto quoque die, tantisper dum Materia *vorsipè*, vel tota profus expelli, vel evacuando enervari, jure merito credatur. Sin ex Ulceribus, & *Salivâ*, Os affectate *Mercurium* advertas; ad eum subtrahendum, veluti frequentius, sic etiam copiosius, adhibenda *Catharsis*: Et quidem hisce per *Salivam*, per *Sedem*, excrementis, optimè omnium perfectissimèque Miasma hoc eliminari posse cogitandum est.

In Sanguinis Crasi redimendâ, & Veneno [si quod intus delituerit] cicurando, nusquam quidem non oportet *Decoct. L. Sti. Sassafr.* cum utriusque *Cortice*, sortè & efficac, pro Anni tempestate, per Hebdomas aliquot, ne dicam menses, assatim quotidie, post usum *Mercurii*, miscere.

Aquæ potè *Diuretica*, quales sunt *Babonienses*, *Bamptonenses*, (Valentissimum potentissimumque Sanguinis *Kadapour*) rectè diuque perpotæ, ad eluendam Morbi hujus Materiam non parum promittunt. Cujus quidem Rei amplam & luculentam Historiam, huic Capiti subjectam licet perlegere.

XII. Quin etiam post hæc, ad majorem Cautelam, aut *Aqua* (si conveniat) omni Ætate repetendæ; aut omni Vere, & Autumno per *Merc. d. & Aq. Purgantes*, primùm purgare corpus; deinde, per *Alterantia* (qualia sunt *Cin. & Cerasa Antimonii*, *Æthiops Min.*, *Panacea Hartmanni*) Humores ejus corrigere juvabit. Imò quidem Iis, qui, vel Constitutione infirmiori, vel annosiores, *Salivam*, *Ventrem*, & *Urinam*, moveri respuunt, *Antisiphyl.* prædicta, cum è *Lignis Decocto*, summi erunt Adjumenti.

Hist. 1. De *Arthritide* impurâ, *Aquis Diureticis* subactâ.

Fœmina quædam è *Brigantio* integerrima, Viro dissimili juncta, post annos aliquot Dolores sensit, per Musculos & Membras exteriores ferè omnes, erraticos, rodentes. Caro inter hæc Tabescit; Vultus Pallet; Vires enervantur. Currente mediâ ætate (id quod auspiciò incidit) sæpius enixa est. A quo delierat *ῥεῦμα ῥευματισμῶν*, *Rheumatismus* (quod dicitur) ingravescit; Doloribus nocturnis, nisquæ peracutus stipatus; Præter quos, exterrarum Partium Internodia lacessentes, per septimam & octavam ætatis Lustrum & quòd excurrit, Artuum Alii Juncturarum erant pæne omnium, fixi, & permanentes; cum earundem Tumore, Rubore, Ardore, cæterisque quòd est Paroxyfmi *Arthritici*

Hall.

Παροξυσμικόν. Verùm, in Muliere Sanguinis parum calidi, temperante, morboque fatigatâ, Tumores nec in eam Molem effertur, nec æquè Rubent, nec pariter Dolent, nec quæ alia Symptomata sunt, similiter urgent, ac in Arthritide Calidâ maximèque recta; imò ad Frigidam propius accedunt, tempus in diutinum procurrunt, & cuiùs revertentia Arthritidem quasi continuam, & perpetuò Παροξυσμικόν, indicant. Quo tempore multantur Artus, Viscera, & quæ intus, sunt tota omnia: Cùm ad tempus, etsi pauillum, isti liberantur, (quod utique non sine summo Discrimine plus semel obugit) illa statim afficiuntur. Tumores, Gelatinâ turgidis, Ætate fugiente, succedunt Tofi, numero complures; granum nunc Hordeaceum, nunc Fabaceum sequentes. Antimonii Mercuriique Preparatis longum utebatur; at ab Aquis Diureticis (quas, ad libram unam alteramque omni mane, plerumque per dimidium Anni, aliasque in potum ordinarium perpetuò ferè adhibet) omnium maximè profecit. Jam Quadragenariâ major, & (quod dicta necessarium) Matrimonio paucis annis soluta, Faciem sic latis coloratam, Rheumatismum (ita loqui amat Humanitas) mitiorem, Robur adauctum, aliaque Naturæ revirescentis Signa, lætè gloriatur. Ob Partus aliquam multos, & Menfes ordinatè juges; ob Materiam per Articulos pulsam, & Arthritida, si non rectissimam, tamen utilem; ob Medicinam Opportunè & diligenter adhibitam, Vitam hæc Matrona piissima, Venerabilis, etiamnum agit vitam, ætura (quantum hæc in re conjicere datum est) diuturnam.

Probat Historia, ex Lue, alio Corpore existente, posse alio, per Concubitum, subornari Arthritida; tum etiam Aquis præsertim Diureticis, posse permulceri.

Hist. 2. De Arthritide, Luis Sobole, à Venereis, irritatâ, Febrim excitante, Caput aggressâ.

Paturâ quidam Adolescentiâ tactus (cujus perperam tractatâ, quâ Sanguine, quâ Vultu, ad Senium usque passus est reliquias,) vertente nono & decimo Vitæ Lustris, ex Macie pristinâ Corpulentus & Habitior factus, Πασχων. Plures Ille Paroxysmorum vices subierat, tristes sanè & calamitosos, (sed rector & idoneos) cùm, ex Crapulâ cibo difficili & inepto avidè ingestis factâ, αὐτὸς ἑξ ἑαυτοῦ assatim eiecit: Capitis Hebetudine, & Vertigine, correptus: Pulsa celeri; Æstu universali. Quando in Febres istius Tempestatis (erant enim alius planè Indolis) Affectionem istam superior referre neūquam valuerim, & Arthritidos Insultus cùm multiformes, tum etiam (tanquam Lupi in Fabulâ) semper huic Ægro, minima quavis ex Causâ evidenti, paratos, esse recoluerim; ex eâ, sed ἀπορρητός se fundente, illam optimè derivari posse, uâ cum Ægro, & qui astabant aliis harum rerum haud ignavis, iudicavi: Etque Fundamento firmiter innixus, hunc in modum (profectò, quàm in Febre Essentiali, vel Capitis morbo quovis Idiopathico oporteret, longè diversam; imò in horum pl. r. f. que contrarium) Curationem ordinavi.

Ut Arthritidis Materiam, Capiti impactam, illinc excitem, & in Artus partim expellam, partim invitem, Pulverem primùm è Chel. C. C. & Purp. quartâ quâque horâ, cum Jul. Haustu, exhibeo. Deinde Phanigmos (è Sem. Sinapios, Summit.

Tom. I.

Ruta, Raf. Radicula, Halecis fumo indurati oâ part. i. Fermenti vet. p. iv. cum Aceto Vinè Albi, ad Consistentiam Cataplasmatis) Componi & applicari jubeo. A Pulvere suscitatur Spiritus, oritur Diaphoresis; à Phanigmo Malleolis (ea solebant, in hoc Corpore, Arthritidos Stativa esse) admoto, & quoties refrixit, quoad Tumor hinc inde oriatur, renovato, Caput omnino sanum & incolume redditur, idque præsentissimè. Tumores, ad majorem cautelam, (ut ne in Sanguinem, quod evocatum est, relabatur) Epispastica superaddi jubeo; unde Ichoris Arthritici Fluxus ad dies aliquot jugis, ad aliquot annos salutaris: Mitior enim aliquant diu post Arthritide, quod Affectionem hanc Arthriticam esse ab Evento comprobavit. Cùm jam Ulcuscula per se exsiccarentur (nec quidem antea, ne Fluxum tam felicem, tam blandum, tam ex omni parte benignum beatumque quodammodo abscindere videatur,) Ventriculum, me hortante, movit: Diebusque posthæc otiosis Trifolis Paludosi Infusum, horis medicinalibus, Menses binos, bono cum fructu quotidie potavit.

Historia Confirmat Arthritidem, Luis Venereâ progeniem, posse a Venereis irritari; posse Caput invadere.

Hist. 3. Luis Venereâ succrescens, Caput impetens, Arthritide.

SUB hujus Seculi initium, Fæmina quædam sortu incolamis, piissima, lectissima, nec uno nomine Spectabilis, Marito jam olim Paturâ, nuper Arthritide, diro Morborum Pari, multato, & miserimè cruciato, annos circiter viginti nupta, semel bis pepererat; exinde diu Catamenii recte est potita. Postea Scabiem habuit, aliam in Cubiti summitate, siccam, subfuscâ, multiplicem, cum Interstitiis & Ambitu purpureo; aliam in Capite subalbidam, squammatim decidentem; in Femore, & Latere, Imperigines, & mali moris Maculas: His adde Capitis, in tota parte sinistra, & Collis posterioris, Dolorem Nocturnum. Ad hæc Hallucis Articuli majoris primùm Teneritudo, deinde Dolor, acutus & pungens; Tumor item, & Rubor supervenit; quæ quidem ita sunt Accidentia, ut Arthritidem ostendant. Certè Dolor ad integrum usque mensem aliquoties mansit, alios atque alios Digitorum Articulos, Pedum etiam Plantas, identidem torquens, & à Cathartico improvide ingesto exacerbatus; sic, ut de Arthritide Luis succrescente minime dubitandum.

Ut Eruptiones tolleret, ex Refrigerantibus nescio quid temperatum clam oblinivit; unde brevi Caput Tremere, Manus & Pedes Παροξυσμικόν, capere; nec erecto Corpore stare, nedum ambulare, potuit. Hisce circiter diebus Menfes supprimuntur, quæque Vitia nota & manifesta erant, ab eorum unâ Suppressione nasci putabantur. Caput inde plus solito afficitur; magis enim magisque tremit, vel ex Imbecillitate antorsum inclinât. Cùm Oculi Somno conniverant, Horror ingruit universalis, & ex improvise totius subita Corporis Exultantia. Fugiente somno, brevis Stupor, & Mortus sæpe Convulsivi, tum Labii superioris, tum Oculi sinistri, tum etiam totius Capitis. Oculi porro Dolor, Visus obscuritas, & Caligo. Sub hæc Utriusque Genu, sed Occipitii maximè Frigus intolerabile: Faciei Rubor erat: Alvo soluta Refectio: Cùm ingravescerent Symptomata, nec, quo illis occurreretur, à quoquam unquam, quod sciam, quicquam adhibitum, (ex prima enim morbi Origine, rem ejus totam pertinacissime occupavit)

Q

culçavit

cultavit) tandem, fallente lingua & tertiis verbis, summam enatrat, & implorat (heu! post Bellum) Auxilium. Nam Insultu gravissimo, Motibus Convulsivis, & *Avadonia* comitato, brevi tempore morbus abiecit *Ægram*, meliori Fato (si Deo visum esset,) dignissimam.

Hic Casu *Miasma Venereum*, quod & *Podagrium*, intra Sanguinem aliquandiu retentum, neque Partu frequenti, neque Medicamentis, aut diminutum, aut satis cicuratum, Naturam aggravare cepit; cum Inimico Illa colluctatur, & ejus eliminandi satagens, *Arthritis* molitur. Quam autem (ob Sanguinem forte *superfluum*, vel alia aliqua de Causa) ad *Arthritis* *Ægra* mirus sit proclivis; quinque per Catam, Virus parè expellatur, & jam Menses suppressi sint, adèque fugæ via omnis oclusa; Caput illud agreditur, & Genus Nervinum, itaque Laborantem opprimunt.

Monet Historis, *Pauysa Podagram* emulset Materiam, in aliud Corpus aliquando per Concubituum insandè; in illo, veteri sevitia procedere; Caput denique obstructis excedi Vius, adori.

Hist. 4. *Arthritis* Lui *Avadonia*, *Vitæ*, *Digestivis*, & *Equitatione moderata*; tandem *Intestina* invadens, *Sanguinis* *ava* *ra* *na* *Missionem* pariens.

Cupidinis in Castris, à prima Juventute veratus, Miles quidam, *Mallior*, (quod ajunt) *Asteris Medulla*: ejusque Præliis haud parum copiosus, circa mediam ætatem *Arthritis* corripitur; quæ, omni ferè anno, suapte sponte, Accessiones iteravit; à malis autem Moribus sæpius, supra modum invitata. Cum annos *Æger* nondum habuit quadragesima, in *Ascitem* incidit, dorum (Jupiter!) & ancipitem, quem demum eluctatus, Curæ meæ aliquantò post occurrentis, se commisit; ut adversus *Podagram* (Ipso consentiente Reo) minime *Primigeniam*, item adversus *Hydropa*, *Prophylaxin* obsecrans. Claudum aspicio, Emaciatum, Vultu, præsertim Ipsius Margine, lurido; sed Oculo flagranti, sed Animo alacri vividoque.

Et Medicinæ, & Aquis Mineralibus Hostes internecivum hortor, quod illis tentare non liceret, Diæta & Exercitatione, quoad ejus fieri possit, conficere conetur: Idèdque Equo, sæpe, & multum, se oblectet; de Victu maxime sollicitus, non nisi *isistis* nutriatur; & à Prandio semper Rubellum (quod Vini genus Ventriculo erat gratissimum, & Usu diutino probatum) hauriat: Maturè se in lectum det, parè, vel non cænat. Nec quid adhibui Medicamentorum, præter *Infusum Gentiana*, *Zedoaria*, & *Cubebarum*, eodem Vino paratum, omni mane usurpandum; & *Pil. Stom.* cum *G.* omni Mense, ad tuendam servandamque Cognitionem, *Arthritis* permittentè, assumendas.

Horum Adjumento (vitæ simulis, quæ obessent) diu vixit *Ue*, *Arthritis* non nisi recta, quantumvis *Symptomatica*, sed acri, (forsan ob peculiarem ejus Materiam, magis) sed acerbo Dolorè comitata prægravatus.

Verùm ad Senectutis principia perductus, *Febre* cum *Diarrhæa* laboravit, & Alvo restricta Abdominis secuta est Inflatio, Ventricoli & Intestinorum Dolor; Austera postmodum Materie, deinde Sanguinea per Os, brevi verò Nigræ (pariter Sanguinea) per Anum missio. Ab ingruente *Dysenteria Arthritis* *ava* *ra* *na* nulla. Ut his opitala;

rer, per Literas rogatus, primò *Leniens præcepi*, *Senne & Rhab. Xerani infusorum. Tum Bolium astrigentem & Cardiacum.* (cò nempe, quò in *Arius* expelleretur *Arthritis*) ter die cum *Infusi amari Haullu* deglutendum.

Illius Hominis inchoè *Lue*, mox *Arthritis*, tum *Hydrope*, iterum *Arthritis*, quæ recta, quæ reflexa & *Dysenteriam* inferente, iisque suo genere gravissimis, affecti, Robur & Patientiam sæpe demiratus sum: Hæc enim universa Animo præfenti, forti; & illis omnibus majori toleravit: Spiritu nempe Animalis firmo, aiacri, & Elastico donatus; Equitando summopere levatus; nam, ex *Podagra* fractum, imbecillum, languidum, eo solo certissime citissimeque frequenter restitutum, observavi. Si Status potulaverit, nec *Arthritis* veterit *Paroxysmus*, bis terve *Hebdomada* injiciatur *Enema*.

L. Flor. Chamam. Mi. Sem. Fenic. d. Carvi ani *3ij. Coq. in Aq. font. f. j.* ad *β. Colatura* adde *Camarini* *lib. Ther. Androm. 3b. Sac. rubri 3ij. f. Enema.*

Et in *Tormina Decolè*, è *Carminantibus*, Vesicà inclusa, & Ventri admotum; aliisque pannus *Walli* *eus* Abdomini imponendus.

Diu illum *Dysenteria* superfuisse audio, & tandem emaciatum, Morbis & Ætate confectum, diem supremum obisse.

Historia significat *Arthritis* *Lue Venereæ* procreatam, Victu idoneo, *Digestivis*, sed præsertim *Equitatione*, non parum sublevari, *Dysenteria Proclivem* autem.

Hist. 5. *Arthritis*, Lui *Venereæ* superveniens, *Melancholiam*, *Caliginem*, *Vertiginem*, *Convulsionem universalem*, & demum *Mortem*, inducens.

Occurrit è Plebe Viri cujusdam Historia, natu integri, *Lue*, dum adhuc Adolesceret, corrupti. Huic Affectui, multum ope Medicari visò, nequaquam extirpato, constanti jam Ætate, supernata est *Arthritis*; quæ, Lustris minimùm tribus, rectè agens, & omni Anno semel iterumque redux, tandem in *Anomalam* degeneravit: sequentiannum nulla fuit. Exinde *Æger* *Melancholia*, *Grævedine*, *Caligine*, sensim est affictus; uti etiam *Vertigine*, eaque gravi adeo, ut in *Notos* & *Familiares* sæpe incius irrueret. Quam iter aliquando intempestivè faceret, ex Frigore, primùm Visu, deinde Sensibus internis omnibus, ipsoque *Judicio* læso, per dies aliquot Deliravit. *Arthriticos* hos *Errores* esse, quando Mihi persuasissimum erat, [& tribus ab incurfu Mali primo Mensibus, eum recurrere immaniore, cum, Auditis *Gravitate* præmissa, Vultus Pallore, Flatibus *ava* *ra* *na* creberrimis, Urina limpida copiosaque, Spiritu difficili, & demum *Avadonia*, accedentibus deprehenderam] quæ Medendi ratio plurimùm profecit ita se habuit: Ut Capiti succurratur, Sanguinem mitti jubeo; Ventremque per *Enema*, per *Catharticum*, subduci; & ad *Hostem* in Artus evocandum, utriusque *Malleolo* (solebat *Æger* illis Dolere) *Phanigum* applicari. Tumoribusque hinc inde ortis *Epispastica*. Humor effluxit *Ichthiosus* copiosè; magis verò, quòd *Cardiaca*, (*Pul. Gafcon. Vinum Hispanicum rubrum, Sp. vol. oleos.*) prompta in auxilium, & quotidie exhibita, ad *ra* *isobu* Materiam expulere. Porro, in *Prophylaxin* crebra sic per *Pil. Russi*, sed lenior, *Purgatio*: Et, utroque latere *Spinæ*, inter *Homoplasas*, *Fonticulus*, sex *Pisorum* capax.

Atque hisce Artibus, Laborantem, & tanquam Ani;

Animam agentem; ab ipso Orco eripui. Verùm Materia, propter Naturam refragantem, nevé satis evocata, nevé Paroxysmum, ut tentatum, faciens Regularem, Caput, dudum enervatum, iterum aliquandiu post adorta, Ægrum mediâ nocte post Somnum placidissimum, Spasmo universali correptum, brevi temporis spatio, interemit; & indicio fuit, Eam, quæ Arthritidos est à Patrisâ natæ, jam non amplius expulsam, interdum παλινδρομῶν, Cerebrum adoriri, Convulsionem universalem, eamque lethalem, Ægro afferre.

CAPUT VIII.

De Arthritide Asthmatica.

ART. I. **A**sthmati succrescit Podagra creberrimè puitoso, sive ei, quod à Phlegmate Pulmoni inbærente, & Bronchia infarciante, sicque Spiritus meatum obstruente, factum est: Hoc in causâ morbi hujus Idiopathici, proximâ & conjunctâ, ponitur; dum in primis viis stabulans Saburra, & sanguis in Canaliculis ad Plethoram auctus, sociam aliquando Operam adjungit, & ad hunc affectum confert κατὰ Συμπερίθεον.

Spiritu hæc de causâ difficili laborantes, interdum per se, aliàs ex Medicinâ, nono & decimo plerumque Ætatis lustro, rarò quidem maturius, Πόδαγρα. Si, per Victum inordinatum, διαταραχῶν, aliàsve causas antecedentes vitium copiosè alitur, & in sanguine congeritur materia, Podagra esse trix, proprio illa Marte potest, & per se, in Paroxysmum erumpere; verùm multò facilius paratiusque, si Medicinâ fuerit extimulata.

II. Sunt autem stimulo, huic Arthritidi, uti aliis planè permultis, cuiuscumque fuerint generis, Cathartica: Quando eorum beneficio, ad amolendum hostem, eumque in Articulos extrudendum, natura promptius & habilis operatur: Tum, ad hoc operis, è Catharticis διαταραχῶν, præcipuè faciunt; quando sanguinem exagitando, [quod ante dixi] novum afferunt Organum; quem è Vestigio sequitur Alieni ἕρως.

Valent hac in parte Alterantia, ad debellandum Asthma vulgò adhibita, quotquot uspiam à Naturæ Partibus stant Cardiaca, & in fugando Hoste ei operantur: Quæ quidem Alterantia, Antiasthmaticorum maxima, vel saltem immensa, portio putanda est.

III. De Arthritidos hujus Materiâ, minime recentem illam esse, sed in Corpore quòd diu Paroxysmum exsisterat, in eo se occultans, vel hæc de causâ merito, suspicari licet, quia nemo repente Πόδαγρα. Imò quidem verisimile est, quod in corpore Phlegmatico, tussi agitato, puita involvatur; simulque cum eâ, pulmoni commissa, per sputum illa κατὰ Ἐπιπέρας excernatur.

Quod ad amplectendam hanc Sententiam me impellit, eique confirmandæ stabilendæque unum sufficere videtur, non leve Pondus Argumenti, hoc est, (hujusce Arthritidis, prout observavi, Χαράκτεριον) Nempe, quòd, aliis omnibus Arthritidis quâ Veræ, quâ Symptomaticæ Speciebus, eo nomine dispar, æstute lætetur. Cùm Arthritis reliqua omnis sua Natura Hyeme, vel minimùm Sole infra Æquinoctium vergente; hæc nostra, eo suprà, imò ipsum circa Caneri Tropicum aliquando everso, supapte sponte, neque ex causâ ullâ evidenti Παροξυδῶν.

IV. Illud tamen nequaquam ita capiendum, ac si hæc Arthritis omni omnino Hyeme profusè obdormire, neque per illam Tempestatem quicquam

Tom. I.

unquam moliri soleat. Contrâ φασμῶν hujus Ætiologiam, in eo locari censendum est, quòd Hyeme, quo quidem profectò tempore Cutis densatur, fallit διαστον, & in Pulmonem mittitur Pituita; cum eadem in eum Miasma etiam Arthriticum abripitur: Æstate verò, cùm superficiem & ambitum Corporis Humidum evocetur, extra idem tendat & Artus appellatur. Ut Hyeme ab Asthmate vincatur, sub ejusque Vultu & persona delitescat; Æstate, propria eluceat.

V. Propterea quòd Arthritidis hujus Materia frequentè expuitione magnam partem eliminatur, profluere autumo, quòd Illius Paroxysmi, (utut Dolore, Tumore, Rubore, aliisque Symptomatis, stis ad Diagnosin signati) rarò utique infestissimi cernantur, aut ex eorum numero, qui Tosis, qui Ulceribus, qui Ossium Carie, cæterisque Fructibus illiusmodi acerbissimis, vel etiam Nodis, Doloribus diutinis, & id genus mitioribus, affligunt Ægros; sed tolerabiles, & æquo animo ferendi sunt.

Cùm autem istud sive Paroxysmorum Tempus, sive eorum Clementia, non eò usque huic Arthritidi propria est, ut ex eorum alteratro, vel utroque possit illa internosci; quo aliquod διαστον, in medium promam, Quotiescunque Asthmatis Puitoso, præsertim gravi & diuturno; maximè verò omnium quoties usitate, & ex more subjicitur Arthritis; Hæc ipsa est, quam ego Asthmaticam appello; Primigeniæ, si Paroxysmos, eorumque Symptomata circumspiciamus, certè persimilem, Successione luculentius, & ferè sola agnosendam.

VI. Ex dictis sequitur, quòd Arthritis hæc Asthmatica, tametsi puram Materiam & putam Arthriticam habere, per seque omnino Veram esse concedamus; (quod tamen itane sit, an secus, haud definitu facile) quando quidem Asthmatis submissa est, ipsaque ejus Materia gaudet, in Symptomaticè censenda est; habitâ, videlicet, Morborum Successionis; & tam Primarij, sive genuini, sive spurij (Asthmatis) quàm Secundarij (Arthritidis) ratione.

Ex eoque patet, quàm sit ea sui Generis & ἑσπερίαν testimanda, quàm modo peculiari expugnanda; à Vera Arthritide separata, quoniam nullam Hæc Successionem præ se fert, nullum agnoscit morbum Primarium; à cæteris verò Symptomaticis quibuscunque, quoniam Asthmate subnata, ab eo Pectoris, Spiritus, Tussis, Sputi, Considerationem deducit, necessariòque comprehendit.

VII. Ut hæc apertius exponantur, quoties de Epicoææ hujus Arthritidis, nunc Pulmonem, nunc Artus infestantis ἰσχυρῶς, consistit, & Curationem meditabimur, haud dubiè prodest in priori Statu [tametsi Puitosum existimetur Asthma] rem Arthriticam non negligere; quin ad Asthma, quoties ingravescat, depellendum, in externis, simul atque fieri potest, Dolorem excitare; quò nempe facta Materiæ ad Articulos διαστον, levetur Pulmo. In eo certè Operam locari commodissimam; in eo Intentionem utilissimam, non inani Conjecturâ, sed Experimentis ex medio usu depromptis, & (ut opinor) Ratione fretus, habeo persuasissimum. Hoc igitur spectans, Venesectione vel profusus abstineo; vel, quàm in simplici Puitoso Asthmate, Sanguinem minori quantitate, detraho: Nè scilicet Natura, Missione nimia & improvida debilitetur, enervetur, & Arthritidis protrudendæ impar redator.

VIII. Catharsin per Aloëtica, sive quævis alia, quæ tum Alvum moveant, tum etiam Sanguinem exagitent, & in Organum adigant, instituo. Novi quendam Asthmaticum, Arthriticum;

Q 2

qui

qui Spiritu Cochlearia Aureo Purgante, (cum Scammonio, Jalapio, vel fortasse Gambogia comparato) ad guttas circiter triginta, ex Vehiculo convenienti, felicissime creberrimeque utebatur: Satis enim hinc Dejecit, nec ita diu post optatò Doluit. Potionem Ego sequentem, hujusce Classis, sed magnarum Virium Arthritice, secundis Avibus, semel iterumque propinavi.

℞. Fol. Sennæ ꝑ̄ß. Fibrarum Helleb. nigri, Turpeti an. ʒj. Coq. in Aq. font. q̄s. ad ʒiij. Colaturæ adde Syr. e Spina, Eliz. Salutis an. ʒß. f. Potio.

Catharses ea quidem Asthmaticis Utilitas, ut, præterquam Alvum, etiam Pulmonem exonerent; quandoquidem Pituitam ab eâ tenuari, discutique, Sputum abundantius Exantlari vulgarissimum est. Atqui, Purgatione jam semel institutâ, non opus erit, ut de Illius Repetitione (quæ, à Pituitâ simplici Asthmaticis, neque per Podagram medendis, sæpe necessaria) nisi ex intervallo quodam, & urgente novâ intus Saburra, sinus solliciti: Ne scil. nimium exhauriendo, Naturam, Arthritidem rectam & Regularem impensè desiderantem, aliò insaultè divertamus.

IX. Ad ea potius gradior, quæ, ut debelletur Asthma & (illius gratiâ) commoveatur Arthritis, validius committuntur: Ideoque omni Mane, Haustum Infusi anari Chalybeati misceo: Bechicis, ne Ventriculo, per se nimium languenti & obtuso, officiant, ad Tempus pomeridianum relegatis. Tum verò, quartâ circiter Hora, iterumque nona Vespertina Bals. Peruviani, vel Chiliensis, vel Sulf. Anisati, vel Tinct. Sulf. Dosis majusculam, (Tinctura putâ gr. xv. ad xx. & de Balsamis simili proportione) ex Syr. Balsamici, vel e Succo Erysimi, Coch. i. cum Allæ fortioris, vel Decocti pectoralis clarificati, Haustu præcipio.

Post Dies aliquot hisce Medicamentis collocatos, quàmprimùm iis efferetur Sanguis, & Pulsus digitum fortius repellat, statim, extra, loco sæpissime dolenti, admoveatur Ceratum Viride, vel Emplastrum Cephalicum, cum Picis Navalis pari quantitate; vel, [si placuerit] Phanigmus. Tumori demum factò, si locus erit; vel, si in Digito sit Tumor, Carpo, vel Malleolo vicino Epispasticum, ut evocetur Arthritidis Materia, nec in Sanguinem repelli permittatur.

Altero verò Statu, quo propriâ Persona agit, & Artus invadit Arthritis, ei studiosius insistendum, per Amara, per Chalybeata, per idonea cujuscunque generis Cardiacâ, si Flaccuerit, excitandâ; per Involucra, per Crepidam, cæterumque Mundum Articularem, si Viguerit, tuendâ servandæque. Rata enim esto, & indubitatæ Fidei Norma, Naturam Asthmatis descripto per Arthritida occurrere, medicari, & in ejus Paroxysmo, conciliando præstandoque oportere illam adjutari.

X. Interea verò temporis, si istius ordinis sit Asthmaticus, qui Spato carere nequit, tametsi dolet Articulis; ad illud sive retinendam, sive revocandum, Bechica vel e Præscriptis in minori quantitate; vel leniora quædam, ut Balsamum Gileadense, seu Lucatelli, vespere præsertim, ex Vehiculo jam scripto, assumentur: quorum beneficio, mane sequenti Sputum egregiè projicitur, nec ad Meridiem usque (quod ab iisdem, Mane demissis, solet evenire) obtundetur Appetitus.

Etsi Dolor & Vigilia, Comites Arthritidis importuni, premant Ægotantem, Hypnotica tamen, quæ in Asthmatis Speciebus aliis plerisque omnibus, tum etiam in Arthritide, nonnunquam Ope sunt eximia. Viriumpene Divinarum, in hoc Affectu, Dosi aliqua notabili non sunt temerè largiendâ; quippe quæ, cum multum Asthmatis

Pituitoso, tum etiam non parum Arthritidi, suo Natura vix satis asperæ, repugnent. Ad invitandum Somnum, Artes exerceantur, ut minus certæ, ita minus nocivæ; quales sunt Lectio, Frictio, Palpitatio, & ejusmodi alia.

XI. Simul ac Castra in externis partibus metata est Arthritis, ibique fixit; abolefcit Corporis universi Gravitas; Spirituum Hebetudo; Respiratio angusta: Tussis magnâ ex parte discutitur; pituitæ quod Vesiculis inhæsit pulmoneis, ejicitur; perque Arthritida, jam demum Regularem, cautum est, nè quid supra modum in eas infundatur: verum in iis, quibus Pituitosis ex consuetudine opus est Sputatio, persillit ea usque sed diminutè.

Solet hujus Symptomatiçæ paroxysmo adjungi (qui, cum Asthmatis Pituitoso, tum item Arthritidi Veræ interdum à Satellitio) pedum Tumor serofus, digitum accipiens, Ægro sæpe metum Hydrodis incutiens; qui tamen brevi temporis spatio, Ambulatione, & Motu Corporis leni & idoneo aufertur. Hujus item pellendi ergò, Frictio, bis die peracta, cum Linteo crassiori, adhibeatur.

XII. Qui nuper hanc Arthritide defecerunt, in Regionem eos apertam, & ventilatam quàm primùm migrare, Equitatione crebrâ exerceri, convenit: Moveretur enim inde, quod in pulmone reliquum est pituitæ; & simul is sanatur, & Tono restituitur: Quia imò Spiritus eò resciantur Animales, redintegretur Appetitus, instauratur Oeconomia. Ecce quidem hunc in modum tractatos, ex hoc Affectu vegetiores, & quàm ante Aggressionem longè tutiores observavi: Donec Otio, Satiatate, Victu dapfili & opiparo, eidem iterum tradantur.

Cui quidem Malo ut quodammodo occurrerem, è re futurum arbitror, Cibi potiusque rationem aptam accuratè prosequi; Ventriculum Digestivis roborare, Anæmia; Fæces & Reliquias Eccoproticis identidem subducere; itaque tum Asthma, tum Arthritidem opportunè præcavere.

XIII. Sicco nonnunquam Asthmatis, Exquisito; dicam, an Nothò? certè Idiopathico, nec Inflationibus nato, subnectitur Arthritis. Spirandi premuntur Organa, per Humores quantitate nimia illis commissos, neque verò in Vesiculis pulmoneis simul depositos; & Spiritus pro Causæ hujus Magnitudine plus minus est difficilis: Tussicula est, Anhelatio, & pectus interdum maximè gravatum, Nullus hoc Asthma (quantum ego rescivi) aggreditur, nisi partium insigni Conformatione, vel Inclinatione Hereditaria, ei qui proclives sunt; & Autumno Illos, & Euro increbrescente (pro more pituitosi) maximopere infestat.

Cum aliquandiu sæviit, interdum Ei se adjungit Arthritis, tam citò secuta, & eâ Spiritus levatione, quæ Humoribus in Externas partes; eoque Harum Dolore, qui Arthritidem, aut genuinam, aut tam probè simulantem, abundè monstret.

XIV. In Arthritide hanc Asthmaticâ per Venæsectionem & purgationem Materia pectore detrahenda: Tum iis, Spiritus Animales quæ diffundant; quæ per Fibras longè projiciant; quæ Motus eorum regant; maximè verò omnium, quæ in Artus materiam pellant, ibique figant, omnino insistentem est. Neque enim inhibeat hęc Arthritis, multò minus supprimatur repellaturque atque adeò intendatur, in Ægri salutem augeatur: Minimè verò dubitandum, quin Ægri Vita & Incolumitas per Arthritida rectè moderatam conservetur, sanctur.

Arthritidis Asthmate, quâ sicco, quâ pituitoso natæ, Exemplum mox subijciam. Asthmatis ab Inflatione [per Nobilissimum Floyerum, Gr. phice de p. 10]

Et nulla unquam, quod meminerim, est subnata.

Historia 1. De Asthmate Pituitoso, per Arthritis mitigato.

Vetus quidam è proximo, triginta annos ^{duodecim}, Labori olim assuetus, nuper ob ætatem emeritus, ideòque Crassior & Obesior factus, difficilè spiravit. Hyeme, Anni 1696. [quo quidem tempore, propter Autumnum humidiorum, & Frigus inde impensissimum, grassabantur Catarrhi] multùm lacescebatur eà Asthmatis Specie, quæ (à Materiâ) pituitosa nuncupetur, pectoris enim Oppressionem, Spiritu sublimi laboravit, & deinde Tussi, primùm aridâ, postea pituitam exantlante, crassam & tenacem. Neque Spirituum sine Anhelatione traxit, neque Cervicem nisi noctu erectâ; eò verò facilis, quò pituitæ plus emissum.

Ut Opem feram, ex Curatione Asthmatis familiaris, Ventrem ter quater, diebus semper quatuor interpositis, subduco, majorique deinceps intervallo. Anacardis ad augendam, Massæ pilularis ℞j. ex Linctus, Cochleari, quartâ pomeridiana & horâ somni, deglutit, cum Vini medicati Haustu: Omni verò mane, quæ Ventriculum tueantur, Infusi amari Alterantis, Xerani, compati, Coch. all.

℞. Bals. Lucat. ℞ij. Flor. Benzoin. ℞j. Bals. Sulf. Anisati ℞ij. Succi Glycyrr. ℞j. cum pice liq. f. Massâ pilularis.

℞. Cyr. è Sacco Erysim. Ol. Amygd. d. r. an. p. æ. cum Sacch. Cryst. probe temperando, f. Linctus.

℞. Allii incis. ℞ij. Sem. Anisi, Croci an. ℞ij. Infunde in Xerani ℞j. post debitam Alterationem coletur Infusum.

Post aliquod tempus [ut mutatione Medicamentorum à Nauseâ caveretur] Tinct. Sulf. gr. xij. ex Syr. Bals. Coch. j. pilularum loco assumpsit.

Egrotans hisce sublevato, sic, ut *ἡσπύρα* aggredi jam liceret, ad eam præstandam, Xerani Rad. Gent. Summit. Abf. R. Cent. M. Marrub. albi, & Fr. Cumb. alterati, Haustum, omni mane Senex potavit, idque per menses aliquàm multos.

Horum ideò Remediorum mentio à Nobis facta, quoniam Iis prosperè utebatur, tum eà Hyeme, tum post sæpissimè. Nam cum Asthma, per reliquum Vitæ, sub bramale Solstitium, semper recurreret, ad hæc Ille, certissima præsidia, recurrere solebat.

Anno 1698. Vertente Vere, cum Insultum Asthma, vice jam tertiâ, tristem & severum renovasset, Egrotans in hunc usque diem Arthritis [quod putavit] immuni, neque de illâ somniant quidem, Dolet Halli Pedis sinistri Articul. major: Inflammatur, Rubet, Ardet, mote pertinaci & planè Podagrico. Gratulor Vicino, de morbi tam commodi, tam salutaris, adventu. Contrâ Ille obmurmurare, Dolosique impatiens, ex Dolore periculum metiri. Ego verò exhortor; pulmonem eo liberari, Anhelationem minui, contendo; & Asthma per Arthritis oportere Vinci.

Hyemem Anni 1700. tolerabilem habuit, Verinsequens periculosum, Sole enim supra Equinoctium everso, Spiritus admodum gravis, imò quàm per antecædum sesquiannum gravior: Ægrotatio universalis: Appetitus prostratus: Nausea & Sitis erat permolesta. Cum ita diu Valitudine quidam obscurâ teneretur, Solstitio instante Æstivo, tempestate fervidissimâ, paroxysmorum, quos unquam perpessus erat, omnium gravissimum, correptus est Arthritis. Per universam pedis Con-

Tom. I.

vexum extensa est Inflammatio, elata, ardens; ad Calcem, ad Tibiæ medium Tumor; pulmo ab incipiente coctior, expeditior; Ventriculus avidior. Placuit novam rerum faciem obiter; per jucundam Humorum *ἡδύτων* contemplari; ad eamque promovendam Tinct. M. & Elix. propriet. d. an. gr. xx. cum Xerani Amaris alterati Haustu, bis in die, sumendas imperavi. Porro Vini istius (quando jam Ætate grandiori Delicium erat, neque Ventriculo ingratum) ℞ss. quotidie bibendam quò nempe, Miasmate Arthritis in Pedem exultante, Sanguis purgaretur; defenderetur Pulmo.

Menses circiter binos duravit Paroxysmus, & Ægram usquequaque beatior fecit; Vegetum nempe, acutum, alacrem, Ventriculo præter modum avido & latranti, ut decennio novissimo nunquam magis. Unus Illum Pedis Tumor gravatum habuit; qui tamen Commodum suum & Utilitatem Tædio longè majorem attulit; cum, à Materiâ Pedis affixa Pulmoni melius cessisse, minimè indubitandum est.

De hujus Egrotantis Arthritis nequaquam prætereundum, quòd aliis Speciebus, quæ Anni dimidio Hyemali suâ Naturâ *ἡσπύρα* ad unam omnes, hæc ex parte multùm abhincilis, Æstatem amat; Hyeme ne semel quidem in externis Partibus; Sole citra Equinoctium versato, jam ter emicuit, & Paroxysmos totidem perfectissimos exegit.

Paroxysmi, modo tam memorabili, tam præter morem Reduces, istius Asthmatis Naturam indignant, exponunt; & in Arthritis illud ex facili migraturum esse; & diebus saltem hisce postremis, à Puro Asthmate Pituitoso non multùm abhorere monstrant.

Hist. 2. De Arthritis, Asthmatis ex Plethora, feliciter adjuncta.

VIR Nobilis, Crassus, Plethoricus, Decennio labente sexto, Asthmate, cui ex Thoracis brevitate, Abdominis prominentia, præcordiorum distensione, pronus erat, afficiebatur. Quo mō tempore primùm accessit, effluvit ægrotavit; pæne suffocatus: Spiritum traxit sublimem, & ob Organâ contractâ laboriosè: Tussiendo nihil excrevit.

Spiritus Impedimenta, per Catharsin & Venæsectionem deduco. Deinde, quibus Coctio perficiatur, itaque Flatus prævertatur; quibus roborentur Oculi, dilatentur, expandantur, adeoque modo omni augentur Respirandi Spatium, ea præcipio quæ sequuntur.

℞. Conf. Abf. R. Pul. Rad. Ari C. an. ℞j. Chal. Nutrit. ℞ij. Syr. Melissoph. q. f. Bolus.

℞. G. Ammon. Bdellii an. ℞ij. Flor. Benzoin. Extr. Croci an. ℞. Bals. Lucat. q. f. f. Pil.

℞. Ag. Ruta, Hyssopi an. ℞ij. Paon. C. Bryon. C. an. ℞iv. Marg. pp. ℞ij. Sacch. Cryst. q. f. Jul.

Sumat Bolum omni mane, Pil. quinque omni nocte cum Jul. Haustu, eique instillentur Tinct. Cast. gr. xx.

Quòd liberior spiravit, id Evacuantiæ; quòd adhuc multò magis, id ex proposito fecerunt Alterantia, sed diutius usurpata. Isti verò Libertati par, novum exortum Malum, si modò ita possit appellari, quòd in Vitæ tutelam, quòdque Egrotans auspiciatissimè evenit. Quippe Compositionum jam dictarum & istiusmodi aliarum opera factum est, quòd Humeri Dolor, Tumor, Rubor, ne plura, quòd Arthritis emicuit; quòd per Artus, ex eo tempore quàm pluri-

Q 3

mos

mos peragravit: quod frequentem in Eos crudelitatem exercuit: quod exinde pectori pari mensura longè melius. Constat enim, & omni majus est exceptione, quod ab *Arthritidis* exortu Spiritui pulmonique longe feliciter cessit: ut *Ægrotus* jam ferè unicum resset tempore tam *Arthritidos*, quam *Asthmatis*. Causas remotiores prævenire; aut deinceps *Asthma* per *Arthritidem* Curare.

CAP. IX.

De Arthritide Febri Succedanea.

ART. I. *Arthritides* Chronicis oriundas hucusque dedimus; de illis Febre, quæ Continua: quæ Intermittente, Morbo Acuto, quæ Nascuntur hodie Sermonem faciemus.

A *Febriculâ* quâdam *Arthritidis* proximum fermè omni exordiri, manifestum est: Differt autem illi, brevis scilicet parva, Symptomatica, quæque ad Tribum, aut *Febrim* perfectarum Classem ultimam referri nequit, ab eâ, quæ à Nobis hoc tempore dicenda, Exquisita, & in genere suo Consummata est.

II. Quæ *Febris* nonnullius Speciei Ratio & Essentia in eo poni videatur, quod Effervescentia sit, ob *Impetum* & indomitum aliquid, in Sanguine contentum, eumque perturbans, [illius nempe expellendi ergo] concitata: Alia verò *Febris*, (quod ab * *Auctore* nupero argutè propositum) ex obstructis Glandulis, & inæquali, quæ deinde sequitur, enormique fermentatione, oriri censentur: Imò quidem omnes: cujuscunque generis sint, hoc inter se commune habeant, & in quo conveniant, Quod Sanguinis motum & Orgasum *Ægrotanti* talem faciant, qui supra Naturæ tenorem (mitis ille & benignus esse reperitur) immodicus, vehemens, & Morbosus est: palam esse reor, quicquid horum respicias, quemcunque Fontem adeas, *Febris* in *Arthritidem* Abitum, & *Παθήσασθαι*, ut Naturæ, sic Rationi consentaneam, deduci posse perfacile.

III. Ut enim hisce singulis parumper insillam, quoties à Miasmate, (quod prius dixi) *Febris* occipit; nec incomprehensibile, nec explicatu difficile est, ab Eodem primùm concito, & Debacchanti, *Febris*; ab Ipso postea lenito, subactoque, *Arthritidem* accersiri; sic, ut eadem sit Utriusque Causa (quæ dicitur) Conjuncta, sed diverso modo longèque dissimili agens; nunc iracundè Omnia, Supera & Infera, conturbando; postea nunc, & leniter, rem gerendo.

Cui quidem Opinioni favet id quod sequitur, cum Experienciâ maximè conveniens, esse nempe Virus *Arthriticum* Sanguini movendo, *Febris* concitandæ valdè per se appositum; quodque raro ut paroxysmus (integrum volo, & numeris absolutum,) sit *Arthritidis* committat. His autem addere proclive est, quod Idem, quoties exulare arduum est, Orgias in Sanguine pertinaces, id est, *Febrim* accendat, quoque magis arduum, eo magis pertinaces. Itaque Materia, sive *Febrilis*, sive etiam *Arthritica*, utrumque potest Affectum, tam videlicet *Febrim*, quam *Arthritida* progignere.

IV. Si à Glandulis Obstructis, (quod altero loco confirmavi) *Febris* oriatur, Miasma tamen *Arthriticum*, in Sanguine quiescens & obscurum,

* Vide *Synochorum Theoriam Novam*, addam etiam *Λιχαιολογίας*; impressam Londini Anno 1701.

sive per hanc sive per aliam quamcunque *Febrilem* effervescentiam, in paroxysmum adigi posse & impelli, nihil utique vetat; quin etiam virisimile est: Quando per *Æstum* Ambulando, Equitando, aliòve quovis Exercitationis genere, adscitum, sive etiam Diaphoreticis, internè sumptis, Sanguinem exagitantibus, paroxysmum effici posse certissimum est, & frequenti constat Experimento.

V. *Arthritidos* hujus à Febre descendens Ortum & Natales, quàm quæ maximè, illustrant ea, quæ à Nobis de *Anginâ Arthriticâ* in *Anomaliis* sunt perscripta. Quamquam enim *Angina* illa videatur, at manifesto sit *Arthritidis Anomala*, (quod suo loco divulgabitur) idèdque infra debeat exquiri, tamen in præsentia notari potest, Hanc *Arthritidem* non nisi Febre, eaque magnâ, & gravi præcedente, esse.

Ratum igitur esto, & persuasissimum, *Febris*, id est, Morbo Acuto, non minùs certò, quàm Hydropi, quàm Lui Venereæ, quàm Scorbuto, quàm Morbo Hypochondriaco, quàm alii cuius Affectui Chronico & Diuturno, *Arthritidem*, tametsi fortè rariùs, supervenire.

VI. Ratione paroxysmorum, una est *Arthritidis* ex Febre nata; quandoquidem Illi (ut istam rem video) & inter se, & ab *Arthritidis primigenia* paroxysmis haud multùm discrepant. Ratione verò Ortus, non uno nomine diversa est, & à se dissentiens. Alia enim *Arthritidis* ex Materia *Febrili* *Impetuosâ*; alia ex tranquillâ, & dormiente: Alia ex ipsa *Febris* Materia: alia ex diversa & *Febrili* distinctâ, sed per *Febrim* in paroxysmum casu & fortuito evectâ, procreatur: Alia Habitudo *Impetuosâ* in *Febrim* crebrò erumpenti, sed tandem intercessit; alia *Febris* Insultui subicitur: Alia *Febris* Continuae; alia Intermittenti: Alia denique usitate, & ordinis quâdam perpetuitate; alia semel tantùm, & quasi casu. Harum Ego Exempla, statim expromam, & ea quæ dicuntur confirmabo Experimentis.

VII. De Curatione monendum, quod, quæ *Febris*, sive *Σαύξω*, (cujus Exemplum est insigne) sive *Σωξω*, subiciatur *Arthritidis*, sic, ut ea gliscente & Ferociam exercente hæc in Conspectum sedet, omni diligentia, summo, quo possumus, studio promovenda est; quò nempe per Illius augmentum minuat *Febris*. Et quidem omne illud, quod, in curanda hujusmodi Symptomatica, notatu dignum & diligentius persequendum invenitur, in Ea provehenda collocatur. Cujus quidem rei, qua perfici possit, Methodus, quando toties hoc Scripto enarratur, non est, hoc loco quod de illa speciatim agam.

Verùm in hujusce *Arthritidis* prophylaxi navanda est opera, ut *Febris* illius, cujus ea Symptomatica ea Fœtus est & Germen, habeatur ratio. Si Habitudo, uti dixi, *Impetuosâ* *Arthritidis* oriatur; in eo laborandum, ut istam tum Habitudo, tum *Arthritidem*, efficiens Materia, *Vena* sectione, *Cathartici*, (*lenientibus*, & *blandis*), *Aquis Diureticis*, *Diatâ Lacteâ*, & istiusmodi aliis, in *Arthritide* *Calidâ* præscribi solitis, exterminetur, corrigatur, prævertatur.

Si *Febris* *Επισηπιασάδα* supervenire, eisque crebrò (in Constitutione Cholericâ, quò aliquando exploratum) subesse, gestiat *Arthritidis*; cum utrumque Morbum, Naturæ (sui Defensionem molientis, & alienum nunc per Ambitum corporis, nunc per Articulos expellentis) opus esse cogitandum est, eniti oportebit, ut, dum Insultus sit, utrique favetur; *Febris* scilicet per Diaphoretica; *Arthritidi*, per Cardiacâ; Causam utriusque Continentem expellendo; & dum Vacatio fuerit, Causa Utriusque Antè.

Antecedens *Aquis Diureticis* eluenda, *Lacte Asinino*, & *Medicæ materiæ* Diætâ, permulcenda.

Simili ferè modo procedendum, si ab ullâ aliâ *Febre* ortum habet *Arthritis*; Illius scilicet prophylaxis, secundum *Morbum Antecedentem* omnino instituenta, & in *Affectos* studiosè derivanda.

Hist. 1. *Arthritis Synocho Secundaria.*

Mercator *Exoniensis*, suavissimis *Morbis* & leni *Vitæ Ingenio*, *Vultu florido* & *Constitutione Sanguineâ* donatus, *Cereri* & *Baccho* [quod quidem illius *Temperamenti* *Hominique* familiare] per *Ætatem* mediam indulgendo, favente etiam *Corporis* ad *Arthritidem* *Inclinatione* *Hæreditariâ*, septimum vel octavum agens *Ætatis* lustrum, illâ eorripiebatur.

Dolor, hujus *Affectionis* *Signum* primâ *Acie* luculentum, per *Annos* plures *plurimum*, hos illos *Artus* pervagatus est; *Rheumaticus* esse visus; neque prius, quàm *Articulis* est affixus, *Arthriticus* censebatur. Hic autem Dolor, hæc *Arthritis* ita obfirmata est, ut *Æger*, *Annos* habens vix quinquaginta, *Membra* permolestè traheret, *gravia* scilicet, *obsequia*.

Catarrhis item, *Autumno* & *Hyeme* *Fauces* usitate obfidentibus, infestabatur; qui *Materiam* forsitan *Arthriticam* ex aliqua parte dimitterent, & immiuerent.

Sexagenarius prædium petiit suburbanum, ubi ob *Aerem* apricum & benè ventilatum, *Vitæ* pleniori se implevit. Exinde per *Biennium*, *Articulis* parum doluit: sed *Coloratio*, sed *Habitior* factus est. At, *Væ* *Arthriticis* crassescitibus! Dum ita res erat, & ad *Morbam* aliquem magnum & gravem *Corpus* patatum, ex *Frigore*, *Mense* *Octobri* 1701. *Febricitavit*, & quidem paulò post hæc infestissimè. *Algor* erat, *Sopor*, *Lingua* subfusca, *Tussis*, *Dolor* *Lateris*, qui *Sanguinis* *Missionem* suadere videretur; *Febrim* *Mos*, per illam tempestatem *Epidemicam* *malus*, *Disfluavit*: *pulsus* *Ægri* languidus & inæqualis, cum *Vocetremulâ*, *Suspirio* frequenti, *Spiritu* *Inconstantiâ* repugnarunt.

Ego certè rem mecum volvens, *Materiam* *volens*, seu *Febrilem*, seu *Arthriticam*, in *Ambitum* *Corporis* oportere, & quidem commodissimè per *Cardiaca* & *Diaphoretica* posse, *Extrudi*, *Febremque* ita optimè *Judicari* opinatus, sic præcepi.

℞. *Pul. Lapid. Contray. ʒj. Conf. Lujule ʒss. Syr. Melissoph. q. s. f. Bolus, quarta, ʒia, vel 6ta* quaque hora (ea scilicet frequentia, quæ ad excitandam *Diaphoresin* suffecerit) assumendus, cum *Sul. Haustu.*

℞. *Aq. Melissæ, Lactis Alex. an. ʒvj. Theriac. Epidem. an. ʒiij. Marg. pp. ʒss. Sacch. q. s. f. Jul.*

℞. *Rad. Petasit. ʒij. Scorzon. Cond. ʒj. Hord. mundat. ʒss. Coq. in Aq. Font. thiv. ad ʒ. Colatura adde Sacch. Crystal. q. s. f. Decoctum, Nycthemeri spatio ebibendum.*

Ex horum usu *Sudor* exstillavit, emanavit; & inter hæc emicuit *Dolor* *Pedis* *Articularis*. *Partium* *meatum* esse duxi *Naturæ* obsecundare, & pro *virili* *Dolorem* intendere, *Tumorem* excitare, *Materiam* *Artubus* infingere. Quocirca *Phanigium* ex *Raf. Radicula*, *Sem. Sinapis*, &c. *Pedi* affecto applicavi. Hinc *Paroxysmus* *Arthritidis* absolutus; *Dolore* vehementi, *Tumore*, *Ardore*, &c. *Notabili* *Signorum* *Globo* stipatus, *progrediente* *paroxysmo*, & quidem pro ejus *progressu*, *Declinavit* *Febris*. *Factâ* *denuò* *evocata*, propter *Animales* *Spiritus*, quâ *Febre* quâ *Arthritide*, *debilitatos* & *pestum* *datos*, propter *Appetitum* *debilem*, & *prostitatum*,

instaurandum, *Infusi* *amari* *alterantis* *haustum* bis quotidie potavit.

Tamet si *omnis* *Arthritidos* *paroxysmus* *Febrim* habeat, in *primâ* *Acie* *Fiammas* *excitantem*, & quidem in *plethoricis* & *Sanguineis* simili ferè modo, & utriusque *mensura*, ut qui multum *doliturus* sit, multum ante *Febricitet*, & contrariò; non adeò tamen *accendi* solet *evehique* nec ita *perseverare*, *Febris* ista *Arthritidis* *Paroxysmo* præludens, ac quæ modò à *Nobis* declarata est. Ideoque *Febrim* istam *Essentialem* esse, tandem in *Arthritide* *desinentem*, pro certissimo habendum.

Tanti esse *Judicio* isthæc commemorare, primùm, ut ostendam *Arthritide*, non semper *ratione* totius *Morbi*, sed & unius *ratione* *Paroxysmi*, posse esse aliquando *Secundariam*.

Deinde, hujus nostræ *Symptomaticæ* *Paroxysmum*, quàm maxime possumus, esse *promovendum*, *augendumque*, ut *Illius* *Augmento* de *Morbi* *primarii*, de *Febre* *acrimoniâ* & *viribus* *de* *rogetur*.

Hist. 2. *De Arthritide, Habitudo* *ὀρθρῆς* *Subjunctâ.*

VIXIT jampridem apud *Nos* *spectabilis* & illustis *Fæmina*, *Vultu* *vitali*, *Temperamento* post *hominum* *memoriam* maxime *Sanguineo*, *Patre* *prognata* *Arthritico*; quæ, dum *mediâ* *Ætas* *ageretur*, *Febre*, eaque magna, creberrimè *revertenti*, & raro *annum* amplius *absenti*, *lacsessita* est. Quicquid *inidonei* & *Naturæ* *proposito* *slie*ni, in *Sanguine* *coactum*, per *illam* *magnopere* & *temporibus* *statis*, *deturbatum* est; *Sanguis* *expurgatus*; atque adeò *res* *Salutis* *sarta* *tecta*, & ad *tempus* *aliquod* *immunis*. Cum verò *progressu* *Ætatis*, *Sanguis* *imbecillior*, & *efferi* *minus* *proclivis* erat; *Febris* *intercidit*; ex eoque *tempore* (quamvis *vis* *Ægra* *sæpissimè* *enixa* est, nec adhuc *scellere*; quin etiam *more* *prorsus* *salutari* *fluxere*, *Catamenia*) *delubito* *profluit* *Arthritis*; non *Ea* *quidem* *Frigida*, *segnis*, *ignava*, *lento* *gradu* *ptorepens*, *Paroxysmum* *habens* *languentem*, at *diffusum*, & ad *temporis* *spatium* *excurrentem*, (quæ *sollet* esse *Fæminarum*;) sed è *diverso* *Vegeta*, sed *Acuta*; quæ *Calorem* *habuit* *universalem* *intensum*, *partis* *affectæ* *inflammatum*; quæ *Ruborem* *planè* *igneum*; quæ *Tumorem* *insigniter* *protuberantem*; quæ *Dolorem* *acriter* *mordentem*; quæ *paroxysmi* *cujusque* *Symptomata* *difficilia*, *gravia*, *rapidior* *gyro* *exacta*; quæ *denique* *paroxysmum* *brevi* *circuitu* *redeuntem*, & *Animi* *Alacritatem*, *Articulorum* *Nodos* *Tosaceos*, *ceteraque* *Arthritidis* *Calidissimæ* *consummatissimæque* *Vestigia* *reliquentem* est *impleta*. At [quod hoc *Capite* *præsertim* *observandum*,] à *Febre* ad *Arthritidem* tam *propere*, *transituque* *tam* *exiguo*, *abripiebatur* *Ægra*, *ab* *incunabilis* *affecta*; ut *Materiam* *in* *Sanguine* *latentem*, primùm per *Febrem*, *Eâ* *verò* *cessante* per *Arthritidem* *ejici*, *sine* *ullâ* *dubitatione* *statuendum*: Sic, ut *Arthritis* *superveniat* *Febri*, & [quod in *præsentia* *discutiendum*] ex *istius* *quasi* *Cineribus* *exoriatur*.

Hist. 3. *De Arthritide, cum Febre* *Ἐπιπληρωδῆς* *vices* *exercente.*

Nobilissimus *Senex*, *Hypochondriacus*, *Arthriticus*, *paroxysmos* *habuit* *olim* *frequentes*; per

biennium antè quàm hæc scriberem, nullum. Delinquente verum *Arthritide* Regulari, simili proportione ingruit *Vertigo*; & interdum *Avastoria*; ut, his Affectibus procedendo longius, *Aeger* in humum per sæpe caderet; & nò cum damno præcipitaret, summum erat periculum. Quin etiam, Membranzæ, & Ligamenta Cervicis, per acceptum *Miasmata Arthriticum*, Dolore multum affecta, Spasmo identidem riguere. Nuper item *Ventriculus* ægrotavit, acidum, ærosum, Cholericam ejiciens. Hoc Ego tempore accersitus, & hinc Capitis Affectus, meras esse *Arthritidis* nuper occultatæ Anomalias advertens, quæ ad Materiam ex Capite ducendam, & vel è Corpore, vel in Artus, sollicitandam, per Venæsectionem, & Catharsin, erant necessaria, persequi destitiveram; cum (eccam!) ultro se Transfert *Arthritis*: Ejus verò, tanquam Clavo trabali, sistendæ figendæque gratiâ, *Phenigminum* in Præscriptis dedi.

xx. Fermenti Veteris partes iij. Raf. Raph. Sylvestris, Sem. Sinapios, Fims Columbini an. P.j. cum Aceto Vini albi ad Cataplasmatum Consistentiam temperentur super Linteo duplicato Pars calida extendatur, totis utrisque Pedibus applicanda; Laneis cingenda; cum refrigerit repetenda, donec usque Tumor augeatur.

Si ex Doloribus Syncope suboriatur, Sp. C. C. gtt. aliquot cum Jul. Cardiaci Coch. quatuor vel quinque assumantur.

Horas post duas tumultu utrinque Malleolus; ex eoque Caput, supra quàm dici potest, allevatum. Diu manebat Inflammatio; Oculi Vigor restitutus; Capitis Tutela est. Istam autem Historiam, [alius certè Inscriptionis, si modo dicta perpendamus,] huc loci retulimus, quòd, de hoc Affectu, cum *Ægroti* Medico Familiari & Domestico, quo tempore Nobis Sermo intercederet, Nuntiavit Vir præclarus, Omnem hanc *Arthritidem* ex *Febri*cula pendere; quæ, Eruptionibus quibusdam in Cute Miliaribus sociata, commodè, & cum Sanguinis Depuratione, Vigere, & Insultus anniversarios agere solet; nuper autem intermitteret: Eâ carere cum nequiret *Aeger*, sic, ut dictum est, *Arthritide* laboravit.

Hist. 4. *Quartanam, Cortice suppressam, Arthritis sequitur cum Arenulis.*

NEC Continuæ tantummodo, *Febri* etiam *Intermittenti*, pedissequa est *Arthritis*: Cujus rei Historiam, luculentam [*Hercules!*] & Notabilem, ad hæc admiscere non gravabor. Etiamnum in *Vivis* est ob præclarè acta Vir Insignis; qui, ante Decennium & quod excurrit, de Valitudine, tum præteritâ, tum eo tempore præsentis, certior me Sermone fecit. Fuit Illi, Robustus à Naturâ & Athletico, nec Adolescentiam prætergresso, ob Labem fortè Veneream, (hoc enim subolebat) Corpus summè sædatum, *Karoxymia* mirè inquinatum: Sub quâ *Proxymia* *Febre* primùm *Quartana* correptus, eaque tum gravi, tum diutina, consistens est: Donec Cortice (quem *aiso xij* nupto præcessit Catharsis) Peruano levaretur. Nondum Hebdomadâ *Quartana* siluit, cum inopinatè Doluit, Tumuitque, & quidem tum temporis primùm, pedis *Digitus* majoris *Articulus*: *Podagra* erat, Signis suis Diacriticis satis superque manifesta. Ut *Morbis* non tam perimî & deleri, quàm sopiri; non

tam extirpari, & de medio pelli, quàm Vultum mutare videatur. Hoc autem casu fieri nò quis existimet, urgente, non ita diu post, eadem necessitate, *Quartana* scilicet recidivâ; *Febris* fugum idem cum repetere necessum erat; idem iterum evenit, præclusâ etenim per *Quartanam* exurbandi *Hostem* *Methodo*, *Natura* ejus exilium molitur, & quidem de repente, [sic, ut prius,] per *Arthritidem*.

Cum *Arthritis* *Ægrum* deseruit, depravato Sanguine & Humoram *inæqualia* penitus eversâ, substituit sibi alterum in *Ægro* exercendo quasi *Collegam*, *Calculum*. *Materia* per *Renes* partim expulsa, & eò loci in *Arenulas* coacta, & concreta, Vomitum, *Stygium*, Dolores acerbissimos, Cruciatu intolerares, induxit; eosque tam frequentes, ut rara sex mensium ab his *Vacatio*; quin Affectus hujus vel illius esset *Insultus*; & eorum ferè alternatim. Longè hinc agentem (quando ita voluit) per *Literas* suasi, ut debita præparatione, per *Venæ*-*Sectionem*, per utramque *Catharsin*, præmissâ, *Aquis* *Diureticis* Sanguinem purgaret. *Vino*, quoniam ei inimicum erat, & perraro impurè *Hauftum*, penitus abstineret. Quid horum factum sit, quæve *Utilitate*, mihi per distantiam omninò latet.

Hist. 5. *De Quartanâ in Arthritidem mutatâ.*

IN *Morbortum* *Successionibus* & *Derivationibus* explicandis, nonnullius momenti videatur id, quod de *Quartanâ* in *Arthritidem* mutatâ, altero jam *Exemplo*, proferetur. *Vitam* hoc tempore apud Nos *Urbanam* sequitur, insigni probitate, nec quo melior est, *Homo*, qui, cum mediâ circiter ætate esset, per *Autumnos* septem ex aliis aliis; ut ab Ipso audiui, laboraverat *Quartana*; exeunte Anno 1696. miserè torquebatur. Ut *Ægro* *Natura* imbecillo debiliq; primo quoque tempore *Medicus* subveniret, per *Decollum* *Corticis*, & *Opiata*, *Morbum* sufflaminavit, *paroxysmos* ejus suppressit: Quæ ad auferendam, & expellendam, *Morbi* *Materiam* opus essent, iis ad tempus opportunum & magis idoneum necessariò dilatis. Non defuerunt, qui *paroxysmis* liberato, & immuni, ut à Reliquis *Febrilibus* eum tuerentur, certissimum probatissimumque hac in re *Auxilium*, *Acidulas* proponebant, & tantum *Inducias*, non autem *pacem*, inire *Morbum*, acriter urgebant. Hisce verò posthabitis, *Viræ* *genus* quietum, neque laboriosum satis agens, ab *Arthritide*, quam antea parvam & mediocrem tulit, gravi nunc & molesta non ita post desedit. Recurrit *Arthritis* *Quartana* *Copis* adjuncta, tum multò fortior, tum item frequentior: Variis postea *Symptomatis* signata, *Morem* *Varium* affecta: Donec *Ager* *Arthritide*, *Quartana* *Viribus* adactâ, depressus, nec ab *Imbecillitate* ei vel tolerandæ vel carendæ par, è *Vivis* excessit.

CAPUT X.

De Arthritide ex Colica.

ART. I. **A**ffectio *Colica*, sic à Veteribus ab *Intestino* *Colo* nominata (quamvis *Cæcum*, & *Tenue* quodque *Intestinum*, imò *Ventriculum* eodem affici certissimum est) hisce *Regionibus* aded grassatur, ut in *Morbis* hujus populi pervagatissimis, tanquam *Vernaculis*, habeatur.

Præter:

Præmissa verò Colicâ, cum fortuitâ, tum Symptomaticâ, tum Hysterica purè dictâ, aliisque ejus Speciebus, quæ ad Dionysum nostrum nequaquam pertinent; ut de illâ tantum, quæ Arthritidem præcurrere, in eamque (Fallam & Mendacem) mutari solet, faciam sermonem, est Illa diuturna, Alvo plerumque dura, creberrimis interdum *Dejectionibus* soluta, Dolore potius constanti & obtuso, quàm acri & acuto signata; necnon Eos potissimum invadit, quibus *Intestinalis* Fistula Mucò parum oblita, vel quibus Illius Fibræ tenuiores, vel Spiritus hæc incolentes sunt teneriores, citòque irritabiles. Quique ad hoc morbi Homines à Natura proni sunt, ex pravo Victu, Frigore, vel *Δυσπεψία*, Causis hæc in re procatarteticis, in eam præcipitant.

II. Quoniam verò Colica, quæ Arthritidem antecedit, Natura multiplex & diversa est; ut de hac aperte & luculenter dicam, de variis Illius Membris omnino aliquid differendum.

Alia igitur à Materia peccante, *Biliosa* dicitur; & ei qui proclives sunt, Ætate adulta, maximè verò si Natura *δυσλαγγη* sua, & Cœli Æstus, aut iniqua Victus ratio præcellit, Tormentibus primùm, deinde Nausea, Sapore ingrato, amaro, & Vomitione postmodum *Cholericâ*, premuntur. Alvus his diebus astricta, at incommodè. Urina ruffa; Faciei, sed Oculorum præcipuè, quod Album esse debuerat, fit Luteum. In Bilis per Os ejectione peculiare aliquid Notandum, quod in scrupulis positum nonnunquam Ægrum malè habet: A sumptu quippe Emetico, Nisus & Conatus inter robustissimos, Bilis sæpe nè hilum ejicitur, quæ tamen prompta aliàs & absque stimulo liberè solet exterminari. Bilis hæc incerta per Os Emisio, ejus in Duodenum vel saltem in Ventriculum impulsio Flumini similiter incerto, videri respondere. Quam Intestinis inhærendo ea diu læcessit, ab Alvi duritie suppressa & retenta, Sanguinem redux per Lactæas subintrat, eumque tam incendit, ut hoc tempore Febriculam, Æstus Siti que immodica, Urina Ictericâ ex luteo rubenti, Cute arida & densa, pulsa frequenti & elato, manifestam, liceat observare, per Sanguinem Materia ad Caput usitatè fertur, & *δυσπεψία* atrocissimè impetens, aut Ægrum Apoplexiâ percussum derepente interimit, aut in Nervos se insinuans Eos resolvit.

III. Hoc, inquam, Morbi hujus *ἰσχυρὸς* & *ἰσχυρὸς* ordinarius est: verùm aliquoties, certè plus semel Notavi, post istiusmodi, quam modò dixi, dierum aliquot Febriculam, Dolere, Tumereque, interdum etiam Ardere, partium extremarum Articulos; idque, Signorum sive Complexum ponderibus suis, sive Ordinem examinemus, more profus *Arthritico*.

Qua verò proportionè fulget efferturque hæc *Arthritis*, se ad Rectæ *Arthritidos* Normam per Artus & Articulos extollens, eadem planè Caput defenditur: Ut Ea quàm lausle quantaque Ægri cum Utilitate oriatur, illis solum innotescit, qui ex hac parte *Arthritidis* Mala, tametsi gravia, tolerabilia tamen; ex illa verò Bilis Caput invadentis Sævitiâ, ab eaque hujus periculum, intimè perspectum habeant; qui, inquam, hæc cum illis opposita conferant, æquasque lance pèpendant.

Quinetiam de Capite conservato quæ à Nobis traduntur, de Intestinis item proponi poterunt; eatenus certè, ut, quemadmodum Materiam peccantem Artus suscipiant, ad eundem modum ea liberentur Intestina; & ex eadem translata, & pro eam Mensura levetur Colica; quoque plùs Ægri dolent Articulis, eo minùs Interaneis.

IV. Colica *Biliosa*, cum *ἰσχυρὸς* *Arthritis*, in eo Medicam locari decet operam, eam præferri

Indicationem, quâ Externis quibuscunquè Materia foràs eleçetur. Quæ ad hanc rem Auxilia, nostris Hominibus explorata profuere, per ea, toties hoc Scripto passim memorata, non est hoc tempore ut percurram: Sed, quæ hujus Curationis quædam Proprietas est, Cardiaca Interna, utut aliis Curationibus ad Paroxysmum conciliandum idonea, hic loci vel profus omitti, vel cautè admodum usurpari par est; nè, incitatâ Febre & mutata simul Inclinatione Materie, confertim ea in Cerebrum impellatur. Quem utique Impulsu ed magis perhorrescas, quod huic Affectui Primario (*Colicæ* nempe *Biliosæ*) jure quodam avito proprius esse reperitur; tum quod istius Materie in Artus expressio non ita familiaris sit, aut Morborum Ordini tam conveniens, imò potius fortuitò facta & facillimè abscindenda.

V. Alia verò Colica, apud *Damnonium*, ex Pomaceo immitti & acido, nimis usurpato, derivatur; id quod ex eo liquet, siquidem Illos solum infestat, qui Potioni isti assuevere, eademque ratione quâ sunt allueti; sic, ut iis Tempestatibus, quæ Pomaceo abundant, crescat & in vulgus Erigatur: Contrâ verò, Pomonâ copiam negante, rariùs observetur.

Septimo & Octavo Ætatis lustro sæpè Colica tentantur II, qui Vinum hoc Indigena potare soleant, itaque Pergræceri: Et, ubi Illa confirmatur & jam inveterascit, non rarò Colica suppullat *Arthritis*, cum Articulorum *ἰσχυρὸς* Dolore, Tumore, cæteroque Apparatu, ad puræ & genuinæ *Arthritidis* faciem ordinato.

VI. Illam Metamorphosin, in iis Corporibus, quæ *Arthritidi* parata jam olim habuit, Natura per se nonnunquam molitur; sæpè verò numero per Causam aliquam evidentem & Procatarteticam, Virus irritantem & extra propellentem. Hujus autem generis esse solet per Drastrica, & supra modum Elateria, Purgatio: Illa enim Corpori inimica, non tam peccantem & pravam expellunt Humorem, quàm universum Sanguinem exagitant, & perturbant: Cui demum Motui & Perturbationi (pari propemodum more, atque de *Asthmaticâ*, de *Hydropicâ*, aliisque pluribus Symptomaticis, supra declaratum est) creberrimè substituitur *Arthritis*. Et ab hisce Pharmacis *ἰσχυρὸς* sumptis, aliquam multi *Colici* *ἰσχυρὸς*.

Nonnunquam usu venit, ut ex Cardiacis [*Aqua* putâ *Mirabili*, *Usquebach*, *Theriaca Andromachi*, *Zingibere*, *Chalybe*, aliisque id genus] actu vel potentia Calidis, adversus Colicam, vel præsentem permulcendam, vel quiescentem abigendam, adhibitis, ex Ventriculo & Intestinis in Artus amandetur aliena Sanguini Materia, & in iis munus & officium colat usquequaque *Arthriticum*.

VII. Habet hæc *Arthritis* Dolorem, præ quod in aliis plerisque *Symptomaticis*, acutum; sed ab *Arthritide* rectâ & genuina, tum item omnibus *Symptomaticis* ed primùm distinguitur, quod, in *Colicam* ex facili revertatur; iterumque *Arthritidos* personam capiat, iterumque deponat. (Enim verò Materia *ἰσχυρὸς*, Intestina & Artus vicissim premens, Morbos hosce, *Colicam*, & *Arthritida*, mutuò se excipere facit & alterare:) Deinde Articulorum Opilationes, Steatomata, Abscessus, Tofi, Ulcera, quæ Exquisitæ *Arthritidi* crebrò, *Secundariæ* huic nostræ rarò accedunt: quod, ex Materia partim per Anum expulsa, partim Intestinis dolorem inuente, sicque Articulis parcente, fieri credibile est.

VIII. Est & alia, *Podagra* gignendæ apta, quæ à *Dyspepsis* emanat, *Colica*. Qui ad tuendam alendamque Vitam ingeritur Victus, essi nec qualitate,

litate, nec quantitate peccet, propter vitiatam Cœctionem, in Massam turpem degenerat; in virosam, & inimicam. Deest Cibi in Ventriculo sine Tumultu Concoctio sive Liqutio, tranquilla, facili, & perfecta: Deest Eiusdem in Putredinem versi, Motus per Intestina lenis, certus, æquabilis: Desunt, inter duras & liquidas Dejectiones Figuratae, horâ consueta exclusæ; nimirum Laudabiles: quæ, Naturæ rectum agentis semper Comites, ejus Oeconomiam monstrant Integritatem. Sed è contrario adest a Cibo Gravitas, Inflatio, Ructus: Massæ adest inutilis, Spumosa, & Cruditate plena, tum Acrimonia, tum ab eâ *σφόδρα*, vel Contorsiones Interaneorum ærumosæ: Adhuc denique Dejectiones vel plures, vel pauciores, tunc liquidæ nimirum, nunc coactæ, Naturæ modum hanc vel illac excedentes; cum defurgendi Cupiditate importuna, Doloreque Ani, & aliis Accidentibus, quæ Cœctionem depravari, & ejus Officinam à *καταστροφῆ* descivisse, planum faciunt, & magnopere probant.

IX. Qui sunt hujusmodi *καταστροφῆ*, provectâ tetate, aliquando tandem *Arthritide* vexantur eâ, quæ jam delineatam ore quàm maximo representat; ab aliis verò *Symptomaticis* distat longissimè. Illius instar *Colicam* exceptat, quoties Catharticis fortioribus, vel Cardiacis, ad Exteriora Mali Materia protruditur; tum à *Colicâ* excipitur, quoties Materia vel ad Intestina retrocedit, vel in Primis Viis de novo generatur: quorum alterum sæpe, & ex facili fit; alterum quotidie.

X. Si quis autem *Arthritidem*, *Colicam* hujus vel illius Prolapis supervenientem, non tam *Symptomaticam* & *Secundariam*, quàm *Primigeniam*, esse contenderet; ipsamque *Colicam* (aliter atque primâ facie videretur) *Arthritidem* esse, sed Anomaliam, & demum Regularem; profectò quidem hac in parte neque difficilem Me inveniet, neque vehementer repugnantem; ut neque temerè concedentem. Dubium esse fateor vel Apolline dignum, & Nodum Æsculapio Vindice. Nihil habent Symptomata, quod *λόγος ἀναγκαστικός* alterutrinque fidem hanc in re conciliet; atque aded, dum ista silens, præcisè aliquid statuere temerarium habeatur. Utcumque sit, haud minori jure *Symptomata* esse confirmetur hæc *Arthritis*, ac contra negetur; imò quidem majori; propterea quoniam *Colicam* manifestè insequitur, eamque sæpe Veterem, & (quantum hac in re perspicere datum est) genuinam & exquisitam: Verùm ut ut res se habeat, in Arte faciendâ eodem ferè recidit: Nam dubiæ hujus *Arthritides*, nunc Intestina, nunc Artus infestantis, pro duabus istis Sedibus & ab alterâ ad alteram illius Migrationibus, Curatio propria ac peculiaris excogitanda est; nec in hac *Arthritide* sanandâ depellendâque Medicinam, uti decet, quis exerceat, nisi *Colicam*, cui ea subicitur, ob Oculos posuerit, & ex Hujus consideratione Illam vincere tentaverit.

XI. Hanc ad normam agentis consentaneum videtur, sive à Pomaceo, Vino subacido Cerevisiâ veteri, vel à Dyspepsiâ proficiscenti *Colicâ Arthritis* subnascat, quod Paroxysmi ferè eadem, ac in *Arthritide* Exquisitâ, Medendi ratio: Prophylaxeos autem alia atque alia est, pro Cause remotioris diversitate: verùm, ac in *Colicâ Arthritis*, nequaquam alia. Ubi in Poculis Erratum, Mos ille perniciosissimus primo quoque tempore abrumpendus: tum quod intus alii, iteratâ Catharsi deducendum. Hinc in fine, hæc purgantes, per se, vel, cum *συστασία* postea, per Salem Catharticam adjunctæ, conducunt regiè. Quo-

tiescunque verò *Colicam* à Dyspepsiâ sequitur *Arthritis*, Cœctionis *Εργαστήριον* benè & frequenter purgari, Cœctionem Digestivis stabiliri, pari ferè ritu atque in *Arthritidos* Exquisitæ Prophylaxi oportebit.

XII. Novissimè, Corollarii loco addam, hujus Tribus *Symptomaticis*, præter cæteras sui generis quascunque, præter *Arthritidem* Exquisitam, omnibus hoc commune esse, quòd istarum Paroxysmâ per Eccoprotica subin iterata maximè vel præcaventur, vel saltem minuuntur.

Hist. I. Arthritis Colicæ Biliosæ Secundaria.

Fœmina quædam, Constitutione post hominum memoriam maximè *Cholericâ*, nunquam *εὐχρηστέως* sub *Ætatis* flexum, *Colicâ* pertinaci *Biliosâ*, cum ingrato Sapore, *ἀπορροή*, Vomitu Bilis frequenti, Dejectionibus raris & parum coloratis Urinâ ruffâ, Ore luteo, & leni quâdam Febriculâ premebatur. Horum autem Malorum Procatartiticam habuit Errorem in Victu assiduum, utputa crassorum & *συστατικῶν* Effectrix. Ubi Alvum inanientibus (præsentissimo illi remedio) plus semel levaretur *Colicâ*, ex Bilis incremento, constantiâque & acrimoniâ, menses post aliquot, iterum & sæpius, recidiva est. Fugiente Seculo superiori, cum Affectus gravi tollendo tempus aliquod apud nos impenderet, præter *Colicam* memoratam, pedum item orta est debilitas; quæ primo aspectu Paralysis, hujusmodi *Colicæ* *ὀρθόρροια* familiarissimum, prædicere videretur. Quò per Anum Bilis exularet; neque se in Nervos insinuare permetteretur, Catharticum adhibui. Iteratum insecutus, est utriusque [sed potissimè dextri] Pedis Tumor, Malleolum, & Pedis Convexum, Hallucem autem præcipuè; distendens; quem comitabatur hujus majoris Articuli Teneritudo mirifica, Dolor pungens, Rubor, Ardor reverà *Arthriticus*. Peræquâ verò proportionem increfcit *Arthritis*, quâ minuitur *Colicæ*. Cùm de suis exinde interponerem, Matre admodum *Cholericâ*, & demum *Arthritica*, fuisse progatam; veterique *Arthritico* diutius junctam accepit; sic ut Vitium partim Hæreditarium, partim Contagiosum esse suspicari liceat. Rectè se habent *Muliebria*, & cum *συστασία*.

Ad Medicinam morbi genio accommodandam; in eo sui, ut materiam, quo possim artificio, extrâ dimoveam; ideoque Internis eam protrudentibus; Externis eam invitantibus, diversis scilicet diverso modo idem operantibus, insisto, ut & toti Malleolo, & dextri Pedis Summitati, *Epispasticum* imponi, sinistrum pedem Lanis involvi, calidèque vestiri. Et paulò postea Succos, ex Cerato illo viridi quo fiant *Petasothecæ*, perpetuò gestari jubeo. Unde exsudavit Humor, nec inutiliter: quamdiu enim perduravit iste Fluxus, recessit usque *Colicæ* & visa est declinare.

Erat autem ista, per Articulos, Crisis imperfecta; quòd reliquum erat materię, finita re *Arthritica*, & ejus spe fallente omni, avitos intra limites se recepit, moreque proprio agens Caput est adortum: Ideòque de hujus *Ægrotæ* malo non est quòd amplius addam: Unum illud volui, ex *Colicâ Biliosâ* posse *Arthritidem* exoriri.

Hist. 2. Arthritis Colica ex Pomaceo
ἐπιτομή.

Vir Amplissimus, Animi & Fortunæ Dotibus Insignis, Natu integerrimus, Ætate constanti, Venatione aliisque Exercitationibus otiosè & rarè se fatigans, Poculis plus solito indulgere cepit. Ex temperamento Sanguinis præservido, in Deliciis habuit Pomaceum, Vinum indigena; propter eà quòd, (defecatum modò & tenue,) absque Sanguinis immodico fervore, pro illius naturâ potius, hilaritate animum perfudit. Nondum ita diu indulsit, cum Dolor Colico, & annos aliquot deinde post Arthritis, teneretur; utroque interdum magno, sed tolerabili. Sic se habuerunt hi affectus, ut nè semel quidem unquam concurrerent; ut nec vices, aut periodos remeandi certos unquam exercerent; contra, nullo ordine (pro materiâ vel Intestinis, vel in Sanguine ex causâ evidenti congestâ, & ad *anulâ* evectâ,) Ægrotum alter & alter occuparet: Interea temporis notatû erat facillimum, Arthritis hanc, ab ipsissimâ Colicæ materiâ, in Artus translata, hauri dubiè fieri. Itaque se rem habere in propatulo fuit, tam ex eo quòd Arthritis sæpenumero Colicam exciperet, eamque (sic, ut Duratio paroxysmi erat) mitigaret; quam etiam, ab eadem Ægrotum quod ad tempus aliquod defendere cerneretur.

De vitandâ Morbi hujus utriusque *ἐπιτομή* Vir Nobilis non nimis sollicitus, solito ex more egit. Prophylaxin autem utilem, efficacem, simplicemque Deus Illifortunavit. Quoties enim Dolor Intestinalis inogrueret, inter ipsa ejusinitia ut occurrat, Syrupi Domestici præter - propter Unciam idoneo vehiculo temperatam, hauriendo, Morbum *ἐπιτομή* præcidit, contudit, fregit. Quid? quod eo ipso causam Arthritis *ἐπιτομή* primis Viis avulsit. Ceterùm, Vere & Autumno, aliâsq; quoties Intestinatorum Inflatio, Æstus Corporis universalis, & plethora) quæ Materiam recrudescere & gliscere indicavit) exigere videretur, Aquas Alfordenses in seingurgitando, Fistulæ Intestinalis proluendæ satagebat: adedque Colicæ causam Conjunctam, Arthritis Remotam, amovendo, Utriusque sævitiam magna ex parte anteverit.

Neque mitti oportebit, quòd ex frequenti Materie *ἐπιτομή* & Arthritis paroxysmis (qui per annos plus viginti creberrimi fuere, ut & Regulares) tametsi Articulos hodiè corruptos, Recrementis Arthritis distentos (neque temerè) quivis expectare potuisset, Vir hic Egregius aliter multo pedes, Manus, habiles exercet; eorum usquequaque Compos impræsentiarum eil, & quantum præfensione possum assequi, futurus.

Hist. 3. Colica, ex Dyspepsiâ diuturna,
Gonagra superveniens.

Matrona quædam Colica Dolorè, annos pene viginti consuetata est, ut rarè Mensen immunitus ageret; sicut indices propemodum gravaretur. Torquebantur Intestina, & post Vermiculationes unius circiter horæ *ἐπιτομή* quoddam acce & pungens, non sine Dolorè Sphincteris acutissimo, quantitate modica defici solebat: Dejectiones secuta est Spirituum Submissio, sive Languor, incredibilis; unde in lectum se projicere, quocunque

Fors permetteret, medio interdum itinere, donec Ægra somno, vel quiete, vires integraret, identidem necesse habuit. Deficienti maximè proferag Cardiacum, vel actu Calidum aliquid pyriolare. Post breve Deliquium, Vitæ Munia, sicuti priùs, repetiit. Cibum sic satis sumisit, & quamvis eo, ut dixi, more crebrò lacessita est, Vires & Colorem retinuit. Plures Illa Medicos (Doctos, Jupiter! & Exercitatos) hac de re consuluit; quibus, ut Ipsa mihi renuntiavit, communis erat, quæ & maximè probabilis, Sententia, Colicam hanc à Dyspepsiâ proficisci. Sub finem anni supra quàm moris erat, urgebat Colica, & Hysterica Affectione lociata Dominam valdè emaciatam, debilem, languentem pæne confecerat. Nihil potius Illius causa volui, quàm Atvum sperientibus expurgare Materiam, Turbas illic concitatas & Inquietem paregoricis sopire & componere; cumque restituissem, ut tenerem quem ceperam locum, & Ægram fido tuerer prophylactico, Decocti Corticis Martiani Haustum bis vel ter in singulos dies pro inavi.

Habet illud Decoctum pul. parum & Limatura Ferri an. ℥j. in Aqua pluvia ℔viij. coquantur ad ij: per pannum Wallicum sic Colatura; Cujus ℥ij. adduntur Aq. Hysterica Londinensium ℥ij. Tinct. Aurant. gr. x. Syr. Caryoph. gr. vi in usum præsentium Haustus. Remedium hoc, ad Menses aliquot, ad Congios plures usurpatum, magnum attulit momentum. Melius inde, perfectiusque concoxit Ægrotâ; rariùs & tolerabiliùs Doluit; Bonis erat Viribus.

Æstate proxima, majoris utilitatis spe allecta, ad Aquas se recepit, quas antea commodè adversus hunc Affectum hauserat, *Tumbrigenes*: Martiatorum, quæ præparatorum, quæ Naturalium, usu, partim etiam Currus agitatione Milliaria quadringenta brevi spatio mentientis [quod Herclè vero proximum) in Artus statim ab itinere, propellitur Materiam *ἐπιτομή*. Erat utrumque Genu natura imbecille, nec ad motum, maximè ad declivem, idoneum satis. Utrumque obtorpebat, nec absque Dolorè studebatur: Dolori adjunctus est utrinque Tumor, cum mirâ Debilitate & Motu læso; Rubor autem nullus, ex Temperamento Corporis (quod opinor) frigidò, neque Ardor ullus apparebat, sed Tumor, qualis solet esse Frigidæ Arthritis; Interea temporis *ἐπιτομή* aded proflus integra est, ut nunquam magis.

Ut Gonagra, Morbo Colico hunc in modum *ἐπιτομή*, pro facultate mederer, utriusque Affectûs habita ratione, Aquam adhibui Spadanam; cujus Ampullam modicè tepesactam, insillatis cuilibet ℔ß. Sp. vol. ol. gr. aliquot, horas inter sextam & nonam, omni mane exsiccavit.

Decimâ seq. Vini albi Lusitanici Haustum, Gentiana Zedoariaque Infuso alteratum: Quartâ pom. Decocti Cort. Martiani Haustum, cum Hibernorum Usquebach panxillo. Quinimò, septimâ quâque die (quoniam illud Tormina, subinde recurrentia, postularunt) Catharticum è Calomet. ℔b. Extr. Eustach. ℔j. Scam. pul. Castor. Asa færid. solut. an. gr. v. diluculo sumendum. Vesperi Bolum è Ther. Androm. ℔b. Zincib in Indiis Cond. Conf. Fruct. Cynorrhod. ana ℔b. Syr. Aurant. gr. cum Aquis idoneis & Diacod. ℔b.

His Auxiliis, quæ per Reñes, quæ per Anum; emissa est Causa Gonagra Conjuncta; utriusque Genu Tumor subsidit: Colica item Materiam, cum Emolumento Ægrotæ lauto & locupleti, tum ejici, tum ex parte aliqua præcaveri consilia.

Non est autem reticendum, quòd ex Dyspepsiâ brevi tempore recurrente, denuòque Materiam ministrante, Colica recruduit; & Femorè dextri Internodijum

dium menses inde post aliquot infestavit Dolor, idem scilicet ac si *Rheumaticus*; Vagus certe, quippe qui ad Acetabulum Coxendicis sensim ascenderet. Hunc comitabatur ejusdem *Pedis* [late sumpti] totius *Debilis*: Qui tamen Dolor &c. non alius esse jure potiori censetur, quam *Arthriticus*, ex Materia recens ortâ partem nuper affectam, & eo nomine debilitatam, occupante.

Hicce verò diebus, Anno nempe 1702. *Gonagrâ* & omne genus *Arthritide* immunis *Ægra*, Affectionibus interdum *Colicis*, at frequentissimè *Hystericis*, quibus olim per *Gonagram* utriusque liberabatur, afflictata, Aquis prædictis usa est, & fructum ex eâ se ingentem retulit.

Hist. 4. Ex Colicâ Paralyticis, Arthriticis, Inunctione trucidatus.

Dominus R. propter Viam *Apsamensem*, *Ætatis* flore, *Colicâ*, quam *Pulonicam* appellant, aliquandiu gravatus, ex more & progressu illius Mali ordinatio, incidit in *Paralytin*; Artus exinde marcidos, graciles, *lunâtes* habens; per reliquam vitæ *Clinicus*. *Paralyti*, sub ejus initium, accesserunt Dolores erratici, incerti, horum illorum Artuum Internodia cruciantes, Autumno & Tempestate pluriâ maximopere ferventes, & tam ad amissim *Rheumatismum* simulantes, ut *Æger* eo morbi plus decennium ægrotasse (Medico, nec indocto, nec inexercitato, totâ cum vicinâ consentiente) passim haberetur.

Cum *Ætas* præcipitavit, Dolor iste Vagus in Fixum mutatus est Articulorum juxta positorum, & novâ Symptomatum Cohorte stipatum; id est, Tumore, Rubore, Lævore, &c. quæ cum *Arthritidem* eo loci jam esse *Fixam*, cum à Decennio fuisse *Arthritidem* vel luce claris ostenderant. Materiam in Articulos impulsa, & *Arthriticos* ibi paroxysmos faciente, perarum aliquod, notataque dignum, observare licuit; Artus scilicet eosdem ex *Paralyti* flaccidos, macerrimos, tantùm non emortuos; ex *Arthritide* floridos, inflammatos, vegetæ & vitalis Vitæ indicia commonstrantes.

Cum eò loci res erat, perfectæ [videlicet] consummatæque Curationis spe deceptâ, Circumforaneo cuidam, Homium impudentissimo, nec quidem Vulgi stupore nobili, Se Vitamque suam commisit. Hic factum testum protinus ut *Ægrotum* redderet, Membrorumque omnium omninò compotem, Unguento illa nescio quo (*Mercuriali*, an secus,) oblinivit. Quid exinde factum est? Qui per Annos aliquam multos, si Vitæ momenta perpendamus, sic satis habuit, (bene enim Appetere, Concoquere, Dormire, Generare, similiaque Eum Officia rectè obivisse, certò certius est) illâ Inunctione absque ullâ concurrente Causâ, tanquam *Asbmate*, suffocatus, Animam agere cæpit, & aliquantò postea expiravit.

CAPUT XI.

De Arthritide, Morbis quibusdam Cuticularibus subjecla.

ART. I. QUÆ Suppressioni *Gonorrhæ* Virulentæ subjeclitur *Arthritis*, ad Lumen Ea pertinet Veneream; cujus quidem Mali ista Suppressio in Causa est, & cui *Arthritis* illa proximè succedat. Quæ Scabiem *Scorbuti* flammæam,

quæ *Paturse* siccam, quæ *Febris Eruptionem Miliarum* sequitur, ea non tam horum Symptomatum, quam Ipsorum est Morborum *Ἐπιθήμια*: Nec ea se hujusce loci. Quæ *Achoribus*, quæ *Hæmorrhoidibus*, quæ *Ulcerebus*, aridis & siccatis superest, illa hoc Capite perstringenda est.

II. De Affectibus hujus *Symptomatiæ* *Primariis* generatim acceptis, primùm Observandum est, quòd multa Nature operâ & labore, illi (uti *Arthritidum Symptomatiarum* morbi *Primarii* plerique omnes) Materiam, quam habent ineptam, inidoneam, & alienam, in Ambitum Corporis expellunt, ibique exterminant: Quo quidem nomine, cum *Arthritide Primigenia* recta, & legitima, ad amulsum concordant.

Tum, de His notandum, quòd, quoties Eorum Materia, seu Victu pleno & immoderato, si vè Otio adaucta, per Excernicula priora minimè expressa, in Sanguine cumulata fuerit, ex ea Sanguis Discordiam & Turbas subit, supra Nature modum vehementes; atque his succedit alieni per Articulos Expulsio; id est, ipsa, quam dicimus, *Arthritidis Symptomatiæ*.

Deinde advertendum, quòd *Arthritico* duranti Paroxysmo *Primariæ* maxima ex parte conquiescunt Affectiones; sistuntur Evacuationes istæ Morbosæ; Latices illi exsiccantur: Eo verò ad exitum perducto, scaturiunt denuò; & quidem tantisper, dum nova repullulante & urgente Materia, Prælium redintegretur, & *Arthritide* revertatur.

III. Ex eo verò, quòd *Symptomatiæ* hæc nostra morbo semper alicuj Externo submitatur; pronum est conjicere, eadem Illam, cum *Primario* suo, sed aucta, sed in Orgasum majorem evecta, & per Excerniculum inscitum, id est, Articulos expulsa, gaudere materia: Necnon exinde tum à reliquis *Symptomatiæ*, tum ab *Arthritide Primigeniâ*, vel prima facie distingui.

Sufficiunt enim, ex Instituturi nostri ratione. Morbi hujus Derivationes Successionesque propter quas in *Symptomatiarum* numero Ille censetur; tamen concedamus (quod tamen non concedimus.) Materiam ejus cum purè *Arthritica* revere *Specie* convenire. Et, quæ res est, ut planè & Latine dicam, ex hujusce Morbi Ortu & Metamorphosi quàm facillimâ, ex Ejus concordantiâ & similitudine cum *Arthritide Primigeniâ*, vel eandem His utriusque esse Materiam, alio corpore in Ano, alio in Tibiis, alio in Auribus, *ἀυράδης*; postea verò in Artibus, *ἰσθμῶ*, se gerentem; Vel, *Symptomatiæ* huic nostræ Materiam esse, *Arthritica* illi longè simillimam & germanissimam, existimandum est. Et quia hæc *Arthritis* vel Ipsa est *Primigenia*, vel Ei quàm simillima, idcirco de Illa postremo hoc loco differuimus.

IV. *Symptomatiæ* tam peculiaris subjicienda est Curationi quodammodo peculiarî. Etiam si enim in ejus paroxysmis eadem Medendi ratio, & in Eorum Intervallis idem Victus, ac in *Arthritide Primigeniâ* valebit; in iis tamen alia locum merebitur, imò vindicabit, quæ huic Affectioni propria est Medicina, mirum quantum à prædictarum Methodis varianda.

Nihil enim *Ægro* per Vaccationes paroxysmorum commodius, aut quod Adjumenti plus contulerit, quàm ut Morbus, quicumque fuerit primarius, sustentetur, alatur: Ut e. g. *Ulcus*, si quod existerit *Cuticulare*, nè Carne obducatur aut arefiat, per *Cathartica* sive Carnem modicè rodentia, eniti. Placet hunc in finem *Aqua Viridis exedens Barbettiana*.

Ad *Achores* revocandos *Epispastica* propter Aures

Aures applicentur; vel lenia quædam *Atrahentia*, quæ Humorem illuc peccantem & vitiosum invitent, eliciant.

Ut *Hæmorrhoides* aperiantur usui esse possunt *Aloëtica* internè adhibita, externè verò *Hirudines*.

Quemadmodum Salutares sunt Evacuaciones, per *Ulcera*, per *Achores*, per *Hæmorrhoides*, hæc prædictæ, ideoque promovendæ, ita quidem, si *Hydrops*, *Colica*, *Tussis*, *Apoplexia*, vel si quid aliud Mali, ex Earum Suppressione oriri videatur, omnino necessariæ sunt, & primo quoque tempore consciscendæ.

Atque ista volui de *Arthritide Morbis* his externis supervenienti, quæ pro eorum numero Multiplex habenda, & diversa. Hoc autem Capite, propter Eorum Convenientiam & *Arthritidum* iis enatum Vicinitatem, ac si una tantum esset explicatur.

Hist. 1. De Arthritide Aurium Achoribus subjectâ.

Currente Sæculo priori, *Dammonio* hoc Orientali florebat Ordine Equestri Gens, Humanitate, Opibus, & pietate insignis, illoque tantum nomine infelix, quod Ea tota, tam *Fœminæ* quam *Mares* (erant autem Illæ quàm plurimæ) *Podagrâ* miserimè torquerentur.

Harum Una, *Articulos* non aded graviter affectos habens, *Dolore*, *Artus* alios aliosque perperante, multos annos est afflicta. *Rheumatismi* nomine, pro *Vulgi* more, *Malum* isthuc appellatum est, quod tamen potius *Arthritis Vaga* æstimandum. Decedente eo *Tussis* exoriebatur, factâ in pulmonem *Materiae* *μεταπύσις*, & *phthisi* paulò post occubuit *Ægra*.

Hujus *Arthritica* Filius jam quadrimus *Aurium* Morbo tentabatur; ex omni parte Tumuerunt illæ, præcipuè verò *Helix*. Tumor initio ruber & φλεγμονώδης, brevi exinde tempore subalbicans. Serum illud acre, quod intus contentum, in Tumorem Cutim extulit; *Fibras* autem *Cuticulares* fodiendo, *Spiritusque* earum *Incolas* irritando, pruritus immanem, perpetuum & ferè intolerabilem excitavit; in *Crustam* posthæc albidiorum condensatum est: quæ quidem *Crusta*, demum exarefacta, & in *Squamulas* divisa, decidit; relicto loco, tanquam à *Variolarum* *Pustulis*, *Inflammati*. Confertissima erant hujusmodi *Excrementa*, & quidem aded crebra, ut propemodum perpetua viderentur. Veteri subitò nova *Messis* successit; pro *materiae* peccantis abundantia, & *Cœli* *Humiditate* (quæ ad hujusmodi *χώρας* contribuere notabatur) *Major*. *Ichor* autem, quando largiter profluxit, non sine *Factore* erat gravissimo, *Naribusque* ingratisimo: Ea *Spes* *Amicorum* erat, ut *Ætate* progrediente listeretur iste *Fluxus*, & quidem turò; ex eoque *Annis* *Puerilibus* ita profuso, melius & tutius ageretur quod vitæ reliquum.

Ineunte quidem *Adolescentiâ*, forsan ob *Exercitationes* eo tempore vehementiores, *Fluxus* est remissio: At *Annorum* vix triginta, *Vir* sobrius, neque *Veneri*, neque *Baccho* deditus, *Arthritide* corripitur, post homines natos acerbissima. Per idem tempus *Aurium* illa *Affectio* major recurrit, sed cum *Arthritidos* *Paroxyfmis* vices habens alternatas. Horum enim *Vacationibus* scaturiunt *Aures*; at *Naturâ* *Paroxyfmum* mollescente, ad Eumque sese, quasi accingente, siccantur *Hæc*; & ab His siccatis, instantis *Paroxyfmi* non leve ortum est *Indicium*.

Tom. I.

Hæc sunt, quæ de hujus *Arthritidis* Ortu & *Derivatione* dicenda habui; quæque si rectè judico, illius generis Eam esse ostendunt, cujus *Materia* partim per *Achores*, partim per *Articulos* expellitur: Eaque ratione, quod ordinariò, prior illa sufficiat *Evacuatio*, quamprimum autem *ὕψις* *μύσος* in *Sanguine* cumalata & congesta fuerit *Materia*; itemque ad *Exilium* parata, *Paroxyfmum* illa concitet *Arthriticum*. Sic, ut *materiae* ad hanc vel illam *Partem* *Determinatio*, ex ejus *Quantitate* & *Naturæ* *Nisu* fortiori, profus pendeat. Si verò ipsam spectemus *Materiam*, esse illam, utriusque harum pari ferè mensurâ propensam, & æqualiter faventem.

Sunt autem *Alia*, quæ, cum aliis quibusdam *Arthriticis* huic nostro communia, *Memoratu* digna censeantur. Primum, præter *Labem* *Hæreditariam* modò dictam, *Causam* hujus & *Arthritidos* & *Achorum* antecedentem esse procul dubio *Dyspepsiam*: *Cibo* enim difficiliore (*Porcina*, *Bubula*, & istiusmodi aliis) nimium delectabatur; is autem *Ventriculo* minimè confectus, simul cum *Corpore* *Morbum* alere judicetur. His addendum *Ægri* *genus* *Vitæ* otiosum, neglectis scil. *Exercitationibus*, quibus *Juniores* *Satiætas* *Mala* seuprævertunt, seu refarciunt. *Otio* facta est (quod *Tertiò* notandum) *Perpirationis* *Diminutio*; *Cuticulæ* *universæ*, *Manuum* verò præsertim, *Ariditas*: Unde *Humores* intus retinentur; unde *Malorum* *Illas*. *Urina* huic *Ægroti* in *Paroxyfmo* pro *Doloris* & *Inflammationis* ratione rufula, alias straminea, semper autem pro *quantitate* *Poculenti* *larga*. *Ingruente* *Pluvia* semper Ille *Venarum* *Dilensionem*, *Sanguinis* *Orgasmm*, *Corporis* *Hebetudinem* perlenfit. *Complures* Ille periclitatus est, per *Aquas* *Bathonienses*, per *Cathartica*, *Sanguinem* expurgandi *Methodos*. Nulla verò profuit. Aded illi *Sanguis* *intra-* *stabilis*, & *δυσμεταβάλλος*. In *Cibo* *ἰσχυρῶς* *καὶ* *ἰσπίπῳ* parcè sumpto, quo *Morbi* *Causa* præpediretur, *Spes* sita erat *Prophylactica*. Ille verò *Cereri* indulgens, & quicquid gratum erat, utut difficile coëta, demittens, bis tervè *Anno* ferè omni desedit *Arthritide*.

Unum adjiciam, quod huic *Ægroti* *Proprium* esse videatur; *Arthritida* nempe aliquando *Dextram* invadere *Patellam*; *Drachmæ* occupare *spatium*; per *Dies* aliquot durare; *Paroxyfmum* autem insequentem, diuturnum esse, gravem, *Genū* que labefactare, & valdè imbecillum reddere. Ob *Genū* imbecille factum est, quod *Gradus* *scalares* multò facilius expeditiūsq; sursum, quàm deorsum iret: quando in descendendo necessum, nè *Corpus* antorsum rueret, summis illud *Viribus* cohiberi. Hoc autem *Silicerniis*, & *deponantis* ferè omnibus commune.

Hist. 2. De Arthritide Ulceribus subolescenti, Epispasticis allevata.

Ulceribus, quæ Cutim mordent & exedunt; *ἄστυμυμ* *Arthritidis* variis præstò sunt *Exempla*; ex quibus uno, quod ob *Oculos* rem hanc omnem planè & perfectè representabit, contentus ero.

Vivit etiamnum apud Nos, *Ætate* adhuc constanti *Vir*; cujus, ut in ipsis *Arthritidos* *Paroxyfmis*, ita non minùs in eorum *Originibus*, occurrunt plurima notatu longè dignissima.

Ingruente *Paroxyfmo* præmitti solet *Fastidium*, *Symptoma* creberrimè prænuncium; tum *Urinæ* tenuis

R &

& pallidæ, tanquam in *Hysterica Affectione*, Profluvium; nonnunquam etiam Mandibulæ Dolor, quasi propter imminuentem *Osseum*: Spinam autem Ischiique Ossis inter Acetabulum, usitate Dolor acutissimus, pariter ac ab Affectu illo molestissimo, quem Idiome Nostro a *Crick* appellamus: Ab illo verò diversus, eò quòd Vagetur, & Spinam perreptans ad Homoplataram usque intercapediem ascendat. Eò loci quàm diu iste viget, Spiritum Ager difficillimè trahit, ac si *Asthmate* parè suffocatus. Hoc in statu, pomaceo liberaliter ingestio, sæpe Ille ad tempus aliquod paroxysmum protelet: Grallator aliàs, Artuum exinde compos. Hæc verò tantum Induciæ sunt, eaque breves & infidæ. Die enim postero, quà pedibus, quà Manibus, solet universè & quidem acerbissimè Dolere. Cum deserbuit Sanguis, in Carne Musculari Tumores facere Materiam *viscida*; durosque & longos, Restis in modum, excitare; & per Artus alios aliosque *Articulos* aggravare, constat.

Quemadmodum *Febris* & Dolor accedunt & intenduntur, Urina magis flammea & rubra est: Iste verò Rubor remittit simul cum Dolorè, idque ejus proportione. Veteris jam *Arthritis* summitatem Cubiti sinistri Tumor occupat *Osseum*, Nuci Juglandi par, Tosos habens intermixtos, duritie & mobilitate distinguendos.

Hæc sunt, ad hujus *Symptomaticæ* paroxysmos quæ precipuè spectant; eorum verò de Origine considerandum est, quod Ager hic noster *Ulcusculis*, quorum alia minora erant, nisi majoris secti *Basia* exaequantia, alia ad Diametrum *Thaleri* largiora, omnia verò Tibias obsidentia, ante multos annos afflictaus est. Quibus cum *Arthritis* subiciebatur, quamprimum hujus Cura mihi demandata est, nihil potius habui, quàm ut, Naturæ Methodum imitando, ejusque vestigia reprimeando, Materiam per Cutim elicerem. Ideoque *Vesicatoria*, quibus id Negotii perficiatur, in usum proposui; quin & Malleolo, Carpo, cæterisque *Articulis* Dolorè cruciatu, vel Eos quàm proximè, nunc plura, nunc pauciora, prout exigere videretur Ageri res, admovi.

Hæc autem eo cum Successu acta sunt, ut acris Seri fatidique admodum, Uncias sæpe quatuor, identidem sex, nonnunquam octo, unum idemque extraheret *Emplastrum*: Unde Vicini Dolor *Articuli* statim mitigatus, & paulò post sublatus. Artificiofis hisce Colis adèd delectabatur Ager & profecit, ut, quoties Dolor recruduit, acsi esset *Arthritis*. Ipsi sæpe numero *Epispastica* superponi juberet; ut, eodem tempore, sex septem interdum gereret.

Ex eorum Dolorè & Fluxione macescit Ager; Caro illius impendit absumi; Vires debilitari & pessumdari solent; sed cum Emolumento & Fructu certè amplo locupletique. Quamprimum enim *Ulcera* exsiccantur, Somno & Fame postliminio restituitis, Cibo multum Idem reficitur: Vires reparantur. Hisce verò adaugendis non parum conducit Aer apricus, & Pomaceum; quorum alterum mirificè Appetitum acuit; alterum Animales Spiritus fovet recreatque.

Cum Miasmate *Arthritico*, sive per paroxysmum, sive per *Epispastica*, liberatur Ager; nemo unquam Hominum Vegetior, nemo Hilior. Ut Coctio recta sit, *Infusio Amaro Chalybeato* me hortante utitur; nonnunquam etiam, ad Sanguinem instaurandum, *Aquis Germanorum Spadanis*; utroque certè, Eventu non infelici, imò felicissimo. Redit exinde *isopula* Sanitasque sic, ut horum in paroxysmorum Intervallis Uxorem quotannis gravidam faciat, Valitudine, si unam excipias Claudicationem, factus integerrimè: donec Cibi Abun-

dantia & Satietae Corpus amplè nutritum, & nimis sit impletum; inque Artus denuò erumpat Humor, iterumque *Arthritis*.

Hujusmodi *Cyclos*, paroxysmum simul cum *Vacatione* continens, quotannis in Annos singulos ter quater repetitur. Solet autem paroxysmus nunc unius Mensis esse, nunc duorum, interdum etiam trium, pro Materiam plus minus cumulatà & evectà.

Ulcera, quæ ab *Emplastris* sunt *Cuticularia*, brevi tempore sanantur; maximè verò quoties *Aqua Calceis viva* abluuntur.

Cùm aliquando pedes tumescerent, ad detrahendum Miasma *Arthriticum*, unà cum Sero in iis depositum, Amici cujusdam hortatu Catharticum è fortioribus assumens, malo id Eventu fecit; adversè sè *Aesculapio*. Si *Evacuaciones* spectemus, inflat omnium erant, in paroxysmo, *Epispastica*; in *Vacationibus*, *Diuretica*. Horum autem Usus uti peritatus fuit, Illorum verò creberrimus; Illis potissimum deberi agnoscendum est, Quòd, Dolorè Ager etiam si acerrimo subin urgeretur, tamen Ei sustinendo tolerandoque usque par existeret, neque per Decennium nuper elapsum, etiam si tot tristissimis *Accessionibus* comitatum, si præcipuè notæ *Viscera*, si Vitæ pondus attendamus, enervaretur aut aultum debilitaretur.

Hist. 3. De Arthritide [cum Febre Intermitte] ex Hemorrhoidibus oclusis.

H I S affinis illa *Foresti* Observatio, de *Hollandia* præside quinquagenario; qui, cum *Hemorrhoidibus* affici solet, ex iis oclusis in *Tertianam* incidit, & paulò post in *Podagram* & *Chalybeatam*, adeo vehementes, ut per Dies viginti lesto affigeretur.

Hujus Mali Causam esse, Vir Clatissimus existimavit, non solum phlebotomian ac Catharsin prætermittam, sed (cùm aliis quibusdam,) & quidem maximè ex parte *Hemorrhoides suppressas*: Neque verò perperam; Ratus enim id, quod erat, per Lenientia Ventrem inanivit. Quo subducto, & Dolorè Cataplasmatu mitigato, in Excrementis denuò conspicitur ex *Hemorrhoidum* apertione Sanguis. Hoc viso Sanitatem Medicus pollicetur, & quidem brevi admodum Ager *Arthritide* liberabatur; neque Annis post sex Dolores *Podagricos*, *Chalybeatos*, aut *Articulares*, etiam si illà jam *Ætate* quæ ad hosce pronà & proclivis, sensit.

C A P. XII.

Corollaria & Spicilegia quædam, cum Epilogo.

ART. I. *Symptomaticarum* isti, quem protulimus, Censui *Corollaria*, quæ ex his recognitis, sive omnibus, sive pluribus, inter se comparatis oriuntur; & *Spicilegia* quædam, quando ad Illas amplius illustrandas utraque nonnihil conferant, jam denique superaddam.

Ex omnibus, gregatim sumptis, omnino liquet, quod *isopula* Iis, quæ *Arthritide* & *Arthritis Colica*, & *Morbis Cuticularibus* supervenienti, maximè consentire ce-natur illæ, si, missà Morborum primariorum conside-

consideratione, & ab iis *Symptomaticarum* Emanatione omni, illarum *Materiam* tantum intueamur, quæ *Chlorosi* & *Hydropi* *ἰατρικῶν* *Symptomaticæ* minus propriæ nominantur. Ille verò *Consensus*, ex illarum simili *Materia* proficiscitur. Vicinis illis *Speciebus* magis propriis *Materia*, vel *Arthritidos* genuinæ ipsa, vel (uti supra declaravimus) ei quàm simillima est; sicut, è diverso, magis propriis, sed remotioribus, pro *Distantiâ*, dissimilis) Jam verò *Symptomaticis* minus propriis *Materia*, (quod item ostensum est) pura puta est *Arthritica*: Unde elucet *Dicti* Veritas. Et quidem ob istam minus propriarum cum *Exquisitâ* *Arthritide* convenientiam, magis propriis postponi *Illæ* poterant; imò [ut *Ordinem* hæc in parte corrigam) debuerant.

II. Secundò: De *Symptomaticis* magis propriis advertendum, quòd nihil me movebit, si quis è *perpicacioribus* & nimio plus subtilibus, eadem *Materia* Morbos oriri posse diversos, eosque *Specie* distinctos asserens, *Litis* e. g. *Materiam*, non *Arthritida* *Falsam* & *Mendacem*, sed *Exquisitam* & *Genuinam* parere contenderit: Itaque *Symptomaticas* [aliter quàm à Nobis statutum esse videatur] & inter Se, & cum *Arthritide* *Exquisitâ* congruere, pro certo habuerit: Nihil, inquam, isthuc me movebit.

Primum enim, morborum *Materie*, sive *Causæ* *Conjunctæ*, revera sunt in obscuro; & quis *Atomorum* *Globus*, sive *Σχηματισμὸς* e. g. *pellem*, quis *Variolas*, quis *Hydrophobiam*, & ita *Affectum* quemcunque *Contagiosum*, aut exiguâ *Materia*, quali *Fermento* natum, afferat & producat, Deo soli cognitum & perspectum est: Nec quis unquam mortalium hæc in operto *Naturæ* fabricata fideliter repræsentaverit, aut palam exhibuerit. Ideòque de *Symptomaticis* hisce nostris, Utrum germanæ sunt *Arthritidis*; an *Ejus* tantummodo *Simulachra*; quum in utramque partem disputari potest, & quidem frustra; ex *Earum* *Materia* per se considerata, non est temerè decernendum; quin philologis magis oculatis, & *λεπτοῦς* *λόγος* *ἔργου*, missum illud faciemus.

Tum, de *Illarum* *Materia*, secundum *phenomena*, si sentire & judicare liceat; certo certius est, primum; diversis *Illis* primariis *Affectibus*, usque *Specie* distinctis, exoriri. Deinde, *Eorum* *Materiam*, signis suis *Diacriticis* usque manifestam, propriisque *Remediis* impugnandam, in statu peregrino *Illas* retinere. Et quoniam *Morbosam* *Specificationem* à nullâ aliâ re ducenda magis, quàm ab *Illorum* *Materia* peculiari, signis suis *Diacriticis* ostensâ; his consequens videtur, *Illas* *Symptomaticas*, pro *Affectuum* diversitate primariorum, *Specie* distingui, propriasque postulare *Medendi* *Methodos*; ut & propria *Vocabula*.

Neque enim, Tertiò, si quis *Eas* *Arthritidis* *Nomine* comprehenderit, *Earum* mutabit *Naturam*, aut *Curaciones*; sed, nimis latâ *significatione*, *Vocem* eam, *Morbosam* singularem exprimere solitam, reddet *Æquivocam*; *Morbos* longè disjunctos, eosque non paucos, complectentem: Quâ quidem re, *ἐν τῷ* *ὀνόματι* nihil magis fugiendum.

Nos certè *Opus* practicum moliri, & hos *Affectus* eo modo tractare studuimus; qui ad *Eos* tollendos, aut mitigandos, maximè conducant: Quem in finem, ut in superioribus *Arthritides* alias *Genuinas*, in *Secundariis* & sensu laxiori *Symptomaticis* censuimus; quòd *Chlorosi*, quòdque *Hydropi* subjiciuntur; itâ hinc multò satius esse duximus, tametsi *Veræ* sint omnes hæc *Arthritides* (quod tamen ita esse, nec à quoquam unquam pro-

batum, nec à Nobis concessum) ut *Adulterinae*; interque Se diversæ, & magis propriæ *Symptomaticæ*, habeantur: Quoniam hæc positio, ad *Earum* *Curaciones* & aptius lucubrandas, & feliciter exigendas, *Utilis* est immensi.

Perimetrum *Circulare* ad suum *Diametrum* in *ratione* *Triplæ*-*sesquiseptimâ*, sive ut 22. ad 7. esse statuunt, & quidem omnium consensu rectè statuunt, *Geometæ*: Quamvis id non tam ex *Rei* *Veritate*, quæ profectò nulla est, quàm ex positæ *Commoditate* & in *Solidis* dimetiendis *Utilitate*, factum est.

III. Unum adhuc restat, quòd quidem me sollicitum habet, quòdque *Lectorem* moneri par est: Non eam hujus *Scripti* *Mentem* esse, quæ *Melancholiâ*, *Scorbuto*, *Lue*, vel alio quovis *Morbò* è primariis supradictis laborantem, *primigeniâ* simul *Arthritide* laborare posse disiteatur: Quin è contrario (quantum video) posse ita fieri, (ut, *Illorum* altero qui ægrotet, *podagrâ* similiter ægrotet *primigeniâ*) lubens agnosco. Mibi verò cum hisce solum *Morbis* *Negotium*, qui statum pristinum vel partim vel omnino deferentes, sub *falsâ* *Arthritidos* *Imaginem* lacessunt *Ægros*.

IV. Præter has *Imagines* *Arthriticas*, quæ suo quæque genere perfectissimæ, & omnium, quas Ego notavi unquam, maximè sunt elaboratæ; *Aliæ* cernuntur minus perfectæ, neque tam exactissimè ad *Exemplar* illud ingens, *Arthritida* videlicet *primigeniâ*, formatæ. Sunt *Illæ* *Fœtus* *Naturæ*, sed *Abortivi*; sunt *illæ* *Conamina*, sed languida, & frequenter vacua. Habent tamen omnes nihilominus *Dolorem*; *aliæque* *Tumorem*; *aliæque* etiam *Ruborem*: *Breves* habent plerumque *paroxysmos*, neque ex *Stadiis* omnibus perfectis conflatos; atque adeò *intercisos*, *interruptos*.

Harum *Abortionum* *Causa*, ex *Naturæ* imbecillitate, & ad *Arthritidem* eluctandam impotentia; vel ex *Materiæ* *Defectu* peccatricis; vel ex *Sanguine* *depravatissimo*, & ad *Arthritida* subeundam minimè apto & proclivi, ut intelligo, *Petenda* est: Certè tanta *Illarum* *Atrophia*, *Mors* ita dubius, ut ad hæc nostras *Symptomaticas* nihil esse censentur; neque sermone longiori persequendæ.

Minimè verò tacendum, quòd hæc *Abortiones* nunc, ut *aliorum* *Morbosum* *aliæ* non paucæ, (quod jam pridem detexit *Clariss. Sydenhamus*,) apud *Vulgus* *Scorbuti*; nunc etiam *Rheumatismi*, facti, vel imperfecti, *Nomine* insigniuntur; & passim *Curacioni*; pro hoc vel illo *Nomine*, (quàm autem auspiciatò conjectari facile est,) subjiciuntur.

V. Postremò addam, quòd *Articulares* *Glandule*, quæ tantopere in statu *Corporis* secundo & naturali, per *secretam* *Mucilaginem*, (*) *Articulorum* *Motui*, imò *Vitæ* *Animali* conservandæ; in statu ejus vitioso adversoque *Sanguinis* *Depravationi* & *purgationi*, pari modo inserviunt: quando per *Has* exprimitur *Venenum*, in alio *Corpore* *Podagrico*; in alio, *Melancholicum*; in alio, *Scorbiticum*; in alio, *Venericum*; in alio, *Febrile*; aliud videlicet aliudque longè diversum, summè perniciosum: Ut dictæ *Glandule*, ex *Incruculis* totius *Corporis* celeberrimis sint: Neque per *Catarrhos*, Infantum; neque per *Rheumatismum* *Muliebrem*, *Fœminarum*; neque per *Hæmorrhoidâ*, proventiorum; quàm per *Præter* hanc *Articularem*, *Seniorum* *Vita*, *Salus*, & *incolumitas*, magis sustententur.

R 2 Epilæa

(*) Vide *Clarissimi Haverii Osteologiam novam* & *Diatribam De Glandulis Mucilaginosis*.

Epilogus.

ITA demum absolvimus *Systema Arthritidum Symptomatarum*; eas *Species* percurrere omnes, non quas Imaginatio peperit; non quas Opinio commentata est; vel Auctores, Scripta sua compilantibus, sunt elargiti; sed quæ nobis usu & experimentis; quæ Observatione & Exercitatione medicâ occupatis, sese prodiderunt.

Harum Modos & proprietates expiscari fuimus conati, medendique rationes & Indicationes singulas, quàm possimus aptas idoneasque, Earum singulis accommodare. Nunc *Calcæ* adhibendum, & *Arthritidem* in nonnullis omni Industria promovendam; nunc contra *Freno* opus esse, & Morbos artificiosè sibi sullamarique oportere: Materiam nunc per *Locos Muliebres*; nunc per *Renes*; nunc per *Ambitum Corporis*; nunc per *Anim*; nunc per *Os*, *Evacuari*; nunc, omisâ Evacuatione omni, *Alterari*; nunc, & *Alterantibus* & *Evacuantibus* neglectis, tantummodò *Præcaveri*, in ipsoque *Ortu Supprimi*, debere demonstravimus.

Si, in ponendis hinc Indicationibus, iisque designandis, errasse nos confliterit; (in Re verò tam mul-

tiplici, tamque intricatâ, nihil errare, plusquam Humanum est) certè suam cuique *Symptomata Arthritidi* propriam esse, ex Derivatione propriâ, Naturam; tum item Harum singulis, pro suâ cujusque Derivatione & Naturâ, Curationem excogitandam esse propriam & peculiarem, omninò comprobatum est.

Iacto isthòc Fundamento, quæ mediocriter (pro Earum Dignitate, si quidem mediocriter) à Nobis aperiantur *Symptomata*; tum Eas amplius explicare; tum Eas illustrare; tum Earum Numerum explere poterit Observatio posterorum. Quibus in medio relinquam *Scrofula*, *Rachitidos*, *Psora*, *Diabetis*, *Lèteri*, *Dysenteria*; aliorumque complurium Chronicorum erga *Arthritidem* Inclinationes & Demigrationes, si quæ sint, & qualescunque, evolvendas: Esse verò plurimorum; Easque longè inter se diversas, & discrepantes; ex jam prolatis, quæ à Nobis, ut dabatur Occasio, per paucis Annis spatii cogentur, abundè verisimile est.

Animus erat, de *Arthritide Anomala* quæ habuimus dicenda, His subnectere: sed, in præsentia, Manum hæc de Tabulâ; & Spatio jam exacto, sistentes [anhelantium more Cursorum] paulisper respiremos. *Hactenus Gulielmus Musgrave, de Arthritide Symptomata; cui jam succedet de Arthritide Anomala Dissertatio.*

P R Æ F A T I O.

IN Dissertatione non ita pridem edita, de Morbis iis Sermonem fecimus, quos, ab *Arthritide Primigenia* distincti, natura & indole plus minus remoti, stationes suas deserunt; ad illam adpropinquant; ejus ritu Paroxysmos agunt, *Artus* assilunt: Quoniam verò, præter *Arthritidis*, sive *Symptomata*, sive *Primigenie* Paroxysmos eos, qui in Artibus omninò locum habent; & à me *Idonei*, *Reguli*, & *Regulares* appellantur; alios adhuc Insultus faciat *Arthritis* utraque, & interdum *Trunci* Partes has, illas; Sedes, & Regiones intret alienas atque illas sæpè multet gravissimè; hos utriusque *Arthritidis* Errores, has *Oblivitates*, & *Anomalias* hoc loco exponere decrevimus.

Dari verò sibi postulat hæc Dissertatio, (& quidem optimo jure postulat dari) suos esse *Arthritidis* Cancellos, suos Limites certos, & definitos; quibus se quamdiu continet, tamdiu *Regularis* illa judicari potest; quotiescunque verò eos excedit transilique, toties *Anomala*. Dicam planius & apertius, *Arthritidis Subjectum*, unos *Artus* esse *Regulares*, proprium, & suum; hanc illos vendicare; Domicilium in illis collocare: contra verò, *Organicam Trunci Partem* aliquam, sive *Provinciam interiore*, non nisi *deviam* usurpare; non nisi *Anomaliam* invadere. Quæ quidem harum in Corpore Regionum designatio partitioque, non ex Arbitratu nostro fieri, vel Opinionis commentum esse verum, è diverso, in Natura stabile, & fixum habere fundamentum, Uti & Experimentis confirmatum, invenietur.

Quotusquisque Medicorum *Impetiginem*, e. g. *Virus in Cutim* effundentem, *Squamas* (sic, ut moris est) præ se ferentem, animo perpendens, *Cutim* illi propriam esse Sedem, non existimaverit? Quotus etiam quisque est, qui, relicta *Cute*, si *Materia vitiosa Pulmonem* ingrederetur, & *Tussim* faceret; non, hanc illius à suo in alienum locum aberrationem esse, judicaverit? Quis, hujusmodi *Tussim*, à vulgari & exquisita dissidere, multumque discrepare, non libenter affirmaverit? Quis, alia Medendi Methodo, quam quæ *Tussi* condacat exquisitæ, tractari eam oportere, vel secum dubitaverit? Imo quidem istiusmodi *Tussim*; etiam *Bechicam*, reliquaque Remedia *Pulmoni* dicata, minimè respicerit; tamen, per *Materiæ Translocationem* in *Corporis* superficiem, in Sedem illi usitatissimam, (unde *Pulmoni* cautum esset, donec è Corpore prorsus expellendæ ejus daretur occasio) id est, per renovatam *Impetiginem*, modo renovari posset, appositè curari, quis in Arte nostra prudens abnegaverit?

Quæ hic de *Impetigine*, mutato nomine de *Arthritide*, narretur Fabula. Pari enim modo, atque illi *Ambitus Corporis*, huic *Artus*, *Subjectum* & *Sedes* est exoptatissima. Quod vel eo liquet, quoniam hos suapte sponte adit *Arthritis*; hos incolit; hos invita, plerumque exacta, linquit; hos celerrimè revisit: *Truncum* autem, nisi coactum, raro premit; *Causa* nempe fortuitu aliqua Naturæ consilium mutante, rationem Morbi conturbante, Morè alterante: Unde jure merito, quæ *Artuum* est *Arthritis*, habeatur *Regularis*; quæ reliqui Corporis, *Anomala*. Simili etiam modo, atque de *Tussi Impetiginosa* diximus, quæ e. g. *Tussis* est *Arthritica* (quandoquidem ex *Miasmate Arthritico* fiat) à vulgari & primigenia *Tussi*, si rectè compararetur illi, plurimum differre existimeret. Postremò (ut in *Impetiginosa Tussiente*) nihil hac *Tussi* laborantibus conducibilis, nihil *Arthritidi* huic *Anomala* magis aptum, quàm ut in *Viam* ea, quaqua possit arte, reducatur, & fiat *Regularis*: id est, in *Artus* ut ejiciatur.

Præmissa hac *Arthritidos* [in *Regularem*, & *Anomaliam*] divisione, tanquam hujus Scripturæ Basi, de *Arthritide Anomala* disserere, non jucundum modo, verum etiam utile; sed & difficile cogitandum. Est enim illa, Primum, per tenebras, tenebris occultata, neque perpetuo animadversa; maxime, si ex primo ejus aspectu, nempe *Symptomatum* concursu (qui vulgi mos est) *Diagnosim* statuatur. Partem, quæ

quas invadit, Morbos, adeo examuffim illa, proprios & vernaculos, imitatur; ad eorum Modos se tam accuratè comparat; ex eorum Vultu, suum tam Mimicè componit; ut à Medicis omnis seculi omnino omnibus, aut prætermiffa, aut tantum leviter tacta; à nemine unquam Hominum, quod sciam, explicata fuerit; nedum à quoquam, uti par est, impugnata.

Deinde, illa ita numero (veluti Erroris alias natura) multiplex est; ut rarè ullam in Trunco Regionem, ea prorsus immunem; nullam fere, quam non aliquando ingrediatur, animo liceat comprehendere: Ut Trunco, quot Partes sint Organicæ, tot propemodum Arthriticæ sint earum Anomalie. Porro, tam à se diversæ sunt, ut Malorum, quotquot undique Corpus Humanum infestent, eorum omnium vix ullum magis; vix ullum observare licet æquè *παλῶτροπον, πολύμορον*.

His adde postremò, semper importunam, semper eam esse, (sed ratione valde dissimili, & inæquali) imò quidem non raro summè periculosam: Quoties nimirum Miasma Arthriticum, Viscus aliquod è nobilioribus, & ad vitam maximè necessariis ingressum, illud sic, ut asfolet, contumpat. Hoc autem crebro fieri, hæc nostra Dissertatio, nisi quid me fallit, manifestum & testatum reddet. Testatum, inquam, reddet, Arthritis non solum (Regularem) Artibus Dolores, Tumores, Totos, atque istius generis mala (que Arthritis omnino omnem indicat, vulgo fuere judicata) inferre; verum etiam (Anomaliam) modo Ventriculo Nauseam; modo, Inestisus Tormina; modo, Renibus Nephritida; modo, Pectori Asthma; modo, Pulmoni Tussim; modo, Faucibus Anginam; modo, Cerebro Apoplexiam; modo, Nervis Paralyfam: & quod Trunci Partes, Affectibus indigenis satis superque affectatis, usque novis & peregrinis aggravet; usque miseris Mortales excruciet; tunc, ut sæpe accidit, maximè crudelis, quando minimè suspecta.

Tantæ pestis, & tam funestæ impetum, ut Ego pro vicili sissetem; harum Anomaliarum Doctrinam, & Disciplinam attentavi: Quos in Trunco locos adeat Arthritis; quibus in Corporibus, quæ præteriat Diverticula; quæ Laibula: itaque quos illa, generatim; quos, speciatim, Meandros, Anfractus, & Obliquitates amet: quibus de Causis eas incipiat; qua Velocitate percurrat; quo Evento terminet: quodnam item Anomala cujuslibet Eius; quæ Accidentia; qualis, à Morbo Partis affectæ proprio, Differentia; qua demum Arte, præcipuè quam peculiari, & privata, quælibet oppugnari; quaque præcaveri debeat, tradere cœnatus sum.

Circuli, Curvarum Linearum perfectissimæ, Natura & Proprietatibus explicatis; ea re minimè contenti Geometræ parvam & tantum inchoatam istiosmodi Linearum Mathesin, esse putavere; nisi etiam Curvæ minus Regulares enodatæ fuerint: atque ideo Ellipticam, Asymptotam, atque Curvas Circulari minus perfectas, suscipere; & in iis extricandis operæ multum impendere; tam sibi met ipsis, quam aliis, utilis & jucundum.

Quæ verò me ad Opus hoc aggrediendum impulerunt, imprimis duo sunt: Alterum, quod Damno-nios, Populum nobilissimum, & de me optimè merentem, Arthritis Anomala, perinde atque Reffa, multum urgeri vexarique, jam diu observaverim; illaque multo plures, quam hæc occidere; ut Arthritis Anomala Morbus non immeritò Lethalis habeatur; uti, quæ Reffa, Salutaris; rarè enim hæc ægrotum interimit, nisi Anomala prius facta. Quibus tamen Hominibus, cum plerisque aliis, Morbi illius facie miserè deceptis, de vero ejus Ingenio, nempe Arthritico, rarè unquam ulla fuit Suspicio. Et tanto, ere sub aliena Larva debacchatus est in Eos hic Affectus; ut, ex iis, qui Anaxia, qui Colica, qui Syncope, qui Phibisi, qui Astmate, qui Apoplexia, (ne dicam alios Affectus, utique complures) Exquiritæ, Pura, & Geuina perimi, & è medio tolli censerentur; revera Arthritis; unum eorum aliquem æmulante, & larvam induente, non pauci, atque adeo [quod verissimum est] permulti fuerint sublatis: non solum Morbo, sed & ignota ejus Causa, infelices. Quas tamen eorum Arthritides Anomalas, Methodis hisce nostris opportunè adhibitis; quam iis, quæ Continentem, & Proximam earum Causam minimè attingerint; nec quidem unquam respexerint; facilius cedere potuisse, conjectura ducor ad suspicandum.

Quod verò præterea Calcar, atque Animum, ad scribendum dedit, altum erat illud de Arthritis Interna, sive tollenda, sive dignoscenda, apud Autores Medicos Silentium. Etsi enim patet, Eam, ut & Periculum, quod Eam insequatur, non esse novum, aut Artis Professoribus ignotum: tamen, quia neque illud Periculum, neque ipsa Arthritis; multò minus ejus Curatio; dedita unquam Opera, vel pro ejus Dignitate, & Momento, fuit à quoquam unquam exposita; nec, quod sciam, inchoata: idcirco ejus Doctrina, quatenus Diagnostin, & Therapiam ejus comprehendit, inter Artis Medicæ Defectus, & Desiderata, non immeritò censeatur.

Ne verò quis, ex eo Medicinæ Consultorum hac in re Silentio, Arthritis hujus in dubio ponat Y-papçv, & de Morbo, non tam gravi periculosoque, quam commentitio imaginarioque, disputare me cogant; Operæ pretium existimo, Veterum, quorum Autoritate Morbus ille (Arthritis scilicet Interna) confirmari possit, è multis aliquot Testimonia proferre.

Annos certè millenos abhinc septingentos [i.e. sub Augusti Cesaris Imperium] Aretæo ille Cappadoci innotuit, ita de Arthritis verba * facienti, *Ἰνὶ τῷ νῦν ἰε τῶν τῶ πρὸς αὐτὸν πρὸς αὐτὸν*, id est, Quibusdam in omni Corporis ambitum vagatur. Et deinceps, *Ἡ δὲ μεταβολὴ ἐκ τοῦ μῦος, καὶ ὀστέου ἄπαι-
ρον, ἐκ τοῦ ἰσχυροῦ τῶ Κεφαλῆ. Σπασμὸς ἀρθρῶν ἰσχυρῶς τε καὶ ἀσθενῶς, καὶ ἐκ αὐτοῦ ἰσχυροῦ τῶ ἰσχυροῦ*, i. e. Transiit quoque in Dorsi Thoracisque Musculos sic: Incredibile est, quam late Malum (i. e. Arthritis) serpat. Vertebrae Dorsi, Cervicisque dolent, & in summo Sacri Ossis Dolor inhaerescit. Et paulo post, *Ἰσχυρῶς, ἀσθενῶς, μῦος καὶ ὀστῶν ἀρθρῶν. Ἰσχυρῶς καὶ Κεφαλῆ μῦος ἰσχυρῶς καὶ ἀσθενῶς ἢ διαδοχῆ. Ὁ τῶ ὀστέου*, i. e. Tendines, & Musculi cum dilatione Dolorem patiuntur, nec non Maxillarum & Temporum Musculi. Item cum Renibus, & Vesica communicantur. O Rem admirabilem!

Secundum hunc Galenus apertissimè, Satius, inquit, est, ut Humores pravi reliquis Principalioribus partibus, in ignobilioribus ferantur, quam quod ab ignobilioribus in Principes impellantur. Aspeximus etenim sæpe in his, qui Articulari Morbo, aut Podagræ obnoxii erant, quod, repulsis ab Artibus Humoribus eo delatis, illi in Principem aliquam Partem contendentes, Homini interitum attulere: cui ea sola relinquebatur

Tom. I.

R 3

Spes

* Lib. 2. Cap. xii. Ed. in Fol. August. Viædel. 1603. per Henrichium.

CAPUT I.

De Arthritide Anomalâ Generatim.

ART. I. CUM Materia peccans, & aliena, quæ Arthritidos sive Primigenia, sive Symptomatica Causa proxima, continens, & conjuncta est; post aliquam in Sanguine moram, Naturæ demum molesta, ideoque expellenda, jam exilio parata est; permagni sane refert, quas in Corporis parte ea mittatur, quibus in locis deponatur: Si enim in Artubus, maximè verò si in eorum commissuris; sicque ut de ejus in Sanguinem reditu nullum sit periculum; profectò quidem hoc est ipsum Naturæ propositum, quod in sui defensionem omni illa studio, summis viribus attentat: hæc Morbi hujus solutio fida, ac commodissima: hæc Arthritis exoptatissima, quæque jure merito nominetur Regularis.

II. SIN aliter acciderit, & ad Corporis Truncum, sive aliquam ejus partem, Materia fuerit appulsa, & in ea malum more suo machinata; longè alia rerum facies, alius est eventus: Nam aut nulla Morbi sit solutio, aut saltem inepta, Naturæque votis minimè respondens. Novus ex eo Morbus exoritur, isque sæpe periculosus, sæpe perniciosus; indole, & ingenio, propter Materiam ab Arthritide ductam, admodum singulari. Atque hæc istius Materie, in ea quæ intus sunt, & Sanguine ablegatio, & in iis commoratio; quandoquidem ex primo Naturæ instituto (quæ semper Regularem præfert, & quoad fieri potest, molitur Arthritida) minimè peragatur; verum multo aliter ex illius errato, vel defectione: hæc, inquam, Arthritis à nobis appellatur Anomala; ea vocis istius significatione, qua apud veterem * Etymologum legitur Anomalia, id est, extra Regulam.

III. Arthritidum Anomalarum diagnosius difficultatibus quamplurimis involutæ, tenebris densissimis obscuratæ sunt; ut autem excudam, & ante oculos ponam earum rationem aliquam generalem, omnino distinguendum est, inter eas Anomalas, quæ Regulari nullo præcurrente Paroxysmo sunt; & eas, quæ regularem Arthritidis Paroxysmum insequuntur.

Illæ quidem Partium, quas afficiunt, Morbos tam mimice legitimos & exquisitos imitantur; ut internoscere illas, & ab hisce Characteribus proprio discriminare, prorsus æquum existimetur. Quis enim, e. g. Morbosam istam Affectionem, quæ in Corpore, ad hoc usque tempus immuni, neque Arthritidis Paroxysmo regulari vel semel unquam tentato, vel ei (quantum apparet) proclivi locum habens, Anginam inducat; eamque Anginæ legitimæ tam similem, ut neque ovum ovo similis: quis, inquam, isthoc malum; quis hanc Anginam, Arthriticam esse somniaverit; quando nulli testes, Symptomata nulla, vel minima quidem ex parte id arguere videantur. Nihilominus tamen Arthriticam esse posse hanc Anginam, omni dubio procul usu medico confirmatum est. Quare prætermittis hisce, quæ, ut nunc sunt Symptomata, & eorum interpretationes, supra captum humanum esse censentur; ad eas progrediar Anomalas, quæ, Paroxysmum Arthritidis Regularem à tergo secutæ, Diagnoses habeant probabiliores.

IV. Hæc verò Diagnoses non ex Caterva sive Globo Symptomatum, simul semelque concurrentium, [quod in Affectibus plerisque locum obtinet]

expectandæ; sed ex Symptomatum serie, vel Ordine, in longum producto, capiendæ sunt. Ut autem istæ Catervæ, Συνομαί ab antiquo ἰατρικῶν fuerunt nominatæ; ita eadem hi Ordines, Παθνομονικὸν non inepte nominentur.

Qui quidem Ordines Arthritidum Anomalarum Παθνομονικὸν, pro istarum Arthritidum diversitate, diversi sint, oportet; & quidem aliàs conveniunt, aliàs inter se magnopere sunt disjuncti. Conveniunt in eo, quod ad unum omnes ab Arthritide regulari sumant initium: quandoquidem, de Anomala Arthritidos ἰσχυρῶς minime unquam constabit, nisi de Regulari Arthritide præcurrente prius constiterit. Atque hæc istarum Διαγνώσεων pars prima est.

Discordant eo, quod, eodem loco incipientes; diversas omnes ingrediantur vias: Uti Radii ejusdem Circuli, ab eodem Puncto, nempe Centro, incipiunt; sed in varia Peripheriæ Puncta desinunt. Ut hoc Exemplo clarius ostendatur, Dysenteria, v. g. Phthisis, & Apoplexia Arthritica consentiunt in eo, quod ab Arthritide regulari, & in Artus læviente, exordiantur omnes: Verum, quoniam Miasma nunc ad Intestina appulsum est, ubi loci Dysenteriam facit; nunc ad Pulmonem, ubi Phthisin; nunc autem ad Cerebrum, ubi Apoplexiam; idcirco Arthritica hujus Apoplexia, Phthiseos, Dysenteria Diagnoses ex Cerebri, Pulmonis, & Intestinatorum, nempe ex locorum affectorum Sigais, maxima ex parte sunt eliciendæ. Atque ista Locorum, ab Arthritide in eos translata affectorum, accidentia, Διαγνώσεων harum est quod reliquum.

Quoniam verò hi Affectus postgeniti, Arthritidem regularem nunc è vestigio sequuntur, nunc ex intervallo; eoque aliàs brevi, aliàs longiori; magna profecto, ob hanc rem, earum est diversitas. Alii Originem plene & plane consententur Arthriticam; alii, utrum habeant, an secus, minime declarant. Adeoque, ut Diagnoses hisce finiam, hic Canon istorum Affectuum Παθνομονικῶν, Quocentior Arthritidos regularis ἰσχυρῶς, & illius Materie, in ea, quæ intus sunt, quo postea certior est Translatio; eo confidentius Anomalam, & quidem in Parte jam nuperime occupata, esse Arthritidem, possimus statuere.

V. Cum autem Arthritidem ea, quæ intus sunt, Anomalam infestare dicam; vox [intus,] ut & alibi (Partes interna,) uti etiam & [Anomalam] & [Truncus] sic à me sumuntur, ut internæ Partes sint Trunci omnes: Truncus autem tres Venæres comprehendat, & cum Artubus (quorum respectu Partes ejus dicuntur Internæ) constituat univèrsam Corpus. Ut autem Voces (internæ) & (intus) & [Truncus] sensu largiori, ita Vox [Anomala] strictiori accipitur: Non enim omnes Arthritidos in Trunco Anomalias, non Artuum ullas, tractare propositum est.

VI. Hinc Arthritidem inter Regularem & Anomalam, quæ sit Differentia, quod Discrimen, explicatu facillimum. Primum enim illa tantum Artus invadit, eorumque præcipuè Articulos; tum Humerum, & Coxendicem, tum ceteros omnes: Hæc Corpus reliquum; cujus Partes nunc contentas, nunc continentes, aliàs aliasque sæpenumero adoritur; multifariam affligit.

Deinde, Arthritidos regularis, cuiuscunque Articulo affixæ, quoscunque Artus pervagatæ Symptomata, simul sumpta, inter se consentiunt, similiaque faciunt Παθνομονικα, & (quod de similibus Triangulorum lateribus solet dici) ἰσορροϋν. Nam in Arthritide regulari fixa, Dolorem fere perpetuò, Tumorem creberrimè, Ruborem sæpe, neque rarè Ardorem & Tosos certamus; Et in

* Isidori Lib. 1, Caput 27.

Vaga Dolorem, unde ipsius nominis ratio, Vagum; cui nonnunquam accedit Tumor albus, & tanquam *hidematidus*. Contra verò *Anomala Arthritis*, uti in locis ea longè plurimis est, ita longè plurima & diversa sunt Symptomata; in Ordines ejus *Pathognomonicos* & numero plures, & valde dissimiles (secundum partes ab hac *Arthritide* tentatas & affectas) disponenda, & digerenda.

Postremò *Arthritis* regularis est à Natura potissimè petita; maxima ex parte tuta, perpetuò desideranda, Causis; ut ad vitam servandam impitius necessaria; neque alium quemvis (nisi id casu fiat) morbum gravem, & ærumnosum habens supervenientem. Hæc contra ortus est sinistra, & ex Naturæ sollicitudine; raro absque ægroti periculo, interdum summo comitata, exituque crebro fatali. Ad hæc nempe à *Regulari* distinguitur, *Anomala Arthritis*.

VII. ID autem memoria tenendum, non solum exquisitæ *Primitivæque Arthritis* esse has *Anomalias*; verum etiam *Simulata Symptomataque*; eaque esse *Arthritides Symptomáticas*, quæ *Primitivam Arthritis* non tantum modo rectè agentem, sed etiam deviam, sed *Anomalam* sequuntur, & in rebus per multis æmulentur. Hujus tamen Verbi vis, & Interpretatio non ita intelligenda, ac si omnes *Symptomáticas* ad *Anomalias* adduxeris, omnes æquè proclives essent; e contrario, his illis sæpius, & longius excurrere, & quidem ad alios corporis locos, est exploratissimum.

VIII. AT Truncum illa universum non æqualiter infestat, aut pari modo lædit; verum, ut in Provincia Exteriori *Arthritis Regularis*, sedem in Pedibus principalem ponit, quam creberrimè frequentat, habitatque constantissimè; aliam secundum ordinis sedem elegit, nempe Manus Articulos; quos aliquanto rarius, sæpe tamen invisit; alias habet tertii, videlicet Genū, Cubitum, Humerum, & Coxendicem; quos Articulos adit, quasi invitet, omnium rarissimè. Ita quidem in Provincia interiori, sive Corporis Trunco, *Arthritis* se gerit *Anomala*. Namque omnium sæpissimè Ventrículum, & Intestina petit, & in iis Tyrannidem exercet: hinc *Aspitia, dysuria, Vomitus*; hinc *Colica, Dysenteria, Diarrhœa*; hinc interdum *Abscessus Arthriticus*. Sæpe Caput, tanquam Arcem manitissimam, aggreditur; & nunc *Vertiginis*, nunc *Cephalalgia*, nunc *Apoplexie* partes sustinet *Arthritica*. Aliquando etiam in Nervos se insinuat; unde *Paralytis Arthritica*: Non raro Pectoris regionem, spurandique tentat organa; & est vel *Asthma*, vel *Tussis*, vel *Hæmoptoe*, vel *Phibisis Arthritica*. Aliquando etiam Fauces invadit, & sub *Angina* vultu ludificat ægrotos. Interdum Gingivas, & appellari solet *Dentium Podagra*. Interdum Renes afficiendo *Calculum infert*, *Dysuriam, Stranguriam*: Alias, scilicet aliaque Trunci partes, Viscera, Membranas, Musculos, Glandulas, Tendines, Ligamenta, ne dicam Ossa penetrat inficitque ut in omni Trunco, quod ea liberum, & ex toto sit immune, vix reperitur.

IX. NE cui verò *Arthritidi* videatur alienum, tot ei, vel erranti, *Anomalias* obtingere; inque Morbos, si eorum facies spectemus, numero tam multos, natura tam diversos, illam dissindi, & dispartiri; hoc cum animo cogitet; Primum, *Virus Arthriticum*, sanguine commissum, unâ cum eo Corpus universum circumvehens, in singulos Ventris singuli recessus, in partes Corporis omnino omnes immitti, earumque Adyta intrare. Deinde, iter ad Articulos non adeò recta facere *Miasma* illud, ut in aliis corporis regionibus minimè unquam divergatur; verum ex contrario, ad

Partem Trunci aliquam appulsam, in ea sæpe morari, sedemque tanquam propriam occupare. Postremò, illa commoratum, illius Affectum aliquem, sed novi moris Affectum, sed *Arthriticum* inducere tum posse, tum etiam solere. Ut *Arthritidis* imperium, usquequaque; dilatatum, amplum esse constet, pariterque fere atque humanum Corpus immensum.

X. Causæ loco proximo perpendendæ veniunt; Eæ verò, uti mihi videtur, ita se habent. Alia est ipsum *Miasma Arthriticum*, vel in Sanguinis sinu inclusum; vel ad Corporis Extremitates amandatum; quod tamen iis minimè defixum, aut in hærens, repercussu proclive sit, & in Trunci Organicam partem aliquam facilè repellatur.

Alia in ipsis Trunci partibus, quæ *Miasma* deposita accipiunt, inest. Earum enim infirmitas & *ætiologia* major, minor; eaque interdum naturalis, alias acquisita, reddit eas *Arthritico* plus minus oneri ferendo idoneas. Atque hæc duæ Causæ internæ sunt, & *Pocatarctæ*, & in *Anomaliis* hujusce generis quibuscumque locum obtinent.

Alia est externa, & evidens Causa; uti Emplastrum, Cataplasmata *Arthritica*, Frigus, & quidem omne, quod Materiam, vel à *Trunco* repellens, vel iis attingi prohibens; ad ea, quæ intus sunt, illam intrudat. Atque hæc Causa frequens & pervagata, minimè verò constans, & perpetua est. Trunci enim partes aliquando debiles, & *Trunco* nulla omnino urgente vi externa, onus per se recipiunt, ultroque sustinent.

XI. Differant inter se *Arthritides Anomala*; Primò, secundum Locos sive Subjecta: Alia enim est Ventrículi; alia Intestinarum; alia Pulmonis; alia Faucium; alia Cerebri; alia Nervorum; &c. Et quidem adeò differunt, ut, tot diversæ inter se Morborum Species, à plerisque omnibus fuerint existimate.

Tum, in eodem Subjecto, differunt secundum Causas: Ut enim illæ varietate magna distinguuntur ut illæ nunc fortius, nunc remissius agunt; utque hoc illoque modo, *Arthritides* implicentur, *Anomalarum* oritur *Arthriticarum*, quæ pari gaudet diversitate, vis & copia similiter varia.

Dicam planius, & distinctius primum *ratione Materie*, sive Causæ continentis; quam modo putam *Arthriticam*, modo alienam; uti *Serofulosa, Scorbutica*, vel istiusmodi aliam, habet hæc *Arthritis*: Modo Materiam rectè à Sanguine effusam; modo ab extremis Partibus translata: Modo in iis Partibus sevientem, Membranas acriter rodentem; modo mollem, & edentulam: Modo in iis nuperrimè; modo ex intervallo. Unde *Arthritidum Anomalarum* multiplex varietas, discrimen ingens.

Deinde, *ratione Subjecti*, nunc illud à Natura debile; (uti sunt Glandulæ ferme omnes) nunc materię vitiole à Sanguine secretendæ Natura destinatum; (uti præcipuè sunt Conglomeratæ;) Nunc malis moribus illud debilitatum; [quod in Ventrículo sæpissimè observatur:] nunc, prægresso aliquo morbo, (quod in Hæmoptoicorum Pulmone,) suscipiendo *Miasmati Arthritico* magis præstatum est: Unde etiam harum Differentiæ *Anomalarum* pene innumeræ. Alia porro est Differentiæ, ad hunc ordinem referenda: Nam ab alio Subjecto, uti à Faucibus, ad Artus facillimè, sua quasi sponte adit; expeditissimè, promptissimè demigrat; ab alio, uti à Nervis, non nisi difficillimè removetur, & summis Medicinæ viribus; remediis, veluti *μοχλιδική*; interdum verò ne quidem ullis. Unde etiam *ex præteritis* harum *Anomalarum* magna diversitas.

Postremò, *ratione Causæ externæ*; nonnunquam mero Extremitatum robore, Partium interoartum

scipio.

isopporis exuperante; sæpe Emplastris, Cataplas-
matis, Unguentis, Linimentis repellentibus; non-
nunquam Aere perfrigido; nonnunquam Pedum, in
Aquam frigidam, vel salinam immersione; alias Liga-
turis, aut Tibialibus nimis angustis fit *Arthritis Anomala*.

Ex hac Varietate quæ *Subjecti*, quæ *Causarum*,
Arthritides sunt *Anomala* tam variae, tamque multi-
formes, & detectu sæpe tam difficile; ut vel *Aescula-
pio*, vel *Herculi Medico* facessant negotium.

XII. Medendi Indicatio generalis est, ut *Ar-
thritide Anomala* pars affecta quam citissime, quam
tutissime levetur. Hoc autem fit, materiam in ea
depositam partim è corpore evocando, partim in Ar-
tus transferendo. Evocatur è corpore materia modo
Venesectione modo Catharsi, modo Diaphoresi, modo
Epispasticis, modo Apophlegmatismis, modo Erthi-
nis: Quæ quidem omnia, sicut hujusmodi cætera,
quando *Arthriticis* omnibus *Anomaliis* simili ne-
quaquam modo adferuntur; verum è contrario,
aliis aliis: Quæ illorum auxiliorum quibus *Anomaliis*,
quaque ratione opponantur, infra speciatim expli-
cabitur.

In præsentia dicam, è Corpore materiam evo-
cantibus [quæ primo loco erant] etiam si crebro ne-
cessariis, non iis ita crebro solis, ægrum sanari; in-
terdum lædi: *Lædi* nimirum, quoties perperam &
imprudenter electa, vel incaute & supra modum ea
fuerint adhibita; unde nonnunquam malum au-
getur, aut alias ægri conditio pejor reddita est.
Non autem semper sanari, quia Materia, quæ relicta
est in corpore, *Arthritica*, tamen Evacuationibus
retusa, quando jam maturata & ad *exulæ* est e-
vecta, brevi se attollet, iterumque turgendo cristas
eriget, neque nisi propriis excerniculis (id est,
Glandulis Articularibus) ejus fiat excretio, vel
minimum Artubus appositio, Sanguini quies erit.
Præmissis igitur, quæ par est, Evacuationibus, op-
timè felicissimeque Curatio perficitur, per Mate-
riæ in Artus translationem. Hoc enim ipsum est Natu-
ræ propositum; hoc illi maximè optatum; quod
dum molimur, ei laboranti, neque alienum ex
more, & quæ via solet debetque exturbanti, ferimus
suppetias. *Α δὴ ἄγει, ἐπὶ τὴν ἰατρικὴν ἴσθησιν (ἢ φῶρε,)
ἔστιν ἄγει, δὴ τὴν ἐπιμαρτυροῦσαν χάριτι.* Hoc est, Quæ
educere oportet, eo ducenda, quo maxime Natura
viam affectat, per loca convenientia. *Hippocr. Apho-
rism. xxi. Lib. i.*

Medicamenta, huic Intentioni apta & inservien-
tia, sunt duum generum: Quæ Ore sumpta materiam
in Artus amoliantur; quæque extra ius admota, eo il-
lam invitent.

Interna, *Arthritidem expellentia*, sive *ἰατρικὰ*
ἰατρικὰ, sunt è Classibus Cardiacis, & Diaphoreticis,
magna ex parte, selecta Præsidia; uti,

Pulveres *Zedoaria*, *Conyazerva*, *Gentiana*,
Serpent. Virg. è *Chel. C. C.* *Parpureus Batei*, *Lapid.*
Goani, *L. Conyazerva*; *Species Diambra*, *Confect. li-
berantis*; *Cl. Fulleri Pulvis Alexipharmacus*; ejus-
dem *P. Stomachicus amarus*; *Cl. Willisi P. Bezoar-
ticus*; *Pulvis Ruber Exoniensis*; *Flores Salis Armo-
niaci*; & id genus alii.

Electuaria, *Theriaca Andromachi*, *Mithridatium*,
Elect. de Ovo.

Spiritus C. C. Simp. vel Succinatus; *Sp. Sangui-
nis humani*, *Urina*, *Volatilis Oleosus*, *Serici*, & ejus-
modi alii.

Vinum Album Gallicum, *Campawan*, *Mosellannum*,
Rhenanum, *Burgundicum*, *Burdigalense*, *Lusitani-
cum*; *Pomaceum*, maxime subacidum.

Quoniam autem *Ferro*, ad extrudendam *Ar-
thritida*, nihil potentius invenij aut quod *Ægrotanti*
sæpius sit auxilio: quod efficax, & tutum; quod æ-

norum usu multorum à me expertum, ejus *Præpara-
tum* accipe.

℞. *Limaturæ Ferri* ℞. x. *Sartagine*, vel *Patella*
terrea, vitro obducta, *Urina madefac humana*; *astri-
vo Sole*, vel ad *ignem sicca*; iterumque (*Spatula Fer-
ri particulas*, ne coalescant, bis in die agitando) ir-
rora; donec abeat in *Rubiginem Massa*. *Exciam*, &
Rubigine confectam eam in *Mortario ferreo con-
tunde*: *Tusam*, & in *Pulverem redactam* *Sivula*, qua-
tuor circiter *Congios* *Aqua fontana* continenti, injice.
Pulverem cum *Aqua* commisce. *Hora* post qua-
drantem, *Aqua*, quod summum est, & minus tur-
bidum, leniter detrahe; & ad *Pulveris*, in ea natantis, sic-
citatem evapora. Quod in *Sivula* relictum est *humo-
ris*, similiter evaporetur. *Pulvis* in fundo *crassior*.
Urina irroretur; & c. uti prius: Itaque *Nutritio*, *Triura*,
perque *aquam Separatio* repetatur, donec omne *Fer-
rum* in *Pollinem* mutabitur. *Charta Emporetica*, *Cont*
in *formam circumvoluta*, *Pulveres* *siccatos* inde; *A-
quam fontanam servasalam*, paulatim, & per *vices*,
super affunde; donec *urinoso sale* penitus *abluto*, *ex-
stillabit* *Aqua insipida*. *Pulverem* denuo *exsicca*, &
usui serva.

Est illa *Rubigo Ferri* subtilissima, meram *Alcohol*,
non solum *Arthritide*, verum etiam *Chronicis* ple-
risque aliis, *Ægrotantibus*, præcipue teneris & im-
becillibus utilissimum. *Dosis* ℞. semel, bis in die, pro
re nata.

Pulvis Ruber Exoniensis ita preparatur.
℞. *Cacum.* *Anagallid.* *Scabios.*
Dracontii, *Betonica*, *Scordii*,
Tormentilla an. ℞iij. *misce*;
incisa digere, igne *arena*, *horas* xxiv. in *Vini albi Lu-
sitani* ℞iij. *Vitro probe clauso*. *Tunc fiat Colatura*,
& *Expressio*.

℞. *Boli Armena pul.* ℞j. *Infuso* prædicto in *spis-
situdinem Linimenti* temperetur; crebro agitur; so-
le exsicceetur; rursus irrigetur; & c. Itaque *Massa lu-
sita* nutriatur: At cum *ultima* ejus *scilicet*, illi
addatur

Mitridatii ℞j.
Diascord. ℞iij.
Conf. Alk.
Pul. Rad. Curcuma an. ℞. *Serp. Virg.*
Croci Brit. an. ℞ij. *misce*, *exsicca*; f. *Trochisci*, vel
Placemula; *solis astu duranda*, loco *calido servanda*,
Dosis ℞j. ad j. vel ℞ij.

Ad *Arthritidem* expellendam *Pulveres*, *Boli*, *Pi-
lule*, post *Evacuationes* necessarias exhibendæ.

℞. *Ferri* *hujus Nutriti*, sive *Alcohol Martis* ℞. *Sacchari albi*, gr. xv. *Pul. Nucis Myrist.* gr. v. f. *Pul-
vis*, cum *Vini Hæustu* assumendus. Vel

℞. *Pul. è Chel. C. C.* (vel *Lapid. Contrayer-
ve*, vel *de Goa*, vel *Rubri*) ℞j. *Alcohol Martis* ℞. *f. Pulvis*.

℞. *Ther. Androm.* ℞j. (ad ℞.) *Alcohol Mgr.*
v. (ad x.) *Syr. Garyoph.* q. s. f. *Bolus*. Vel

℞. *Pul. è Chel. C. C.* (vel *Alexipharmacu*) ℞j.
Spec. Diambra, *Ferri Nutriti an.* ℞. *Conf. Alk.* q. s.
f. *Bolus*.

℞. *Pul. Serpent. Virg.* ℞j. *Alcohol Martis* ℞. *Ol.*
Abfynb. Chym. gr. j. *Extr. Cent.* q. s. f. *Pil.*

Detur aliquod ex hisce *Compositionibus*, semel;
bis, terve in die; uti res *Ægroti* pollulet, & patiatur;
cum idoneo vehiculo, *Vino* puta, *Pomaceo*, vel *Jula-
pio Cardiaco*.

Si *Liquidum malis*, in eundem finem propinetur
Infusum amarum, cum *Tinctura Martis*, vel ejus
Alcohol.

℞. *Rad. Zedoar. Gentian. an.* ℞ij.
Cacum. Abs. Rom. Agrimon.
Cort. ext. Aurant. siccat.

Croci Brit. an. ℞j. *misce*, & *digere*; in *Vini rubri*
Lusita

Lusitanici lbj. ad idoneam alterationem: Tunc f. Colatura. Dosis ℥iij. cum Alcohol Martis gr.v. ad x.

Sunt & alia Medicamenta, Arthritis proterudendæ apta; quæ Anomalis quibusdam singularibus occurrunt, & suis in locis tradentur: hæc autem maxime communia.

Inter his hinc ἰσχυροτέραι, vel hujusmodi a-lis, dies quatuor aut quinque usurpatis; si in Artibus nihil excabitur Doloris, ad ea, quæ extra imposita Arthritis ad ἰσχυρόν eliciant, descendendum est. Articulo dolere solito admoveatur Emplex Gummi Caranna, vel Oxyroccum, vel Cephalicum, cum Picis Burgund. dimidio, triente, vel quadrante. Valet Uricatio, Veteribus in usa adversus Dolorem Ichiaticum: Valent Balnea, sed calidissima; uti etiam Pelles Animalium recens detractæ. Vel applicetur Ceratum illud viride, ex quo sunt Penasotheca; vel, si vires Ægri ferant, & res in dubio vertetur, Phanigmus.

R. Fermenti vet. partes ij.

Sem. Sinapios,

Raf. Raph. Sylvestr. Allii,

Cacumin. Rutæ; Fimi Columbini, an. partem unam; cum Aceto Vini albi contunde; ad spissitudinem Cataplasmatis redige.

Admoveatur ejus Portio, quam ferri potest, calidissima; cum vestitu apto, Laneorum nempe involuoris, & quamprimum illa refrigerit, donec Tumor erit, usque eo renovetur. Ægrotanti, si inter cruciatus animo defecerit, Jalapinum Cardiacum, vel, quod præferre soleo, Vinum aliquod generosum sæpius propinetur. Tumori demum facto, ne Sanguini reddatur in eo contentus Humor, Epispasticum, cujus beneficio is educi possit, applicetur.

Ubi nulla præsentis auxilii necessitas, aut Ægrotus debilis, & tener, Doloris fuerit impatientis; Tibiis, vel Cubitis (prout Arthritis imos, vel supremos Artus solet occupare) primum Epispasticum commune superponatur; quo duodecim vel duodeviginti horis post detracto, imponatur id, quod sequitur.

℞. Axung. Porcin. ℥iij. Empl. Melilot, s. ℥iij. Pul. Cantarid. ℥j. m. f. Emplastrum.

Hujus Epispastici auxilio, dies sex, octo, vel decem educatur, quamdiu nempe visum fuerit, ἰσχυρόν ἀναίμα. Quacunque via progrediare, salutaris hæc Severitas, inanem omnem Clementiæ Speciem longè multumque vincens, Arthritis paucis diebus solet allevare. Ita falsum est quod effluit, ut ex eo sæpe Pruritus, & partium aliquando vicinarum Inflammatio, & tam diuturnum esse flumen observator, ut ne perpetuum sit, interdum extimescat Æger. At, quantum mihi notare licuit, inanis hæc sollicitudo. Nam Ichore supervacuo exulante, concidunt Symptomata: ex quo Æger vegetior, Appetitu avidiori, Animo majori est donatus; ab Arthritis accessione nova ad tempus aliquod incolumis.

Atat! Tribum Arthriticorum delicatam, mollem, & doloris impatientem iustare video; quæ periculum ex dolore metiens, & ex ἀλυσία felicitatem, omnem hanc Arthritis expellendæ Medicinam, illiusque Professorem Crudelitatis arguit; neque inter hæc Tormenta (Phanigmus scilicet aliqua Dolorem excitantia) aliter, quam in Phalaridis Tauro, Vivi contendit; neque sine indignatione quadam me objurgat, ac si verbis Æschyli Prometheus usa.

Ελαφρόν, εἰς τι πάρα τὸν ἴσθον νόσον

ἔχει, παρατῆν, ἰσχυρόν τε τὸν κατὰ

ἰσχυρόν. Id est,

Facile, quisquis Pedem exira mala habet, adborrari, & monere infelices.

Et, ut verum fatear, querimonias hæc de re me plus semel audivisse, non dissimulabo. Pii autem Medici est, dum Morbum sedulo & artificiosè conatur relevare; quicquid in ea re occurrat impimenti, studio & constanti vincere; vel patienter ferre. Exponenda igitur his hominibus est Arthritis Anomala malitia; & quanto melior, & mitior sit hæc Crudelitas, quam per misericordiam methodus: Illa brevi, & tolerabili Dolo Sanitatem; hæc Quicquid, multo detestabiliori, mortem accelerat.

His in genere præmissis, ad Anomalas Arthritides, speciatim explicandas, jam nunc aggrediar.

CAPUT II.

De Ventriculi Affectibus Arthriticis.

ART. I. **A** Ventriculi & Intestinorum malo, nempe Dyspepsia, creberrimè potissimè que nasci Arthritis primigeniam; ex ejus Doctrina, luculenta & idonea, liquido patebit. Eisdem Arthritis, ut etiam Symptomatica, naturam exquirenti manifestum erit, nullam in universo corporis Truncato partem, Ventriculo & Intestinis, eam utramque perfectam antepone; nullam frequentius ingredi; nullam diutius tenere; nullam gravitas alligere; nullam sæpius repetere. Quæ quidem res, uti Methodi nostræ, ab Arthritis eorum Anomala incipientis, rationem abunde comprobat; ita quidem merito requirit, ut, quæ sit hujus sævitias frequentiaque causa, studiosè examinemus.

Quo verò clarior & dilucidior Anomalarum, hæc Partes sic instantium, expositio sit; de illis, quæ in Ventriculo locum habent, hoc Capite; de iis, quæ in Intestinis, suo ordine postea disputabimus: Ut, in quibus ea inter se concordent omnia, & in quibus discrepent, ex conjunctis & juxta se positis facilius innoscat.

II. Ut Ventriculum Arthritis occupet, & in eo commoretur, duo videntur esse necessaria; Primum in Sanguine Miasma Arthriticum, sive nativum, sive malis moribus acquisitum. Sæpe quidem nativum, huic Affectui suo Marte generando, par & æquale reperitur: Sin Ebrietate, Gula, vel utraque id adaugeatur; fortius inde factum, omnem molitor efficacius accessionem, præcipuè Anomalam: Neque tantummodo inesse Sanguini, & cum eo circumvehi sufficere; nisi etiam in fugam abiturum; nisi exilio, quocunque vult Natura, fuerit paratum. Alterum est, ut huic Miasmati accipiendo; in Tunicarum vel Fibrarum intervalla adfiscendo, Ventriculus accommodetur; & ad illud in recessus intimos admittendum, aptus & conveniens sit.

III. Advenam illum accipit Ventriculus, sæpe propter Imbecillitatem ab incunabulis ductam; ipsoque ortu factam; ob quam in illo expellendo arcedoque partes minimè possit sustinere.

Et quidem tanti, ad inferendum hunc Affectum, momenti que tam magni, est hæc Imbecillitas; ut ex iis, qui eo laborarunt; antea Ventriculo laborare, plerique omnes invenirentur. Illa verò, quam dixi, Imbecillitas aliquando subita est, & uti conjicio, ex improvise: Quoties nimirum Venere absumantur; vel, ex Dolo, Timore, aliove quovis Animi Pathemate, recedant Spiritus animales; Intestinorum membranæ flaccescant; itaque advenæ, sese intrudenti, non ad ἰσχυρόν advertentur, atque adeo viam aperiant. Cujus quidem rei, (Anomalie videlicet, hoc in loco Arthritice, à mæiore inductæ,) Exemplum mox subjiciam.

Nonnunquam autem crudum, acidum, biliosum;

sum, aliudve aliquod ineptum & vitiosum, in *Ventriculo* coacervatum, Miasma illuc allectat, & *Tunicas* ejus irritando vellicandoque, ut in iis illud deponatur, efficit: Non alio modo forsan, quàm, in ambitu *Corporis Epispastica*, *Phœnigmi*, & id genus *Atrahentia* vulgo dicta, Cutim mordendo stimulandoque, Serum, & nonnunquam ipsam Sanguinem ad se invitant, & quasi atrahunt. Quod quidem usu venit admodum frequenti; sic, ut in *Causis* hujus *Anomalie* *Procauræticis* nihil, ut opinor, frequentius.

Interdum Miasmatis, in *Ventriculum* missi, Causa est externa; uti *Catapsmus*, *Emplastrum*, aliudve quodvis istiusmodi repellens; quo, ne extra in *Articulis* maneat, nève in eos emittatur *Arthritis*; verum è contrario, ut in *Ventriculum* pellatur, effectum est creberrimè. Atque huc referri *Frigus* oportebit; seu *Balnei*, sive *Aeris* fuerit: & quidem, multum hac in re valere *Frigus* externum, iterum & sæpius observavi.

Ex hisce Causis quæ Antecedentibus, quæ Evidentibus; sed ratione, modo, & *impia* alias alia, valdeque inter se diversa operantibus; *Anomalias* notare licet, in *Ventriculo Arthriticas*: quarum usque ad hunc, ut ad illa descendamus, plerumque tale est.

IV. Cum *Arthritis* aliquandiu *Regularis* fuit, & in *Artibus* accessiones recessionesque multas ex intervallis iteravit; sæpe quidem videmus, *Paroxysmum* ejus, vel ex *Frigore*, *Emplastro*, *Catapsmo*, *Unguento*, vel istiusmodi aliquo externo repellente; vel post satietatem, aut crapulam, & in vitæ Erratum aliquod, nunc abscindi abruptique; si nempe esset: Sia nullus fuerit tunc temporis *Paroxysmus*, spatio præter morem excludi prorogatione. Hanc *Paroxysmi* regularis sive interruptionem, sive intermissionem, nonnunquam sequitur *Anorexia*, *Cibi* fastidium; eique postea se adjuagu *Pectoris* gravitas; & deinde *Ructus*, *Vomitio*, & interdum *Cardialgia*. His sæpe additur *Intestinarum* *Oppressio*, *Dolor*, *Constrictio*, & aliquando *Æstus*, *Respiratio* impedita & angusta, *Oscitatio* crebra, *Cephalalgia*, *Vertigo*, & interdum *Mœssitia*, *Ædœmia*, *Faciei* Pallor, & post aliquod tempus *Imbecillitas* universalis, & totius corporis *Macies*.

Esti hæc *Symptomata* fortasse nunquam in eodem Corpore simul semel observantur omnia; ea tamen horum *Cætera* creberrimè videtur, quæ *Ventriculum* maximè, secundum cum *Interveia*, malo quodam intestino affici, gravarique significet; eique *Summa* *Deus* *Interveia*, tum imo *Ventre*, tum medio, tum etiam *supremo*, cum *systemate* *Nervino*, ea, quæ recitavimus, *Symptomata*: quod ea singulatim examinanti facillimè patebit.

Abs quo hæc intus obortuntur, rara in *Extremis* *Arthritis*. *Fixus*, *vagus* *Dolor*, *Tumor*, *rarus*. Qui diu *Clinicus* fuit, nonnunquam, hunc in modum affectus, expedite & promptè ambulat. At, quod externo omni *Dolore* pejus, magis indies *intestina* mala magisque *ingravescunt*: Sic, ut *Æger* [nisi fortunatè *Deus* se interposuerit, & vel *Tempestate* ab immoderata & perfrigida, ad mitem & benignam mutata; vel *Medicina* appositè adhibita, *reducta* fuerit *Arthritis regularis*] inedia, *languoribus*, & *dolore* confectus, è medio sensim abiens, post menses aliquot tristissimè actos, mortem denique *misellus* obeat.

V. Quicumque hæc *Symptomata*, maximè verò eorum *Ordinem*, quo ex aliis emanent alia, *judicio* rite ponderaverit; necam, ut opinor, sentiet; *Arthritidem*, olim *regularem*, nunc *Anomaliam* fieri, & in *Ventriculum* divertere. Cujus rei *probabilitas* ex hisce paucis, simul *consideratis*, omnino

sumi potest. Primum, quod nullum unquam hominem, nisi *Arthriticum*, adoriatur hic *Affectus*. Deinde, quod nec eum, nisi *Miasmate Arthritico*, eoque maturo, & volatili turgentem. Deinde, quod neque illam, nisi vel à *Paroxysmo* vacuum; vel eam habentem *intercisum*, *imperfectumque*. Deinde, quod è *vestigio* sequatur rectè *Arthritidos* defectum. Quibus omnibus, uti par est, pensatis; nihil *verosimilius* videtur, quàm quod *Arthritidos* materia, *Ventriculum* appulsa, dictam moveat *Tragediam*. Hujus autem *Opinionis* *Fides* ut amplius *stabilitur*, hoc, quo nihil clarius, nihil *luculentius* optari potest, unum *superaddam*; nempe quod, *Arthritide regulari* denuo *inducta*, (id est, *Materia Arthritica* à *Ventriculo* in *Artus* amandata) nihil huic *Affectui* citius, nihil tutius *meadeatur*.

VI. Senes hæc *Anomala* maximopere *conficiantur*; quorum *Sanguis*, in *Miasmate*, per *ætatem* *ingravescente*, *expellendo*; quorumque *Viscera*, *propter imbecillitatem* *ætatē* *crecentem*, in eodem *averendo*, *minus* valent. Sed non iis *propria* est *habenda*; quando in *adultos*, in illis *juniores* *sæpenu-* *mero* *cadat*: Et quidem adeo, ut *Anomaliarum*, quotquot sunt, *Arthriticarum*, nulla unquam, quod *meminerim*, *magis*. De *cujus* *rei* *Causa*, ut *con-* *jecturam* *faciam*, nihil *magis* in *promptu*, aut *verosimi-* *lius* *habeo* *diceandum*, quàm *istam* in *victu* *incuriam*, *licentiam* *istam* [*inutilem* *dicam*, an *pernicio-* *sam*?] quæ *istius* *ætatē* *Homines* in *mala* se *innu-* *mera* *immergunt*. Quod ut *pateat*, *unicum* *isthuc* *adjicere* *necessum* *est*, in *Juvenibus* ab *errato* *in* *potu* *aut* *cibo*, *incipere* *eam* *quàm* *sæpissimè* *solere*.

De *Anni* *tempore*, quo *potissime* *gliscat*, *enun-* *tiari* *potest*; et *amisi* *nullum* *illa* *non* *arripit* *tempus*; *nullo* *tamen* *magis* *vigere*, quàm *Autumno*; quo, *ad* *spumam* *omnem* *Arthriticam* è *Sanguine* *eru-* *standam*, *vires* *exerit* *Natura*, & ut *illam* *ad* *se* *alli-* *ciant*, per *Fructus* *horæos* *æstate* *devoratos*, & in *ductu* *suo* *retentos* *computrescentesque* *Intestina* *præparantur*.

VII. Hæc quum *hujusce* *Anomala* *ratio* *sit* *creberrima*; *operæ* *pretium* *esse* *videatur*, *eam* *cum* *Arthri-* *tide* *regulari* *paucis* *comparare*, & *utramque*, *quasi* *trutina*, *examinare*. Age *igitur*, *calculus* *ineamus*, & *initio*, quod in *confesso* *est*, *ponamus*, *Diathesin* in *Sanguine* *Arthriticam* *tam* *hanc*, quàm *illam* *præcedere*. Deinde *Miasmatis* è *Sanguine* *ablegationem* *similiter* *utramque* *anteire*; Et *quidem*, in *his* *duobus*, *eis* *inter* *ipsas* *convenire*.

At, quod altero loco *dicendum*, in quibus *se-* *cum* *discrepant*, *sunt* *quàm* *plurima*. Nam in *Accessione* *regulari* *sanguinis* *Orgasum*, *Pulsus* *cele-* *rem*, *Carnis* *æstum*, *eumque* *aliquando* *ingentem*; *Naturæ* *nixam* *molitionemque* *plus* *minus* *inten-* *sam* *observare* *licet*: *Contra* *verò* in *Ventriculi* *Ar-* *thritide*, nihil horum *evenit*; at *Anxietas*, *Inquietudo*, *Languores* *ægotantem* *urgent*. *Illa* *Naturæ* *vegetæ*, *vividæque*, & *magnum* *aliquod* *moventis* *opus*; hæc *fatigatæ*, hæc *oppressæ*, & *oneri* *succumbentis*. *Postremò*, *illa* *Vitam* *reddidit* *securio-* *rem*, hæc *Mortem* *imminentiore*. *Tantum* *inter* *hæc* *Arthritides* *est* *discriminis*; & *tam* *certo*, *si* *earum* *altera* *Regularis*, *altera* *huic* *contraria* *est*.

VIII. Neque de *istarum* *Anomaliarum* *Historia*; *velejus* *Fide*, *derogari* *quicquam* *arbitror*; si *for-* *san* *earum* *aliqua* (*prout* *diversæ* *sunt*, & *earum* *num-* *erus* *pene* *infinite*) *sine* *ulla* *sive* è *prædictis*, *sive* *alia* *quavis* *evidenti* *Causa*, *fiat*; vel *si* *una* *cum* *Paroxysmo* *regulari*, *non* *autem* *post* *eum*, *ut* *nos* *statuimus*; vel, *si* *ab* *eius* *interruptione*

intervallo, quam proposuimus, longiori. Quandoquidem fingi potest, in ipsis hisce *Anomaliis* quædam inesse perfectio; quam in Descriptione nuper allata conati sumus exprimere: Et quotquot eam habent *Anomalia*, censeantur *Arthritis*, suoque genere absolutæ; quæ verò carent, & ab ea deficiunt, minus perfectæ: De quibus tamen omnibus sententia, per regulam datam, per *Anomalam* absolutam, facillime ferenda est.

IX. Illa porro Symptomata, quæ dicuntur *Hypochondriaca*, notitiam *Arthritis* in Ventriculo *Anomalarum* idem obscurant, earumque Diagnosis interturbaat. Nam cum ea Senes sæpiissime invadant; eosque maximè, qui post madidam, & temulentam juventutem, mutata vitæ ratione, senectutem degunt sobriam & siccam; à Vino abstinentia Languores fere perpetuos, Ructus, Anxietate, Tristitiam, & nonnunquam Dolorem, aliaque *Ventriculi* mala non raro insert; quæ *Anomalam* in eo *Arthritis* diurnam (qualis ea interdum est) non parum æmulantur. Ut autem eam intenoscat, & ab Affectu *Hypochondriaco* distinguat; ejus insultus explorare, modos eorum, vehementiam, & intervalla perscrutari, medentem oportebit: Unde ab illo istam facile diducet.

X. Hisce libet adjicere, perinde fere esse, si *Anomalam*, ut per se est, spectemus, utram Artubus relictis in *Ventriculum* Materia directo se insinuet; an verò primum in fauces, in Partem aliquam contusam, aliamve quamvis; & tandem, quasi per circuitum, ineat *Ventriculum*: quum diversa illa progrediendi via, ad naturam hujus *Anomalia* permutandam, ne hilum quidem faciat.

Idem etiam erit, si *Anomala Arthritis* fixam, siue erraticam sequatur, siue neutram harum; sed Miasma, sine ulla in Artubus mora, è Sanguine recta in *Ventriculum* mittatur: Idem, inquam, erit; modo mitti conslet. De istarum *Anomalarum* natura, eandem nempe esse omnibus, nihil dubii est; de earum *intra* modo certi esse-

Hoc autem adnotandum, uti ætate proveci (quod supra positum est) quàm juniores: Ita labe *Arthritis* ab ortu inquinati, quàm integri; grandioribus, quàm maturis, Parentibus oriundi; Appetitu malo, quàm bono donati; *Arthritis* frigida, & languenti, quàm calida & acri dolere soliti; *Anomaliis* his assueti, quàm iis semper liberi, hac *Anomala* citius, & diutius ægrotant.

XI. Medendi Indicatio *Ventriculum* quam citissime, quàm tutissime levare, & ab *Arthritis*, ei incumbente, liberari postulat: quem in finem duo semper consideranda, ut & sæpe exequenda veniunt.

Prius, ut per Catharsin idoneam, & ægroti rebus convenientem, impura & aliena ista massa, in *Ventriculo* contenta, qua ad eum quasi attrahi, & (tanquam compede) in ejus Tunica detineri solet *Arthritis* Miasma, foras per Os, per Anum eliminetur.

Posterius, ut perfecta Catharsi, vel, si nullius usus erit, prætermissa, *Ventriculo* dimoveatur, in extremas Partes exolet *Arthritis*; De quibus ordine.

Si Respiratio angusta & præpedita, si *Ventriculi* gravitas & inflatio, maximè verò si Ructus, si Nausea, si Vomitus urgebit; adhibito leni Emetico, sed tamen efficaci, modo vires annuerint & nihil repugnaverit, *Ventriculum* moveri planè opus erit. In Emetico seligendo curam & cautionem multam impendi, neque tantam rem negligenter agi oportebit. Ut enim, modo tuta, Vomitus necessarii, ita, quæ languida, est inepta, & quæ justo vehementior, est periculosa. Qui sunt *intra*,

iis satis esse solet *Foliorum Tea viridis*, vel *Cacuminum Cardui Decoctum*, copiose potum; ad quatuor, quinque vel sex egurgitandi vices; ad octo, decem, vel duodecim libras, si cum *intra* fieri potest, demissum. Quibus segne nimis hujusmodi Decoctum, neque satis irritans, iis conducatur libris singulis, alternis, tertiusve, *Salem Vitrioli* pro re nata adjicere. Qui non nisi difficulter vomunt, iis opus esse videatur initio *Vinum* vel *Oxymel Scillit.* Vel ex eorum æquis ponderibus compositum, ad duas vel tres uncias sumere; & post horam quasi dimidiam, Possetum aliquod simplex, vel amarum. Qui verò *Arthritis* Possetum, Aquam tepidam, vel liquidum aliud aliquod quantitate bene magna, vel nequeunt, vel nolunt bibere; iis ne detur ex Officina Emeticum, maximè cavendum. Ut enim aliis id incommodo esset, ita quidem *Arthritis* præcipue: Ne viz. electa è Sanguine ad *Ventriculum* materia multa, ejecta verò nulla, laboret æger. Est ubi nec Possetum, neque Decoctum, neque Medicamentum aliud quodvis exhiberi potest; propterea quod, ex eorum quopiam, Torminibus, Spasms cito inutilibus corripiatur æger, imprimis Vino deditus: Hoc casu, Vino assatum, & ad Vomitus usque sumpto, sæpiusque repetito, rejectoque, [quod simul & Emetici & Cardiaci vires habeat] totum istud, utut difficile, & plenum opus alea, nonnunquam absolvi; itaque ex fati faucibus ægrum eripui.

Quæ per Vomitus evacuari solet Materia, nunc Biliosa; nunc, quæ in *Ventriculo* computruit & coacuit, cruda est; maximè post *Anomalam* ex Cere vel Baccho natam. Respirationis spatium ex eo dilatari, Pectoris gravitas auferri solet: quin etiam ipse vomendi nixus, & quæ ab eo Sanguinis agitatio est, ad *Arthritis* *Ventriculo* excutiendam aliquando non parum facit, & Æger statim *intra*.

Hora post finitum Vomitus, maximè si Pharmaco moveatur, (ut, in Intestinis quicquid assumptorum manserit, evocetur,) Enema vulgare injiciendum; eoque vespere, quo reficiantur vires, *Bolus ex Theriaca Androm. & Pul. Cantiano*, una cum *Vini ustulati Haustu*, dandus. Tunc *Infusionis amara Vini Lusitanico*, vel *Xeresano facta Haustum*, cum *Pul. Cantiani* ℞j. vel 3℞. ter quaterve in die assumat æger, donec Alvo tempus erit inanendæ.

Si vires ægri patientur, interposito die uno post Vomitus, instituat Purcatio: Sin imbecilliores eam veterint, in aliud tempus differatur: quam autem primum commodè fieri potest, eam aggredi juvabit. In ea ordinanda curæ esse oportebit, ut ægri viribus conveniat; ut, in Ductu alimentari quicquid insit alieni, tuto illud emittatur; sed neque Medicamento tam forti, tamque Elaterio, ut faciat Hypercatharsin. Uti hæc ægroti non nisi periculo plena, ita quidem Purcatio nimis lenè exhiberi, malum erit. Hoc casu enim, nisi brevi repetita fuerit Purcatio; illuc, ubi peccatum erat, postea, majori cum incommodo, redeundum, & Venter iterum movendus. Ratum enim esto, auspiciatissimam hujus *Anomalia* Curatorem fore, si à *Ventriculo* & *Intestinis* bene purgatis ordiatur. Mihi solenne est, per *Tinctura sacra* ℞iii. vel iv. vel per *Extr. Rudii* 3℞. ad ℞j. vel per *Pul. Warwicensis* quasi 3℞. vel per *Manna & Salis Cathartici Solutum*, addito *Elisir Dasscano*, Aleum ducere; & si spatio sex horarum nihil effluerit, Clysterem immittere; Vespere post purgationem, (uti post vomitum) Bolum exhibere.

Interdum accidit, post utramque Catharsin, non nimis

nimis partem aut debilem, Nauseam manere importunam, ipsaque Medicamenta, quæ Sanguini suscitando, Arthritidique transferendæ sunt à Medico destinata, Ore confestim reddi. Hoc, uti conjicio, fit per acre illud Arthriticum Miasma, quod Ventriculi Tunicis inhaeret. Ad Vomitum hunc inane, imo noxium compescendum, Laudani liquidi gutt. instar x. cum Aq. Cin. fort. vel Abs. C. vel Sp. Menthae ʒij. quarta, quinta, vel sexta quaque hora misceantur; ea nempe Dosis, & frequentia, quæ Vomitionem tollat, & in Ventriculo Podagragoga retineri faciat. Laudanisque Dosis, post Vomitionem aliquantisper compositam, intervallo ea medio interponantur, sic, ut si Laudanum horis sexta & duodecima, Remedia Arthritidem moventia tertia & nona exhibeantur. Quamprimum ea retinet, Ventriculus, tanquam inutile quoddam, ne dicam ineptum, & postea nocivum, omitti Laudanum, & in methodo præscripta progredi juvabit.

Hæc autem omnia circa Catharsin à me proposita, de iis tantummodo ægrotis intelligi velim, quibus & Purgationis utriusque opus, & ejus sustinendæ vires sunt. Quoties autem ejus nulla in conspectu necessitas; (quod in Anomala per Mærorem inducta, aliisque paucis observare licet) vel quoties eam admittere nequeat ægrotantis imbecillitas; à Podagragogis, omilla ea, incipiendum; De quorum usu verba jam proximè faciemus.

XII. Peracta re Cathartica, quæ prior erat mendedi Intentio, ad alteram illam, quæ Arthritidem Ventriculo moveri jubet, & quoad fieri potest in Artus amandari, properandum est. Hoc ut effectum reddam, iis utor non modo Stomachicis, quæ Ventriculo contra inimicum defendendo; verum etiam iis Cardiacis, Alexeterisque, quæ Sanguini, eum in Corporis ambitum pellendo, quæ Miasmati exturbando conferant. Quoniam verò istarum Classium Medicamenta non prosunt omnia; selectiora quædam, & huic proposito utiliora, in medium feram.

Possunt illa vel Pulveris, vel Boli, vel Pilularum, vel Infusi forma exhiberi: Atque hisce pene omnibus Ferri (propter ejus excellentiam, & in Arthritide expellenda vires mirificas) Præparatum aliquod adjiciam.

℞. Pul. ʒ. Chel. C.C. (vel Purpurei, vel Lapidis Contray. vel Gaeni, vel Rubri Exon.) ʒj. ad ʒiij.

Serp. Virg. ʒss.

Chal. Nutrius gr. v. misce f. Pulvis.

Loco Rad. Serpent. dare licet Gentiana, Zedoaria, vel Contrayerva tritæ, eandem vel majorem quantitatem.

℥. Pul. Rad. Ari C. P. Rubri Exon. an. ʒj. Alcohol Mariis gr. v. misce f. Pulvis. Vel

℥. Spec. Diamb. (vel Aromat. Rosat.)

Pul. Gascon. an. ʒj. ad ʒss.

Chal. prædiſt. gr. v. misce f. Pulvis. Vel

℞. ZZ in Indis Cond. ʒj. (vel Piperis in racemis C. gr. vj.)

Pul. purpurei ʒj. ad ʒss.

Chal. N. gr. v.

Syr. Abs. S. q. s. f. Bolus. Vel

℞. Spec. Diambra

Pul. Lap. Contrayerva an. ʒj.

Alcohol M. gr. v.

Conf. Alk. q. s. f. Bolus. Vel

℞. Spec. Aromat. Rosat. (vel Dianthus) ʒij.

Flor. Salis Armon. gr. x.

Syr. Garyoph. q. s. f. Bolus. Vel

℞. Conf. Abs. Rom. Pul. ʒ. Chel. C.C. an. ʒj.

Ol. ʒ. Sem. Carvi gutt. j.

Chal. N. gr. v.

Syr. Cort. Citreor. q. s. f. Bolus. Vel

Tom. I.

℞. Theriac. Androm. (vel Mithridatis, vel Elect. Stomach. à Clarissimo Fullero descripti)

Pul. Gascon. an. ʒj.

Chal. prædiſt. gr. v.

Syr. Menthae q. s. f. Bolus. Vel

℞. Camphora gr. v.

Pulv. Rad. Contrayerva gr. xv.

Extr. Ruta q. s. f. Pil. Vel

℞. Piperis longi pul. (vel Spec. Diarr. Piper.) gr. v.

Pul. Gentian. ʒss. Myrrha gr. v.

Extr. Cent. Min. q. s. f. Pil. Vel

℞. Pul. Serp. Virg. ʒj.

Chal. N. gr. v.

Syr. Aurant. q. s. f. Pil.

Cum omni Bolo, Pulveris, vel Pilularum Dosi, sumendus est Julapii Haustus.

℞. Aq. Cardui, Menthae, Lactis Alex. Gent. Comp. Abs. C. (vel Cin. fort.) an. ʒiij.

Marg. pp. ʒij. Sacch. q. s. f. Julapium.

Olea Chymica, Sacchari beneficio, in Julapium addita, longè illud efficacissimum reddunt. In forma liquida placet hujusmodi Infusum.

℞. Rad. Zedoar. Gentiana,

Cacum. Ablusk. Rom. Agrimon. (vel Trifol. Palustr.) an. ʒij.

Coccinell. ʒj. Cort. ext. Aurant. ʒij.

Infunde in Vini rubri Lusitanici, vel Xerani ʒij. ad idoneam alterationem; tunc f. Colatura. Dosis ʒij. vel iij.

Simili modo ex Aromaticis, Cortice Winterano, Fruct. Cubeb. Sem. Cardamom. Ex Seminibus Anisi, Carvi, Fenic. d. Cochlearia paratur Infusum. Quilibet autem Infusivæ Amari, live Aromatici Haustus habeat Trull. Martis Februriana, vel cum Succo Limoneo preparata gutt. x. vel Alcohol M. gr. v.

Pauperibus lowægor esse potest Allii, Croci, Zinziberis, & Radicula rasa, cum Absinth. Roman. Cacumini-bus Infusum. Est ubi nulla in forma sicca placent Medicamenta, neque ulla quidem Infusa. Hoc Casu, tum prodelle, tum placere potest Spiritus Menthae, vel Juniperi, vel Spiritus Absinthii. Nonnullis magis estimatur, & quidem multarum virium est, Aqua, quæ nuncupatur Hispanorum Arthritica; cujus hæc est Formula.

℞. Garyophyllorum Aromaticorum Nucum Myristic. ZZberis, Maceris, Cinamomi, Piperis nigri, Croci, Zedoaria, Galanga, Baccar. Juniperi, Corticum Citreorum & Aurantium, Spica nardi, Cubebatum, Aloes Hepatica, Ligni Aloes, Calami Aromatici, Stachados, an. ʒss.

Cacum. Salvia, Ocyimi, Rorismarini, Mentha Majorana, Baccarum Lauri vulg. Pulegii, Raf. Gentian. Florum Sambuci, Ros. alb. & rubr. Chamapit. Chamadryos, Calamintha, Melissa, Origani, Mairicaria, an. Mij.

Ficum, Dactylorum, Amygd. amar. Nucum Pinna-rum Nucleorum, Uvar. passar. major. an. ʒvj.

Mellis Virginei ʒij. Sacchari optimi ʒij. Moschi triti ʒj.

Incisa & contusa indentur Spiritus Vini Cautarini optimi ʒxv. Infunde dies x. vel xij. tunc in MB. destilla.

In Affectionibus Stomachi & Intestinarum Arthriticis valentissima habetur.

Dosis ʒss. cum Sacchari momento, vel cum Mica panis, uti videbitur, repetenda.

Est etiam externi usus, ad Dolorem mitigandum Articularem; modo Calidissima dolenti Articulo superlinatur.

Transacta Catharsi, vel si nullus ei locus fuerit; prætermissa, ad jam dicta Medicamenta, sive iis non vulgum absinthia, descendendo; eaque hoc sumen-

da ordine præcipio. *Mate*, horam circiter nonam, *Infusi Haustum* ministro; tertia pomerid. *Pilulas*, vel *Pulverem*; nona vespertina *Bolum*, maximeque *Theriacaem*; & tertia matutina *Pulverem*, vel *Pilulas* exhibeo; cum *Vini Lusitanici*, vel *Julapii Haustu*, post eorum quodlibet.

Aliquando tridui, vel etiam bidui spatio, interdum citius, hujusmodi Remediis, hac methodo datis, exturbatur *Arthritis*, & *Articulis* impingitur: ubi nimirum Sanguis tener, & tractabilis subito Medicamenta sentit, eisque facile obtemperat: Alias, non nisi longo tempore, fit *Translatio*: Alias, non nisi alio insuper Remediis in auxilium, & operam sociam vocatis.

Quando biduum illiusmodi *Podagragogis* dictum fuit; si *Tumoris*, si *Doloris* nihil erit obortum, *Locus* est *in* occupari solitus, admoveatur vel *Empl. Cephalicum* cum equali quantitate *Picis Burgundicæ*; vel *Ceraum viride*; vel utriusque *Cubito*, sive *Tibiæ Epispasticum*, quo in *Artus* humor evocetur.

Si Remedia tum interna, tum externa modo dicta, viribus ita junctis, *Arthritis* removendæ minime sufficiant; intendatur, oportebit, eorum alterum, vel utrumque; & auxiliis (si videbitur) novis & ascriptis augeatur. In Remediis siccis *Chalybis Nutrii Dosis* ad \mathfrak{ss} . in liquidis *Tinctura Chalybis*, ad guttas xx. amplificetur. Porro, hora quaque media, Remediis præscriptis interponere juvabit *Vini Lusitanici Haustum*; sic, ut ejus \mathfrak{ss} . vel \mathfrak{ij} . Nycthemeri spatio, (si quantitatem ejus isto tempore, qua per se, qua cum Medicamentis sumpti, universam comprehendamus) ebibantur. Hoc autem in his præcipue locum habet, qui *Vino* diu consueverunt, & sine noxa indulgent; verum, ex contrario, non ablinent sine noxa: quorum est numero non pauci sunt, *Anomala* illi hac ægrotantes. Qui *Vinum* hoc modo potare nequeant, si *Spiritus C. C. succinatiguttas aliquot*, cum *Julapii Haustu*, horis istis interpositis sumant. Eo autem usque (ut huic præcepto finem imponam) evolvendus, eo continuandus, ore datorum, tam *Vini*, quam *Pharmacorum* usus, si nihil repugnaverit, donec, æstu & *Orgasmo* in Sanguine facto, *Ventriculus* allevabitur.

Intendenda eodem tempore *Externa*, & quidem eo usque, quoad in locum aliquem externum, *Arthritis* recipiendæ aptum, *Humor* coactus, & in eo *Tumor* excitatus fuerit. Hunc in finem *Pelle Vercina* recens extracta, *Artus* involvantur. At nihil certius hac in re, nihil præcens, quam *Phanigmum* acrem & stimulantem applicare calidissimum; & dum *Tumor* oriatur, tantisper renovare frigiditatem. Qui vero ad auxilium illud, ut graveolens; hoc, quia crudele, abhorreant delicatuli; per *Laxem*, aut *Ferri Laminam* calefactam, *Linteoque* iaciulam, & loco admotam, idem præstare poterunt.

Ut autem promptius *Arthritis* educatur, vel in *Jejo*, vel *cubiculo*, se à frigore, per omnem hujus *Methodi* decursum, teneatur *Eger*, *Panacella*, *Gelatina C. C. Jusculo pulchro*, & ejusmodi tenuibus, concoctaque facilibus vescatur. Si *Dolor*, arte factus, forte fortuna nimis, ad *Lipothymiam* tendat; de eum facientibus, de *Cutim* irritantibus aliquid detrahendum. Si *Febris* exardet; vel minnenda, vel omitenda sunt *Cardiaca*, quæ sanguinem accendant. *Decoctum album* ad arbitrium suum bibat, itaque temperetur *Æstus*. Eo denique modo, peragantur omnia; quo, cum *in* finem propositum ægrotus allequatur; quoque per tolerabilia semper usurpata, cito turoque foras *Arthritis*, etiam non juvende, eliciatur. Nequis autem, *Methodi* hujus sive novitate, sive insolentia motus, *Cardiaca* tam fortia, tamque larga à me præscripta, tanquam aliquod *in*

magis actum improbare; sciat omnino velim, ut hoc semel dicam, copia, quæ rem efficiat, me contentum esse minima; sed neque nesciat, eam (quod profecto non temere dictum) & magnam sæpe oportere, & sine damno, esse. Nam (ut, meos quod attingit, dicam) etsi complures ea medicina ferventes, & ad tempus ejulantes novi: eorum tamen multos, ad sanitatem perductos; neminem verò unquam hoc æstu læsum, quod memiperim, observavi. Cujus id in causa esse videatur, quod, quibus alia Fortiora, & quasi *maxima*, sive *Interna*, sive *Externa*, opus sint, is Sanguis plerumque frigidus; nunc malis moribus; nunc ætate debilitatus, nec ad *Febrim* concipiendam aptus.

Quamprimum *Orgasmo* satis vehementi Sanguis exagnatur, solet ille virus *Arthriticum*, quod in *Ventriculi* *Tunicis* inhaeret, & *Vasis* capillaribus continetur, abluere, resorbere, circumvehere; & tandem, quocumque vocant extremitatibus applicata, ibi deponere: Sic, ut unius horæ spatio, post *Phanigmum* admotum, *Tumor* interdum oriatur.

Dum *Morbus* ore sumptis oppugnatur; aliquando ea, quibus *Ventri* extrinsecus impositis, *Viscera* foveantur & corroborentur, non negligenda. Placeat igitur, bis vel ter in die, *Forti* sequenti, vel huic consimili, ope *Stuparum* è *Panno Wallico*, aliove quovisraro, uti.

℞. Cacus. Abs. vulg. Mentha,

Flor. Raf. r. Chamæm. an. ℥ss.

Sem. Anisi. Carvi an. ℥ij.

Pul. Cinam. Cubeb. Gargoph. Aromat. incise. N. M. an. ℥j.

Sp. Vini vulg. lbss.

Vini rubri Lusitanici ℔ss. macerentur horas tres vel quatuor, vitro bene clauso, in *Balneo Mariæ*: *Colatura* calidissime adhibeatur.

Vel *Emplastrum* *Abdomini* admotum, continuo geratur.

℞. Terra Japon. Bals. Chiliens. vel Peruan. an. ℥ss.

G. G. libani ℥j.

Picis Burgund. ℥ij.

Empl. Stomach. Mag. ℥ss.

Ol. Cui. chym. N. M. an. gutt. ij.

Ita verò, post *Purgationem* maxime profutura judico; Et quidem maxime, vel ætate, vel morbo enervatis; quorum *Viscera* *Topicum* postulent auxilium. Ne verò, quod in robustioribus & sanguineis suspicari oporteat, non tam illa *Ventriculum* defendant, quam ipsorum abusu *Arthritidem* alleciant; *Medico* curæ erit.

Tumori jam facto, & ad magnitudinem conspicuam & notabilem evecto, (ne, quod insubumidi, in Sanguinem remigret) admovere soleo *Epispasticum*; itaque *Serum* in eo contentum educere. *Sulfur* illud, acre, virosamque esse constat; *Cutim* etenim inflammat; *Pruriginem* facit per molestant. *Dies* sæpe sunt complurimos; aliquot interdum *Hebdomadas*; & ad *libras* interdum aliquot: Ut ipsam *Arthritidem* *Miasma* ipsam *Causam* continentem una cum *Sero* ejici, non sit dubitandum.

Hactenus occupati fuimus in adducendis *Medicamentis*, verum, ut primum *Tumor* cum *Dolore* factus est idoneus statim de *Remediorum* interiorum sive *dosi*, sive *frequentia*, sive *utraque*, remittendum est aliquid; neque majori copia jam utendum, quæ quæ, *Arthritidi* continuo propellendæ, & ne inus resuat, inhibendæ, satisfaciat. Huic autem operi pars eorum dimidiata plerumque sufficit. *Bolum* igitur e. g. duodecima quaque tantum hora, *Chalybisque Dosis* non nisi vicibus alternis & duplo intervallo damus.

Sin eveniat, ut, vel ob aëris inclementiam &

& tempestatem perfrigidam; vel, ob erratum in cibo & potu, aut aliud quodvis, Artubus relictis, *Ventriculum Arthritis*, dum hæc aguntur, repetat, (quod quidem minimè rarum est) Causa ejus recidivæ diligenter exquirenda, & sine mora removenda est. Si novæ in *Ventriculo* Cruditates, aliæve impuritates sint collectæ, Leniente quodam & alvum mollioriter inapiente, deducantur. Si ex Algore contrahatur Cutis, itaque repercutiatur Humor in Tumore comprehensus; per Calorem externum, per Vestitum, aliaque, jam dicta, applicata, denuo evellatur. Utrouque verò casu, Interna plena manu sunt administranda: Ut nempe locum, quo per infortunium, vel ex incuria & negligentia cessimus, cum industria & vigilantia recuperemus.

Et quidem nullo, quod sciam, hujus *Anomalia* casu (ut tandem hoc argumentum aliquando finiam) *Podagragoga* vel fortiora, vel majori quantitate danda; quam ubi illa recidiva est aut in Corpore Cruditatibus onerato, propter imbecillitatem minimè purgando, longaue Morbi obsidione debilitato. Illi enim ex *Chalybe*, *Zinzibere*, *Pipere* composito; Illi *Spiritu* maximè Volatili referta, &, quam à nobis dictum est, longè copiosius sumpta, sæpe vix sufficiunt; imò sæpenumero ne vix quidem. *Ager* enim, miserè afflictus, Spirituum inexplicabili dejectione languens, inter Remedia, utut ardentia & Cardiaca, de *Ventriculi* Frigore & depresso animo clamans, & vita, & quidem interdum inopinato, stupente undique assantium multitudine, excedit.

Quamvis id desiderandum, & quidem imprimis optandum, ut Articulo *ἢ τῆς ἰσθμῆς* aliquod figuratur *Arthritis*; nihilominus interdum satis erit, e. g. in *Arthritidis* vage *Anomalia*, si ad internodia sua reducat: Imo quidem ex Miasmate tantum resorpto, & in Sanguine retento, itaque *Ventriculo* immuni factò, agrum aliquando novi servatum. At in *Arthritidos* fixæ *Anomalia*, omnium commodissimum, exoptatissimumque erit, si denique in Articulo aliquo desigatur.

Id autem observatu facillimum, pariteque visu jucundissimum, quod, quibus gradibus Dolor, Tumor, aliaque rectæ *Arthritidis* Symptomata in extremis partibus oriuntur & augeantur; his planè illa, quæ post Vomitum manent *Ventriculo*, leventur, & immutuantur: Speciatim, iis omnino passibus *Anorexia*, *Ventriculi* Dolor, Cibi fastidium, *Cardialgia*, *Nausea*, &c. vincantur & sugentur: quibus succedit Fames, Cibi concorsio, Oculorum vigor, & scintillulæ, aliaque redemptæ & recuperatæ salutis indicia. Ut aegrotanti denuo rectam in viam reducto, ere sua sit in eadem sedulo & constanter progredi; donec *Arthritidis* materia *ἰσθμῆς* emissa, spumaque omni effusa, tum is alacriori tum etiam tutiori vita fruatur.

In hujus *Anomalia* Prophylaxi valent *Aqua Ferata*, diu recteque potæ: quibus adjungi possunt remedia *Stomachica*, Famem & Coctionem promoventia; cum modicè restringentibus speciatim ex *Conf. Abs. R. Flor. Ros. rubr. Fruct. Cynob. Pul. Rad. Ari. C. Sale Martis, Ente Veneris, & ejusmodi aliis, lege medica, composita & assumpta*. Danda etiam opera est, ut *Dyspepsia*, *Frigus*, aliaque Causæ evidentes, maximè quam primum repullulavit, & in Sanguine renovatum est *Arthriticum* Miasma, evitentur. Prodest etiam Foeticulum in Brachio, vel infra Genu, prout *Chiragra*, vel *Podagra*, est frequentior, aperire. Qui verò sibi hac in parte prospicere minimè curabunt, *Anomaliam* eos expectare par est, tum crebro, tum graviter recidivam.

Hæc est illa Medendi Methodus, quam meis pulem & salutiferam, in tractanda isthac *Anomalia*, ex-

Tom. I.

pertus, si per tenuitatem nostram licuerit, alius commendare velim; donec ea meliorem dies docebit.

HISTORIA I.

In Ventriculum & Intestina irruens Arthritis, foras expulsa.

Historiarum agmen ducat Venerabilis & Præ-nobilis Dominus, *RICH. ANNESLEY*, in Ecclesia Cathedrali nostra, *Exoniensi*, Decanus; in *Hibernia* Regno Baro *Altham*; Magni Comitis de *Anglesey* Filius: Qui, cum Natura Muneribus eximius, cum Ingenio planè divino, ex Illustrissimo Parente derivatam (Nam, ut dictum est, *ad bona cum Glorie quidem Agamemnon natus*) accepit *Arthritidem*. Id autem huic *Arthritico* bene cessit, quod per annos complures aptè, quodque recte doleret; & quod, in Paroxysmis quoties Spuma è Sanguine effunderetur *Arthritica*, non id cum Vitæ periculo, (sic, ut in plerisque solet *Anomaliis*) sed cum *Aegri* emolumento & tutela pergeretur.

Ita illi Vitæ ratio si non integra, minimum incolumis diu fuerat; quum, ab *Arthritide* aliquando ferrius ultra modum, ex ea tanquam antecedente Causa, Miasmate *Arthritico* Corpus habens *ἰσθμῆς*, in malum incidit gravissimum, in summum Capitis periculum.

Nam horæos Fructus nimio plus devorans, biduo vel triduo post, nempe quam primum in *Ventriculo* compatescentes illum aggravarent, Primum, *Cardialgia*, tum Animi deliquio, Motibus Convulsivis, Spasmo Oris Cynico, ut vel ipsam animam agere videretur, est correptus. Statim, atque *Tragœdia* incepit, accessurus ægrum advolavi, malique tam atrocis, tam etiam repentini sciscitando Causam indagans, eam, quam memoravi, esse inveni; neque nisi Vomitione tolli posse judicavi.

Quando verò huic aegrotò, Medicamentorum minimè amanti, propter aliquod ex Natura fastidium, *Emetica* abhorrenti, neque sine periculo toleranti, ea, quæ Pharmacopoli sunt, *Emetica* non conveniret, vel liceret dare; aliam tentare viam necesse habui. *Vini*, *Aegri* familiaris, rubri, Lusitanici quantitatem bene magnam exhibui; eaque Ore rejecta, Haustum repetii; & quidem eatenus *Vino*, & tam celeriter dato, donec *ἰσθμῆς* Cruditatum massa omnis ejiceretur, quæ quidem magna erat, impura, acida, graveolens. *Emetici* hujus *Cardiaci* beneficio factum est, ut tum *Ventriculus* exoneraretur, tum etiam eodem tempore à deliquiis *Ager* incolumis servaretur. Tormina, quæ postridie supererant, *Intestina* etiam premi ostenderunt: Et quidem aliter, quam in vulgari *Colica*, ea premi mox constitit. Nam cum *Ager* jam diu ab *Arthritide* claudus fuisset, ea, quæ jam in Visceribus congesta sunt, impura, Materiam Artubus inhæere gressuque ægrum privare solitam, ad *ἰσθμῆς*, ad se vocarunt: Quod vel hoc innotuit, quoniam Visceribus *Ager* acerbissime dolens, eodem tempore Pedum factus est compos; & quidem magis, quam per annos ante multos. Hoc enim illuc expeditè, & erecto Corpore, quasi Vinculis solutus, ambulavit, ut ab Artubus ad *Intestina* Materiam *ἰσθμῆς* *Arthriticam* minimè ambigatur.

Ad *Intestina* expurganda leniens præcepi, & deinceps aliquot post diebus altera vice. Doior, qui post Purgationem utriusque generis satis vehementem manit, *Intestina* aggravans, Naturam mali *Arthriticam* adhuc plenius monstravit.

Ut in Artus hospitio novo moveretur Hostis;

S 2

(quod

(quod jamproximè faciendum) Pulvere Gasconico, & quod in hacre momenti eratmaximi, Vno prædicto usus est Æger. Quorum ex usu, primum, Dolor, deinde Tumor, cum Cate lævi & nitente, ortus est, & Chiragram indicavit. Num post longam intermissionem rediit Fames, & ex alimento largiori paulatim Vires; ut, qui susurro, languidè & debilitèr, verba jam diu ediderat, voce iterum nunc viva loqueretur; iterumque gravidam faceret Uxorem.

Ægrotanti profuit, quod ea fuit illi Spirituum Animalium Vis, & tam *Elastica*, quanta utique ratio observatur, quanta putari potest maxima: Quæ quidem plurimum in eo restituendo valuit.

Annos posthæc aliquamultos exegit Vir præclarus, Purgantibus, Coctionem corrigentibus, & *Arthritidem* expellentibus, ea, *Ventriculum* & *Intestina* multum affligente, cum fere conclamatam esset, allevatus.

HISTORIA II.

Arthritis idonea, Balneo frigido in Ventriculo, & ea quæ intus sunt, repulsa.

Homo adolescens, καλοκράδης, ætate provecto Patre oriundus, eaque de causa Corpore tenerrimo, Spirituque animali minus firmo donatus; quum è quinto Vitæ lustro nondum excesserat, *Articulari* Morbo plus semel laboravit. Appetitum habuit admodum languentem, Coctionem immunitam; unde aliè desinere coepit, & inopia consumi. Cum eo res deducta erat, consilio certe non optimo Uxorem duxit: Adeo nempe verum est, Infortunia raro solitaria mortalibus obvenire. Matrimonio nihil huic homuncioni gravius, nihil unquam intolerabilius esse potuit. Corpus cito enervatum, & Vitæ vix sufficiens innuptæ, maritali verò impar, Æstus invasit universalis, Febricula ζωηχὴ; cui postmodum accessit Dolor *Articularis*, cum Tumore, Rubore, &c. signis *Podagra* καθόρουμονεως.

Ut æstum mitigaret, dolorem allevaret, aliaque, quæ Ægrotum maximopere urgebant, accidentia reprimeret; quando Calor invitaret ællivus, Aqua Pedes immerfit, in frigida & salsa (nempe marina) consistens. Hinc Pedum evanuit Tumor, Rubor, *Podagra* indicia; simul & Vomitus & *Intestinarum* Dolor est obortus, isque diuturnus, ingens; sic, ut ex eo planè colligi possit, Materiam ad Ductum alimentarem, à Pedibus transferri *complecti*. Sub id tempus, ut Viscera, quæ multum exæstuarunt, refrigeraret, reficeretque, Fructus horæos ad gulam usque devoravit; devoratos, nec eorum, nec cussulvis generis Cibi tenax, statim ejecit. Cumque iste Victus non unius tantum dieculæ esset, verum aliquot mensium; & omni eo tempore *Ventriculi* Gravitate, Vomituque, & Dolorè, vel continuo, vel ex brevibus intervallis redeunti, Æger afficeretur; & Medicinam aut negligeret, aut ea perperam & perfunctoriè uteretur; isto denique statu erat, quo nullum Medicina præsidium, nullam opem conferre potuerat.

Uti, ad hujus Viri interitum, sociam operam quamplurima dare; ita quidem ex iis aliquo in numero esse, ne dicam primas obtinere, *Arthritida* verosimile est; quandoquidem Materie *ρουργῆς*, sive *Arthritica*, Pedibus affixæ, ad ea quæ intus sunt Translatione, tanquam cardine principali, tota res Morbi versa est.

HISTORIA III.

Recta Arthritis, & in Ventriculo Anomala, se vicissim excipientes, cum Anomalæ curatione.

VIR Generosus, ætatis mediæ, *Arthritide* *Symptomatica*, sed & ea languenti, neque satisregulari, diu per vices ægrotavit. Anno MDCCIV. circa æquinoctium autumnale, hallucis articuli majoris, globique infra positi Dolorè tentabatur; postea verò plantæ Pedis, & deinde Malleoli; sed eo incerto, & vago.

Elapso vix triduo retrocessit Humor [cujus tamen rei quid in causa esset, dubium erat] neque amplius Pedem momordit. Ægrotantem è vestigio invasit Algor universalis, tanquam Febri præcludens intermittenti. Huic accedebat *Ventriculi* gravitas, Pectoris oppressio, Nausea, Respiratio angusta, & in suprema regione *Vertigo*, & somno appropinquante sobita Spirituum exultatio.

Anomaliis olim *Arthriticis* vexato, & earum non ignaro, laboranti minimè latebat; hunc *Ventriculi* Affectum, etsi prima facie vernaculus appareret, esse revera peregrinum; & in *Ventriculum*, relictis Pedibus, Miasma *Arthriticum*, hujusce mali causam, mitti. Qua ductus opinione Possatum hausit, amarissimum alteratum; ad Vomitum usque copiosum; ad impuræ, crudæ, biliosæ Vomitus materiæ. Ano etiam, injecto ea nocte *Enemate*, subducta est ejusdem quantitas non exigua. Cervici admotum erat *Epispasticum*; *Pulvis* datus è *Chelis C. C.* Illo multum Seric elicitum; hoc animales Spiritus, humiles antea & depressi excitabantur. Interposito die uno, *Tinctura sacra* levabantur *Intestina*. Bolus è *Pul. prædicto*, & *Theriaca Androm.* eo vespere refecit ægrotantem. Posthæc, horis tribus medicinalibus, *Alcohol Martis* ʒʒ. cum *Conf. Abs. R. Spec. Aromatici Rosati* & *Syr. Cort. Citreor.* forma *Boli* deglucit; cum *Infusi amari*, *Vino Xeresano* facti, vel *Vini simplicis* usulati *Haustru*. Pedibus *Emplastra*, ex *Cephalico*, & *Pice Burgund.* pari quantitate, applicata, continuo gerebantur. Si Caligo, vel *Lipothymia* postularet, vel quoquomodo Spiritus deficerent, in præceptis erat, *Sp. C. C. succinati* guttæ aliquot, cum *Jalapii* vel *Vini Haustru*, darentur.

Hiscè aliquandiu usus, Æger beneficium inde bene magnum accepit: Purgatis etenim *Intestinis*, ad *Æg.* amandata est *Arthritis*. Pedum factus est Dolor; tumque brevi tempore Cibum capessivit Æger: Melius, quàm solebat, eum concoxit. Quin illi lactiores esse Spiritus animales, commodiusque Vitæ rem agi, vel ex una Oculorum acie planè constabat.

Quum eo loci res erat, de Valitudine restituta nimium securus, *Emplastra* Pedibus abjecit: Hoc autem observatum dignissimum consequabatur, quod intus cito remeans Materia, ab integro *Æg.* invadens, Nauseam iterum induxit. *Emplastra* iterum admotis, & Medicamentis ad mesem unumalterumque continenter usurpatis, omnia prosperè cedebant.

Hujc ægrotato inter alia, Tutelæ gratia præcepi; ut, Fonticulum infra genu aperiret; & ut quas olim summo suo commodo potavit, Aquas *Bamptonenses* iterum hauriret.

Habes *Arthritides*, rectam & in *Ventriculo Anomalam*, se vicissim excipientes; cum *Anomala* curatione, alienam expellentibus & educentibus absoluta.

HISTO-

HISTORIA IV.

Arthritis semel iterumque, in Ventriculo Anomala, toties expulsa.

Agricola suburbanus, ætate maturus, *Arthritide*, uti ex intervallis solebat, dolens, ex Halecum esu immodico, *Materiae biliosæ & crudæ vomitu, Dolore Ventriculi, & Intestinorum immani, Respiratione difficili, Cordis palpitatione, Cephalalgiaque* premebatur. Magna erat *Viscerum oppressio, & quasi constrictio*. Tabaci, qui in numero deliciarum erat, usus jam nullus. Ut primum illa intus suborta sunt mala, deliquit illico *Arthritis externa*, quæcunque fuit *Articulorum Nutriculis, & familiaribus palam erat, ab Arthritide, Membra relinquente, cum Intestinis Ventriculum impetente, totam hanc oriri malorum Iliada.*

Medendi Intentio erat, purgato prius Ductu alimentari, suam in Sedem, in Artus propellere *Arthritidem*: Ideoque *Vinum* exhibitum est *Syllivium*, posteaque *Pulvis Warwicensis*; unde *æger* multum, & cum *emphæla* purgatus æger: Peracta Catharsi, data sunt *Cardiaca*; hisque postmodum auxilio erant *Externa, Arthritidem* educentia, *Articulis* admota.

Horum beneficio *Visceribus remota est Arthritis, & in Artus amandata*: Verum, propter Erratorem aliquod in *Sex non naturalibus*, quum ad *Viscera* brevi post redierat, ea, quæ sequuntur, in usum adhibui.

℞. *Theriac. Androm. ℥℔. Pul. è Cbel. C. C. ℥ij. Conf. Alk. q. s. f. Bolus, omni nocte cum Vini rubri Lusitanici Haustu sumendus.*

℞. *Gentian. ℥ij. Zedoar. ℥ij. Infunde, igne arena, in Vini prædicti ℔ij. ad idoneam alterationem, tunc f. Colatura: Sumat Colatura ℥iij. additis Tinct. Martis, & Aurant. an. gr. x. horis duabus Medicinalibus; cum Pul. Rad. Ari C. ℥ij. Chal. Nut. ℔℔. Bis in die sumat Sp. Vol. Oleos. gr. xv. cum Vini prædicti ℥iij. Potui hi Decoctum album, cum Aq. Cin. fort. Utrique Tibiæ applicentur Epispasticum.*

Auctis in hunc modum *Cardiacis, & majori quantitate, sed neque nimia, datis, Viscera planè liberata, Articulis affixa est Arthritis, Æger restitutus.*

At ille, ut erat *ἀσπλαγγος, & Arthriticis* prout *Anomaliis*, iis, sed diversis formis, sæpe recurrentibus affligebatur: de quibus suo loco.

Historia profert *Arthritidem in Ventriculo & Intestinis* semel iterumque *Anomalam*, toties Arte medica remotam, foras ad domicilium proprium, ad *Æura* pulsam.

HISTORIA V.

Arthritis iterum ac sæpius in Visceribus Anomala, toties in Artus ablegata; cum ejus Prophylaxi.

VIR quidam, à prima ætate *Arthriticus*, quinto & sexto Vitæ lustro, magnos *Articulorum* habuit Dolores; septimo & octavo, *Ventriculi Intestinorumque*. Cum enim Corpore valde imbecillo, Sanguine tenui, cumque infirmis esset *Visceribus*; post Frigora, Satietales, & Cruditates fere omnes, per hosce annos, *Arthritidi* rectæ vix sufficien-

Tom. I.

tes, ad ea, quæ intus sunt, appelli solita est *Arthritis*. Harum *Novæ*, ad rem nostram conferentes, nonnullas in medium afferre non gravabor.

Mense oct. MDCVC, propter cruditates, maxime à *Fructibus cæciæ*, in *Ventriculo & Interaneis* collectas, omissa, qua ad ea tuenda solebat uti, medicina; Appetitulafo, Nausea, Dolore *Ventriculi*, Pectoris gravitate, Spiritus angustia, Oscitatione crebra corripiebatur.

Ut tanto onere, *Visceribus* incumbente, & *Arthritidem* iis impingente, levaretur æger; Purgatio per Os, per Anum, mediocris, & ejus viribus æqualis, adhibebatur. Quum verò, propter imbecillitatem ægri, nullus ei medicinae, quæ ad Ventrem inaniendum opus erat, daretur locus; neque *Cardiaca*, Ore data, tametsi fortissima multum prodessent; ire in pejus omnia, conclamantem esse rem, quotquot adstabant, existimant omnes: Nec quidem temere; Pulsus enim debilis, Membra pendula, & quasi resoluta; Faciei pallor, Corpus subfrigidum fidem fecit opinioni.

In hoc miserrimo rerum statu, *Vinum Lusitanicum*, modica Dosi, sed crebra propinavi: Quo, ad libras aliquot sine vomitu potui, Pulsus augeri, Vires aliqua ex parte refici notabam. Utrique tunc Malleolo, ubi sedem habuit primariam *Arthritidem*, *Phænigmu* admovi, quam ferri potuit, calidissimum; frigidumque renovavi, quoad Dolor & Tumor exoreretur: Hoc verò paucis horis spatii perfectum est.

℞. *Cacum. Rutæ, Sem. Sinapios, Raf. Raph. Sylvest. an. part. j. Fermenti vet. p. iij. cum Aceto Vinæ albi misceantur, & fiat Phænigmus.*

Tumori, ne in Sanguinem alienus humor retrocederet, *Epispasticum* applicui; cujus virtute, quantitas Seri bene magna eliciebatur. Dies etenim permultos, ne dicam Hebdomadas, effluxit; & quidem Flumine tam jugi, tamque magno; ut pro certo habeatur, foribus his apertis inimicum in exilium mitti; Causam *Arthritidis* continentem una cum Sero amandari.

Hujus Sententiæ confirmandæ gratia, duo subjiciam, quæ eam maximopere probare, omnique suspitione liberare mihi videntur. Alterum est, quod; qua proportionem Serum emanavit, ea planè augetur respirandi Spatium; ea, rediret Fames: ea, *Ventriculi* gravitas; ea, Dolor reliquaque omnia Symptomata tollerentur. Alterum est, quod diutorem ab *Arthritide* vacationem, longiorem ab ejus Paroxysmo quietem, ex eo tempore, quam per annos ante complures, æger obtinuit; Sanguine nimirum, methodo jam dicta, depurgato.

Ut autem extrudatur *Arthritis*, ut Evacuatio Serii tam benigna, tam commoda, promoveatur; utque ei tolerandæ sustinendæque par reddatur æger; Vinum ei, jam dictum, quotidie dedi bibere, & quidem assatum; Martisque Alcohol bis in die sumendum præcepi: Eo quidem cum eventu, quod; uti primæ rerum mutationi conciliandæ multum contribuit *Phænigmus*; ita ei continuandæ *Mars*; utraque verò ratione *Bacchus*.

Biennio post, cum ex *Ventriculi* gravitate, *Materiae biliosæ* Vomitu, Oscitatione, Pandiculatione, aliisque signis istius *Anomaliæ* in hoc ægroto præunciis, eam in propinquo esse præciverim; *Aquis Purgantibus*, semel iterumque opportunè datis, *Ventriculum & Intestina* purgavi; malum, eo loci mansurum, anteverti.

Ut contra *Arthritidem* Ægrotum, contraque *Anomalam* ejus *Ventriculum* defenderem; *Aquas Bæthonienses* biberet; ea, quæ roborant *Ventriculum*; simulque faciant, ut bene concoquat, (*Chalybeata*

§ 3 pem;

nempe, *Stomachica*, & *Astringentia*] sumeret, ægroto inter *Anomaliarum* initia suasi. Et quidem adeo ille fecit imperata, cumque exitu tam felici, ut, qui claudus antea, Pedum vix compos, non nisi difficulter incederet; miliaria duo tria ambulando jam facile metiretur: Ex eoque tempore sanior & integrior evasit, diuque persistit. Neglecta verò postea, quam dixi, *Prophylaxi*; vel parca, & indiligenter adhibita; multum ille torquebatur *Arthritide*, nunc recia, nunc *Anomala*; donec ea, multis post annis, confectus & oppressus, è vita cessit.

HISTORIA VI.

Cum Plenitudine Arthritis, partim recia, partim [in Ventriculo] Anomala, Purgantibus & Podagragogis allevata.

Civis *Iscanus*, vitam agens inertem, & desidiosam, ea de causa *Plethoricus* & *Arthriticus* evasit. Ætate constanti, postquam ex intervallis sæpenumero recteque doleret, tumore Pedis dextri tenebatur; eo, qui tum *Arthritidem*, tum *Plenitudinem*, manifestè agnosceret. Cum eo simul orta famis imminutio, Cibi fere omnis fastidium; similemque habuit cum eo progressum, & vehementiam. De Causis malorum istorum altera, communi, nempe *Plethora*, nemo usquam dubitavit; de altera, nempe *Arthritide* Pedem afficiente, quando Dolor *Articularis*, ceterumque *Pathognomonicon*, eum monstraret, non est controversum: Sed de eo locum in *Ventriculo* habente, Æger murmurare; & *Podagram Ventriculi* Morbum esse commentitium, & imaginarium, æstimare visus, multa seculum mullitare.

Ego, ut ejus ingenio morem gererem, humanissimum, & priscis moribus, Artisque Medicæ cum primis intelligentem, Dominum Doctorem *Hele*, eo tempore Medicinam hac Urbe factitantem, in consilium vocari, lubentissimè consensit. Huic ego totius morbi, sic, ut erat, compositi, Historiam enarravi; maximè verò *Arthritidem*, olim impertinam, nuperis diebus nimio plus quietam, explicui: Quibus auditis, propositam Ille viam mecum calcare non est dedignatus. Socia igitur opera, ægroto, antea perpurcato, *Chalybis* & *Pul. Rad. Ari C.* à me datorum usum, sed aucta quantitate, continuantes, hisce verbis consulimus.

℞. *Pul. Rad. Ari C.* & *Chel. C. C. Chel. cum Sulf.* pp. an. ℥ss. *Extr. Calami Aromat.* q. s. f. *Pil. horis duabus medicinalibus sumenda, cum Haustu seq. Julapii.*

℞. *Aq. Menthae, Flor. Chamem. an.* ℥v. *Stephani, Gent. C. an.* ℥iij. *Marg. pp.* ℥ij. *Sacch. q. s. f. Julapium.*

℞. *Sp. Vol. Oleos. Castorei an.* ℥ij. *miscet, sumat gutt. xxx. primo mane, & hora somni, cum Julapii, vel Vini alicujus Stomachici Haustu.*

Horum usu Medicamentorum, maximè verò *Pilularum*, multo & diligenti, Famem æger conciliavit, unaque opera humores *Ventriculi* Tunicis vitiosos exturbavit.

Historia dicit *Arthritidem*, cum *Plenitudine* conjunctam; partim rectam, & in extremitate Corporis agentem; partim *Anomalam*, & in *Ventriculo* latentem, sed & eam Medicinam expulsum, in Sanguinem relegatam.

HISTORIA VII.

Arthritidem ex Animi perturbatione Anomalam, in viam ducunt
Ποδαγραγωγία.

DOmnia R—— quinquagenaria major; *Arthritide* frigida diu multata, eaque Pedem nuper afficiente; propter Animi Pathemata, & turbas, nescio quas, domesticas, Materiam *viscosam* [interciso Paroxysmo] in *Viscera* retroactam habuit. Remisere *Malleoli* (id est, Partis affectæ) Symptomata, Dolor, Tumorque; & simili proportionem intendebatur *Arthritide*, Nausea, acidi & pituitosi Vomitus, Oscitatio, *Σάβρανα*, cum affectione *Ventriculi* Idiomatico nostro appellata (*Waterpangs*;) Nam *Oesophagum* ascendens, bis vel ter in die, ad ℥iij. vel iij. ab Ægrota, tanquam utero gerente, Aqua ore ejecta est. Hanc Affectionem imbecillitas Spirituum, Palpitatio Cordis, Faciei pallor, Vox tremula, languens, & inusitata animi dejectio sequebatur.

Ab *Arthritide Anomala*, & ad ea quæ intus sunt; in versa, Symptomata ista proficisci minimè dubium erat. Hoc Historia morbi, & Symptomatum ordo demonstravit. Utque deviam *Arthritidem* in locum proprium, in Artus ducerem, propositum mihi palmarium erat, & medendi Indicatio.

Quem in sinem, impedimentis, quæ *Stomachum* & *Intestina* premerent, per Alvi ductionem expurgatis, *Infusum amarum Martiatum, horis duabus medicinalibus; Bolum Cardiacum, (è Pul. Cantiano, Chalybe Nutrito, &c.) hora somni, cum Jul. Haustu; Spiritus vol. Oleos. gutt. aliquot, sæpius in die, cum idoneo quolibet vehiculo dedi.* Unde Fructus, brevi temporis spatio, Spe omni major, *Votis par.* Restituta sunt *Viscera*, scintillarunt *Oculi*, doluit iterum *Malleolus*, servata est Ægra, & quidem una *Arthritidis* amotione, & in *Pedes* ἰσχυρῶς.

HISTORIA VIII.

Arthritis vaga primò Partibus ex contusione læsis; deinde Ventriculo hærens in Sanguinem resorbetur, in Artus emittitur.

Vetula quædam, origine, *Arthritica*, dolores habuit diu per Artus hac illuc erraticos; postea, contuso Corpore (quum ab Equo forte cecidit) læsis & debilitatis Partibus in hærentes. Hi verò deinceps, locis hisce relictis nescio qua de causa *Ventriculum* invasere: Namque Nausea, & Vomitus secuta erat permolesta, cum Motibus Convulsivis & Hystericis aliquot accidentibus.

Nihil clarius esse potuit, quàm quod ea, quæ olim Membra infestaverat Materia, peccans & *Podagrica*, primum Partibus contusis, deinde *Ventriculo* committeretur: Atque huic confusus opinioni; principio curandum existimavi, ut Vomitu sedato Materia *Ventriculum* aggravans per Anum ejiceretur. Præmissis igitur *Laudani* guttis aliquot, sub ejus præsidio *Pilulas* exhibui purgantes; quarum ope, ut & *Enematis* postmodum immissi, ægrota deiecit imparata bene multa. Peracta Catharsi, *Pulvis è Chel. C. C. & Rad. Ari Comp. an.* ℥ss. *tertia quæque hora, sumebatur; cum Julapii haustu Hysterici, & Sp. Vol. Oleoso.*

Hisce remediis ex lege usurpatis, notatu jucundum

Jucundum erat, quibus gradibus sanitatem Ægra recuperaret. Primum, ut ex istiusmodi *Cardiacorum* usu solet, Calor oriebatur universalis; eique tandem aucto, & magnum in modum evelto, *Ventriculi* successit allevatio: sic, ut à Sanguine celerius & rapidius circumvecto, *Miasma Arthriticum, Ventriculi* Tunicis infixum, resorbere, & in Sanguinis sinus recondi censeatur.

Ad tuendum *Ventriculum*, & *Arthritida* procul emittendam, *Tinct. Martis* (ex ejus *Limatura* & *Succo Limoneo confecta*) *gtt. xx.* semel his in die sumendas, cum *Infusi amari alterantis* *Hausu*, præcepi. Quorum ope *Ventriculi* cautum erat, & rectè egit *Arthritis*. Nam ex illorum usu [uti posthæc, ex illis repetitis, sæpe] ægrotavit Anus hæc *Articulis*, at, per integrum jam decennium, & eo amplius, ne semel quidem, ut observavi, *Ventriculo*, vel *Partibus infirmis*. Tanti usus sunt, in ordinanda *Arthritide*, *Chalybeata*.

HISTORIA IX.

Multum interesse, qua tempore labore Æger hac Anomala; ad eamque removendam, tam externa, quam interna, nonnunquam in Corpore validissimo requiri.

UT autem pateat, multum interesse quo anni tempore, qua tempestate labore Æger hac Anomala; Exemplum hujusce rei magnum adducam. Homo *Dannoniensis*, propter *Isca* ripam agens, *Arthritidem* habuit à Parentibus ductam, autumno vel hyemæ maxima ex parte redire solitam. Hyems erat, quum, nescio qua de causa, *Ventriculum Arthritis* iniiit, eumque crudelissimè gravavit.

Cum eo loci res erat, accitus, de Morbi ingenio & natura ex Symptomatum ordine judicans, *Arthriticum* eum esse comperi, & in Artus materiam amoveri vitiosam quam citissimè debere. Atque illuc cursum dirigens, *Vini* & *Chalybis* eam quantitatem dedi, eoque cum eventu, ut ex animi sententia Pes doleret, *Ventriculus* sublevaretur: Ægri verò rebus favere, & ad educendam *Arthritida* non parum conferre, inventa est *Coeli*, medio Hyeme, clementia.

Sub id tempus, Vento, qui aliquandiu mitis fuerat, in Aquilonem mutato, tempestas ingruit acerbissima, frigus intensissimum: atque hujus sevitia, ambitum Corporis urgeate, retroacta est, in ea, quæ intus sunt, *Arthritis*. Expellentibus altera vice usus sum, &, ut Materia denuo extruderetur, elaboravi: quod tamen, nisi remittente prius Frigore, minimè patratum.

Iterum Pede doluit ægrotans, & quidem eo usque, donec renovato frigore *Arthritis* jam tertio *Ventriculum* invaderet. Huic autem adeo jam per Frigus [quo, ut Terra obrigit, ita valde contracta fuit ægri Cutis, humidumque intus actum] infixa est; ut eo loci dehinc ad ipsum Vitæ terminum maneret: neque *Vino*, neque *Ferro*, etsi plena manu exhibito, neque ulla *Cardiacorum*, etiam si fortissimorum, vi dimoveretur.

Quid per *Phanigmas*, ejusmodi externa *Arthritidem* evocantia, fieri potuerat, (quando *Tyrone*, militiam istam nuper ingresso, mihi nullus erat tum temporis eorum usus) nihil habeo, quod dicam. Ex eo verò didici, *Ventriculi* hunc Affectum unis ore assumptis, in Corpore validissimo, non semper auferri: verum externa, in auxilium & optam iis sociam adjungi, nonnunquam oportere.

HISTORIA X.

Cibi fastidium, & Asthma, ex Arthritide Ventriculum infestante; ea expulsa, sublata; ea denuo repulsa, recidiva.

SENEC Arthriticus dolore Pedum, cui olim assueverat, aliquandiu liber, Appetitu læso, difficili Respiratione laboravit; utroque tam urgente, ut in dubio non modo Salus, verum etiam Vita esset. Tum denique de Medico quaeritare. Cum illam esse rerum conditionem, mihi denunciatum est; ab *Arthritide* inversa, *Ventriculum*, & spirandi organa afficiente, turbas hæcè concitari, sum arbitratus: ideoque, quando Ægri vires infractæ consumptæque Purgationem minimè paterentur, primo quoque tempore *Bolum*, ex *Pul. Camiano*, & *The-riaca Andromachi* deglutiendum, una cum *Vini rubri* *Hausu*, *Spiritusque* vol. *Oleof. gtt. aliquot*, dedi, & hora quaque quarta repetiit. *Cardiaco* isto fortè & generoso pro re nata, repetito, factum est, ut in Artus statim expelleretur *Arthritis*; ut ab ea dolerent, tumerent *Articulamenta*. Felici huic Humorum *Miscelæ* debuimus, quod in mediis periculis, in extremo discrimine non omnino Spe destitueremur.

Ut eum, quem ita nacti fuimus, locum teneremus, *Infusum* dedimus *amarum*, *Vino Xeresano* factum, modica quantitate, ter in die, potandum. Unde quidem multum Æger *Articulis* doluit, multum profecit: Hæc autem æstate acta, & favente *Coelo*. Vix aderant *Saturnalia*, cum malum recruduit, propter Hyemæ inclementiam, forsitan gravius & intolerabilius. *Chalybe*, *Cardiacis* valentissimis tentata est Curatio; sed nequicquam. Morbo, Hyemæ, Senectæ oppressus Æger è vita excessit. Quib. verò per Evacuationes opportunè adhibitas fieri potuerat, quando earum nulla mihi data fuit opportunitas, nihil ausim affirmare. Is autem, modo *Vires* annuissent, opus fuisse autumo.

En *Asthma* & *Apoplexia*, & *Arthritide Ventriculi* infestante: ea verò in Artus expulsa, eadem sublata: repulsa denuo *Arthritide*, recidiva eadem, importuna, mortifera.

HISTORIA XI.

Ex Arthritide Cardialgia, ut & aliis *Apoplexiis*, per Catharticum & Humores in Artus expellentia, feliciter curata.

SENEC honorabilis, à multis annis Paralyticus; *Arthriticus*, Sexagenario major, Tumore Pedum continuo laboraverat tali, qui *Hydrops* antecedere, præque foribus eum esse, videretur ostendere. Totum enim propemodum Pedem ad Genu usque occupavit, Digito prementi cessit, ejusque foveam retinuit diutinam. Jampridem autem, (quod in hoc casu maximi est momenti) evanuit Tumot omnis, sive *Hydropicus*, seu *Arthriticus*.

Erat insuper huic ægroto, quæ quidem Paralyticis familiaris, Sputatio jugis; sic, ut diei spatio te- libram sæpe expueret, & quidem quo plus, (quod observatione longa palam erat) eo illi melius. Nam, cum noctu lecto; cum interdiu cathedræ perpetuo figeretur; itaque Exercitatione pene omni, ejusque effectu, tum Urina, tum Perspiratione liberiori, privaretur; majori Salivatione usa est Natura, & per eam aliarum Evacuationum defectus quo-

dammmodo refarcivit. Saliva autem, hoc tempore suppressa, una cum Tumore Pedum abeunte, aliisque mali moris Symptomatibus, in periculo versari Ægrum manifestavit.

Iis adjiciendum, quod paucis post diebus *Cardialgia* suboreretur; quæ, cum perpetua ferè esset, & *Avopçia*, cum *Melancholia*, tanquam satellitibus, stipata, Ægrum ad eò confecit, ut simul & Caro multum, & unâ cum ea Vires absumerentur.

Cum mihi jam antea daretur, Celeberrimi hujus Viri rebus invigilare Medicis, salutique prospicere; malum illud nihil aliud esse judicavi, quam *Arthritidem* inveriam, *Ventriculo* fixam, & quæ ab ejus *Anomalia* fluxerunt accidentia. Proindeque, ut *Ventriculus* & *Intestina* primum exonerarentur, & tunc in Artus emitteretur *Arthritis*, conceptis hisce verbis præscripsi:

℞. Aloës rosar. Pulv. Myrrhæ, Scammon. an. ʒ. Res. Jul. gr. v. Ol. Abf. Chym. gut. j. Extr. Cent. q. s. f. Pil. v. manè deglutienda.

℞. Tart. Laxant. Divj. cum Jusculi Avenacei haustu, circa horam decimam sumendos; si Pil. tardius operabuntur.

Hora somni post Purgationem, sumat Pul. ʒ. Chel. C. C. & Marg. an. ʒb. cum Aquæ Cin. bord. ten. Melissa an. ʒib. Pæoniæ C. ʒiij. Sp. vol. Oleof. gutt. xx. Conf. Alk. ʒj.

℞. Conf. Abf. Rom. ʒj. Pulv. Rad. Ari C. Alkool M. an. ʒb. Syr. Abf. f. q. s. f. Bolus.

℞. Tinct. Myrrhæ ʒj. Sp. vol. Oleof. ʒb. Pul. Gentian. ʒj. misce, igne arene digere, f. Tinctura.

Præmissa Purgatione, sumat Bolum bis in die, cum Julapii Haustu; hora ante prandium, Tinct. gutt. à xxx. ad xxx. cum idoneo quovis vehiculo.

Pharmacis hisce aflumendis, solito diligentius Æger, alias Pharmacorum osor, incubuit; & quidem eorum viribus *Arthritis*, à *Ventriculo*, & iis, quæ intus sunt, remota, in Artus exulare: Dolore Articulorum; tumere Pedes; quodque isthoc amplius, abire *Cardialgia*, redire Fames, incolumitasque, pro Ægri ætate, cæteraque ejus conditione, magna.

Quando, ex quiete nimia, aliisque in sex non naturalibus erratis, vitium alio tempore contraxerat *Ventriculus*; paucis post diebus detumescere Pedes, fluere desit Saliva. Malum ex eo notabatur ingravescere. Cibi enim omnis obortum est fastidium, *Intestinarum* æstus; & dolor erat, Faciei pallor. Ab Ore & Pedibus, ad *Intestina* Humorem *Arthriticum*, & serosum ejus vehiculum ferri constabat. Per Vinum & Oxymel Scilliticum, perque Solutum purgans, Ductum alimentarem exinanivi. Pituita & Cruditate omni amota, per Infusum amarum, forte & generosum; perque Chalybeata factum, ut *Ventriculo* Fames; ut Ori Saliva; ut Pedibus Tumor; ut Faciei Color; Verbo dicam, expulsi, ad *Intestina* Humoribus vitiosis, ut Ægro nobili conciliaretur, quanta maxima potuit, incolumitas.

CAPUT III.

De Colica Arthritica.

ARTIC. I. Post Affectus eos, qui in *Ventriculo* sunt *Arthritici*, lata ducente via, ad illos, qui attingunt *Intestina*, descendendum est: Quorum è numero *Colica* dandus est Principatus; tum quod ea frequentissima è omnium occurrit, tum quod (ut solet evenire) magno cum supplicio laborantur. Hæc autem *Colica*, mihi unè contenta *Intestina*, Frustram à *Ventriculo* ad Anum omnem, etiam si non eodem tempore, tenet, & in ea sedem ponit. Imò

quidem sæpè sit, ut cum *Intestinis* hæc *Colica* vexatis, *Ventriculus* etiam, & quidem *idoneo* afficiatur; nonnunquam multum affligatur.

II. *Colica* vultum induit *Arthritis* & fixa, & vaga; & Regularis, & *Anomala*; & Primigenia, & Symptomatica. Horum omnium membrorum omnino nullum exstat, quod interdum ita non faciat. E Symptomatis verò ea creberrimè, quæ *Colica* succedit; quæ à *Colica* incipiens, in eam desinit. Ea citissimè Partes has invadit;

Ad limina nota,

Ipsa domum se fert;

& Artus & *Intestina* vicissim occupans sedem habet ambiguum. In natu grandioribus, & infirmis (qui *Anomaliarum*, uti dixi, *Arthriticarum* mos & consuetudo est) induit sæpissimè; in Athleticis, & ætatem nondum mediam ingressis, aliquando. Hujus autem *Metamorphoseos* modus & ratio talis est.

Quum Æger diu recta *Arthritide* per vices doluit, & jam ætate provecus est; vel ex debilitate, vel alia aliqua de causa statim exquirenda, Natura Paroxysmos identidem intermittit; & nullos, aut raros, aut parvos & breves edit. Paroxysmorum istam defectionem usitatissimè sequitur, ocuus aut tardius, in iis, quæ intus sunt, novum quoddam malum; interdum autem caterva Symptomatum illa, quæ *Colicam* manifestè indicat. Primum, universi corporis Ægrotationem, & *Avopçias* æger, non raro Nauseam quoque sentit: tum Dolorem *Intestinarum*; qui plerumque fixus, & eidem quasi Puncto (Pali instar) hærens, portionem quandam Abdominis tantillulam (quod sæpè observavi) præcipuè *ἐπὶ τῷ ὀμφαλῶν*, pungit excruciatque. Huic Symptomati aliud ferè æquale est, Pectoris nempe Oppressio, & tanquam ab onere incumbente Gravititas; quæ, ut hujusmodi *Colica* afflictiis ferè cunctis accidit, ita quidem iis molestissima est. Hæc duo Symptomata, (*ἄσφοδρα* nimirum, & Gravititas Pectoris) summa & primaria judicentur; quibus secundo loco adnumeranda Præcordiorum distentio, *βροχόσμοι*, Ructus, Materie plerumque biliosæ vomitus, Alvi segnitias. Tertio loco, Accidentia *ναεὶ* *ὑπερναδεν* nata; qualia sunt Oculorum languor, Spirituum defectio, Vigilia, Animæ remissio, anxietas, & si morbus duraverit, universi Corporis imbecillitas & macies.

Etsi non semper, tamen sæpe Autumno incipit hæc Tragedia; & nisi opem auspiciato Medicina ferat, per insequentem Hyemem ægrum affligit, & quidem miserabiliter. Nam à prima *Intestinarum* aggressionem, Flatu, Tristitia, Dolore languet ille & deprimitur: noctu vigilat, interdum lamentatur; dies noctesque calamitosas agit; donec Somno, Cibo, refectionibus Vitæ necessariis privatus, Vomitu creberrimo lacessitus, Dolore fractus & enervatus, Macie confectus, serius citiusve (prout illius Vires sunt) vitam cum morte ærumosissimam commutet.

III. Ex his Phænomenis, de morbi hujus genio & natura statuere, non erit difficile. Quid enim magis in propatulo, quam quod materia ista *Arthritica*, quæ ad *τὴν ἄσφρα* propelli sueta est (Natura novis utente consiliis, alioque instituto) jam in Visceribus deponatur, ibique dictam moveat Tragediam: Illa Fames tollit; illa *ὑπερναδεν* infert; illa Vomitus ciet; illa Præcordiorum Inflationem creat; illa Pectus aggravat; illa dolere facit *Intestina*.

IV. Unde sequitur, quod, in hoc Aff. tu detegendo, ejusque formanda Diagnosi, quanquam prima facie plurimum valere videantur è prædictis aliquot Symptomata; *ἄσφοδρα* præcipuè, & Pectoris

ris Gravitas; tamen, quum Colica huic Arthritica illa non sunt tam propria, quin aliis Colicæ speciebus eadem conveniant; hanc ob rem Arthriticam nostram ut rite digoscamus, aliò progrediendum est. A nullo autem alio fonte melius petenda est illius notitia, quam à Morbo præcedenti, Arthritide scilicet regulari; præsertim ab illius nupero Paroxysmo; ab ejus silentio, sive intermissione, Paroxysmum istum insequente; & Colicæ illi silentio superveniente. Quam quidem Morbi Historiam, ejusque aliam ex alta parte ordine perspicuo fluentem, quisquis studiosè ponderaverit; de Colicæ hujus natura, eamque revera esse Arthriticam, ut opinor, minime dubitaverit.

V. Hæc, de Cauſa hujus Colicæ proxima, sive Continente; quæ est ipsa Materia Arthritica in Evisceribus infusa: qui verò ea infundatur, sive quæ sint hujus Morbi Cauſæ remotiores, loco jam proximo dicendum.

Eæ duum sunt generum; Externæ, vel Internæ. Externæ Materiam hanc, Extremitatibus sive commissam, sive committendam, intro pellunt, & Intestinis illi faciunt. Cujus ordinis sunt Frigus, Tibialia nimis arcta, Vincituræ, Emplastra, unguenta, Cataplasmata, &c. Repellentia. Frigus, uti Colicam exquisitam ab omni ævo incurere, & vel ideo in Cauſis ejus evidentibus locum non ultimum mereri; ita quidem Arthriticam identidem antecedere, etque producendæ multum conferre, certissimum est.

VI. Internæ sunt permulæ: Earum verò princeps habeatur Intestinalium à Natura Imbecillitas, sive Aëria; qua, ad sustinendum humorum in Corpore libramentum, imparia redduntur illa, & (secundum Leges à Mundi principio ratas & stabilitas) oneri nimio tum accipiendo, tum ferendo, prona. Quæ quidem Cauſa, quandoquidem constans & perpetua est, non modo Colicæ conducit primum afferendæ intendendæque; sed, quod magis est, eidem postea sæpius revocandæ redintegrandæque.

Alia magnæ ad hanc Colicam efficacitatis Cauſa, Impuritas & Cruditatis massa est in Visceribus cumulata. Rex notissima est, ab Hepate, à Pancreate, Glandulisque fragiformibus; in ductum Intestinalium mitti Sanguinis Impuritates & Recrementa: Pari etiam modo notum est, à Ventriculo Cruditates accipi creberrimas; in Intestinis sibi copiosissimas. Quoties verò Arthritico, quoties Colicæ id obvenit, ad progignendam hanc Colicam mirum quantum operetur. Alienæ hujus Massæ contagio & allatu inscruantur Intestina; & Arthriti intro (non aliter quam Emplastro, sicut ante dictum, aut Phenigmo attrahente Pedibus admoti, extrorsum) invitata est. Verum, ut hic loci præcipue, sæpe à me notati, mentionem faciam; nullæ unquam Impuritates hac in re plus efficere videntur; aut ad Colicam gignendam magis valere, quam quæ sunt Bilioſa: quod, Ægrotantium excrementis, sive ore, sive alvo redditis, ostendi solet. Impuritates in hujusmodi Ægris hac via copiosius è Sanguine effundi, id facere videtur; quod, vitam agendo sedentariam, parum ii per cutim emittant, Humoresque, per quædam expelli solitos, intus ferri, & in Visceribus deponi sinant.

Inter hæc Cauſas porro censenda sunt, & quidem merito, aliena ore demissa, ut Fructus vitæ, &c. Pomaceum nimis acidum, immoderatè sumptum; aliaque in Viſtu, præcipue frigido, errata.

VII. Hujus Morbi notionem quicumque rectam habuerit; à Colicæ, Humoribus, aut Flatu orta; à Bilioſa, Hysterica, reliquisque speciebus, quantum ille separetur, facile perspexerit. E contrario, quamnam species ad hanc nostram maximè appropin-

quent, & qua in re, ut videamus: Ratione Originis, Colicæ Humoralis, quoad à quiete nimia & Aeris constitutione frigidiori fiat; eatenus cum Arthritica concordat, & eandem habet cum ea Cauſam evidentem; quæ Materiam utrobique committat Intestinis. Ratione Materie, Colicam hanc maximè repræsentat ea, quæ Pestilens; (qualis ab Ægineta describitur [a]). Hujus autem Colicæ, ut & Humoralis, cum Arthritica similitudo tam languida, tam mediocris; ut in hac re Medicus, si Symptomatum attendat ordinem Pathognomicum, ne decipiat, non est ut multum vereamur.

VIII. Hæc, ut ab aliis Morbis sejungatur hic Affectus; jam à se quemadmodum differat, & quod duplex sit, examinemus.

Ratione Materie, nunc purè Arthritica; nunc autem (ut in Tribus Symptomata) Scorbutica, Scrophulosa, &c. Differentias habet, cum affinis Symptomata Tribus Anomaliis, communes.

Ratione Subjecti; modo eidem quasi Puncto, uti terebrum, infigitur, modo, sed rarò quidem, Intestina pervagatur; modo etiam Ventriculum comprehendit.

Ratione Cauſarum Procatarticarum; alias externa aliqua Materiam repellente; alias Massa in Ductu alimentari coarctata, & eam intus alliciente; alias binis hisce Cauſis conjugatis; alias earum agente nulla, sed mera Viscerum imbecillitate, contrahitur.

Itaque licet hic Affectus unam eandemque retinet Naturam; modos tamen, & ejus accidentia, præ se fert diversa.

IX. Colicam exquisitam raro vitæ spatio aliquid demere, magnaque ex parte periculo vacare, pervulgatum est. E diverso Arthriticam, Morbum sæpe lethalem esse; semper autem periculosum, habemus exploratum. Si Pectoris Gravitas, si Intestinalium Dolor, præcipue pungens, diu perſiterit; malum Gradatim it in pejus Æger, donec è medio cedat, Rara unquam, hoc casu incolumitas, nisi Arthritide in extremis partibus apparente, sed neque ea omni, aut semper. Nam si Dolor erit Articularum, manente interea in Visceribus sterquilinio, ab isto Dolore extero spes evanida, inanis. Intus statim allicitur Arthriti, & Ægrum sæpe opprimit.

At si Intestinalium Dolor, Pectoris oppressio, Alvi que tarditas penitus tollatur, simulque sit in Extremitatibus Arthriti, ea Morbi facies hilarior; is statim optabilior.

Si verò proſus fileant eorum, quæ intus sunt, querelæ; si revertatur Appetitus, & eodem tempore fulgeat in extremis partibus Arthriti, tunc demum æger se potest; tunc Gallum Æsculapio litabit. Quod ut fiat, quaque methodo medendi, jam proximè dicetur.

X. Quandoquidem ad hunc Affectum interdum Febris, à Bile orta, se adjungit; in Curationis initio id agendum, ut Pulsus, ut Æstus, ut Sitis, ut reliquorum Febris indiciorum habeatur ratio; & ad præcavendam phlogosin si opus erit Venæsectione, in ipso limine operis ea fiat; parè verò, neque supra modum huic Symptomati levando necessarium; ne, eum nimis excedendo, Arthritidis posthæc expellendæ tollatur omnis facultas.

Secundo loco videndum, una cum Intestinis utrum Ventriculus istiusmodi afficiatur; præsertim, cruditate & alienis rebus utrum aggravetur: Hoc casu nihil antiquius habendum, quam ut, epoto Tea, vel Cardui Decollo (neque enim Emetica (uaderem valentissimæ) cieatur Vomitus.

Postridie Vomitus, si vires Ægræ permise-

(a) Lib. 3. Cap. 43.

rint, aut interposito die uno fiat Purgatio; vel per *Ex-tractum Eustachianum*, & *Res. Jalap.* quibus, si placet, adjuungi potest *Mercurius dulcis*; vel per *Syr. e Spi-na*, & *El. Salutaris*; vel, si Febris urgeat, per *Manna*, & *Salem Catharticum*, *Aqua bordeata solum*; vel per aliud quodvis Purgans, ad hanc rem ap-positum. Vespere, tam eo post Vomitum, quam eo post Purgationem, nihil Paregorici (nisi si *Ungu-entum*; aut aliquid improvisum id exegerit) ad-hibeo, ne illo *Arthritis*, in Paroxysmum eruptura, tanquam sufflamine, retineatur.

Aded valet hac in re, & tanti est momenti Pur-gatio, ut, omnia illa sive negligentia facta, si non mudentur *Intestina*, perturbata erit Curatio; & post conatus in ea varios incassum factos, sæpe illuc redire necessum erit, ubi per negligentiam est peccatum; ad *Intestina* nempe expurganda. Quare, si Purgatio minus perfecta fuit, neque rebus agri conveniens, omnino repetenda est; & quidem eo usque, donec proposito respondebit. Atque hoc casu, diebus Purgationi interpositis, nunc *Pul-veribus Testaceis*, nunc *L. fuso amaro alterante*; illis, si Acido; his, si Bile abundant *Intestina*; ne planè nihil agam, insisto.

Quibus absolutis, & iis, quæ viam præcludebant, amotis expeditisque, (quo quidem iter quasi medium confici videtur) ad *Arthritis* extrudendam, nec quidem citius, incumbo. Hunc in finem faciunt, præter *Arthritis* expellentia, (Capite primo memorata) nonnulla Remedia *Colicæ* ab antiquo propria; ut & *Aromatica*; quæ cum prædictis non ineptè complicantur. Hæc autem sunt *Pulvis Zo-doaria*, *P. Rad. Ari Comp. P. Aurant. C. Cl. Ful-leri*, *P. ejusdem Bezoaricus*. *Spec. Diatr. Piper.* *Spec. Calaminib. simp. Spec. Diambra, Dianthus.* *Elect. e Baccis Lauri*; *Mixturatum*, *ZZ in In-dit cond. cum ejus Syrupo.* *Olea Chymica, Bacc. Ju-niperi, Seminum Cumini, Carvi, Feniculi dulcis, Anisi,* & ejusmodi *Carminantium*, & *Aromaticorum.* *Vinum Xeresanum, aut Rubrum Lusitanicum simplex, vel ama-ri & aromaticibus alteratum.*

His munitis auxiliis, ad *Arthritis* expellendam, & in Artus amoliendam, ita progredior. Egro in lectum dato, *Pulverem*, vel *Bolum*, vel *Pilulas* præcipio.

R. Pul. e Chel. C.C. ʒi. ʒij.

Chal. Nutriti gr. v. misce f. Pulvis Comp. Vel
R. Pulv. Zedoar. ʒb. Spec. Calaminib. Simp. (vel
Diambra, ʒj. Alcohol Martis gr. v. f. Pulvis. Vel for-ma Boli,

R. Elect. e Baccis Lauri [vel Mixturati] Pul. e
Chel. C.C. an. ʒj. ʒib.

Alcohol. M. gr. v. Syr. Aurant. q. s. Bolus. Vel
R. ZZ in Indit cond. Pul. Rad. Ari C. an. ʒj. ad ʒib.

Chal. Nigr. v. Syr. N. M. q. s. Bolus. Vel
R. N. Myrist. cond. pec. Diambra. an. ʒj. Chal. N. gr.
v. Ol. Jasp. Chym. gr. j. Confect. Alk. S. M. q. j. Bolus.
Vel forma Pilulari,

R. Spec. Diatr. Piper.

Pulv. Serp. Virg. ʒb.

Chal. Nutrit. gr. v. Extr. Ruta q. s. Pil
Hisce Compositionibus superbibatur *Vin X resani*,
vel *Rubri Lusitanici*, vel *Julapii* Haust. s.

R. Aq. Cardui, Mentha,

Lactis Alex.

Chamam. Comp. an. ʒiij.

Sp. Juniperi ʒb. ad j.

Marg. pp. ʒb.

Sacch. albiss. q. s. Julapium Vel

R. Aq. Lactis Alex. ʒxij.

Sp. Cerevis. Brunsvicensis ʒiij.

Marg. pp. ʒb.

Sacch. q. s. Julapium.

At si Forma aridet liquida, *Infusi* Haustus, cum

adjecto *Marte*, detur ebibendus.

R. Rad. Zedoar. Galanga, Calami Aromat.

Cacum. Absinth. R. an. ʒj. Bacc. Junip. Crocâ
Brit. an. ʒj. Infunde in Vini Xerani ʒij. ad alteratio-
nem idoneam, tunc coletur Infusum.

R. Hujus Infusi ʒiij.

Alcohol. Martis gr. v. f. Haustus, ante bibendum
agitandus.

Ex hisce, vel huiusmodi Medicamentis, sumatur ali-quod, quarta, quinta, vel sexta quaque horarum medioque Medicamentorum intervallo, *Vini*, e prædictis vel ejusmodi generosi, Haustus; ea quantitate, quam æger tunc poterit haurire maximam. Quæ quidem Re-gula, de Medicamentis etiam tenenda est: Ea nempe Dosi, & frequentia, oportere illa dari; quæ non aliam Febrim sive in Sanguine Orgasum, excitaret, quàm quæ *Arthritis* ad rem amovendam, satis inve-niretur.

Ita subinde fit, in robustioribus scilicet, aut Spi-ritu Animali valde *Elastico* donatis; ut à *Purga-tione*, maxime si utraque [tam ea, quæ *in* mo-vet, quàm ea, quæ *in*] præcesserit; sive propter agitatam Sanguinem, sive propter impuritates (qui-bus uti dixi, in Visceribus retineri solet *Arthritis*) expulsas; ea jam suapte sponte erumpat in Artic-ulos, & evadat *Regularis*. Hoc quandocunque, fiet unicum restabit; ut eo loci illa, quicquid iracundiæ permanet, exerceat; quicquid humoris effundendi, effundat. Verum, ut hoc interdum, & quoties fieri contingit, auspiciato sit; ita quidem, & contrario, ante-quam illuc perventum, & *Arthritis* Artubus affixa erit, plures sæpe interveniunt difficultates; plures sco-puli deteguntur, qui moras in sanando Egro medenti faciunt gravissimas; quibus quasi digito demonstren-dis, jam proximè incumbam.

Interdum igitur *Intestina* torqueri, & Spasms ita contrahi manifestum est; ut Medicamentum ea purgans, etiam si *Spasmodicis*, non sentiant; multo minus ob-secudent, & obtemperant: quo rerum statu, Abdo-mini *Foetum* admoveere oportebit, eumque aliquoties repetere.

R. Cacum. Abrutan. Artemis. an. ʒj.

Rad. Aristoloch. rotund.

Flor. Chamam. an. ʒij.

Bacc. Junip. ʒj.

Sem. Carvi, Fenic. d. an. ʒb. coq. in Aq. Font.
Rx. ad v. Colatura adde Sp. Vini vulg. ʒij. pro Ecce
Ventris calidissimo.

Post omnem fovendi vicem, eo, quod sequitur, *Venter* illinator.

R. Unguenti Martiati ʒij.

Ol. Tereb. vel Picis liquid.

Rhod. Ch. gr. v. f. Linimentum.

Galbanetum Paracelsi, ut apud *Riverium* est, [Ca-pite de *Colica*,] *Linimenti* hujus locum imple: e, & totus eo *Venter* illini potest.

Nonnunquam autem, maxime in teneris Corpori-bus, etiam postquam *Intestina* fuerint purgata, multæ restant eorum contractiones, multus Dolor; nunc continuus, nunc intermittens: qui quidem eorum Affectus, cum sit omnino *Spasmodic*, partim *Foetum*, & *Linimento* prædicto; partim *Enemate* sequenti (quod Animales Spiritus mulcere, delimit, & in ordinem po-terit redigere) vincendus est.

R. Vini Canarini ʒb.

Elect. e Baccis Lauri ʒb. f. Enema, alvo diu re-
tinendum.

Est autem, ubi *Ferri* Præparata, propter imbecilli-tatem, *Intestina* respuant, & quam citissime Ano eji-ciant, una cum Medicamentis ei coniunctis. His a-gro-tantibus e re esset, omisso *Ferro*, Medicamenta præ-scripta per se dare.

Alias observare licet non modò *Ferrum*, sed
& alijs

& aliquando Pul. Testaceos, Arthritidis propellendæ causa datos, duos scilicet d. m. c. l. q. u. e., descendere, & per alvum reddi. Quoties hoc fiat, astringenda prorsus ea, priusquam in Arthritide dimovenda, quicquam profeceris; neque enim, fluente vivo Arthritide expectanda regularis. Ea verò, Terra Japonica, Creta, Sanguine Draconis, & ejusmodi mollioribus astricta; per Ther. Androm. Elect. è Base. per Species prædictas, è Regno Vegetabili sumptis; perque Olea Chymica; illa nempe remedia, quæ minus irritent, progredi juvabit.

Quamprimum Medicina, quæ Arthritidem extradat, Aëri rebus est aptata usui ejus interno, per bidui, vel tridui spatium insistendum est; eoque tempore in ea consumpto, si per hosce dies in Artubus nulla in conspectum venerit Arthritis, ad Emplastra, Cerata, Phlegmas, & ejusmodi Arthritidem evocantia, (Capite primo relata) confugiendum est. Quinto postquam in Articulis apparuerit, Πεδυζαζωγίε ore sumendis usque uti conveniet; donec Articulis hærens, & affixa, de suo in Intestina reditu & πάλιν ποίησιν, locum ea suspicioni nullum relinquat. Hoc autem punctum cum attingeris, & in rectam Arthritidis viam denique redieris; in ea, cum Remediorum portione dimidiata (duplo scilicet eorum intervallo, vel subdupla Dosis, ut in Capite præcedenti declaratum est) procedere juvabit; & quidem dies quatuor, sex, vel octo; eo nimirum usque quoad alienum sive per Extremitates eliminatur; sive in eas adeo protrudatur, ut de Intestinis iterum, intra breve spatium, impetendis nihil metuemur.

Notatu verò hoc dignissimum, utque adeo jucundissimum, quod, Articulis quamprimum fixa est Arthritis, lato quidem omine, spem & vitam pollicetur. Visceribus statim melius est; quæque inus mali fuerint vestigia, subito tolluntur. Oculorum acies, Vultus vigor, Fames, & Concoctio restituitur; & in vado res salutis est.

Diæta per totum hunc decursum, qualis & quanta esse debeat, ex omni parte κατὰ μέτρον ordinanda est. Nihil admittendum, quo in ea usquam peccari possit. Panatella, Gelatina, C. C. & Eboris, Panis biscoctus, Jusculum pullinum, maxime autem Vinum prodest, vel simplex, vel Decocto albo temperatum. Certè Vino assuetis ab eo permagna expectatio; permagna est utilitas; quare is præsertim illud largiter exhibeo; eam nempe quantitatem, quæ Calorem Intestinalis conciliet; quæ Arthriticum Miasma ex in ad τὴν ἀγῶνιαν pellat; quæque eo loci id impune figat. Hanc autem operam optimè navat, quod è Lusitania rubrum hodie nobis apportatum est; ægro ad ἥβη, ad libram integram, vel etiam duas, Nycthemeri spatium, si ad rem propositam opus fuerit, concessum. Alvus si dura, (quod, tum testis incumbenti, tum Colica, tum Arthritide laboranti familiarissimum) Enemate Oleoso, vel è Jusculo Vervecino, lubricante, diebus alternis molienda.

Interdum observare licet, ægrum, Arthritide è Visceribus expulsa, perque Artus exulante, penitus emancipatum; Ventris adhuc inflatione, doloreque Intestinalium urgeri; sic, ut exspes & despondens ille, per tanta Aris molimina, parum in Salute sua renovanda fieri; postque iter procellosum & scopulis plenum, in ipso portu se denique periturum opinetur. Hæc autem Flatuum, & Naturæ morbo debilitatæ, sunt indicia. Valet hac in re, ad Flatum educendos, Enema, è Vini Canarini ῥιζι. Elect. è Baccis Lauri ῥιζι. diebus continuis, vel alternis immissum; valet Infusum amarum, & ejusmodi Stomachica, quæ tum Fæcem acuant, tum etiam Coctionem emendant.

Ista medendi methodo, (primas nempe Vias

purgando, posteaque foras Arthritidem mittendo,) Colica Arthritica laborantes curare soleo: cum que hanc Methodum, huic Colicæ aptam, multoque usu comprobatam, & confirmatam esse, noverim; idcirco lubens in medio eam propono; aliorum meliora, modò proferte dignarentur, sequi paratissimus.

XI. In Prophylaxi entendam, ut roborentur Intestina, contraque inimicum, ne illoc deavo se intrudat, obstruantur; simulque, ut reliquæ τῶν Δυσκοιλιῶν nullæ, Massa impuritatium nulla, in his portibus collecta, eum ad se allicitat. Quis de causa, hujus Classis Arthriticos studere Fami, & Concoctioni; Ductum alimentarem Eccoproctico sæpius purgare, aliisque Stomachicis, cum modicè restringentibus uti, oportebit. Aquas Minerales multis hæc in re prodelle novi, tam Purgantes, quàm Diureticas. Non pauci apud nos huic Colicæ proclives, Aquas Alfordenses, vel Salem Catharticum, aut Tartarum laxantem; Aqua hordeata solutum, bis vel ter in anno bibunt; itaque Cruditates, à Ventrículo in Intestina derivatas, tempore ita stantes, Podagra præoccupant materiam, suo expellunt. Nonnulli meo hortatu commodè Purgantibus Aquas adjunxerunt Diureticas. Ut autem Aqua Bathoniensis ab antiquo Colicæ; ita quidem ei, quæ Arthritica est, præ cæteris adversari censetur. Aquarum usui Diureticarum interponantur ea, quæ ad propositum ficiant Alterantia. Hora nempe decima, Infusi amari Vini albo Lusitanico facti, Haustus; quos etiam post prandium quotidie, ejusdem Vini simplicis Cochlearia aliquot. Hora quarta pom. Elect. seq. ῥιζι. cum vehiculo convenienti.

℞. Conf. Fruct. Cynob. (vel Ros. rub. per Set. traject.) Abs. Rom. ℞℞. in Indii Cond. an. ῥιζι.

Salis Martis ῥιζι.

Syr. ℞℞. ῥιζι. Ol. Cin. Ch. gtt. v. f. Electuarium. Vel

℞ Trochisc. Hedyeb.

Conf. Flavod. Aurant. an. ῥιζι.

Salis M. ῥιζι. Spec. Diamb. ῥιζι.

Alcohol. M. ῥιζι.

Syr. Abs. q. s. f. Electuarium.

Quatenus verò ab externo Frigore oriatur hæc Colica, Vestiu idoneo, viatoque aere nimis egelido, illud eatenus fugiendum, hæc cavenda.

Id adjiciam, quod hoc Affectu laborantes, quotquot ætate maturiores, & voluptatibus, aut rebus civilibus impediti, Prophylaxin neglexere, raro sine multa id fecerunt: sæpe quidem magno cum Salutis, sæpe cum ipsius Vitæ, damno.

XII. Piacet denique, citato divini senis Oraculo; monstrare, Arthritidis hanc in Colicam, & Colicæ rursus in Arthritida migrationem, Hippocrati non fuisse incognitam. Ita enim Ille; ἢ τὸ Ἐπιπερὶ τοῦ ἄρθρου ἄρθρον ἐστὶν ἢ ἐν τῷ κοιλίῳ. Id est, Qui Articuli Nervo detentus, Intestini Dolore dextra parte vexabatur, levius habebat; ubi verò Hic curatus fuit, magis dolebat. Quod de Colico Dolore, in Nerbo Articulari obveniente, eumque allevante; postea verò, facta Humoribus huc illuc transpositione, in Arthritidem iterum mutato, est intelligendum. Sed hæc hætenus.

HISTORIA I.

Colica Arthritica mole aëllata, demum letalis.

Vir ex Tremulorum Secta, probus & generosus, ingruente senectute, per integrum decennium;

* Vide Epidem. Lib. vi. Sect. iv. & in eaq. Galeni & Foesii Commentaria,

bis ter quotannis ægrotavit *Arthritide*; nunc Pedem, nunc Manum occupante; semper autem Regulari. Annos erat vitæ sexagesimus, cum ea primum intermisit, neque more pristino ægrotum visitavit. Illamne verò quietem, & à Doloze immunitatem, bonam, optabilem, & commodam existimaveris? Imo potius formidabilem, exitiosam. Doloris enim salutatis, & externæ vice, alio intra anni spatium *Intestinarum*, præcipuè τὸν ἐξ τοῦ ὀμφαλοῦ acerbo, constanti, & fixo est correptus. Interea temporis elanguit Appetitus: languenti prostratoque ei successit Oculorum gravitas, Faciei pallor, totius Corporis macies & imbecillitas. Adhæc Cholericæ & cruda, vomitu emissa, *Ventriculum* aggravari ostenderunt.

Incremento morbo, Empirici consilio, *Aqua ferriata*, ut & *à Ferro preparata*, aliæque permulta sunt adhibita; eo verò cum eventu, ut ab *Aquir Interanea* nimio algore; à *Ferri preparatis*, utpote concoctu & confectu difficilibus, è vestigio Diarrhoea vexarentur.

Ad Senem hunc denique accitus, eumque graviter ægrotantem, neque intra Catharteorum opem (quæ alias esset necessaria) locatum inveniens, ore datis *ωδύζωγος Arthritidem* educentibus extra applicatis, ut in Artu ea transferretur enisus sum. At eheu! frustra: *Visceribus* hærens *Miasma Arthriticum*, & Coctionem impediens, aliud sibi malum adscivit commitem; nempe *Ventriculi*, & τὸν *Erriq̄* impuritates: quibus utrisque depressus æger, viribus sensim inclinatis, post anni dimidium, è vita discessit.

Sæpe quidem mihi in mentem venit, robusto huic ægrotò, tametsi vetulo, fuisse melius consultum; si, *Colicæ* principio facta Purgatione, *Miasma*, per idonea, per stomacho minus gravia, per *Regno Vegetabili sumpta Cardiacæ*, fuisset expulsum. Illud initio fieri potuisse, vero non est absimile: At oppresso ei, viribusque deficienti, ipsa Medicamenta, neque nimis consideratè electa, neque nimis scitè data, mortem accelerarunt.

Historia narrat *Arthritidem* diu *Regularem*: at quæ progressu ætatis, *Intestina* perturbans, *Colicam* fecit, neglectaque Therapias opportunitate ægrotò mortem maturavit.

HISTORIA II.

Arthritis vaga, Colicam mentita, ad regularem Arthritida reducitur; cum ejus Prophylaxi.

Pellio quidam ad *Isca* ripam, annos habens quadragenos, Athleticus, & bene coloratus: patre generatus *Arthritico*; Doloze Artuum huc illic vago; hyeme præsertim, & tempestate pluvia; cum Articulorum Tumore, Rubore, Nitore crebro recurrente, diu infestatus est. Hujus seculi initio, de subito cessavit Artuum Dolor; sed *Intestinarum* ortus est obtusus, constans; una cum Febre quadam Symptomata, Pulsu magno.

Nihil probabilius visum est, quàm, in *Ægrotò* jam diu *Arthritico*, materiam alienam *Intestina* invasisse; quod utique judicium, emissi postmodum Sanguinis, superficiem tegens Gelatina, crassior certè & albidior (quæ *Colicam* genuinam rarè comitatur, *Arthritidi* verò familiaris est) abundè confirmavit.

Ut ægro prospicerem, nihil prius habui, quàm universam *Arthritidis* ordinem mutare; id est, *Intesti-*

na versus Sanguinis impetum & inclinationem, arte quanta possim maxima, sistere; & materiae vitiosæ ad ea defluxum impedire: Secundò, ut ad ea, quæ sunt extra dirigatur; &, ex *Arthritide Anomala*, fiat illa *Regularis*.

Ut utrique satisfacerem Indicationi, Sanguinem detraxi, *Catharticum*, ex *Pil. Rud. Scammon. & Calomel.* dedi. Vespere post Purgationem, ut Sanguinis Orgasmm incitarem, & simul *Arthritidem* in Artus amandarem, *Pul. à Chel. C. C. 3ß.* sexta quaque hora, cum *Julapii Perlati* Haustu miscui; &, ordinata re Dietetica, discessi.

Quid ex eo fit? Intra biduum recrudescit *Dolor Articularis*, cumque velleto adhuc ægrius detur; neri crederem, domi meæ me salutari, alacris, jucundis, deque noviter reverso Hospite gloriatum. Digiti in Pede magni Articulum iste, more suo, primum & majorem; Plantæque Ligamenta potissimè momordit. Placuit sanè, & pergratum fuit, tam facili ægrotum redimi, durioribus fuerum. Quæ ad *Prophylaxim* facerent, in aliud tempus, & magis opportunum, distuli.

Ea verò, mense Majo sequenti, sic erant: *Premissa Vene sectione*, perendie *Salis Cathartici ʒß.* *Mantis ʒij.* *Aq. purg. ʒij.* Solutas ebibat; omnique hora deinceps hauriat, donec usque reddiderit; itaque diebus tertius quartisque, ad tres vices, repetat. Postea, omni mane, *Aq. ferratarum ʒij.* ebibat; quinta pomerid. sequentis *Elect. ʒj.* cum *Julapii* haustu sumat.

Conf. Flor. Salvia ʒj. *Pul. Rad. Ari Comp. ʒß.* *Pul. Cor. rub. à Chel. Simp. an. ʒið.* *Salis Martii Riveriani ʒj.* *Syr. Garyoph. ʒs.* *f. Electuarium.* *Cer. revisita Cacuminibus Hed. ter. Baccis Junip. Sem. Dauci,* in potum ordinarium, medicata esto. His in mensem unum alterumque incumbat.

Ex eorum usu, propitio cum Deo, multos ille annos, tum *Anomala*, tum recta *Arthritide* immunes, egit; ad Medicinam hanc stabilendam, & figendam, Exemplar utique luculentum.

HISTORIA III.

Colica, ex Quiete Arthritica, in Arthritida regularem versa.

Magnificus ienex, *Arthriticus*, Paralyticus; aut fellæ, aut lecto complures annos insidens, Humoribus vitiosis (qui, non uno Exercitationum genere, in omnes membrorum partes, cum eorum *Dolore Articulari*, solebant exprimi) occasionem dedit, ut in Viscera plus æquo immitterentur; ut in iis commorarentur.

Ex hac potissimum causa, Mense Majo; MDCCII. in *Dolorem Colicum* Vir Illustris incidit. Interea verò temporis Salivatio, quæ diu magna fuerat, suppressa; Pedum Tumor, qui jam multis annis immensus, imminutus est; facta videlicet Humoribus ad *Intestinarum* translationem. Pectoris fuit totius gravitas, & oppressio, tâquã ab onere quodam molestissimè ei superimposito.

Morbi hujus Historiam contemplanti mihi perspicuum erat, Humores inverti, & jam *Intestina* vertus, eorum fieri inclinationem. Quocirca, primum huc incubui, ut Facibus, quibus ipsa premerentur, & tanquam retinaculis eo loci detineretur *Arthritis*, *Intestina* quàm citissimè liberarentur; ideoque *Pill. ex Calom. Res. Jal. Exir. Eustachiano* dedi; quibus satis ex voto dejecit æger impura, biliosa; Purgationem è vestigio secuta est à Vomitu; *Colica*, & Oppressione dicta immunitas; uti etiam

insecuta est Suffocatio, tanquam Hysterica; & à Flatibus, καὶ συμπίεσις, Ca. itis affectus.

Ista quando jam tres circiter menses, eosque humores, pertulerat Ægrum visitavi; cumque Humores in Ductu alimentari præparantibus, & evacuantibus; Materiam autem Arthriticam, ei adhaerentem, in Artus expellentibus, curari illum oportere reperi, his suo loco urriusque usus sum: Diem nempe unum alterumque Pul. è Chel. C. C. quarta vel quinta quaque hora dedi; tunc Catharticum è Pil. Eustach. cum Calom. deio, neglecto post Cathariso Paregorico, Ferrum præparatum, una cum Pul. prædicto; usque donec Arthritis ad καὶ ἐξωδον expulsa fuit. Quod ut præstitum, confectum oculorum acies acuefacta, vigor restitutus: Viscerum, & quæ intus sunt, eorum omnium querelæ desierunt. Ita quidem ægrotanti opem tuli, simulque, per materiam in Artus Expressionem, hunc affectum utiliter auferri posse perspexi.

Annus agebatur, aliter quam solebat, Arthritis regulari penitus immunis; cum, Mense Aprili, MDCCIII. eundem hominem Flatus, Ructus, Nausea, Præcordiorum Distentio, Dolor Interaneorum, præcipue τῶν ἐπι τὸν ὀμφαλόν, est adortus. Quibus sese comites adiunxerunt, ex necessitudine quadam, tanquam eadem stirpe oriundi, & ὁμογενῆς, Oculorum languor, & Capitis gravitas. Hisce omnibus ut eatur obviam, primum Venæ sectio; tum, per Extract. Eustach. Syr. è Spina, & Elis. Salsitis, Purgatio facta est: qua vincuntur imi Ventris accidentia pleraque omnia. Posthæc Pul. Gasconico, P. Rad. Ari C. Ol. Junip. & Camini Chym. Ther. Androm. Chal. Nutrito, Infuso amaro, & istiusmodi aliis, Intestina roborantibus, Arthritisque expellentibus; una cum Empl. Cephal. pari sepius dolenti admoto, & Decocto interea rubicundo potui dato; Affectui gravissimo penitus succursum est.

HISTORIA VII.

Arthritis Intestina atrocissime invadens, sepiissime expulsa.

Dicam Viri nobilis Historiam, à me non uno nomine prædicandi, omnium utique cultu & honore percolendi. Erat Ille Parentibus Arthriticis procreatus, Corporis habitudine tenera, Spiritu Animali emicante & elastico donatus: Unde sæpe numero tum improvise ægrotavit; tum etiam citius spe, & contra expectationem convaluit. Amplo illi, & diviti malè id obvenit, quod Hæreditas, à longa Majorum serie derivata, in tractu non nimium molli sita, Aere frigido, & magnam anni partem immiti, persflata esset: quæ quidem cæli solique inclementia Dolorem Colicum, atque adeo Arthriticum Domino, unà cum multis aliis, inferre censeretur.

Ver erat, Anni MDCLXXXIV. quum, nescio qua de causa, qui partes extremas solitus est excruciare dolor, eo jam cessante, intus incidit Morbi vis, & sibi comitem adscivit Pectoris gravitatem, tanquam ab onere imposito, permolestam. Erant tormenta Interaneorum peracuta; quæ ut allevarentur, Cathartici, si Diis placet, & Opiatis nimio plus elaboratum est. Nam ex nimia Purgatione Spiritus (per se agiles, & volatiles) ita perturbati, agitati, & quidem ita profligati sunt; ut jam orbatum somno & quiete, ægrotantem, Vertigine multatum, Mentemque captum, Vires planè deficerent.

Hoc modo laborantem, tum primum arcessitus,

invisi: cumque, ex totius morbi, maxime vero ex gravati Pectoris consideratione, appareret, cum esse Arthritis Anomaliam, Medicina auctam; ut omnibus ejus medendæ Indicationibus simul semelque satis facerem, (id est, ut somnum conciliarem; ut Vires reficerem; ut Arthritis, ad τὴν ἐξωδον; amoliret; itaque Ægrum in tuto collocarem) Pulveris Cantiani, Dosis majusculam, extemplo deglutendam, eaque nocte repetendam, dedi. Ex animi contentia res successit: somno enim recreatum, & tanquam vitæ denno restitutum ægrum, quæ perpessus erat, eleganter enarrantem, mane postero audi- vi. Ut autem Therapiam perficerem, & Humorum mutata inclinatione Materiam alienam Artubus infingerem, Ferri præparatum adhibui; quod paucorum dierum spatio, eam validissime extrudendo, Pectoris gravitatem, Intestinorum Dolorem omnino omnem evicit.

Hæc erat hujusce mali Therapia: Quandoquidem verò, in Corpore delicato, multumque debilitato, Materia Arthritica, nunc à frigore externo repulsa, nunc à Cruditatibus in Ventriculo & alimentari Fistula contentis, intus allecta, Colicam hanc Arthriticam identidem revocaret; quibus eam auxiliis, qua methodo, quo demum eventu recurrentem oppugnavi, hisce paucis accipe.

Menses aliquot agebantur, læti quidem & dolore expertes; cum ex Fructibus opacis aliisque pravis avidè ingestis, & frigore eodem tempore contracto, redintegata est Colica: Facta verò, per Decoctum fol. Tea arva, per Catharticum mite κατὰ Purgationem; datoque Pulvere Testaceo, & Chalybe, Arthritis demum expulsi, regularem feci.

Cum alias in eodem ægrotante Arthritis mero frigore repelli, & Colicam mentiri noverim; non nisi purgatis primum Intestinis, adhibitoque tum demum Diaphoretico, in fugam mitti illam, externa solùm causa factam, expertus sum. Materiam verò emittendæ nihil in hoc ægroto melius conducere, aut votis respondere magis potuerat, quam Pulvis ille prædictus; qui larga (3j) Dosi, & quidem crebro [tertia nempe quaque hora] demissus, Dolore Intestinorum allevando, partium extremarum illi movendo augendoque maxime sæpe fuit momenti, & efficacitatis.

Cum verò alias hæc invaluit Colica, neque adversus eam Vomitus, Purgatio, Pulveris Testacei, ipsum Martis Alcohol, viribus junctis, vel hilum profuere; ad Bacchum, miserorum præsidem & consolatorem, Arthritis Averruncum confugiens, ejus auxilio planè divino, materiam in Artus commodum ablegavi.

Postremò addam, quum neque Medicina, neque Vinum huic ægroto, eadem Colica alias affecto, prodesset; languenti, & animam tantum non agentis; quum ruinosam, conturbatam, conclamata videretur omnia, (quod quidem omnium expectationem vicit) opem ei, sed madido, sed bene potio, tulit Phlegmum: Articulis dolori suets admotum, aliam fecit Humorum inclinationem; ægrum manifestissime servavit Remedium præsentissimum.

Ita quidem, multos annos ὅτι οὐ παράμαχον, Viro illustri medicinam feci; & tamen, propter Viscerum imbecillitatem, Victus rationem non semper optimam; ne dicam Ambulationem, Equitationemque, quibus exercere se, & Humores vitiosos extrahere consuevit, intercitas; & Prophylaxin omnem aut penitus omissam, aut indiligenter actam; Intestinis ii minima quavis de causa infunderentur: tamen ita factum est, ut in hujus Colicæ Accessionibus, & creberrimis & difficillimis, æger semper releveretur, & quidem eatenus, ut non nisi consumptis & exhaustis Viribus, nulla verò Arthritis intus

HISTORIA VIII.

Colica Arthritica, cum superveniente Paralyfi.

M Oribus honestis & ingenio singulari Vir, Arthritide per viginti annos, autumnno quoque altero, (is fuit illius hoc in ægroto Typus) laboravit. Loci, quem iavasit, diversitas ea fuit; ut nunc dexteram, nunc sinistram, nunc uno eodemque tempore Pedem utrumque, sed dexteram maxime læsseret.

Excipiendum autem est, per hosce Annos, quod Typum ea semel atque iterum mutavit; quod Autumnno illo altero deficiens, insultum Menſe Februario fecit. Quibus verò autumnis intermit Arthritis, iis semper ægrum adorta est Epiphora; qua ex Oculis, per Hebdomadas sex vel octo, serum acre & pungens emanavit; & quidem adeò perpetim & constanter, ut Arthritidis vicem gerere, & ejus Materiam secum ferre, non immeritò crederetur.

Autumno Anni MDCCV. quum, in Sanguine & Visceribus, sordes & illuviem, otio & stultitate, contraxerat; crassior & obesior eo factus, Dolore Colico corripiebatur; eoque, propter iter intempellivum, urgente frigore & imbribus, infirma valetudine susceptum, gravi demum molestoque cruciatur. Interdum huic adjuncta est Diarrhœa, qua cum alvus exonerata fuit, Dolor remisit; ea verò sistente, recrudit, unâ cum Vomitione, nunc Cholericâ, nunc Pituitosâ. Ut utriusque mederetur æger, Clysteribus, Emerico, & Purgante usus est; ex eoque mala ad tempus allevata, brevi autem ex novo frigore recidiva.

Cum ad ægrum arcesseret, & præter jam dicta in Morbi res minutas inquirere; (tales initio judicantur eæ, quæ facta indagine ad explicandam Morbi naturam interdum maximè conducunt;) præcipuè, quæ Arthritidos esset conditio; quæque ad præsentem Morbum ratio; quærenti paruit, Primum, Dolorem Colicum esse, & eum rariò quædam afficiente, iis coherentem; Vento insuper Intestinalium, Appetitu læso, Ocularum languore, Facie pallida, Pulſu debili stipatam: Tum paulò ante Podagram fuisse, Pedis primum unius deinde alterius; nunc autem Talam, nunc Pollicis Metacendylon, eam invadere, sed edentulam, neque satis crudelem: Deinde, Ægrum tabescere; Vires ejus enervatas, & (quod præcipuè notandum erat) Partes externas, non modo duras, sed & calore ferè privatas, ac si vitæ Lampas exstingueretur, multum frigidescere.

Cum ista, maximè quatenus Arthritida respicerent, animo perpenderam, Arthritidem esse malum, ea, quæ mitis sunt, ingressam, & Intestina cruciantem, existimavi. Hoc, in homine significavit Arthritico Colica, tam curatu difficilis: Hoc palam fecit ipsa tum temporis, etiam mitis, in Artibus Arthritidis.

Quare id conatus sum, ut è Visceribus hostis in Artus excuteretur, & quidem iis, quæ sequuntur; Primum, Catharsis instituta est, per Exir. Eustach. 36. Scam. pul. gr. v. Bals. Per. gr; eaque nocte Purgativum cum Bolo Cardiacò datum est. Quando Nausea Alvi ductionem maneret, Vomituque opus esse indicaret; Emerico levi, Posseto nempe amaris alterato, is peractus, easublata est.

Catharsi præmissa, Arthritidi protinus expellendæ memet accingo, compositionibus hinc usus.

℞. Theriac. Androm. Diascord. an. ʒj. Spec.
Tom. I.

Diamb. Flor. Salis Armon. an. ʒb. Chal. Nutriti gr. v. Ol. Cin. Ch. gr. j. Syr. Garyoph. q̄s. f. Bolus. nana vespertina, tertioque matutina demittendi: s. cum Vini rubri Lusitanici, tepef. ʒij; ʒiij.

℞. ZZ in Indiis Cond. Diascord. an. ʒj. Pul. Serp. Virg. ʒb. Chal. Nutriti gr. v. Ol. è Sem. Anisi Ch. gr. j. Pul. Macropip. gr. ʒij. Spr. Z. Z. q. s. f. Bolus, boranona matutina, tertioque pomeridiana cum eodem vehiculo sumendus: Porro, Nyctemeri spatio, epota alia Vini prædicti ʒij. Emplastrum ex Diascord. & Empl. Stom. mag. an. paribus mensuris, cum Picis Burg. q. s. Ventri impostum est.

Horum usui, dies instar octo impenduntur; eoque factum est, ut Pulsus, antea debilis & parvus, jam augetur; & carni, antea subfrigidæ, laudabilis & naturalis æstus concilietur.

Roborato itaque Cruore, ad mutandam humorum inclinationem, eamque ad ʒ. ʒ. usque vertendam; Phlegmum utriusque Pedi calidissimum, eoque frigidificato, ad quatuor vel quinq̄ vices, novum imperavi applicandum: posteaque Malleolis amobus Vesicatorium. Hinc acre Serum Ulcusculis elicitum; hinc Podagra; hinc Gonagra; & pro eorum ratione ʒ. ErroSior indolentia. Qua utique animadversa re, medicamenta, sed paulatim, minimus; nunc eorum Doses extenuando, nunc assumendi tempora extrahendo.

Interea verò, Sorbitiones, ex Jusculo Pullino, avenaceo; ex Chocolata, & ejusmodi cum tenuibus, tum Analepticis, sæpius in die, sed modicæ demittuntur, Carnes etiam ʒ. ʒ. ʒ. quam primum per Stomachum liceat, apponantur. Pedis sinistri Calcem, dextri Astragalum, utriusque Hallum occupavit Podagra; rediit verò cum ea Fames, & Concoctio; rediit oculorum acies; animi alacritas; Spirituum robur, & oratio; aliaque Vitæ & Salutis indicia.

Cum ita res salva esse videretur & omnium opinione in portu navigarem; alter ecce Turbo exoritur, quo in procellosum Mare rursus abripimur.

Podagra, laudabilis & invidenda, (ad quam accessit Chiragra, ejusdem generis) æstu mordaci, cum stragulis æger coopertus incalesceret, eum noctu affecit: qui tamen per sudorem, brevi temporis spatium, magno cum ægri fructu, solitus est abire. Hujus æstus, rofionis hujus impatiens ille, ut eam vitaret, raro se in lectum commisit; Cathedra totis sere noctes, hyeme frigidissima, consumpsit. Perspiratione multum hinc diminuta retunditur Appetitus, Brachia ʒ. ʒ., & nisi opportunè miasma Arthriticum è Corpore fuisset emissum, de Ægro procul dubio actum esset. Lecto ei denique affixo, Diaphoreticis motum; Aqua Barthoniensi famem restitui. Post menses quinque tristes sanè & dubios, summo vitæ periculo liberatus, Æger, dicta methodo, (favente Vere, Deo Consilia nostra fortunante) convaleuit; excepto, quod Digni vehementer resoluti, quamvis iis multum profuit Balneatio, ad consuetudinem suam autumnno sequente, quo hæc scribo, minimè redierant. Scripsit enim, & quidem pristino Characterè, lectuque facili; sed literas vacillantes, neque semper ex æquo ductas; Cetera bellè se habuit, & quàm Morbo primum incunite, longè melius.

CAPUT IV.

De Diarrhœa Arthritica.

ART. I. Colicam prædictam sequitur ejusdem numeri Diarrhœa; naturam habens;
T 2 & Cura.

& Curationem postulans quodammodo privatam. Diximus, *Arthriticum* in sanguine Miasma, *sibi quodammodo*, fere perpetuo renovari, & certo quodam temporis spatio repullulare; Diximus, adauctum & evectum in *Intestina* saepe mitti. Hisce positis, advertere licebit, nonnunquam Pancreati, & Glandulis *Intestinalium fragiformibus* à Clariss. * *Lillero* primum, uti verisimile, detectis; à Clariss. † *Peyero* plenissime descriptis) illud insuodi; atque hinc in cavum *Intestinalium* à Natura pelli; & demum, urgente ejus acrimonia, Spiritusque animalis stimulantem, crebris Dejectionibus e Corpore exterminari.

II. Hanc autem *Diarrhoeam* esse revera *Arthriticam*, si Symptomata, tum ea, quae intercidunt, tum quae alia ex aliis, insigni profecto ordine, emergunt, accuratè, & suis ponderibus diligenter examinemus; per ea satis superque declaratum est. Quis enim, quotiescunque veteri *Arthritico*, mediis in Doloribus versato; ex causa aliqua evidenti, Materiam in *Intestina* derivante; accidit *Diarrhoea*; eamque statim excipit Doloris, & Tumoris exteriori diminutio; postea verò libertas ab *Arthritida* diutior; qui, inquam, insciabitur, hanc *Arthritidem*, initio restam, *Intestina* jam perire, perque Alvum effugere; id est, *Diarrhoeam* illam esse *Arthriticam*.

Ita certè, *Arthritico* dolenti quae hujusmodi obvenit, *Diarrhoea* est planè *Arthritica*; Quae Dolori Immuni conuogit; & Materiam, adnuc in Sanguine latentem, sed in Artus abitarant, manifestè alio divertit, perque *Intestina* exprimit; quamvis argumentum fortasse minori, certè tamen satis valido, & firmo, non alia, quam *Arthritica* est habenda.

III. Hic Affectus, si consideremus ejus indolem, & Causam Continentem, est tantummodo unus; quippe qui *Arthritidis*, per *Intestinalium* Excernicula, perque Dejectiones, quam ex consuetudine, frequentiores, fugam comprehendat, oculisque semper objiciat: Si verò illius initia, sique exitus varios evolvamus, longè à se diversus est. Miasma in Sanguine *Arthriticum* nunc à Natura directè, & quidem eo nomine quod ingravescat, deorsum pellitur; atque istiusmodi fluor Paroxyfmos interdum *Arthriticos* anteverrens, salutaris esse reperitur. Expulso etenim inimico, clauduntur Januae; pax, & quies restituitur; viget Oeconomia: Hoc autem in Corporibus *ισχυράκρυς*, id est, Fibris robustioribus, firmis Spiritibus donatis. Saepius autem multo, vel assurpto *Cathartico*, vel à Cruditatibus, *Intestina* irritantibus, *Ventrem* aperientibus, Miasma illud è Sanguine elicitur, & una cum illuvie *Intestinalium*, Ano expellitur.

Hujusmodi *Diarrhoea* incerti admodum eventus est; si enim temporis cohibeatur, neque modum excedat, utilis saepe invenitur; & quidem *Arthritidis* Materiam, etiam si via non unitatissima, tamen tuta emittere; Cui illud consequens, quod Paroxyfmos non nisi diu post recurrit *Arthriticus*. At in iis, quorum *Viscera* satietate crapulaque sunt debilitata; cum Natura *Ventris* impetum comprimere, Crisique legem imponere nequit; *Diarrhoea* nimium pertinaci, minimeque tolerabili, illa identidem opprimitur. Non tantum Inimicus, verum etiam Amici, Spiritus scilicet ipsi, Vigiles & Praesides salutis, in exilium mittuntur: Oeconomiae subversio est, & planè *παροξυσμια*.

Hujus utriusque Casus Exempla mox in medium vocabo.

IV. Therapiam hisce Casibus ut accommodem, in *Diarrhoea* illa *Arthritica*, quae in Sanguine

* Vide *Alia Philosophica Londinensia* N. 95.
† Vide Clariss. *Peyeri Parerga Anatomica*.

initium habet, nihil inepta sedulitate stultius, dicam, an periculosius? quae Pharmacis perperam ingestis, Naturae opus saepe interturbet, interdum abruptat. Suo potius arbitrio ea, patiaris, agat; quodque intus laesurum erat; suo utiliter ingenio effundat. Si verò *Diarrhoea* nimium excurrat, Viresque excedat, Astringentibus sistenda est; Cardiacis Eger robotandus. Sive per se desit *Diarrhoea*, sive per Medicinam, ejus reliquiae *Aquis Purgantibus*, *Tartaro laxante*, & *Manna* (si opus fuerit) adjectis, post tempus aliquod egerendae sunt.

Si à *Cathartico* accidat ista *Diarrhoea*; similiter; atque Casu praecedenti, parum utilis Medicina; de *Empiradagor*, tantum Cautio sit.

In *Diarrhoea Arthritica* Cruditatibus exorta, quae omnium mihi periculosissima videtur, alia res est: Hic, *Ventriculus* saepissime aggravatur, ideoque, si ita sit, *Decocto Tea*, vel *Cardui*, movendus. Postea, (sive Vomitu neglecto) *Ventri leni Cathartico* subducendus: tunc ad *Astringentia*, & *Fluorem cohibentia* sellinandum. *Bolus ex Diascordio*, *Spec. Conf. de Hyac. Croca Martis astr.* *Terra Japonica*, *Syr. de Ros. s. quarta*, quinta, vel sexta quaque hora demittatur, cum *Julapii Cretacei* *Haultu*. In Alvum detur *Enema*, ex *Vino Canmarino*, cum *Gelatina Amyli*, vel *Diascordio*: *Ventri* admoveantur *Lanea*, *Decocto Rad. Bistort.* *Tormenill.* *Balaust.* &c. *Cerevisia* generosiori facta, immersa; & saepius repetantur. Potioni sit *Infusum Ros. rubr.* vel *Decoct. album*: Et, ad Vires instaurandas, *Vinum rubrum usulatum*.

Si Pulvis finet, optimè conducet *Opiatum*, *Laudani* puta guttas aliquot, vel potius *Opii* quasi granum, cum *Theriac. Androm.* 36. 3ij. dati.

Si periculum est, in *Dysenteriam* ne transeat *Diarrhoea*, sumatur *Emulsio* sequens.

℞. C. C. 3℞. G. *Arab. Tragac. an.* ʒij. coq. in *Aq. Oryzae* tert. a *Decoctionis* ʒij. ad ʒij; *Colatura Amygd. d. cortice indacis*, & *Sem. Pap. albi* inter contundendum affundatur. iterum colata, *Aqua Cit. fort.* aromatizetur; *Saccharo dulcetur*.

Quaecunque verò Vomitus & Purgationem excitent, ea non, nisi cautè, in usum trahenda; neque auxilio esse debueant. Egroti imbecilli graviterque laboranti obfint. Quod quidem in monitis idco praecipue à nobis positum est, quoniam hujusmodi Laborantes, Fluore multum enervati & depressi, Catharsi tolerandae saepe impares inveniuntur: quo quidem in Casu, *Cardiacis* & *Astringentibus* solis utendum est.

Cujuscunque demum Originis sit *Diarrhoea* praedicta, *Prophylaxis* optimè per *Aquas ferratas*, & quidem jucundissime, patrata est: quibus addi potest, ut in Artus Eruclatio fiat *Mater. æ.* è *Ferro Preparatum* aliquod; omnium autem optimum id, quod *Alcohol Martis* appellavi.

HISTORIA I.

Diarrhoea Arthritica crebra & salutaria.

M Atrona quaedam, in Regione Civitatis septentrionali, multos annos *Arthritide* per vices aegrotavit; initio Vaga, deinde fixa; nunc Recta, & idonea, nunc Anomala. Primum Gutture, tum Manu dolentem; Angina primum *Arthritica*, tum *Chiragra* laborantem, invasit aliquando *Diarrhoea*: de qua, ut illam supprimerem, cum accesseret; ejus de vehementia frequentiaque percontanti, mihi narratum est; neque tam urgentem, ut quae non possit tolerari; nec quidem aliam esse eam,

eam, quam quæ commodè & utiliter possit; pariterque, Alvo soluta, Paroxysmumque finiente regularem, non sine ingenti fructu, Ægram iteram & sæpius fuisse.

Quæ cum ita esse acceperam; vitatis hinc, quæ *Diarrhæam* intenderent; illinc autem maximè, quæ contraherent; in eo operam navavi, ut Ægra mediocritatem, multo ulu comprobata, probatione multa commendatam teneret; ipsamque Naturæ, Medicorum Principis, in sanando Methodum, omnino persequeretur. Nec quidem minus aliquid, imo majus eo factum esse arbitror; quam si inviti, ne dicam ancipiti planè, *œcypis*, coralis usquequaque Medicamentis, multa que arte compositis, Ægra, tanquam Corbita, oneraretur.

Hoc autem, in tempestivæ illius Negligentiæ laudem, addi insuper oportebit; quod, tametsi Ægra sæpius ex eo tempore desedit *Arthritide*, ea que semper in *Diarrhæam* desinente, perque Alvum exeunte; nihil illa damni propterea tulerit, lucri verò permultum. Cujus quidem rei causa nescio an ulla probabilior excogitari possit, quam quod Ægra, Spiritibus firmis, constantibus, ad munera sua obeunda paratissimis, (qui nempe tum malum Civem promptè expellant, tum eo expulso foribus occidendis subito invigilent) donaretur. Rara autem hæc, *Arthritide* ex *Tor* *Erripus* ægrotantibus felicitas; quorum pars maxima, Alvo vel liquida nimis, vel nimis dura, esse observatur. Ægra, post sex Hebdomadas ab *Arthritide* triforini immunis, sanior & vegetior evasit.

Historia tradit, ex una eademque Febre, ad amolendum Miasma *Arthriticum* suscitata, diversis posse illud deponi locis, perque diversa Excrementa proturbari; nempe per Glandulas Oris *Salivares*, per Artuum *Mucilaginosas*, perque *Intestinalium Fragiformes*; & cum *Arthritide* regulari. *Diarrhæam* esse posse simul *Arthriticam*, eamque salutare.

HISTORIA II.

Diarrhœa ex Cathartico, Arthritica opportunè suppressa.

Aliam novi Generosam, lectissimam, cultu & honore profecto dignissimam; quæ, cum Marito juncta esset *Arthritico*, ipsa etiam citò laborare cepit. Cubitos, Humeros, hos illos in Manibus Articulos habuit afflictos. In Cubiti dextri extremitate Tosis erat, à durato Steatomate, Juglandi par: Digitus ejusdem Manus longissimus, Tosis distensus, motu privatus. Articula, præcipuè medium ejusdem Digiti infarctum. Malleolus item, Pedis Planta, Calcis tendo, & Genua laborarunt. Paroxysmi solebant esse gravissimi, dolore multo commitati, mensem integrum, interdum etiam alterum, permanentes.

Nuper autem, quum per hosce sex menses urgeret ægrotatio quædam; Torpor videlicet, Inertia, una cum Vertigine, Visu Oculi dextri imminuto, Dolor ejus, ut & universi Corporis externi molestissimo, Appetitu depresso, (quæ quidem omnia, neque satis fixæ, neque satis rectæ *Arthritidos*, erant accidentia) sumpto, nescio cujus hortatu, Cathartico, sed neque eo fortiori, aut Elaterio; Vomitu illa, & *Diarrhœa* Materie viridis præcipitante, corripiebatur; sic, ut sex dierum spatio sexagesies minimum dejectet. Sordium hæc *Arthriticorum* erat per Ventrem Evacuatio copiosa, neque ex omni parte inepta. Nam Symptomata hinc collapsa sunt, & evanuerunt.

Tom. I.

omnia. Digitorum Tumores, ob *Arthritida* *œcypis* eo tempore magni, subledere: quæque ab illa *Diarrhœa* fluxerant incommoda, lucro & compendio eam consequenti, facile cedebant. Ab effusis hinc Purgamentis, Corpus liberum, & ad tempus ali- quod incolome.

Hoc pene totum Naturæ opus, unum Artis erat, *Diarrhœa* nimium ne excurrat, curare, & Ægræ vires sustentare. Hoc ego propositum, hanc metam spectans, nihil aliud, quam astringens & Cardiacum aliquid, præcepi: illud autem opportunè adhibendum, languenti, debilitatæ, pulsum humilem & imbecillam habenti, Alvum compressit, Vires intauravit.

Habes Exemplum *Arthritidos* [Cathartico viam monstrante] in lugam se per *Anum* conjicientis; *Diarrhœa* habes *Arthritica* Curationem.

HISTORIA III.

Arthritis Vaga Intestina occupans, solo Externorum usu evocata est, & Artibus affixa.

DUodeviginti annorum Adolescens, Patre inde ab incunabilis *Arthritico* natus, Artuum habuit Dolores; à longo tempore vagos, & ut amicorum opinio tulit, *Rheumaticos*; cum Tumore albo, submolli, Articulorum intervalla sæpissimè, ipsos etiam Articulos aliquando infestante. Sanguini, quem identidem & copiosè detraxi, Cutis usque crassa & densa, brevi semper innatavit. Ut ejus Dyscrasiam auferat, æstate anni MDCVC, hortatu nostro, varia periclitatus est æger; *Succum* nempe *Taraxaci* & *Cochlearia* depuratum, cum *Hordei*, *Rad. Gram. C. Fœnic. d. Asparagi* Decocto; *CrySTALLUM* item *Minerale*, & *Chalybeata*; suoque loco *Lacticia*, & *Aq. Basbonienses*. Ex quibus omnibus utilitates & fructus cepit aliquamultos; Observantiz pares: Intermissit dictus ille *Rheumatismus*.

Ac post sesquiannum, cum Æger Sanguinem; uti per erat, minimè correxerat; *Intestinalium* Tormina, cruciatus subiit immanes, *Diarrhœam* pertinacem, neque Medicinæ facile cessuram: Unde enervatus, multumque debilitatus Æger, neque morbum diutius, neque remedio ferre posse videbatur; sed in ipsa mortis propinquitate versari.

In hoc ancipiti & pene deplorato statu, morbi naturam planè *Arthriticam* animo advertens, Methodo, quam in *Arthritide* *Intestinalium Anomala* interdum non infeliciter adhibueram, uti animus fuit. Neglectis scilicet Medicamentis, quibus ore sumendis impar erat Ægrotus, externis incumbere. Ideoque iis utriusque Brachii locis quos excruciare solita est *Arthritis*, è *Fermento veteri*, & *Phanigmos* julli calidissimos applicari, & cum retrixerint iterari; donec aborti fuerint Tumores, iis, qui à *Rheumatismo* credebantur esse, persimiles. Tumoribus his, ex voto factis, admovi *Epispastica*: unde Ichor, ad Hebdomades aliquot, jugiter effluxit.

Quantum hinc utilitatis, quæ commoda, quam subita Curatio, capi vix potest. Quo Tumor est evectus, pari certè cum eo passu sublata Tormina; suppressa *Diarrhœa*: quinimo novatur Appetitus, & restituntur Vires. Ægroti status, sive Viscera, sive Artus spectemus, omni dolore paulo post immunis; quam per annos aliquot ante actos sanior, & quidem multò jucundior evasit.

En *Arthritidem*, Artus pervagari solitam, *Intestinalis*

T 3

Intestinalis

testinis adhærescentem; cum Torminibus, *Diarrhœam* inducentem, solo Externorum usu ad *ἰσχυρὸν* evocatum.

HISTORIA IV.

Cruditatibus exorta Diarrhœa Arthritica, Medicinæ viribus inhibita.

Vir amplissimus, antiqua *Dammonis* Nobilitate natus, *Podagra* utroque stemmate derivata conflictatus, ejus impetum bis vel ter in annum constantiter est perpeusus. Ad Hospitem tam certam, tam fidelem, pro utriusque ingenio accipiendam, mundum ille *Arthriticum*, contemptum adeo ac elegantem, in promptu, apparatus habuit; ut, è *ἰσχυρὸν* natione magna & lauta, raro ullus unquam magis.

Annos nile permultos hunc in modum (id est, duriter) exegit; cum ad tuendam Concoctionem opera, diligentiaque, quam omni Vere & Autumno, per Catharsin, &c. ponere solebat, penitus omissa, vitæ acta nimis sedentaria; primum, planè contigit *Arthritis*; neque, more suo, in extremis Partibus eluxit: mox, in *Ventriculo*, & *Intestinis*, sordium Massa collecta, compressa est. Hinc *Asphæxia*, Ructus sæpe impuri, Sapor ingratus, à passu *Ventriculi* gravitas, *Præcordiorum* dissentio; hinc *Obscuratio* creberrima (*Symptoma Arthritidis*, in Visceribus latentis, huic *Ægroto* familiare;) Dolor à Flatu lateralis, pungens; illarum videlicet Impuritatium indicia. Hæc subsequitur *Diarrhœa*, quantum illæ, tum quæ *Visceribus* adhæserant *Arthritica*, per anum exprimuntur.

Cum autem ista *Diarrhœa* neque Naturæ rebus, nec *Ægroti* votis responderet; per *Decoctum Teæ*, *Ventriculum*; per *Rhubarb. Infusum*, addito *Salutis Elixir*, *Interanea* purgavi; itaque facta, quanta opus erat, Evacuatione, per *Diascordium*, per *Crocum Martis*, & ejusmodi alia, *Ventrem* cohibui. Aqua, sed cocta, & Vino mista, potui daretur; Cibi, sed solidi & intus mansuri, paululum caperetur, in præceptis posui. Ut autem appetitum languentem, & prostratum excitem; ut *Arthritica* Sanguinis recrementa ad *ἰσχυρὸν* propellam; & in Artibus, uti moris erat, deponi faciam; *Aquas Bazonienses* omni mane hauriendas, *Bolum è Pul. Rad. Ari C. Cons. flor. Salvie, Chal. Nutris*, *Syrupoque Garyoph. cum Vini haustu demittendum*, precipio: Itaque in viam *Arthritida* reduxi; *Ægrum eundem* testui.

Diarrhœam, *Cruditatibus* exortam, *Miasma Arthriticum* ad *ἰσχυρὸν* invitantem, perque Anum effundentem, arte curatam, exhibet Historia.

HISTORIA V.

Diarrhœa Arthritica lethalis.

Dominus C. tum *Cereris*, tum *Bacchi* cultor egregius, *Arthritidem*, non uno nomine hæreditariam, malis moribus, victu autem inordinato maxime, auxit & exasperavit. Ab ineunte Pueritia minimè temperatus, Adolescentiam vix ingressus, *Cacoehymia* factus est *Arthritica* Gurges, neque tam Affectu isto tentari, quam ab eo occupari diceretur; anni enim vix dimidium vacavit.

Cum ita materia gravaretur *Arthritica*, eaque de causa in statu esset dubio; casus intervenit, qui

exitum *Ægrotanti* fecit non minus severum & tristem, quam improvifum & inopinatum. Ea fuit tempestas, quæ *Fructibus Apurior* cepit abundare: Hos ita devoravit, præcipue (quod maxime appetiit) *Fragum*; ut diu nihil aliud esculenti capessiverit. Vini autem loco, quod *ἰσχυρὸν* frigidum mitigare debuerat, Lac, vel Aqua fontana erat, Saccharo dulcata.

Gulæ tam insolitæ post impensam circiter *Hebdomadam*, *Diarrhœa* immani *Æger* est correptus; quæ non solum *Massam Ventriculo* & *Intestinis* inclusam; verum etiam *Arthriticam*, in Sanguine contentam, & exilio paratam, Ano ejicere jure merito censetur. A *Dejectionibus* ita crebris & immodicis, vires adeo prostratæ sunt & pessum datæ, uti *Ægri res* (is, quæ opportunè data auxilio esse poterant, neglectis,) statim in pejus ire cernerentur. Primum enim, *Pulsu debili*, deinde *Sensu communi vacillante*; tum *Motibus Convulsivis*, & *Deliquiis atrocissimis*, & brevi tempore revertentibus est oppressus.

Ita quidem *Ægrotans*, qui, dum *Arthritis* impetus fecerat idoneos, etsi vitam non beatissimam, at non temendam, imo tutam egit; *Diarrhœa* (quam quidem solitariam, & *Arthritidi* minimè conjunctam, tutius & melius, si non *ισχυρὸν* subire valuerat) hæc exorta, illico una cum Merbo, vitam effudit.

HISTORIA VI.

Aliud Exemplum Ægroti Diarrhœa Arthritica occidentis.

Huic consimilis est Historia Viri, apud *Damnonios* olim notissimi: quæ, quantum in angustiis, qualique discrimine versetur is, qui Fluore alvi laborant *Arthritici*, luculenter explicat. Fuit ille ætate integra, laxo & obeso Corpore, alvo [quod habitioribus solenne] plerumque liquida. Inordinata *Victus* ratione, quicquid occurrit avidè ingerendo, *Vomitibus* assiduos, & *Diarrhœam* accessivam; quodque temere dimisit, statim Ore, vel brevi temporis spatio *Ventre* reddidit. Hoc etiam modo *Arthritidis* *Paroxysmos*, quibus in singulos annos affici solebat, regularibus & idoneis, (ejus scilicet materiam ad *Intestina* sollicitando, *Diarrhœa* fere perpetua per Anum expellendo) ingruentes abscedit; plus biennium aspulerat; neque ad fastidium aliquod notabile, & observatu dignum, unquam, eo tempore toto evehi permiserat. Prostratus *Appetitus*, *Ciborum* omne genus fastidium erat; *Caro* absumpta, *Cutis* flaccescens, languentes *Oculi*, *Faciei* margo, quasi ab *Aurugine*, flavescens; *Urina* exigua, & colore rubro; *Suspiria* crebra, *Animi* dejectio miserabilis, *Pulsus* debilis & celer, *Sitis* importuna. Quibus animadversis, non hæc ab una *Intestinarum* imbecillitate (tametsi illam esse non negaverim,) aut *Natura* quasi confecta; sed ab aggravata potius, & *Arthritide* *αισχυρὸν* agente oppressa, oriri contendebam; ideoque *Arthritidem*, deviam & palantem, ad externas Partes, ad Artus expellendam. Cui quidem Opinioni cum *Medicus Ægri Ordinarius*, & *Συνιστάτης* meus est assilulatus, primum, ut sordium *Massæ*, quæ *Ventriculo* onerosa, *Arthritidem* eo loci detinere visa est, dimoveretur, *Emeticum* dedit: *Decoctum* nempe *Cardui*, cum *Vino Lulianico*, propter *Ægroti* imbecillitatem, admisso. *Phlegma* ejectum est, cum *ισχυρὸν* copiosum. Nullum eo vespere *Paregoricum*. Postero mane, *Respiratio* liberior, *Vigor Oculorum* vege-

vegetior, major animi alacritas. Et, quod desideratissimum, en etiam Manus & Pedis Dolor, Tumor, Rubor *Arthriticus*: Qui, in flatu tam lubrico, ut augeatur, *Bolus ex Ther. Andram, Croco M. alstring. Pul. e Cbel. C.C. Syr. de Ros. s. quarta quaque hora sumitur, simul cum Vini rubri prædicti haustu; cui Tinct. Martis nutriti gutt. xx. sunt adjectæ. Sp. C. C. Succinatus subinde datur, & Potui Vinum, Aqua Fontana colla dilutum.* Quinimo, ut quem auspiciato nati sumus, eundem cautè & diligenter locum tueamur, *Phanigmos (è Seminibus Sinapios, Raf. Raph. Sylv. an. p. j. Fermenti vet. p. ij). Aceti Vini albi q. s.)* Tumoribus *Arthriticis* calidos admoveri, & quam primum refrixerint, iterari præcipimus; donec in molem illi majorem eleventur. Aucta hoc modo utraque Inflammatione, ad evocandum illius Serum, & materiam simul *Arthriticam, Epispastica* super eam imposuimus, quibus Ichoris lassi virisque libræ minimum duæ, spatio quadridui, sunt elicitæ. Pallidior hinc paulatim Urina, & ab *Arthritide* Quies.

Finito Paroxyfmo, ad instaurandam Coctionem, & robur *Interaneorum* confirmandum, socia opera, primo *Leue Catharticum*, deinde *Chal. Nutritum* adhibuimus. Dietam omnem quantitate & qualitate aptis, accomodavimus.

Quamdiu *nam* vitæ egit, monitis & præceptis his obtemperans Æger, tulit Observantiæ fructum. Cibum avidè satis appetit, tenuit, digestit; raro, neque nisi laudabiliter deiecit: integra & tuta videbantur omnia. Ante verò, quam vires, nuptera tempestate labefactas, refarcire valuerat, suo se iterum more gerens, & Genio indulgens, *Diarrhea* subito recidiva, Motibus Convulsivis, &c. stipata, paucarum horarum spatio est surreptus.

CAPUT V.

De Dysenteria Arthritica.

ART. I. **Q**Uæ tormina, qui *Intestinalium* cruciatu, graves utique & terribiles, ex *Arthritica* Materia illorum Tunicis imposita oriuntur, in superioribus tractatùm est. Tenemus ultra, & utrum hæc tantummodo, an etiam alia; an his majora miseros mortales interdum non excruciant, & demum Morti obijciant, seriò expendamus. Quocirca, hoc Capite de *Dysenteria Arthritica*, & in sequenti de *Abcessu Intestinalium Arthritico* sermonem inferemus.

II. Et quidem hæc res insipienti palam erit, acrem illam & virosam *Arthriticos* Materiam, & Causam Continentem; qua Dolores passim in Corpore crudelissimi concitantur; qua Membranae velluntur, & exulcerantur, qua ipsa interdum Ossa corumpuntur, & Carie conficiuntur: *intestina* etiam aliquando mordere: illius rosione perfodi, & exedi Vasa eorum exilia: sicque fieri posse *Dysenteriam*, quam tradimus, *Arthriticam*. Verum, ut ab hujus Morbi probabilitate, ad ejus *causam* & experimenta medica transeam, revera dari hunc Affectum explorato constat. Ejus autem *causam* quantum explicando consequi valeo, tale est.

III. Gracili & tenero Corpore *Podagrosos*, *Intestinalis* præcipuè teneris donatos, & *diarrhoeos* aggreditur. Prætere solet Dolor Colicus, pariter *Arthriticus*: & cum crebris ejus accessibus læsæ & corruptæ sunt *Intestinalium* Tunicæ, debilitatæque flaccet eorum Fibra; *Miasma Arthriticum*,

Causa aliqua externa illud intro pellente, vel intus posita eo alliciente, in Arterias, [*Caliacæ* nempe *Intestinalis* tantum, & utramque *Mesentericam*] *Intestina* irrigantes, *spiritus* infunditur. Hinc Dolor *Intestinalium* mordax, erodens; cum Pulsu celeri, & Febricula quadam. Si eodem tempore externis partibus *Arthritis* insit, celerrimè omnis evanescit, ad *Terrena* festinat. Vasis Sanguine distentis, erosis, ruptis, in Fistulam demum alimentarem is exstillat; qui, in ejus cavo collectus, alvo, & interdum ore ejicitur. Emissi quantitas sæpe unius libræ, aliquando binarum pondus. Qui tantum, & humoris tam commodi dispendium excipiunt languores, ab eo cavernæ *Interaneorum* commisso magni sunt; ab expresso, & è Corpore expulso, majores. Collabuntur Vires, Artus frigidescunt, frequens est Deliquium, planè in dubio Vita. Levantur ex hac evacuatione Tormenta, & si Æger insultus vim & ferociam tolerare valeat, * quies sequitur, & à Paroxyfmi impetu *Arthritici* ad tempus aliquod indociæ. Materia modo jam dicto per *Intestina* exulante aliena, non iterabitur Insultus, donec in Sanguine nova condatur, & coacervetur; quam autem primum illud fiet, tam in Artubus citissimè, vel *Interaneis*, iterum expectandus erit.

IV. Observatu facile est, ingenio & natura quam singulari sit hic Affectus, & à *Dysenteria*, quotquot uspiam inveniuntur, aliis, quam diversus: Quod ut pro certo habeatur, animadvertendum [præter illam *causam* *Arthriticam* imbecillitatem, qua dirigitur Sanguis, & in ea derivatur] ab una *Arthritidos* Materia in Sanguine contenta, Affectum hunc, constanti norma & ratione manifesta, dependere; ab ea ebulliente, fieri, ab ea minuta, minui, neque nisi ab ea renovata, & in novum Orgasmum excitante Sanguinem, renovari: Quo quidem argumento, ad confirmandam morbi hujus *Arthriticæ* nihil gravius, nihil, ut opinor, validius afferri potest.

V. Ad hujus morbi exitum, sive Prognosin, ut descendam, non semper ille missione Sanguis contentus unica; verum, è contrario, Insultus sæpe repetens, *Arthriticis* illos facit Paroxyfms, si Typos & utriusque frequentiam spectemus, respondentes & analogos. Ad hæc, vel prima vice, vel postea (secundum *Miasma Arthritici* in Sanguine incrementum) recurrens, quando videlicet *Miasma* in Tunicis *Intestinalium* adhærescit, aut affigitur & eas suo mote mordet inficitque, nunc in *Ulceris Intestinalium*, nunc in abcessum degenerat, itaque notas illis inurit tristissimas, morbos incutit ærum, nosissimos.

VI. Profluente Sanguine, commodissimum erit; ut Æger conquiescat: ne, Corpus nimium agitando; ne profluvium, supra quam ferri potest, intendendo, gravius ille luat: quare Lecto, vel Cathedra se det, quam primum Morbus ingruerit. Nefas autem habeatur, ea quæ, Cardiacorum titulo, ubique ad manus sunt Matronis, (quæque sua, modo opportunè propinentur, non carent utilitate) sic ingerere; ut, Sanguinem accendendo, noxam magis augeant, quam Ægrum levent. Cautè ista, neque largius adhibenda, quam ad Spiritus rescindendos, & à Deliquio sustinendos, opus esse invenietur. Contra, si Profluvium *Arthriticæ* excedat, *Laudano* illud comprimendum; ideoque Linguae super illinantur, Ore teneantur illius Guttae aliquot, (quoniam demissæ vomitione reddi possint,) donec cohibeatur.

* *Dysenteria* solvi posse *Arthritidem* notavit olim *Hippocrates*, hisce verbis. *ἰσχυρὸν τὸν [Παθῶν] ἀσθενῶν ἀσθενῶν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ, ἰσχυρὸν τὸν ἀσθενῶν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ, ἰσχυρὸν τὸν ἀσθενῶν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ.* *Sanant h. (Podagrosos) optime Dysenteria, si successerint. Prædictorum Libro 2. Sect. xv.*

ur. Romanis in curanda; quoties importuna fuit, *Dysenteria*, Aquæ bene frigida, Potio in * usu erat: quippe quæ astringat, Vulnusque sanet; & à † recentioribus, unde confirmetur illius in sanando Vires, præclara multa referuntur: quorum autotriati innixus, *Decoctum album*, *Dysenteria* hac afflicta, non sine fructu & emolumento, sæpius præcepi. Oportet autem modicè, sed crebro, Laborantem forbare, & quidem eo, ad tempus aliquod, loco cibi potionisque omnis, solo uti.

Quibus curæ fuerit, ne *Intestina* nimium aperiatur; iis etiam, ut ne astringantur nimium, aut præpropere claudantur, vitium nempe contrarium, est cavendum; & si Corpus astrictum, leniter est solvendum. Est enim illa *Dysenteria* omnino Critica, ex alterutra parte, sive major, sive minor æquo, vitiosa; cum mediocris, optima. Et Virium contemplatione debita, Mediocritas illa tum intelligenda, tum item obtinenda.

Post breve temporis spatium expelli solet inimicus, & jam tum pacari & deliniri Sanguis: quod si aliter eveniat, & Sanguis pertinacius descendat; quæ eum sistant, & Valvas contrahant, expediet dari: *Tinct.* puta *Japonicam*, *Decoct.* albo, vel *Traumatico* instillatam; vel *Balsamum Lucaielli*, cum *Olibano*, *Mastiche*, *Sanguine Draconis*, & *Croco Martis astringentis*, vel *Bolovera*, forma pilulari; vel cum *Conf. Fr. Cynosbat.* Rosar. rubro per setaceum traject. *Spec. Conf. de Hyacinto cum Syr. de Rosis siccis*, forma Boli, ex eodem vehiculo, *Tinctura Japonica*, solvendo *Terram* ejusdem nominis, sive *Gummi Catechu*, in Spiritu Vini rectificato, vitro probe clauso, igne arenæ conficitur. Lanea, *Decocto* astringenti, cui adjectum est Vinum rubrum, immersa, super ventrem imponantur.

Si prope Anum Vena dehiscat, ex *Gelatina Amyli*, vel ejusmodi *Kathartico*, *Hæmorrhagia* persistente, immittatur *Enema*, & diutius retineatur. Interea vitentur, etsi astringant, *Acida*; ne (propter eorum stimulum) major ex eorum usu damni metus sit, quam emolumenti spes. Cibus ex *Gelatina C.C.* *Eh.* aut *Pedum Viulinorum*; ex *Ovo tremulo* & *sorbili*; ex *Lacte*, cum *Oryza* ei incocta; vel ex *Oryza Cremore*, & ejusmodi aliis, quæ simul nutriant, & intractent, quæque Vulnora conglutinent.

A *Therapia Dysenteria*, propriè sic dictæ, hanc *Arbitraria Dysenteria* *Therapia* multum abluere, quilibet harum rerum vel imperitissimus videbit: quando ista *Purgationem*, eamque interdum repetendam, enixè postularet, & nisi illa esset, raro unquam perficeretur; hæc aut nunquam, aut certè perraro Ventrem medicamentis solvi patietur.

Cum ad *Prophylaxin* accedas, nihil valentius, nihil ex omni parte fructuosius, quam *Aque Tumbri-genses*, sive *Bamionenses*, vel istiusmodi *Ferratæ*; quæ, satis diu recteque potæ, *Intestinarum* adyta ingrediantur, *Vulnora* persanent, *Ulceribus* medeantur, *Fibras* contringant, *Tunicas* corroborant: Hæc porro *Hæmorem* vitiosum per *Renes* efficacissimè avertunt, itaque *Intestina* maximopere defendunt. Hicce verò, ad mutandam *Humorum* inclinationem, & deducendam in *Artus Arthritidem*, non incommode adjiciantur, cum astringentibus, è *Ferro* præparata.

* Vide *Synopsin Discursuum Magistri Vander Heyden*; Impressum Londini, Anno 1653. pag. 53. & quæ sequuntur.

† Vide *Celsum*, Lib. 3. Cap. xviii.

HISTORIA I.

Tenesinum & Dysenteriam inferens
Arthritis, omisso Externorum
usu, lethalis.

Quum rure, Anno MDCC. mense Majo, fortè agerem ad *Ischanum* ostium; me consuluit *Septuagenarius Arthriticus*; qui ita sæpe doluit *Articulis*, & quidem Vere tum nuper elapso, ut in rem esse arbitremur. Sub initium Aprilis, nescio qua de causa evidenti, (nisi hoc in numero ponenda, propter res domesticas, quæ illum mirè exercuere, Animi perturbatio) derelictis *Artibus*, ea, quæ intus sunt, invasit *Arthritis*. Fames, antea naturalis, ab eo tempore multum imminuta, fere nulla: *Animales Spiritus*, humiles & depressi. Vidimus, at non sine commiseratione vidimus ægrum, in lecto jacentem, oculis concavis, & retractis, *Respiratione* difficili, cibi omnis fastidio, *Nausea*, *Ventriculi* gravitate pene perpetua, *Azoturia* etiam afflicto.

Malis hisce, circa eorum initia, vires & incrementum dedit *Lac Amygdalinum*, pessimum omnium eduliorum, & alia istiusmodi frigida. Hæc ille interdum, noctu, demisit affatim; *Calida* & *Cardiaca* (ne videlicet *Dolorem* moverent in *Articulis*) *Canepejus* & *angue*, fugiens. Ab ipso victu confirmatum est cibi fallidum, cæterum que malorum agmen.

Puduit sanè misertumque fuit ægroti, [hominis alias sapientis, & civili prudentia præclari] in tanti re momenti, in ipsius *Vitæ* re, tam egregie hallucinati. *Calidorum* enim egentissimus, frigida calidis præposuit.

Malum indies aggravescens adduxit *Tenesinum*, & dein *Dysenteriam*; unde pejus omnia. Ut his occurrerem, primo *Theriacæ Androm.* & *Diascord. an 36.* cum *Julapii Cretacæ Haustu* dedi; ex *intervallis* sæpius repetii. Potui dabatur ordinario *Decoctum album*. Hinc alvus suppressa, *Dejectiones* solida, & bene colorata.

Hæc verò inducias, quando parum fidas esse suspicarer, nisi etiam *Arthritis*, quæ in *Artibus* jam ipsis *nutriculis* aggravare visa est, *πρὸς τὰ ἀρθρα* extruderetur; eam in finem *Podagragoga interna* (nempe ex *Rad. Serp. Virg. Pul. Cantiano, Lapide Contrayerva, Conf. Alk. Bolum*) præcepi, cum istiusmodi aliis. Quorum beneficio *Malleoli*, & ad *Genu* usque; *Carpi*, & ad *Cubitus* usque dolor: quaque ratione proportionemque doluerunt *Artus*, liberata sunt *Intestina*. Erat autem adhuc *Pectus* aggravatum; erat, tanquam à *Cingulo*, strictum *Abdomen*.

Ne verò hisce remediis, *Sanguinem* exagitantibus; in ægroti *Dysenterico*, nimium insisterem; in *Arthritide* removenda, quantum operis maximum potueram, *Externis, Arthritidem* educantibus, agere institui. Quocirca, *Pellem Vervecinam*, jam tum extractam, *Artibus* applicari, in præceptis dedi.

Ille hæc gravatè; *Omnium*, quæ *Dolorem* excitarent, odor acerbissimus, eorum usum non admisit; non sine indignatione respuit; ut vel perire mallet, quam dolere. Neque *Salutis*, neque ipsius *Vitæ* consideratio, etiamsi ab amicis amantissimè proposita, studiosè commendata, ut animum mutaret, vel hilum fecit. Retrocessit denuo *Arthritis*; & Æger, viribus infractis, *Morbo* dicam, an *Perinacia* periit.

HISTO-

HISTORIA II.

Dysenteria Arthritica in Abscessum
migrans.

D Ostrinæ, hujus *Arthritidis* in superioribus traditæ, fidem conciliat Agricola *Devonienfis*, antiquis moribus, & malo tantum habitu infelix. Fuit ille tener, gracilis, Visceribus imbecillis, *Arthritide* primo permultos annos idonea, tum *Arthritide* *Intestina* simili frequentia impetente, aggravatus. Post *Arthritidem* hujusmodi complures, (quibus sublevandis non incassum ei Medicinam factitavi) per quis effectum est, ut ad *Intestina* citius & facilius diverteret *Arthritidis*; tandem, Anno seculi novissimi postremo, exeunte Vere, *Arthritide* omni jam diu vacans, novum in morem ægrotavit. Prægressa enim Corporis Plethora, Vomitu Sanguinis & *Dysenteria* corripiebatur, adeo vehementi, ut brevi spatio libræ aliq. ot Sanguinis Ore & Alvo redderentur, & Æger animam agere videretur.

His angustiis verlato, *Bolus astringentem* [ex *Conf. Rosæ. S. Pul. G. Arab. S. S. Sang. Drac. Boli vera, an. gr. v. Syr. de Symphy. q. s.*] bis in die, cum *Julapii Cretæci Haustu sponendum*, præcepi. Potui datum est *Decoctum Album*, & in cibum *Pedes Vtulinæ*. Ad Sanguinem verò quam citissime reprimendum, & intra cancellos suos retinendum, *Laudani* aliquot *liquidi* Guttæ, bis ter quaterve in die [modo postulatet Hæmorrhagia, & vires Ægri paterentur] repetendæ. Id enim agendum arbitrabar, ut Hæmorrhagiæ, quadam ex parte forsitan necessariæ, & huic Ægroti salutari, modum ponerem, naturæ rebus convenientem: nec quidem alienum egi; quan loquidem hac medendi via, ne lethali ista, ne injuria esset, provisum est. Hisce difficultatibus liberato (qua Vultus sanaretur) *Tereb.* dedi *Venetam*; forma pilulari, cum *Pul. Dialtheæ*, bis in die sumendam, & quod superbibere, *Julapium*. Quando verò posthæc, propter restitutas Ægri vires, Sanguinem instauratum, & *Arthritidem* interraptam; Pulsu ille magno, Cibi fastidio, *Intestinorum* tectu immodico, Doloreque pungenti, cum aliis mali hujus reversoti notis, urgeretur; Brachio Sanguinem detraxi; Orgasum ejus mitigavi; *Lutetanæ* prospexi: utque pacem, quam eo nactus sum modo, confirmarem, *Aquas Bamtonenses*, vivas & de fonte, per mensem biberet, imperavi. Paruit Æger, adjecitque cuilibet *Aquarum* selibræ, *Syr. Balsamici S. S.*; & hora somni, *Balsami Gilead S. S.* ex ejusdem *Syrupi* cochil. deglutit, Rectè bibendo, Medicamenta rectè sumendo, rectèque vitam instituendo, quantos ille progressus fecit, vel hinc conjicere liceret, quod Fame & concoctione domum rediit laudabili, Vultuque bene colorato. Viæ res & salutis cætera, qualis sanq. & incoluui solebat esse; & quam dudum, multo integrior.

Nondum annus effluxit, cum *Arthritide* pertinacius silente, nec in Artibus unquam quicquam moliente, Materia verò ejus (uti licet optari) in Sanguine congesta, eadem sepe, atque nuper, *Intestinorum* Accidentia, Materiam eo loci denno coire, manifestè ostenderunt: Quæ quidem Mala, methodo penè eadem, qua prius, erant sublata. Verum, ut tutelam Ægroti certam & diutinam præstarem, eum hoc admonui; ut de Plenitudine sollicitum se haberet tanquam Morbi hujus Genitrice certissima, Altrice peratissima.

Quæ cum ita præciperentur, vel Ægri incuria, vel Morbi magnitudine, & ad renascendum pro-

pensione factum est; ut aliquoties, nec opinato, recurret *Dysenteria*: Cujus accessiones cum jam quatuor aut quinque essent; æque omnes, ex intervallo anni quasi dimidii; (quo temporis spatio novam *Arthritidis* materiam pullulare credibile est,) *Dysenteria* tandem in *Abscessum* migravit, suo loco tractandum.

Observari facile est, Primum, ab hoc Affectu, pristinis in Ventriculo & Intestinis *Arthritidos Anomaliis* succedenti, licere nobis opinari, Earum locum illum tenere, & quasi numerum explere: Deinde quod, cum omnes illæ *Anomaliæ* [qua in hac regione pristinæ, qua novæ & *Dysentericæ*] rectos & idoneos *Arthritidos* Paroxysmos subsequantur; horum Paroxysmorum illæ vicem gerant; nihilque aliud sint, quam *Arthritidis* commissa *Intestinis*, & illac exulans: Cujus quidem rei argumentum, idque nostra sententia firmum est; quod deseruerit Ægrum *Arthritidis* rectæ, quo tempore, & qua proportione occupavit eum *inversa*, sive *Anomala*; & quod, *Arthritidi* rectæ, & *Anomala*, Accessionum essent intervalla planè eadem; distantia par: quo nihil magis probare potest, Affectus hocce, (si tantomodo vultus eorum intueamur) varios & diversos inter se; ab una eademque propagine derivari; eandemque fieri Materiam; pari semper ratione nata, & quantum in se est, pari modo semper operante; sed, propter aliquod sibi externum, & locos novos ingrediente, & diverso in eis modo agente.

Huc quodammodo referri potest *Dysenteria*, quæ ad *Arthritidem* ex *Lue Venerea* generatam pertinet; cujus olim protulimus * *Exemplum*, si placeat, adeundum.

CAPUT VI.

De Abscessu Intestinorum Arthritico.

ART. I. **A**bscessus sequitur *Intestinorum Arthriticus*: hic enim est Naturæ ordo, quæ à *Dysenteria* ad *Abscessum* migrare, ut ab *Hæmorrhæe* ad *Pelliculam*, observatur. Alienum & vitiosum, è Sanguine sine expelli, Partibus à corde remotis & debilibus immitti, Tamoremque iis usitato inferre, passim experientia confirmatum est: Ad *Abscessum* verò conficiendum proclive, & suapte sponte pronum esse *Virus Arthriticum*, vel eo constat, quod in Artibus is identidem cernatur; eorum Articulos, post duras & iteratas accessiones, quibus *Materia* multum illis illiditur, aggravans & extendens; sic, ut veteres *Arthriticos*, (quos omnium frequentissimè Morbus hic affligit) hac de causa claudos, eorumque Pedes Manus laqueis obvolutos, sæpe tueamur.

II. *Virus* illud, *Intestinis* à Sanguine commissum, in eorum Tunicis nidulatur; Fibras earum corrodit, exedit; Spiritus iis inclusos extimulat, in Spasmos adigit. Hinc Calor interdum acris, pungens, lancinans; quem ut deliniat, & Humoris acrimoniam diluat Natura, (non alio modo, quam in Apostemate Gingivarum ex Dolore Dentium; vel alio quovis Apostemate; ex aliena & virulenta materia) Seri copiam suffundit. Ex his Humoribus hoc in loco depositis, conflatatur & efficitur *Abscessus*; qui, serius citiusve, (pro ejus Compositione, & Calore innato, vel adventitio) maturatus, extensa primum, mox rupta, vela perta, qua includitur

pellis.
* Vide *Dissertationem* De *Arthritide* Symptomata, Cap. vij. *Hist. iij.*

pellicula, Pus evomit. Quod utique, si Natura copiosè ejicitur, vel Arte eximitur, ceteraque Curatio rectè procedit. Egroto commodum; proscripto malo Cive, conciliatur incolunitas; purgato Sanguine, salubritas: si verò laice nimis exiguo Pus exprimitur, Egroto, propter retentum malum Civem, difficultas; propter reliquias intus servatas, affectarum partium Durities, & nonnunquam in Gangrænam degeneratio.

III. Causæ hujus Tumoris manifesto binæ sunt; quarum altera *Intestinarum Imbecillitas*, sive *Atrophia*; quæ, ad *Intestina* Sanguinem invitet, eumque (pro ut *Leges* volunt *Hydraulica*) facit inclinare. Hanc autem esse, ipsa Morbi natura arguit; evincit id, quod non inibus vel ab incunabulis, vel malis moribus *δοσολόγηται*, hic Affectus sæpissimè contingat. Altera, *Sanguinis Depuratio*, sive *Miasmatis Arthritici* [secundum normam, à Natura in alienis rebus exturbandis, observari solitam] expulsio: Utque binæ illæ causæ se habent, & majores aut minores sunt; *Abscessus* inde orti accidentia, mores, conditiones sint, necesse est.

IV. Magnus hic *Intestinarum Abscessus* esse solet, duarum trium aliquando librarum Materie capax; contra, quam qui vulgo sunt *Extremitatum*: hi etenim fere parvi. Notandum etiam, nullam totius Trunci partem magis, quam alimentariam eum *Fistulam*, infestare: ut hæc illi Regio gravissima; hæc sedes * *Principalis* esse censeatur. Tertium, addi potest, [quod huic nostro *Abscessui*, præ ceteris sive *Artuum Arthriticis*, sive totius Corporis, *Abscessibus primigenis*, privum & peculiare] esse eum creberrimè, paucis post mensibus, recidivum. Hæc autem omnia Causis modo dictis, alteri nempe vel utrique potentiori, sunt attribuenda.

Quo enim celerius *Arthriticum* Miasma in Sanguine denuo condatur; quo frequentius Natura conditum expellere, & è Sanguine conetur in exilium ejicere; quo exulanti, & expulso ei recipiendo, propter imbecillitatem, proniora sint *Intestina*; eo hi illorum *Abscessus* majores; eo frequentiores, & qui replentur, aptiores sint, necesse est.

V. Si in *Ano* fuerit *Abscessus*, eadem prope Curatio, ac in *Abscessu Ani* primigenio. Si in *Oesophago*, *Ventriculo*, vel *Intestinarum* aliquo; (quæ, extra *Sensum* posita, ortum, & incrementum, vix unquam manifestum esse sinunt;) ante ruptam *Vomicam*, & Pus evacuatum, ejus sæpe nulla, sive *Egrotò*, sive *Medicò*, vel minima incidit suspicio. *Abscessum* hisce locis oriturum una, quantum video, prædicat *Vomitio Sanguinis*, sive *Dysenteria*, quæ appellatur *Arthritica*: qua prægressa, ejus *Prophylaxi* magnopere studendum: hæc enim adversus *Vomitionem*, adversus *Dysenteriam*, adversus *Abscessum* erit utilissima.

Rupta autem *Vomica*, in *Lectum* se det *Egrotans*, vel minimum *Quieri*, quoad poterit, indulgeat. Si copiosè nimis, supra vel infra, Pus emillum fuerit, *Hypnotico* moderanda evacuatio, minime sistenda. *Laudano* madescent Tempora, *Nares*, *Lingua*, donec cohibeatur, & ad *laxos*, ut ne videlicet eam excedat, redigatur. Puris autem diluendi, gradatim & partitis vicibus educendi, ulcerisque detergendi gratia, hujusmodi *Apozematis*, quarta quinta vel sexta quaque hora *Cyathus* assuatur.

℞. *Hordei mundati* ℥β. *Rad. Symphyt. maj.* ℥ij. *Cacum. Betonice*; *Sanicula an.* ℥ij. *Coq. in Aq. font.* ℥℥j. ad ij. *Colatura adde Mellis Rosarum* ℥ij. vel iij. f. *Apozema*.

Jalapium præsto sit *Cardiacum*, aut *Vinum* ali-

* Vide *Celsi*, Lib. v. Cap. 28. §. 11.

quod generosum; ejus; in *Languoribus* summis, *Cochlearia* aliquot hauriantur. Interea temporis [ut *Celsi* verbis utar] *Nihil facere oportet*, quominus, quicquid est *Puris*, exeat.

Cum *Vomitus*, & *Diarrhoea*, & *Puris* evacuatio desierint, ex usu erit *Tereb.* à ℥β. ad ℥j. cum *Ovi Vuelli pondere aequali temperatum*; vel *Bals. Lucat.* ℥β. cum *Myrrha pul.* q. s. in *Pil. redact. bis in die*, ex *Apozematis* haustu demitti. Vitentur *Acida*, vitentur *acria*, & quibus læsa pars exasperetur, quibus noxa augeatur, omnia. Ipsorum *Cardiacorum* vitetur ea *Vis*, quæ Sanguinem nimis exagitet, & è foribus jam apertis eum eliminat. *Eboris*, *C. C. Pedum Vitulinorum Gelatinis*; *Hordeaceis*, *avenaceis*, *Pullinis*, *Ovinis*, *Vitulinis*, & ejusmodi forbitionibus, vescatur *Eger*. Si alvus soluta nimis fuerit, potioni sit *Decoctum album*; si dura nimis *Hydromel*.

Prophylaxis, sive in *Ano*, sive intus sit *Abscessus*; *Aquis Diureticis* optimè perficitur, quibus adjici potest *Sat* & *Crocus Martis*, *Myrrha*, *Terra Japonica*, cum *Syr. Cydon.* forma *Pilulari*. His enim partes vulneratæ debilitatæque contrahuntur, & defenduntur; quodque maximi est momenti, *Materia* vitiosa per *Renes* emittitur; unde *Visceribus* major, etsi non ubique certa, erit *Tutela*. Conducat item *Vena scellio*, præsertim in *Corporibus Plethoricis*, sique nihil repugnaverit. Conducat *Ambulatio*, *Pedum Friclio*, & in *Aquam calidam* immersio. *Purgatio* fugienda.

VI. Unum huic *Capiti*, veluti *Coronida*, subnectam; *Veteres Arthriticos* non tantummodo *Colica*, aliisque *Interaneorum* morbis, (ut ante dictum) verum etiam morbis *Ani Arthriticis* identidem affligi, nonnunquam miserè cruciari: maximè cum ætas exacta est, & *Vires* jam imminutæ, ad *Miasma* in *Artus* expellendum minimè satisfaciunt. Ea morbi mutatione, in *Ano* *Materia* deponi *Arthritica*, in eam infundi videtur: Cujus utique rei *Argumentum* hoc est, quod quamdiu *Ani Abscessu*, *Fistula*, vel ejusmodi *Morbo* aliquo gravi afficiantur homines hi *Arthritici*, tam illi diu raro *Articulis* ægrotent, ubi vero, ea tollantur *Ani vitia*, recurat *Arthritis*, [quod iterum & sæpius observavi] in *extremis partibus regularis*.

VII. Hæc, & hujusmodi alia, quæ ab *Arthritide* fiant in *Visceribus*, sexcenta mala; videre licet, quàm appositè, quàm bellè sit à * *Luciano*, ex *Erasmi Schmidii* versione, de ea dictum.

Visceribusque in ipsis ignitum discurret Malum,
Vorticibus Flammarum Carnem ignis more depascens;

Veluti crater plenus Ætnæ ignis,
Aut Siculus Canalis æquorei interstitii,
Ubi confusus fluctuans,

Ob fissuras petrarum, obliquus volvitur astus:

HISTORIA I.

Abscessus Intestinarum Arthriticus auspiciato sanatus, recurrendo Lethalis.

Abscessum in *Visceribus*, *Arthritica* fieri posse materia, probat *Agricola*, prædio *nudiustertius*

* Σπλαγγχον δ' ἐπ' αὐτῶν διὰ πύρον ἀρχεται κακόν,
Δίνατοι φλοισμῶν σάρκα πυροποιήσανον,
Ὅποια κρητὰρ μείζους Αἰσθητῶν πυρός,
Ἄ Σικελὸς αὐλὰν ἀλσπόρι διασφάζει,
Ὅπου δυσέλεκται κυματῶν κινεῖται,
Σήραγγε πέτρων σικελὸς εἰλεῖ τ' κλυδῶν.

tius suburbano agens. Fuit ille Corpore pertenui, ἀσπλάγχιος, annos Arthritide permultos, primum Regulam tantum, mox etiam Anomala, τὰ Ἐξέδρα premente, Dysenteriam inferente cruciatus.

Dysenterico ei medicinam, ex utriusque nostri sententia, iterum ac sæpius feci; ducto que Prognostico à vulnere multumque læsis & debilitatis Intestinis, uti etiam ex eo, quod illa jam frequentaret Arthritis; de Abscessu Ægotantem, de eo, tanquam impendente & pe timescendo, monui. Nec quidem aliter evenit: Namque elapso ab Arthritidis Paroxysmo b evi spatio, cum jam repletum esset Corpus, & dolerent Intestina, (quæ duo Accessiones iidem Dysentericas solebant antecedere) Materiam, rupto in Intestinis Abscessu, pu ulentam ἀπορροήτω reddidit. Vomitus & Diarrhæam, ut ne violenta nimium ugeret, Laudano compescui; eorum sævitiam mitigavi. Finita Puris Evacuatione, Bolum astringentem (ex Conf. Ros. rubr. Croco Martis, &c.) bis in die, Pil. Balsamicas, ex Bals. Luccat. Pul. C. C. C. hora somni demittendas, cum Julapii Haustu dedi. Potum, quod dilueret Puris acrimoniam, simulque reprimeret Diarrhæam, Decoct. Album tenue dabatur. Cibum, è Jusculis & Gelatinis, erat Analepticus. Potio, Prophylaxeos ergo, decem post diebus, omni mane, Ἀγ. Bathoniensem ἡβ. paululum tepetatis hausi; linguis telibus adjicendo Vini Canarini coch. num alterumve. Per Elecl. Lenticulis Dolin, uti opus fuit, assumptam, Alvi prævenit tarditatem.

Caro, Color, Vires ab hac methodo, augentur; sic, ut Hyeme sequenti, mentes inde post quatuor vel quinque, Pedibus iterum doleret, & omni periculo liber esse prima facie videretur. Contra verò, ob ipsa hæc indicia salutis, (ita vulgò aestimantur) censenda erat hujusce ægri salus in dubio versari. Quandoquidem illa, tamen quodam modo silitem, modo longè majori contrarium indicarent, & Intestina denuo gravari minarentur. De Venæsectione, ut de Intestinis mihi curæ sat esset, deliberavi: vetuit Corpus à Natura tenerum: vetuit malè constitutum, Morbis multatum, atque adeo Arthritidi rectæ vix obviandæ par.

Anni circiter dimidium erat, cum recurret acris ille & pungens Intestinarum Dolor, novum materiæ coitum ostendens. Subsequitur, paucis post diebus, Puris tenuioris subalbidique, ad tres minimum libras, paucatim horarum spatio, per Os, per Anum excretio. Vires ægri statim collabuntur, & Cardiacis frustra, licet copiosè datis, oppressi Oculis obductum est ὀφθαλμικὴν μίανσημα.

Notatu dignum erat, Arthritidem, ex quo Intestina primum est aggressa, nova illa sede adeo delectari, ut intra triennium sexies eam inviseret; & toties vel Dysenteriam, vel Abscessum eo loci faceret: Visceribus scil. à natura imbecillis, & Morbi crebris insultibus enervatis, depositum, imo insidum erat, expulsiōni jam tum idoneum, Miasma Arthriticum. Sed neque præteritū illud oportebit, quod, qua proportione Visceribus inhæserit, ea usque Arthritis Artubus pepercerit. Quin etiam observari potest, quod ab Arthritidis Paroxysmis regularibus, per Accessiones Dysentericas, & Abscessus hosce Intestinarum, magna ex parte defenderetur Æger; quandoquidem hæc crebro revertentibus, illi tum rariores, tum etiam mitiores invenirentur: ut, tum Arthritidos, tum Dysenterias, tum etiam Abscessus Causam continentem & conjunctam, eandem prorsus, nonnunquam Artus, alias Intestina, sed alio alioque modo infestantem, esse constet.

HISTORIA II.

Abscessus Ani Arthriticus feliciter curatus.

ANISTES nobilis, Ingenio summè prædicando, nisi quod Animi Magnitudo superaret Ingenium, Arthritide nativa, (ea prosperarum cum adversis, ea rerum humanarum mixtura) quam & ipse minimè tenuavit, est affectus. Dui ille, semel bis in anno, doluit; sed apè, sed utiliter: Tandem Ventriculum, Intestina, & eorum extremitatem, Anum, à muneribus suis deiscere comperit, & novo more affici: hanc humoris nimium recipere, Hamorrhoides ext. udere; illa Cibum minus rectè conficere; istum minus appetere. Hæc autem mala, sive Naturæ per se deficientis & debilitatæ, sive Arthritidos inversæ signa erant, (quum Interanea multum vis enervari consistendum est) rectæ & externæ Arthritidi intus vocandæ, non parum contuere.

Hujus Procatarxeos maleficio factum est, quod, ex errato in re Diætetica commisso, materia, (quæ Dignos etiam tum extendit, quæ in Tumores idoneos elevavit,) Arthritica, intus invitata, Anom. impacta, Abscessum in ea faceret. Primum, Offis Coccygos regionem, Mense Decembr. Anno MDCXCII. invalit: inde per dies aliquot Dolor, & totam pene Hebdomadam Ἀγγορία. Vena, Medici consilio, pertula est. Nihilominus increvit Tumor; dextram, sinistram, Partes circa Anum omnes comprehendens, & ad suppurationem tendens. Quocitius maturet, et Cataplasma admoveatur. Horis post triginta sex, cum jam moveretur intus contentum, & fluctaret Pus, Phlebotomo per Jenkinsonium nostrum est apertus: unde Materiæ putidissimæ fetidissimæque quasi libra effluxit; mundificantiibus ab eo injectis detergitur sinus, Fomentis roboratur.

Curatio perfecta, & absoluta esse visa est, quum, exante Majo, Arthritis, quæ tum temporis in Artubus emicuit, ob ἀπόφασιν nescio quam, ad Ani regionem, non ita prociem læsam, se perripuit, eamque magnopere corrupit. Pelle Ovina, recens extracta, involvi Pedes & Abdomen Ægotantis, imperavi. Hinc suppuratio maturior, atque adeo celerima; adjuvante Ung. Basil. &c. per penicillum admoto. Sexto Tumoris apice, Puris atera quasi libra expressa est. Perjucundum erat notare, non tantum omnia, statim ab emissio Puris, Symptomata concidere; sed & Apperitum, aliquandiu languentem, ex eo tempore vigere, lairare, & (quod eo amplius) Ægotantem comesa concoquere.

Quicquid hujusce mali reliquum erat, (hoc autem neque grave, neque longum,) id omne laboranti, non nimium morigero, deberi statuendum est; id etiam brevi subiatum. Nam factus tectus evasit Æger, neque, tamen sæpe posthac Arthritide, hujusmodi unquam Abscessu, de integro laboravit.

En igitur Ani Abscessum, in quem, tanquam in Sentinam, missa sunt Arthritica purgamenta: Cujus rei notitia vel eo manifesta, quod ex Abscessu favetur Artubus, neque iterum, dum nova in Sanguine coacervata fuit Materia, tantisper in eos sævitum,

HISTO-

HISTORIA III.

De Ani Arthritica, propter Aloeticum, Inflammatione; cum instante Gangræna.

Matrona Nobilis, Sancta, Venerabilis, ob causam alibi dicendam *Arthritica*, exeunte anno MDCCV. Dolorem Artuum, huc illuc vagum, & repentem habuit, Articulos etiam aliquando, more solito, perfringentem. Sub isto rerum suarum statu, & conditione, *Tinctura Sacra* Dofin, hortante quodem è vicinia sumfit; heu! infausto omine, & irato *Æsculapio*: *Hæmorrhoidum* enim dolore aliàs afflicta, tantam earum injuriam, tam grave malum ex eo pertulit, quam quod gravissimum.

Magna vis Humorum, qui in Sanguine jam evecti & exilio parati erant, ut hac vel illac levi ex causa verterentur; *Aloetico* viam ostendente, ad *Anum* pulsa est, & eam distendi maximeque cruciari fecit.

Non *Ægræ* profuit, quod è Gallis, aliisque refringentibus, Aqua ferrata incoctis, stuparum ope, *Fotus* adhiberetur; contra, malum ex hoc acerbis *Ægram* inveni, cruciatus inter & tormenta, miserè oppressam. Per *Anum* Humor nigerrimus, odore cadaveroso effluxit, & de *Gangræna* impendente me admonuit. Paulo post, in *Ani* margine tumore rupto, tam jugiter emanavit Humor, ut de *Ægræ* vita pene conclamatum esset. Parum aberat, quin opprimeretur. Libræ minimum binæ effluerunt, quibus nihil foetidius, nihil graveolentius. Non nisi *Cardiacis* copiosè creberrimeque datis, *Ægra* sustentari potuerat, iisque mehercule vix quidem.

Sistente demum Flumine, Cisternam ejus immisso stylo exploravimus. Ab orificio, quod in dexteri *Podicis* medio propter *Anum* erat, versus Os *Coccygenum*, duas circiter uncias sinus intravit: altera verò parte, prope *Intestinum Rectum*, eique parallelus, circa quinque uncias. Tanta verò ejus latitudo, quanta humori contento responderet. Præterea, Caro prope orificium ad *Drachmæ* spatium livida, sensuque valde obtuso, *inpropinquo* esse manifestavit.

Ut autem ea prohibeatur, eodemque tempore sistatur Humor, nimium profusus; per *Injectiones* aptas, aliæque *Topica*, Chirurgis adhibita, provisum est. *Turunda* immissæ sunt, paulatim breviores, & demum, mensis usque spatium, ne nimis cito occludatur, tanquam *Fonticuli*, os apertum est: postea feliciter reclusum. Ex morbo gravi, & profusus ancipiti convaluit *Ægra*, & partum intra breve spatium gessit.

Commonet Exemplum, in Corpore *Arthritico*, materia ad fugam prona saturato, quàm dubia, autem? imo quàm periculo plena, maxime per *Aloetica*, Purgatio.

CAPUT VII.

De Melancholia Arthritica.

ART. I. **P**ost *Ventriculi* & *Intestinatorum* Affectus *Arthriticos*, qui appellari possunt *Idiopathici*, (de quibus supra Disputavimus;) ad eos jam deveniendum, qui locis sæpe remotis & distantibus, semper autem aliis, *κατὰ Συναρτάσειαν*, inesse deprehenduntur. Hi verò, tametsi plures, & quidem prima

facie longe inter se diversi reperiuntur, (uti *Melancholia*, *Syncope*, *Cephalalgia*, *Vertigo*, *Respirandi difficultas*, aliique permulti;) quando hoc conveniunt quod ex *Causa primis Viis* contenta omnes exoriantur; eaque sublata, auferantur; eorum Curatio, maximam partem, ex prædictis elicienda est. Par autem unum, ceteris præluens, (nimirum *Melancholia* & *Syncope*;) cum utrumque ita interdum ingravescat, ut Symptoma evadat *ἰσχυρὸν*, & Motu rationem ambiat; hoc, & sequenti Capite, speciatim exponetur.

I. Nullos æquè laceffit hujusmodi *Melancholia* (ut de ea primò loquar) ac qui molles, teneri, delicati, animo præditi pusillo, vel alia aliqua inclinatione naturali, *Melancholiae* sunt ab incunabulis additi. Quamdiu horum *Arthritis* Paroxysmos agit regulares; & Natura, Visceribus parcendo, Materiam in Artus alienam exprimit; tam certè diu ægrotorum prosperè res succedunt; & in Paroxysmorum vacationibus, Cor illis lætum, Vultus hilaris; sudum undique, & serenum est. Quoties autem hoc salutare opus, sive profus intercisum, sive remissè & oscitanter actum est; maxime, quoties *Ventriculo*, & *Intestinis* committitur Materia; primum, Appetitus, & Concoctio depravata est: hinc eo loci *Massa*, brevi spatio putrescens, & inepta, coacervatur: hinc Flatus *Hypochondriacus*, *Βορβορῶνται*, *Præcordiorum* distentio, & interdum Dolor *Intestinatorum* fere continuus: hinc illi, per consensum, *Cerebri* & *Nervini* generis Affectus; illa, *Μυσοφρογία*, illa *Melancholia*. Turpis scil. illius *Massa* afflatu & contagione, deprimuntur Spiritus, Sensus jam Motuique obeundo impares. Nihil isthoc hominum genere tristius; nihil infelicius. Neque Somnum capeunt, neque Cibus. Pœnitet, piget, pudet, ipsos *Vitæ* suæ tædet. Quodque omnium gravissimum est, quæ, in summis calamitatibus, perugio; quæ *Ægrotantibus*, solatio; quæ *Arthriticis*, certissimo esse solet prædicio; hocce planè deficit, Spes.

Nullas unquam *Arthritidis Anomalias*, hac nostra diuturniores inveni; nec quidem multas temere frequentiores. Nono vel decimo circiter ætatis lustro, *Ægrotantem* aggreditur; & per reliquum *Vitæ* (nisi *Medicinæ* Viribus depulsa fuerit) eum petraro deserit; quin ex intervallis, iisque crebro brevioribus, affligit. Est autem ad *Arthritidem*, in eodem Corpore *Regularem*, (si ad eam comparetur) Proportione, quæ dicitur, *inversa*: quandoquidem, quò minor; quò rarior; quò mitior hæc: eò major; eò constantior; eò vehementior illa; & eò contrario.

III. Quod autem ita sit diuturna, Causam esse puto in præcedentibus enunciatam; *Dyspepsian* nempe, & *Ventriculi Imbecillitatem*: quæ, ut usitate Materiam ad *Primas Viis* Arthriticam invitare solet, crebramque facit (ut ostensum est) hujusmodi *Anomaliam*, ita quidem usitata major, (qualis his *Ægrotis* est) tum invitat allicitque magis, tum etiam arctius complectitur, retinetque diuturnius.

Ne verò, cum *Arthritide Melancholica* idem hic Affectus esse censeatur; advertere oportebit, illum esse *Melancholiam* puram, & exquisitam, in *Arthritida*; hunc, *Arthritidem* similiter genuinam, in *Melancholiam* desinentem, eamque propria Materia facientem.

IV. Requirit *Therapia*, ut Morbo *Ægrum* prementi, *Ventriculum* & *Intestina*, *ἀνω* [si opus fuerit] *καὶ κάτω* purgantibus, primum advesere. Ista verò blandiora sint, necesse est; è *Decocto* puta *Foltheæ*, vel *Possio Carduato*, *Vomitorium*; ex *Rhabbarbaro*, *Pil. Tart. Bontii*, *Stom. cum G.* vel istiusmodi aliquo leniente, *Catharticum*. Statim è *Purgatione*, eò

eo nempe vesperi, omisso Purgatorio, locum habeat Cardiacum; quod Materiam Visceribus adhærescentem extra propellat: posteaque, cum ad Alterantia descendes, ea quantitate propinentur, sed Dosis idoneis, quæ si nihil repugnaverit, Intentioni Therapeuticæ (i. e. Materiam Arthriticam, à Glandor educendæ, & in Artus ablegandæ) satisfaciat.

Vult autem Prophylaxis, primum, ut Aquis Diureticis, rectè diuque potis, è Sanguine virus evehatur Arthriticum. Deinde, ut Arthritis, vere & autumnò, altero nempe vel utroque, si per se quiescat, Medicamentis ad eum finem datis, creatur: regulares Paroxysmos, suoque numero perfectos (quoties opus erit) edere cogatur, & ut alias Coctionis summa teneatur ratio, in victu minimè peccetur. Quare Eccoproticum frequenter adhiberi, putres sæpe extrudij reliquias oportebit; & in eum finem usui erunt Pillula: quibusdam in pretio habitæ, Melancholica ab Exoniensibus appellatæ.

℞. Fil. Macri, Stom. cum G. an. ʒjʒ.

Rudii ʒj.

Ref. Jal. ʒʒ.

Ol. Cin. Chym. gtt. x.

Bals. Per. q. s. f. Pil.

Dosis ʒʒ. primo mane, omni mense; vel, eodem intervallo, sumatur Tart. laxantis, & Manna an. ʒʒ. ad ʒj. Aq. purgant. ʒʒj. soluta. Omni verò Purgationi Prophylacticæ succedat, hora somni, Purgatorium. Prodest porro Corporis Exercitatio, præsertim Equitatio. Quæ verò reliqua huic Affectui medeantur, ex supra dictis hauriuntur.

HISTORIA I.

Melancholia propter Arthritidis accessiones minus idoneas.

Tempus olim nobiscum Homo tradidit alienigena, ingenio prorsus singulari; Affectu Hypochondriaco non parum multatus. Aegritudini impetune permolestæque ut occurreret, Baccho ille, non nimium modo, verum etiam intempestivè (pernocitando scilicet) indulgit: quo quidem mote, Arthritidos perniciosissimæ, Senectutis tristissimæ poluit fundamenta.

Adolescentiam vix egressus, Arthritide, malo hæreditario ægotavit; quod Melancholiam vel primum intulit, vel magnopere auxit. Quamdiu Paroxysmos edere solere: Arthritis ista regulares, (satis scilicet magnos, & frequentes) nihil illo homine mutabilis, aut sibi dissimilis; utpote Lætitiâ nunc elato, Mœstitiâ nunc depresso. Quoties enim Paroxysmus aliquis finierat, Cantu, Jocis, Salibus effundendis, Carminibus aut pangendis, aut recitandis occupato eo, nihil usquam gentium festivius jucundiusve; quamprimum autem Baccho, Cerere, & Ignavia, nova in Sanguine cumularetur Materia, & jam expulsionem parata esset, nihil illo tristius, lugubriusve.

Nondum annos compleverat quadraginta, quum Arthritis rarius & remissius agere occæpit; & pro illius remissione, Aegrotanti evenit malè: nam Melancholia ingravescere reperta est, & quidem eam tenus, ut in eam demum mutaretur Arthritis: quibus autem modis, & qua Metamorphoseos ratione, (quippe ad explicandam Melancholiam hujus Arthritice naturam cumprimis faciens) narratu dignissimum.

Qua proportione Paroxysmi, sive earum acrimoniam, sive frequentiam spectemus, cessavere; ea semper, rata perpetuaque, crevit Atrophia; ea, Augusti.

Tom. I.

Flatus; ea, Flatus immodici; ea, Dolor, & innumeræ Ventriculi querelæ; ea, Melancholiâ, ut Materiam ad Glandor Arthriticam minimè propulsam, Visceribus infundi, res sit evidentissima.

Chalybem ille, Amara, non unius generis Cardiacæ, initio commodè; Corticem, cum Viro, omnium multo commodissimè; postea verò frustra, ingessit. Validus à Natura, & Athleticus, Morbo gravi & ærumnoso, animum cum corpore pessumdanti, impar, ætate adhuc constante, succubuit.

Victima nil miserantis Orci.

HISTORIA II.

Arthritis Melancholico saluti.

Homo Damnonius per omnem primam juventutem Coctionis pravitate, Ventriculi à pastu distensione, Flatu, Capitis gravitate identidem afflictus, de majori malo adveniente monebatur. Annis aliquot post, exorta est Arthritis, nunc uni eidemque Articulo inhærens, nunc per Artus erraticæ: semper autem Regularis; & cum Morbo Hypochondriaco (uti cum Polluce Castor) vices habens alternatas. Quæ istorum Affectuum Encephalici, communem utrisque Materiam esse, nunc, quæ sunt intus, afficientem; nunc, quæ extra, corrodentem, ostendebat. Gravedo etiam, per hosce dies, humorem multum, & acrem, in vacationibus Arthriticis emitte, sicque Capitis gravitatem minuire solebat.

Sub finem Anni MDCCII. Paroxysmi, quilibet semper, & parvi reperiebantur, Arthritici, præter morem intermiserunt; neque jam per annum integrum emicuit Arthritis ulla, sive Fixa, sive contraria: quanto verò Aegroti cum discrimine, vel ex eo dici potest, quod Nausea infrequens; quod Appetitus exinde prostratus; quod Coctio vitiosa, neque nisi liquidorum ulla; quod Flatus, aut ventus sæpe emissi; quod, eis aliquantisper retentis, Auditus ad tempus aliquod omnino nullus; quod Dolor Lateris pungens; quod Spirituum Defectus miserabilis; quod Marcor, quasi junctis undique corporis, Aegrotum pene conficerent.

Considerata istius Morbi natura, planè visa est Arthritis, quæ diu rectè egisset; jam verò, Brumæ urgente Frigore, Sanguinemque deprimente, intus in Ventriculum, &c. repelleretur, & dictam faceret Melancholiam.

Proposita Medicinæ via, ut languentes Spiritus suscitarem, ut inimicum ab Intestinis dimoverem, & ad Artus propellerem; eam ingredior. Aquarum Ferratarum, quæ in presynquo erant, Tautonenis; modicè repetatarum scilicet, hora septima matutina, hauriendam; omnique horæ quadrante, ad horas usque duas repetendam; cuilibet verò scilicet Sp. vol. ol. gtt. x. vel xv. instillat. da: Nora sequenti, Infusi Teæ, eadem Aqua comparati, ʒʒ. hora deinde post, Infusi amari alterantis Coch. v. quarta pom. Bolus Absynbiatum; hora somni, Cardiacum sequentem, cum Julapii, aut Vini Xeresani haustu demittendum, imperavi.

℞. Ros. Zedoar. ʒj. Gentian. ʒʒ. Cacum. Agrim. ʒj. Coccinella ʒj. Cort. ext. Limon. Flor. Rorismar. an ʒj. Infunde in Vini Xeresani ʒʒj., ad idoneam alterationem; tunc coletur Infusum.

℞. Pul. Rad. Ari. ʒʒ. Conf. Abs. R. ʒʒ. Syr. Z. Z. ex Indiis q. s. f. Bolus.

℞. Pul. Gascon. ʒʒ. Spec. Diambra ʒj. Syr. Caryoph. q. s. f. Bolus.

Carnibus iovinibus, Pullios sc. Viulina, Agnina, & ejusmodi aliis vesci; & loco Cerevisiæ.

V

vifæ.

v. h. huic Ægroto pestiferæ, Aquam dari bibere; prædictam, cum crusta panis incocta, Xerano demum addito, præscripsi. Utrique Bolo, paucis post diebus, nempe quamprimum Martem ferre valuerat teneritudo Intestinorum, adjecta sunt ejus Nutriti gr. v; primoque Aqq. Haustus, omni mane, Tinct. Martis Febrici gr. xx.

Porro; ad Caput per Nares purgandum [quoniam hoc innuere visa est Grævedo] Pulverem adhibui Sternutatorium, sæpius in die usurpandum.

℞ Caulium Tabaci ʒj. Cacum. Majorana. Rosimar. Salvia an. ʒb. Rad. Helleb. albi ʒj. Moschi gr. ʒj. Siccatis f. Pulvis ʒij.

Ista Medicina, vix credibile est, quàm celerrimè restituta, & quanta Ægroto sanitas. Spiritus Animales, ab assumpta Aqua maximè, & quidem subito recreati: paulo post vigere cœpit, & deinde iatrasè, Appetitus; par im Medicamentis, partim Victu, sed Aqua potissimè, vegetior factus. Oculos Homo sustulit, Vultum explicavit Arthritide recta, Pedem alterum occupante, postmodum est tentatus. Maximi erat momenti Dolor iste Regularis; utpote qui Materiam, relictis Visceribus, apud rā ʒu arceri comprobavit. Medicina eadem, vel simili, dies quadraginta usque continuata, memet Exonia visitavit: ex mœstissimo, & tristissimom in modum languente, in sanum & vividum, in letum & alacrem mutatus. Ego, ut Morbi recurrentis metum adimerem, & in tuto rem omnem ponerem, ad dies adhuc viginti plures, Medicinæ usum protuli. Quin imo, contra Melancholiam, aliasque Ventriculi & Intestinorum mala, ut in posterum se incolumem præstet; de Arthritide curet, exhortor, ut ea rectum, & idoneum, semel minimum anno, Paroxysmum edat.

Historia narrat Arthritidem, intus ad Ventriculum & rā ʒu missam, Ægroto miris è lædere, Melancholiam gravi afficere: demum Medicina ad rā ʒu auspicio pelli.

HISTORIA III.

Melancholiam, & Hydropa Arthriticum, sanant, arte comparata, Arthritis idonea.

Aliud dicam Melancholia hujus Arthritice Exemplum, nobile & inusitatum. Vir Reverendus, antiquis moribus, per ætatem mediam, nunc Arthritide, nunc Melancholia premebatur: hujus sc. accessionibus olim, ante annos viginti; illius nuper, omisso Tabaci usu, ante sexennium, ortis: hujus, perpeffu gravioribus; illius, tum minus molestis, tum etiam raris; at semper commodis, semper utilibus: siquidem Melancholiam illi ad tempus diuturnum, ad annum quasi dimidium, semper aberunt.

Sub finem anni MDCCII. post Appetitum aliquamdiu læsum, Melancholia ille multum angebatur; mœstissimè & depressione Spirituum importunissima, incredibili stipata. Lamenta, Querimonias, Ejulatus die noctuque effluentem, tanquam Ægroto tum post hominum memoriam afflictissimum, audivi. Mehercule, se arbitro, nemo, unquam mortalium nec quisquam gentium æquè miser. Paulo post emicuit, qui sævitia longè Melancholiam excellere visus erat, Tumor Pedum; deinde Femorum; profundas digitorum foveas accipiens; isque serosus, Hydropicus. Umbilici Regione exudavit, tanquam è colo, Liquor. His accessit difficultas spirandi, debilitas universa, & dæmonia, brevi tempore, fere Paralytica; sitis etiam in-

fatiabilis, Urina pauca, & lixiva, potionis nec quadrante plus; Ut, de Ægroto plane conclamatum esse, non immerito omnium fere sermone percrebuerit opinio.

Quo Affectui tam periculoso Medicinam facerem, idcirco primum ex usu esse judicavi, Seri vim minuire, Hydragogis amandare; tum, quibus rebus possem, Arthritidem (quam horum omnium causam esse suspicabar) evocare, & rā ʒu infingere. Hac proposita medendi lege, Pil. Aloeticis facta semel iterumque Purgatione, meo jure sic præscriptum est.

℞ Raf. Gentian. ʒj. Infunde in Vini albi Lusitanici ʒij. ad alterationem idoneam; Colatura adde Tinct. Aurant. ʒij. misce. Dosis ʒij. sexta quaque hora, cum seq. Pil.

℞ Sal. Martis, Chal. Nutriti, an. gr. v. Pul. Serpent. Virg. ʒb. Syr. Absynth. simp. q. s. f. Pil.

℞ Sp. Vol. Ol. ʒij. Tinct. Stom. cum M. ʒj. misce sumat. gr. xxx. cum idoneo quovis vehiculo, bis in die, sæpiusve, si languores urgebunt.

Quantum Ægotanti ab hac Methodo utilitatis, opinione majus est. Quando per Evacuantia, Seri, quod nimium erat, vix dimidium expelleretur; ita quidem factum est, ut Natura, per Cathartica, perque Chalybem adjuncta, tum in Pedem Materiam extruderet Arthriticam; tum etiam Serum per Reas abundanter emitteret. Septem, octo dierum spatio usurpandis hisce Pil. dicato, Pedis sinistri doluit Malleolus, & Digni majoris Articululus major, ejusque Orbis. Dolori paulo post successit Uinae profusivum, tam jure, tamque copiosum; ut, diebus quinque vel sex, Pedum & Femorum Tumor omnis Hydropicus, etiam si immanis, auferretur; & simul cum Tumore, patique proportionem, Sitis. Ex sententia successere omnia. Alacrem, vividum, cibi appetentem, animo plenum denuo contexi; Vitam hodie quadriennio postquam ita fuit correptus, vivit; & quidem eam, quæ sola vita est vocanda: ut vel uno hoc Exemplo demonstrari possit, quantum Hydropa, quantam Melancholiam faciat Arthritis Anomala; quantum etiam utrumque sanet Regularis.

Hactenus de Melancholia Arthritica; ad ejusdem originis, & naturæ Syncopen, accedo.

CAPUT VIII.

De Syncope Arthritica.

ART. I. Alius est Affectus, ei, qui præcessit, sive Cause utriusque Continentis & proximæ, sive rā ʒu ʒu ortus, habeatur ratio, congener & geminus; Syncope nimirum Arthritica, hunc in locum aptissimè referenda.

Ante dictum est, Arthritidem, maximè in Corporibus senecta, vel ebriofitate læsis, & enervatis, Ventriculum & Intestina minima quavis de causa petere. Quinetiam exploratum est, in eas Partes ingressam Arthritida, non semper Anorexiam, Nauseam, Tormina, Diarrhæam, & hujusmodi Morbos idæm inferre; sed, uti nonnunquam Melancholiam, (in superiori Capite tractatam) ita etiam interdum Syncopen.

II. Compertum, inquam, est, à Potione nimis frigida & tenui, vel dæmonia aliquo, ore sumpto, & Ventriculum aggravante, primum, universo Corpori malè esse; tunc paulatim Os pallere; sudore frigido deinde Cuticulam madere; Pulsum imbecilem, modo nimis tardum, nuac inæqualem, reddi; interdum minui tantum, alias intermittere; solvi

salvi denique Spiritus animales; Sensus, motumque deficere; Vitæ omnes corrumpere Facultates; Interca verò temporis, *Arthritidem*, (siqua forte in Articulis, antequam hæc inciperet Tragedia, comparuit) de subito recedere. (Ne multis, *Agrum*, nisi remedio quodam efficacissimo præsentissimoque, nisi Deo in vicinia mortis opem ferente, servatus fuerit, è vivis exturbari.

Hanc ego *Συνοπία*, quatenus à Miasmate *Arthritico* commissa est, *Arthriticam*; quatenus verò per omne Corpus se diffundens, à Causa (in *Ventriculo*, & *Ex Extremo* sita) longè posita elucet, *νατὴ Συνοπία* natam appello.

III. Huic ut occurratur, anticipi profus, & acuto morbo; nihil æquè valere judico, ac, *Cardiacorum* permagna Dosi potentium adhibita, Indicationem Vitalem tueri; Spiritus animales sistere, & instaurare; ut & alienum (si modo id fieri possit) ad *ἐξωδόν* arceret. Quo circa *Aque Hispanica* quantitatem amplam, in ægri rem, plus semel dedi bibere: proque renata repeti. Ubi illa defuit, aliam, quæ sequitur, (quando Medicamenta in forma liquida citius adjuvant, & propterea solidis anteponenda sunt) præscripsi.

℞. Aq. Abs. C. ℥ij.

Sp. Mentha,

Tinct. Lavend. C. an. ℥ij.

Sacch. albiss. q. s. f. Julapium.

Dosis $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$ j, ad ij, ubi usus veniat, adhibenda; & ut per usum videbitur, iteranda.

Cum Dosi prima, vel secunda, si placet, videtur citator *Bolus*, seu *Pulvis* sequens.

℞. Theriac. Androm. ℥℔.

Flor. Salis Armon. ℥℔.

Cons. Anibus ℔.

Syr. Cort. Citreor. q. s. f. Bolus: vel

℞. Pulv. Serpent. Virg. ℔℔.

Speci. Diambra ℔. (ad $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$.)

Macropip. gr. ij. in j. v.

Ol. Cin. Chym. git. j. f. Pulvis.

Paupertinis, & indigentibus (uti etiam aliis, ubi medicamenta non ad manus erunt aptiora) *Spiritus Vini* detur usulati quantitas ea, quæ proposito respondeat: vel *Aquis Cardiacis* superaddi possit, *Spiritus C. Succinatus*.

Cum hæc *Friciones* simul adhibendæ sunt; & in *Vino*, vel *Spiritu Vini* calefacto, immeritæ *Stupa*, *Scrobiculo Cordis*, & toti *Abdomini* applicandæ, crebroque renovandæ sunt.

His, vel hujusmodi similibus, utendum eo usque; donec *Ager* refectus, & [modo hoc effectum reddi potuerit] in solido locatus fuerit: quod utique raro fit, priusquam *Arthritis* in Articulos ablegata, & iis sit infixata.

Si à *Δυσωπία* aliquo temere comelo *Syncope* proficiscatur, & *Ager* facile Vomat, aut ad vomendum pronus sit; quamprimum ita sedum sit, ad se ut paululum rediret, per *Decoctum Teæ*, vel *Cardui*, largiter exhaustum, alienum ejiciatur. Verum, si ad incitatus ita redactus sit æger, ut moræ locus relinquatur omnino nullus; quin, ad salutem *Aegroti* quicquid peragi possit, uno id, necesse fuerit, eodemque tempore peragatur omne; hoc casu, inquam, *Vini* quantitas ebibatur ea, & quidem ea celeritate, quæ tum *Viribus* redintegrandis, tum *Vomitui* movendo satis esse reperitur.

At si revertantur, & importunæ fuerint hujusmodi *Συνοπία*; ut iis initio statim occurratur, præsto sint oportet illiusmodi *Cardiaca*, prout factu opus erit, ingerenda. Quamquam enim sanis, integraque valetudine usis, nullum unquam *Potionis* genus hisce *Cardiacis* (*Spiritus* nempe, & *Aquis generosis*) pestilentius aut magis noxium, si in usum communem trahantur, excogitatum fuit; tamen *Arthri-*

Tom. I.

tis veteribus, præcipuè *Vino* deditis, hisque *Lipotymia* invadi solitis, nihil, quod sciam, utilius, salutariulve. Adeo, videlicet, quibus alii, certè permulti, rebus conficiantur, & è vivis extruduntur; iisdem ipsis alii servantur, & multos annos eorum beneficio, vivunt valentque. Hoc autem, uti re ipsa constat, animoque à me sincero, & in humanum genus benevolo dictum, boni velim consulatur; nec in pejorem partem, & sui perniciem, à quoquam, tanquam ad malos mores licentia, rapiatur. Qui *Cardiacis* hac occasione nimio plus indulserit; qui erratum tam turpe, tam stultum erraverit, ipse viderit.

HISTORIA I.

Syncope Arthritica, foras abacto hoste, curata.

MOribus & ingenio præstantissima *Fœminarum*, eadem fere de causa, quam in sequenti *Historia* repetam, se in vitæ periculum redegit. Diu enim *Arthritide*, culpa non ex sua, laborans; *Paroxysmo* gravi, imo quidem omnium, quos unquam est perpessa, longè gravissimo, vix ad exitum perducto; *Aquam* illa fontanam, & frigidam potavit; coque forte largius, quoniam antea non solum impune, verum magno suo commodo fuerat *Aquæ* potrix. At in rebus humanis, utramque facit paginam opportunitas; multumque refert, in iis agendis, quæ sint earum singulis accidentia.

Circa idem tempus (ut aliud esse solet ex alio malo *ἐν τῷ ἀδύτων ἀνταναστῆναι*) cibo quodam inepto, & difficili comelo, mirum quantum ab eo in vitæ errato, & quam mox adductum est discrimen, *Ventriculo* primum ægotavit, nausea & fastidio gravata; Doluit deinde vehementer, tanquam *Spasms* arctissimè contrahentibus. Orta tunc erat *Hysterica* (talis esse videbatur) *Suffocatio*. Erat *Vomitio*, sed inanis. Sensus, & virium erat diminutio. Dum illa fiunt, *Arthritis* (quæ in extremis partibus *Paroxysmum*, aliquot jam per mensures, exercuerat) illico regressa est, ad ea, quæ intus sunt, vocata.

Plumæ juxta comburantur; ut nimirum *Spiritus animales*, præpostere agentes, odore sædo coercent, instruantque, *Aqua* datur *Hispanica*, semel atque iterum; quanta nempe *Ventriculum* reficiat, & *Arthritidem* horum adigendo, inque artus pellendo, *Agrum* restituat. Trium, aut eo amplius, horarum spatio, *Syncope* remisit. Dolor in extremis partibus recruduit; *Agra* servata est.

HISTORIA II.

Ejusmodi alia.

Navis olim *Præfectus*, neque *Veneris*, nempe *Bacchi* cultor parcus, & infrequens, propter iniquam eorum observantiam, *Arthritide* multatus est. Graviter, & diu ille doluerat, cum forte fortuna simul in eadem domo essemus, & de *Navarcho* nostro, tanquam animam agente, ex improviso clamaretur. *Agrum* advolavi; quid hoc clamoris, inquisivi; *Pulsam* inveni languidam, imbecillam, raram; qui solebat esse maximus, & durissimus. Os expellit. Anhelitus sublimis, & cum intervallo longiori tractus. Corporis superficiem *Frigus* *Sudorque* occupavit. Sensus, *Motus*, *Vires* univærsæ sunt collapsæ;

V. 2

collapsæ;

collapsæ; ipsiusque propemodum Oeconomiz sub-
versa ratio.

De mali causa interroganti declaratum est Æ-
grum, *Pedibus dolentem*, febricitantem, sitientem-
que fontanam paulo ante aquam hausisse frigidam,
ad ejus quasi felibram; ita pœ sibi malum arcessivisse.

Aqua Ego Cardiaca, maximeque generosæ,
Dosis illico prælargam, cum *Sp. Vol. Oleos.* guttis
aliquammultis, in os immisi; &, post tempus aliquod
cum *Theriac. Androm. & Pul. Gascon. an. ʒʒ.* repe-
titi; imo quidem *Hausum* tertia vice, spatio quodam
interposito repetere, necessum habui. Ne plura, non
nisi remedium summè Cardiacorum immensa vi res-
titutus est Æger.

In eo verò restituendo, duo notatu digna erant:
Primum, nequē ea *Cardiaca* Febrim; sed è diver-
so Æstum modo benignum, sudorem blandum, &
auspicatum inferre: Cujus id in causa esse vide-
batur; quod Ægro, mari versato, frigori assueto,
Cardiaca minimè nova essent, & quod illius San-
guis, *Arthritide* diuturno depressus, non cito incen-
deretur. Deinde, non multo post, quàm in Ar-
tibus Calor redierat, quod *Dolor* redierit *articularis*,
& cum eo incolumitas.

Habetis *Syncope* *Arthriticam*; Facultatium om-
nium perturbationem; animalis vitæ Eclipsin; *Ar-
thritide* revocata, & ad ea, quæ intus sunt, allecta
factam: Habetis eam, *Arthritide* foras abacta, sub-
levatam.

HISTORIA III.

Arthritide diu ignava & inerti generata *Syn-
cope*, illius *Paroxysmo* regulari sublata.

Vir Melancholicus, solers, ingeniosus, Pa-
tre natus *Arthritico*, ætate progrediens ipse do-
luit *Arthritide*; sed, sed ea, quæ segnis, & ignava, pau-
cos habuerit *Paroxysmos*; &, ex iis paucis, ido-
neos & laudabiles certè paucissimos. Hujusmodi an-
ni prope viginti erant, cum, ingravescente jam
ætate, diu quieverat *Arthritis*; &, in ista quiete
quando fortuito accidit [tanquam *επιφορα*, sive
Causa evidens] in potulentis erratum, Æger ul-
tra morem largiore Vino menses aliquot usus,
non ita diu post *Syncope* correptus est. Frigus occupa-
vit Artus; Pallor Faciem; Spiritus animales per-
turbati, & depressi sunt; Pulsus in carpo humilis,
ictuque omni tertio intermittens. Nihil fuit propius,
quàm ut periret. Stupebant affantes, undè, & qua
ex causa, malum tam grave, tamque repentinum
oreretur.

De *Arthritide* interrogavi, quam illa pridem *επι-
φορα* esset; & quam perfectè. De insultu ejus cum
raro, tum mihi certior factus, operam dedi ut per
Arthritidem (quoad ejus fieri posset) in Artus ex-
turbatam, malo præsentis occurreretur. Quocirca,
præter *Hausus Cardiacos*, Spiritusque C. C. vim ma-
gnam, iterum atque sæpius datam; *Electuarii Arthri-
tici* quasi ʒj. ter quater in die sumendam, imperavi;
quumque horum, & *Pul. Gasconici* ope, fausto
quidem omine, Pes inciperet dolere; ut bene res
feliciterque verteret, & inceptum promoveretur
opus, *Alcohol Martis* grana aliquot ex *Julapio*
propinavi.

Nondum ejus *Scrupulum* demisit Æger, quum
paucis horis spatii tantus in Sanguine factus est
Orgasmus, quantus observatione dignissimus. Pul-
sus illico celerior, elatior: Æstus universalis, ing-
gens: Venarum Hæmorrhoidum apertio; Sanguinis
eruptio; Sitis immodica; Spirituum agitatio vene-

mentissima; quæque spes & ratio sanitatis erat, in
Pede sinistro digiti & articuli maximi Tumor, Ru-
borque *Orgasmus* indicavit.

A quantitate *Martis*, ut ut valentissimi, tam
exigua, tantas excitari turbas, equidem, peritarum
est. Casum aliquod, & viribus spoliatum *Martem*,
esse nostrum hoc illius præparatum, nemo pru-
dens affirmabit; quando tam *Cardiaca*, prius sump-
ta, tam longè virtutibus exuperet; tamque potenter
Podagram expellat.

Ut autem Humor evocetur, vel minimum in Ar-
ticulo retineatur, *Vesicatorium* alio alioque loco im-
positum est; loco autem affecto *Emplastrum*, ex
Picis Burgund. & Emp. Cephalici paribus mensuris.
Pedi verò toti, ex *Cerato viridi* *Cothurnus*, fascia
linea constrictus.

Propediem *Humerum*, usque sumptis ore *Car-
diacis*, invasit *Arthritis* ejus alliciendæ ergo, *Em-
pl. è G. Caranna*, cum Vestitu laneo, illi super-
positum. Horum, qua intus, qua extra, adhibi-
torum usu; partim per *Podagram*, & *Quæzæ*; par-
tim per *Diaphoresin*; alienum amandatum & ex-
emptum est, Spiritusque instaurati; &, quam vidi
gravissima, multoque omnium atrocissima, *Synco-
pe* levata est.

CAPUT IX.

De Calculo Renum Arthritico.

ART. I. **R**enum ille *Calculus*, qui Concretio
est *Arthritica*, cum eorum *Calculo*
vulgari, tam per omnia concordat; ut, de eo ver-
ba hoc loco facere, supervacuum opinarer; nisi in
ejus *Therapia*, & *επιφορα*, ne dicam *Historia*, quæ-
dam occurrerent, quorum consideratio specialis sit
habenda.

De *Calculo* primum annotatu dignum est, raro
cuiquam unquam Morborum eum frequentius sus-
pervenire, quàm *Arthritidi*: quod ut aliis in Re-
gionibus aliorum observatione palam factum, ita
in *Dammonio* nostra esse certò scio. Minimè verò
cogitandum est, *Arthritidi*, tametsi gravi vetustæ-
que, *Calculum* esse *Comitem individuum*; nec quid-
dem *ferè individuum*: quando *Arthritides* aliquas
nunquam, aut certè raro, ille comitetur; (raro
enim *Frigidam*, quæ dicitur, *Arthritida*, raro lan-
guentem; quæ tamen *Arthritidis*, latè sumptæ, partes
utique permagnæ sunt,) nec quidem ulla semper.

II. Qui à cunabulis ad Affectum horum al-
terum, maximè verò qui ad utrumque sunt procli-
ves, ipsa nonnunquam adolescentia *Calculo*, ne di-
cam citius afficiuntur. Alias verò ita fere se res ha-
bet. Cum *Cereri*, & *Baccho* æger diu indulset,
tam mala vitæ ratione condi, & in Sanguine coacer-
vari solet, aliena illi materia; quæ, Naturæ molesta, &
inimica; partim per Articulos, (unde *Morbus Arthri-
cularis*;) partim per *Renes*, una cum Sero, quod il-
li vehiculum esse videtur, amandata est. Ad Ureterum
autem initium adhærescens, in *Arenulas* eo loci pri-
mum coit, uti postmodum *Arenulæ* in *Calculum*.
Huic autem Materiz, in Sanguine cumulandæ,
maximè conferre censetur *Diæta*, succo lapidescente
abundans, eumque Sanguini impertiens: confert etiam
mala *Concessio*: *Volorum* conferunt *Lacteorum* *Orâ*
nimis aperta: ut & *Renum* à natura imbecillitas.

III. De *Calculi* humani, generatim accepti,
productione: multa quidem, tum ex ejus *Analyfi*
Chymica, tum etiam *Pondere Specifico* proferun-
tur; quæ *Ossibus* magis, quàm *Lapidibus*, eum
appropinquare annumerarique oportere, non pos-
sum

rum arguant. Hæc autem omnia non tam naturæ *Calculorum*, quam certis quibusdam eorum accidentibus, præcipuè Crassamentis, à Sanguine acceptis; quæ *Calculum* magna ex parte constant & efficiunt, debentur. *Calculi* verò ipsa *Tumor*, ex particularum quarundam Lapidearum, cum affine Sale, (Calcarii nempe Lapidis, cum Sale suo Calcario; vel Ocræ, cum Sale Vitriolico) coitione fieri; isque sanguinis Crassamenta, tanquam vinculis, connecti judicentur. Illa verò quando non sunt hujusmodi instituti, & à Clarissimo *Lislero* *φασμα* & dilucidè, sunt tractata; ad eum lubens quidem Lectorem remitto.*

IV. *Calculi* autem *Arthritici* partes, & compositionem, si attentè inspexerimus; eandem fere, quæ *Calculi* Renam vulgaris, & non *Arthritici*, esse inveniemus. Hæc autem res ex duobus *Leevenhookii* pronunciatis, elucebit. *Calculum* cremavit ille, crematoque adjecit Aquam Fontanam: Idem fecit cum calcaria, & tofacea *Arthriticorum* Materia. In his Lixiviis, beneficio Microscopii, apparuit salinarum copia particularum planè similium; rigidarum nempe, concretioni aptarum, dissolutioni resistentium. Jam verò, (ut, quod dixi, inferam) si *Calculus*, ex Corpore non *Arthritico* extractus, adeo cum *Toto Arthritico* conveniat; multo magis, qui est *Arthriticus*, cum utroque, cum *Calculo* præcipuè, convenire judicetur. Hoc autem, ut ut primo aspectu probabile, non tam Argumentis quam Experimentis statuendum, & definiendum.

V. *Calculi* jam facti, sive *Arthriticus* fuerit, sive non, Symptomata prorsus eadem inveniuntur: at à vulgari *Arthritico*, ea re potissimè distinguendus; quod *Arthritidis* quum sit *Essentia*, Naturam ejus participet; Materiam amplectatur, & comprehendat. Ideoque, utrum *Æger* in *His* numero fuerit habendus, & à Paroxysmo quando vacaverit, diligenter inquirendum, ut de *Calculi* natura constet.

A *Colica* exquisita differt, per ea, quæ *Calculum* exquisitum ab illa differre faciant: A *Colica Arthritica*, quod nullam spirandi difficultatem, nullos in Umbilici Regione *Tumores*; sed neque Melancholiam adeo tristem, & urgentem; aut Materiam crudæ, acidæ, biliosæve Vomitus adeo constantem habeat.

VI. Medendi etiam Intentiones eadem, ac in *Calculo* vulgaris; at, quod in hoc nostro momenti est præcipui, per auxilia quædam propria, per Methodum particularem exequentæ. Nullus enim hic, aut certè perarras, *Acidorum* usus; quin etiam *Fotus*, *Linimenta*, *Cataplasmata*, aliæque Dorso applicari solita, maximè si Paroxysmus simul *Arthriticus* erit, tanquam periculo plena, sunt prætermittenda, fugienda.

At ejus Dolores, si cum Artuum Dolore concurrat, & intolerabilis fuerit, deliniendo conducunt *Paregorica*; & quidem maximè, si nulla Sanguinis detractione (quæ in *Calculo* aliis utiliter præmitti solet; at in hoc nostro, ad ea, quæ intus sunt, vocare possit *Arthritida*; vel, ut ne exulet, inhibere) præmissa, *Ægroto* propinentur. Illa verò *Paregoricorum* Dosis, ejusque repetitio optima; quæ, Dolore sublevando satisfaciens, Cerebro interea non obfuerit, neque Materiam ei vitiosam impegit.

Si, nullo *Arthritidis* comitante Paroxysmo, *Calculus* erit; alia rerum facies, aliæque Medendi via est. Hic enim, in Plethoricis, & multo Sanguine distentis, ad prohibendam *Inflammationem*, secetur Vena: *Enema*, ex *Decoctione com.* & *Ol. Amygd.*

Tom. I.

* Vide *Dissertationem* Ejus Medicinalem, de *Calculo Humano*, & de *Petrificatione*.

d. rec. an. *lib.* cum *Tereb. Ven.* *Ovi Vitello* solut. *ʒj.* injiciatur. Postero die, *Electuario leniente*, *Pul. Rhab.* & *Syr. Violac.* forma *Boli commistis*; vel, *Jusculo Avenaceo*, cum *Foliis Senna incollis*, & *Manna superaddito*, purgante, Venter aperiat, eoque vespere *Paregoricum*, (quale sunt *Pil. Motibæ* grana totidem, quot *Opii* granum continebunt unum) locum merebitur. Quinimo, si à *Calculo* Dolor urgetur, ne *Intestina Spasmodis* contrahantur, ad hosce præveniendos, & illum compescendum; horas aliquot ante Purgans, sumatur *Paregoricum*; ipsumque Purgans, si iusto lenius fuerit, suo tempore sequatur *Enema*.

His ad dilatandas *Urinæ* vias, actis, ad *Calculum* exprimentum utui erit *Balsamum Gileadense*, *Chiliense*, vel *Peruanum*, ex *Syrupo Dialthææ*, vel *Balsamico* daturus; & his, ter, quaterve in die, repetitum.

Syrupus Balsamicus, quem vidi, elegantissimus, hoc modo præparatur.

℞. *Aq. Hordeata*, (*tertia Decoctionis*) colata, & per *subsidentiam clarificata*, *℥ij.* *Bals. Tolutani* *ʒij.* *Infunde calida*, ad *℥ij.* *consumptionem*; deinde adde *Sacchari Crystallini optimi* *℥ij.* leniter coque ad *consistentiam Syrupi tenuioris*; quem per *Linteam denjum* frigidum trajice, & usui serva.

Si forma *Boli* aridet, *Opob. ʒss.* vel aliis *Balsami* Dosis, cum *Ovi Vitelli* *ʒj.* temperetur, & intervallis jam dictis assumatur.

Hicve vehiculo esse potest *Alla* nostrorum *Hominum* *Mulleæ*, (*Græc. Ale*) præsertim *Aiba*; quæ cum primis generosa, tum etiam maximè *Diuretica*: vel *Rad. Althææ*, *Glycyrr. Eryng. Cond. Hordei*, aliorumque his similitum *Apozema*; *Saccharo Crystallino*, vel *Syrupo Balsamico dulcaturum*. Ad eundem finem utile *Foliorum Tea Infusum*, libere potum; vel, ex *Decoctione præscripta*, & *Amygd. d.* *Emullam*; vel id, quod sequitur.

℞. *Amygd. d. corticibus purgatarum*, *Nº. x.* inter contundendum, affunde *Infusi Tea* *℥ij.* postea coletur *Emullum*; eique adde *Aq. Rosac. vel Cin. bord. & Sacch. Cryst. q. s.* Nonnullis *Vinum album*, vel *Decellum modo scriptum*, cum *Ol. Amygd. adjecto Sacchari Cryst. momento*, propinamus.

Extra, *Cuniculi Adipem*, Dorso superillitum, adversus Dolorem mirificè valere, à Senè calculoso, tanquam expertum, accepi.

Ad *Prophylaxin* optimè conducunt *Aqq. calidæ Bristolenses*; quibus adjungantur *Opobalsamum*, & *Syrupus* è prædictis lubricans. Quibus nulla illiusmodi *Aquarum* copia, illis usui esset *Tea Citrea Infusum*, omni mane bibere. Novi *Calculosum*, qui methodo sequenti *Renes* subinde purgans, ad *Senectutem* veterem & iutam est perductus. Ter, quaterve in anno, *Terebinthina Venet.* quasi *ʒj.* cum *Pul. Glycyrr.* forma *Pil.* sumpsit; *Cerevisia*, vel *Posseti* libras aliquot superbibens; confestim milliaria quatuor, vel quinque, Equo succussatore mensus est: Unde sæpe *Arenulas* excrevit, sequæ, si non immunitatem, tamen incolumem servavit. *Cerevisia* omnium optima, quæ cum *Aqua pleviatili* comparata: illam volo, quæ, neque in *Nivem* unquam, neque in *Glaciem* mutata, sincera sit, & pura, nulla *Tecti Calce*, nullis *Salibus*, aut *Particulis lapideis* inquinata: Ea *Aquarum* omnium levissima; ea cum primis *Diuretica*. Medicamentis autem *Urinam* moventibus præmitti, & nonnunquam interperci oportere, *Ventrem* & *Ductum alimentarem* inanientia, lippis notum & *Tonforibus*.

Libet his adjicere, in *Dysuria*; (quæ *Calculo* interdum accedit) quoties à *Ductuum* *urinosorum* *Spasmodis* oriatur ea; nihil efficacius, conducibiliusve, quam *Opiata* cum *Diureticis* junctæ; quibus, ut *Urinæ* aliis sistendæ illa conferant, simul & remittantur.

tu Spasmi, & Urina cieatur.

At, à Dorsi Dolore, de *Renum Calculo*, ne quis emere statuat, unum his subjungam. Olim *Ventris*, *Hystrope* interceptæ, *Anatome* interfu; quæ, cum per annos aliquot eo Dolore gravaretur, *Calculoque* affici à familiaribus haberetur, illo tamen, ut ex Cadavere aperto constat, omnino caruit. *Renis* dextro ingens adnata erat *Hydatis*, sive *Vesicula*, Sero insipido plena, Doloris fortasse Causa.

Atque hæc de *Calculo Renum Arthritico*.

HISTORIA I.

Calculo & Chiragræ unà occurrentibus, facta simul Medicina.

Quarto ab Urbe lapide, propter *Isæ* Ostium, sexagenarius *Arthriticus*, simul & *Chiragra* & *Calculo* doluit: Illam ostenderunt Tumor, Rubor Articularum, aliaque *Arthritidis* indicia, ordine & concursu *Pathognomonico* apparere visa: Hunc in Dorsi regione lumbari Dolor, ut & Intestinorum, quasi Colicus; quodque fidelissimum hac in re Symptoma, *Arenule* sub id tempus excretæ.

Morbis adeo diversis ægrotanti, ea dari par erat, quæ contra utrumque prodesse; quæ neutri fauerent. Itaque Therapiam, *Balsami Peruviani* quantitate, beæ magna & frequenti, cum vehiculo idoneo, tentavi, atque adeo perfeci. *Balsami* hujus Guttæ plus minus x. ex *Syr. Balsam. coch.* j. bis, vel summum ter in die, sunt adhibitæ. Hoc, qua *Cardiacum*, in extremas Corporis partes *Arthritidem*; qua lubricans, & *Terebinthinum*, è *Renibus* *Arenulas* per Urinæ vias expelli fecit: sicque una eademque fidelis, non infeliciter duo simul dealbati sunt parietes.

HISTORIA II.

Adversus Calculum Arthriticum Prophylaxis.

Viro præcellenti & eximio, qui diu *Arthritide* per vices doluit, aliquando etiam *Calculo*, in se à Patre derivato; quum adversus utrumque malum *Prophylaxis* exigeret, consului; ut, *Exercitatione* pertinaci, & crebra, sabulum è *Renibus*, è Sanguine materiam alienam exturbaret; itaque Salutis suæ prospiciens, Senectæ viam faceret incolami.

Facta per *Lac Scammonii* Purgatione, Aquas hauri. Vir Illustrissimus *Batboniensis*, menses binos, libere & rectè Equo assidue Corpus exercens. His adjunxit *Balsami Peruviani*, Stomacho non ingrati, *Renibus* utilissimi, guttas aliquot, omni nocte, ex *Syr. Balsam. coch.* j., cum ejusdem Aquæ Haustu, *Renes* inde melius habere, Sabulo purgati. Dorsi Calor, qui *Ægrotantem* multum afflixerat, evanuit. Hæc, & hujusmodi *Prophylaxis*, Aquis scilicet Purgantibus & Diureticis, statim anni temporibus, iteratis, Equitatione, Ambulationeque fere continua, contra malorum par crudele, hodie Vir Insignis se defendit, momenta Vitæ propugnat.

Notandum autem, quod hujusmodi *Prophylaxis*, non nisi Corpore perpurcato, & Evacuationibus generalibus exonerato, in usum trahenda sit, ne videlicet in *Renes* Sanguinis impuritates effundantur. Quin imo notari fas est, quod ipse interdum *Aqua Diuretica*, Succum lapidescentem habentes, non tam è *Renibus* Arenam eluant; quam iis impertiant, & in iis concretam faciant. Atque hoc casu, *Infusum Tea*, *Aqua pluviatili* confectum, *Diureticis*

illis *Aquis* anteponendum:

HISTORIA III.

Calculus Arthriticus, Vertigo Arthritica, & Arthritis regularis se mutuo excipientes.

Quoniam verò à nonnullis, de *Calculo Arthritico* dubium existimetur, Utrum ille Concretio sit *Arthritica*; annon potius ex Sanguinis recrementis, emeritis, & inutilibus; per quietem, & vitam nimio plus inertem; in *Renibus* depositis, nata atque ficta: Unum his subjiciam, quod (opinione nostra) tollendo huicce dubio omnino satisfecerit.

Vir summa familiaritate mihi conjunctissimus, ex intervallis diu *Arthritide* recta conflictatus, enormem eam ætate supra habuit. Loco rectæ, primum *Vertigine Arthritica*, longa utique, anticipi, & periculosa (quippe, qua in humum ne irrueret, sæpe quidem summum erat periculum) est correptus. Postea verò quamprimum ille Capitis affectus inclinavit, *Æger Renibus* dolere cœpit, *Calculosque* varios, non sine ingenti cruciatu, per Urinam excrevit: nunquam autem *Calculo*, nisi *Vertigine*, & *Arthritide* regulari liber, ægrotavit.

Post menses aliquot, *Pedibus* denuo laboravit; verum eo tempore, tum *Vertigine*, tum item *Calculo* immunis. Et quidem ita res erat, ut, tametsi horum affectuum alio, atque alio posthac creberrimè; tamen, eodem tempore non nisi uno semper, aggravaretur. His etiam adjiciendum, quod eundem ordinem minimè tenderunt hi Affectus; verum *Calculus* interdum, post *Arthritida* diu vacantem, (cum in Sanguine nova materia concervata, novaque facta esset illius germinatio) *Ægrum* per se invasit: interdum *Arthritidis* Paroxysmum è vestigio excepit, tanquam Morbus ei geminus, à communi stirpe oriundus; vel potius, in alia Corporis regione, ejus pars altera.

Magni vero hinc momenti esse arbitror notare; quod, ex quo *Arthritide* se adjunxit interdum *Vertigo*; alias *Calculus*; pro istorum Morborum malitia frequentiaque tenuata sit *Arthritis*; & quidem ea proportionem, ut, ab illa demi, quicquid illis attribui, confirmetur.

Istorum autem Morborum Ortus, Incrementum; Ordo, Vicissitudo, & inter se Relatio, numquid aliud significant; quam, quod ii omnes simili gaudeant Causa Continente; quæ nunc, in Artibus, *Arthritidem*; nunc, in Capite *Vertiginem*; nunc, in *Renibus*, *Calculum*; & quidem hocce omnes, pro istius Causæ renovatione, viribusque, tum crebros; tum vehementes pariat, & producat.

CAPUT X.

De Asthmate Arthritico.

ART. I. **T**RACTATA imi Ventris *Arthritide*, ad eam jam progredior *Anomaliam*, quæ est *Thoracis*; quæque Respirationis Organa præsertim afficit: Ubi primum de *Asthmate Arthritico*; tum de *Tussi Arthritica*, de *Phthisi Arthritica*, deinde sermonem faciam.

Asthmata sunt hujusce tituli permulta, quæ à Causis alibi locorum, nec in *Pectore* extantibus, oriunda, (Nauseæ, verbi gratia, Colicæ, Anginæ, vel hujusmodi Morbo alicui *Arthritico*,) *causæ superveniunt*; & istorum, quibus superveniunt *Mora*

Morborum Capibus, sunt vel dicta, vel dicenda. Unum, hoc Capite, *Asthma* dicam *Arthriticum*, nimirum *idoneum*.

II. Hoc Affectu omnium creberrimè laborant ii, quibus breve, vel alias malè compositum Pectus, aeri reciprocando minimè accommodatum; & quorum Parentes *Asthmate* & *Arthritide* fuerant, maximè verò si utroque, gravati. Hic enim, multo apparatu & molimine, producendo huic Affectui, quasi studetur; cumque, nato & perfecto Homini, Respiratio usus sit perpetui; & ad vitæ opus sustinendum, continui; mirandum non est, illius impeditionem, & difficultatem aliquam insignem, sæpe periculosam, sæpe lethalem esse.

III. *Asthmati* huic inferendo (ut, de Aere spisso, Carbonum fumo, Ventis, aliisque tam hujus *Asthmatis*, quam vulgaris & primigenii Causis evidentibus, nihil dicam) huic, inquam, inferendo confert Miasma *Arthriticum*, Pectori insitum, illius utpote Causa continens, & conjuncta: itaque ut, tamen si plures illud Causas evidentes & remotas, (alio sc. tempore, & corpore aliam) unicam tamen habeat continentem, & proximam, videlicet *Arthriticam*.

IV. Pectori Miasma nunc Opiata, perpetam achibita, insigunt; nunc quicquid aliud *Arthritida* repellat, & Pectus appellat faciat: nunc, urgente nulla vi externa, sive Causa evidente, Pectus angustum, gracile, gibbosum, breve, aliterve malè formatum, ipsa per se *Arthritis* intrat; tanquam Domicilium maxime conveniens. Interdum Evacuatione aliqua solenni (qualis est Fluxio Sanguinis, Ulcus, vel etiam Partus naturalis) suppressa, quæ Miasma sensim amandare solita est; in Sanguine cumulatam illud, neque, ut par est, in Articulos expulsam, Pectori committitur. *Arthritica*, Utero ex more non gerentis, *Asthmate* hunc in modum aggravatæ, Exemplum memoratu dignum his subnectam.

V. De hujus *Asthmatis* *ἰσχυρῆς*, & de ejus natura planè *Arthritica*, ut palam fiat; advertendum est, *Asthma* nunc è vestigio sequi *Arthritida* regularem interciscam; & à *ἰσχυρῆς*, ad ea, quæ intus sunt, Materiam vitiosam fieri *ἰσχυρῆς*, aperte monstrare: nunc è contrario, *Asthma* in *Arthritidem* mutari; antiquam Sedem, & avita Regna, se denuo ingredi, Materiam indicare: Nunc, hos Affectus se mutuo excipere, vicelque agere alternas: Nunc ab *Asthmate*, *Arthritidem* vinci, absorberi; uti nonnunquam, ab *Arthritide*, *Asthma*. Qui quidem istorum malorum ordo, reciprocatio, habitudo, & ratio inter se nihil magis significat; quam quod, ex eadem Materia, *Arthritidi* propria, nunc in Artibus, nunc in Pectore vires exercente, utrumque producat; & *Asthma* illud sit revera *Arthriticum*. Quod quidem enunciatum eo magis probabile, quoniam *Arthritidem* sua gaudere Materia, peculiari & propria, quæ in aliis aliquando Regiones evagetur, omnino constat; *Asthma* verò, non tam à propria ulla Materia; quam à vitiosa aliqua communi, (sive alia quavis inimica, & aliena;) una cum mala Corporis fabricatione, Partiumve Respirationi dicatarum imbecillitate, Causa hujus Morbi privata, fieri.

VI. Quæ verò hujus prolapsæ *Asthmatis*, duum sunt generum; alterum (uti de exquisito *Asthmate* pronunciatum esse solet) siccam, alterum humidum. In sicco isthoc *Asthmate* anhelum videre licet *Arthriticum*, & tanquam animam agentem, Spiritu difficili, Respiratione brevi, Pectore gravato, Tussi vel nulla vel mediocri, Sputazione parca laborantem. Qui Vini Spiritibus dediti fuerunt *Arthritici*, eos sicco hoc *Asthmate* plus semel agrotare novi.

Asthmate, quod *Arthriticum* est, humido affectu,

ti, tussiendo Sputum plerumque crassum, & viscidum, idque nonnunquam vitreum exantant; unde levari solet *Asthma*, donec, nova in Pulmonem missa, Serè vitiosi copia renovabitur: Hoc autem, in teneris Corporibus, tenui, laxoque Sanguine, & ad colliquendum apto, donatis, & quidem Autumno maxime, locum habere mos est.

VII. Pituita crassa involvitur; una cum eo, Pulmoni incutitur; Tussique ejicitur Miasma *Arthriticum*: Sic, ut permultos interdum annos, inversa *Arthritis* hac via fugam capeat; eaque Sputazione, (simili fere modo, atque *Paroxysmo Arthritidis* regulari) à periculis gravioribus defendatur *Ager*. Et quidem *Arthritidem*, quotquot observantur, *Anomaliam*, nullæ videntur esse benigniores, aut minus timendæ, eo, quod nunc dico, humido *Asthmate*, & *Diarthæsi Arthritica*; eo videlicet, propter Materiam Pulmonibus emissam; hæc autem, *Ano*.

VIII. Ex diversis hujus *Asthmatis*, qua sicci, qua humidi Symptomatibus, opinari fas est; in priori, Membranas, Nervos, aut Musculos Spiritui trahendo inservientes affici, & iis Materiam impingi: unde *Respirationis*, cum siccitate labor: In altero, Miasma, Sanguinis Sero implicatum irretitamque, una cum eo Pulmonibus committi, & iis inhærendo *Respirationem* impedire: Atque pro diversitate Symptomatum, diversa Morbi hujus *Subjècta* esse, non temere judicamus.

IX. Nonnunquam equidem *Arthritis* (quod ante traditum) ipsis à Carceribus, ipso ab initio devia; neque Pede, neque Mano saluata quidem; Pulmonem adit, occupat, laceffit, tanquam *Asthma* germanum; nec ab eo facile distinguitur; donec, ætatis progressu, aliquando foras erumpat, Artus exercent, recteque se gerat. Cujus quidem in Artus Translationis, hoc effectum esse solet, quod, quo rectius se gerat *Arthritis*; eo Pulmoni, & post hæc reliquo Corpori universo, melius. Qua de causa licet existimare, mas lam isthuc nihil aliud esse, quam *Arthritida*; primum in Pectore deviam, ipsoque principio *Anomaliam*; postea suo loco regularem.

X. Hujus *Asthmatis* *ἰσχυρῆς* quam legitimi, veri; & genuini, longè alia videtur. *Legitimum* enim, curatu difficillimum: *Juvenes non sine magno labore, Senes nunquam eo liberari dicuntur.* * Contra verò exploratum, hoc *Asthmate* laborantes, facilius allevari, sæpius liberari; & quidem interdum, (quod de vero *Asthmate* rarius affirmari potest) ex toto.

Ut autem in re tam multiplici distinctius dicam; adjiciendum, *Asthmate* isthoc humido gravatos; Sputazione, quod dixi, servatos, sæpe diu vixisse; Arido affectos maximo sæpe in periculo versari; brevi tempore, non raro strangulari; sed & ope medica opportunè adhibita, factaque humorum Metastasi, nonnunquam subito restitui; denique, nulla Arte sublevatos, eo se modo habere, & demum è vita cedere, tanquam *Asthmate* legitimo oppressos.

XI. Curatio tollit impedimentum Respirandi; vel è Corpore illud evocando, vel in Artus amandando. Materiam è Corpore vitiosam evocat *Venaesectio*, & *Purgatio*; quarum illa Plethoricis, & nimio Sanguine distentis; hæc Gulæ deditis, Satiatate læsis utilissima: Utraque verò talis sit oportet, ut ab ea *Arthritidis* *ἰσχυρῆς* expulsio promoveatur. Hoc autem optimè fit detractione Sanguinis mediocri; Purgationeque per *Drasticum* aliquod, & Sanguinem exagians, peracta. Detrahantur igitur, quando respoulat, & Vires ægri patiuntur) Unciae quasi novem: *Enema* brevi post injicitur: die proximo *Purgans* (ex Aloe, Syrupo domestico, Fel. Coeche, vel ejusmodi aliquo) sumatur: sine Paregorico vespere sequenti propinando.

V 4

Poff

* Vide Riverium, Cap. de *Asthmate*,

Post Evacuationes hæcæ generales, in sicco Asthmate Arthritico magna vim & momenti sunt Sp. C. C. zliquæ illius generis Volatiles, & Flores Salis Armoniaci.

℞. Pul. & Chel. C. C. Conf. Tussilag. an ʒj Flor. Salis Armon. ʒb. Syr. Balsam. q. s. f. Bolus, quinta, vel sexta quaque hora, cum idoneo vehiculo dimitendus.

In Humido, Vesicatorium Dorso inter Omoplatas applicatum, allevandis Pulmonibus summo opere confert. Pituitam movent, eodemque tempore Podagram expellunt è Sulfure præparata; qualia sunt Tinctura, Balsamum, & Flores Sulfuris: uti etiam, his affinia, & planè congenera, Gummi Antialthmatica, Ammoniacum, Bdellium; Balsama Naturalia, Peruvianum, Chiliense, Copivi, &c. Placet Tinct. Sulf. gr. xx. vel Balsami seq. gtt. x. ad xv. ex Syr. Balsam. coch. dare; & sexta, nona, vel duodecima quaque hora, prout opus fuerit, repetere.

℞. Tinct. G. Guajac. Bals. Per. an. p. aq. misce.

In utroque verò, tam humido, quàm sicco Asthmate, remediis hæcæ, cum vehiculis idoneis uti juvabit; usque dum Pulmoni conciliabitur quies, & in ducendo Spiritu facilitas.

Clysteres, & Purgantia, quæ in vulgari Asthmate non incommodè plus vice simplici adhibeantur, in Arthritico hocce post primam vicem minimè præscribenda: ne videlicet Humorum in Artus eruptionem, quæ rebus quibuscunque aliis longè præferri debeat, sufflamment.

Pulmoni Phlegma quod impactum est, Oleo Amygd. d. Ol. Livi, Syr. Balsamico, Cap. Ven. & aliis ejusmodi Anacatharticis movendum, excreandum.

In Paroxysmo, siquidem urgebit ille, neque auxiliis supra dictis mitigabitur; maximè valet Oxymel Scillis. vel cochlearum, & per vices datum, ut eo spirandi spatium adaugeatur; vel ea Dosi, qua Vomitus cietur, Humorum inclinatio mutetur, & in Articulos vertatur. Certè per unam Vomitionem, Arthritidem ex Anomala Regularem fieri, plus semel novimus. Nonnullis in Paroxysmo profuit Fumus Tabaci, Potio Coffee. Valent suo loco Frictiones. Non magis astimantur Unguenta, vel Inimenta, Asthmaticis vulgo commendata, in re præsentem parum valitura.

Prophylaxis in Humido Asthmate, præmissa Purgatione, instituitur per Diuretica, quæ Serum aptè & tempori amendant: per Antialthmatica; quæ Pulmonem, & spirandi Organa tueantur: per Ponticulos, Dorso inter Omoplatas apertos; vel Epispastica, maximè diuturna; perque ea, quæ Arthritidis primigeniæ Prophylaxin agant. Siccum autem Marte, cum Antialthmaticis, Gummi puta Ammoniaci, &c. juncto; iis videlicet, quæ Spiritus animales una cum Pectore respiciant, fugandum. In utroque, usus est immensi Aer apricus, & probè agitur; uti etiam bona Viæ ratio: quam ut teneat ægrotans, fugiat necesse est, & *ἡ ἀσθματικὴ ἀδυναμία* à Medicis non sine Causa passim improbatum, & Cibo simplici vescatur.

HISTORIA I.

Adolescens, ab Arthritide Asthmaticus, Empirici Narcotico peremptus.

AD triam supra viginti annorum Adolescentem, in regione Ubiis septentrionali, vergente seculo superiori, anxie & propere arcessebar. Ut ætatem hominis adimpleret, à Natura ille delinatus esse videbatur. Erat enim forti, & quadrato Cor-

pore, Vultu colorato, uno Miasmate Arthritico, quod à Patre acceperat, infectus. Sanguinem, ab ipso vitæ exordio vitiosum, ipse malis moribus non parum inquinavit. Spiritus ardentes avidè potavit: malam viæ rationem affectavit: Coctionem, quasi de industria, pessum dedit.

Podagra, quæ Paroxysmum regularem plus semel ediderat, & dudum Artus exercuerat, nescio qua de causa relictis artibus, ad ea, quæ intus sunt, translata, Respirationis Organa invasit; Hinc Pectus aggravatum, Spiritus difficilis, Respiratio brevis & laboriosa.

Visa est Materia, vel è Musculis Respirationi inservientibus aliquem, vel eorum Membranas occupasse, vel in Nervorum Paris vagi fibras se insinuasse. Asthma enim siccum erat; nec quicquam Sputum, nec quicquam Tussim sibi adscivit.

Dum ita res erat, Empiricus è Laniorum vico; ad Vitam & Salutem (Proh Deum atque Hominum fidem) instaurandam, est accitus. Ille, Historiæ neque caput, neque finem ob oculos habens, *ἡσυχία* familiari & usitata, multa factitavit; nihil egit: donec elapso pene quadriduo, propter *ἀργεννίαν* (hanc Argumenti speciem obtendebat) Purgoricum audax, & nequam, sub noctem dedit. Hinc illæ Lacrymæ: hinc ille properus ad Medicum nunciatus.

Ægrum ego *ἀσθενέστερον* inveni, moribundum, & jam, per totam, quæ præcesserat, noctem, animam agentem. Rem affantibus palam feci, & (honore habito) discessi. *Τὸν ἡσυχίαν, & ἡσυχίαν.*

HISTORIA II.

Asthma siccum Arthriticum, Vena sectione, & Cardiaco sublaturum.

INGENIO, Scriptis, & Eruditione Vir præclarus, RAD. BOHUN, Hypochondriacus, Asthmaticus, Cruditatibus acidis, Dolore Artuum Arthritico, sæpe vago, interdum fixo, diu afflictatus; Dolorem istum nuper acutum, ex improvise abruptum, & intercisum habuit. At brevis ista mali intermissio. Ægrotantem, olim Collegam meum, & eo tempore Convictorem, visitavi; Lecto inveni prostratum, jam per noctem anhelum, & ea respirandi fuit difficultas, reciprocatione crebra quasi animam agentem. Neque Sputatio, neque Tussis erat ulla. Pulsus in corpore fortis, & elatus.

Ex omni parte re perpensa, Materiam Arthriticam in Pulmonum Adyta, in eorum Membranas, Nervos, aut us movendis inservientes Musculos, per *Μετέωρον* ingredi, & eos occupare censui.

Pertusa meo consilio Vena, missus est Sanguis; cui, post horas aliquot, innatavit, Gelatina viscidæ similis, placenta. Deinde, ut è Castris iniquè usurpatis hostem exturbarem, Spiritus Volat. Oleosi copiam, ex idoneo vehiculo, propinavi; & pro rei necessitate repeti. Auxiliis hæcæ paucis, & paupertinis, sed opportunè adhibitis, sine difficultate respiravit Æger: Pulmone liberato, & relicto, in Pedum & Manuum articulos, (non novos illi locos) fugatus est. Hostis: confirmatus Æger.

HISTORIA III.

Arthritidis in Paralyfin & Asthma Metamorphosis.

Quidam Artis Sciens Chirurgicæ, semel aut iterum in anno Arthritide, per lustra quatuor recurrente, multum ægrotavit; ætate verò protractus, neque tam crebra, neque tam vehementi, per biennium minuta, & sensim mitigata est Arthritis; quum in ejus locum mala, multo graviora, simili modo & mensura, succedere: sinistri nempe Brachii, Pedisque resolutio, cum totius Lateris imbecillitate: deinceps Asthma, tam molestum, tamque importunum; ut non nisi recta Cervicæ Spiritus traheretur. Siccum autem erat Asthma, Paroxysmos habens, sed nullo Typo regulari signatos. Mori Æger diu Artem exercuerat; ubi Spiritum Vini nimium pythillando, tum Arthritidi, tum Paralyfi, tum etiam Asthmatis viam fecisset, & fundamenta jecisse non immeritò censeatur.

Ita laboranti Venæsectio, Oxymel scilliti, Purgatio, Antiasthmatica Podagragogis juncta, cum Aere aperto, nonnihil profuere. At cum illa Morbi natura esset, quæ Nervos, eosque valde afficeret; quæ Spiritus in iis contentos, (id est intimum totius Corporis humorem) mirificè debilitaret; eum ætas simul ingravesceret, ægroque fere jam inutilis esset Medicina; partim morbis partim ætate consumptum eum, sine ullo in Articulis dolore renovato, abstulit augeo & dicitur.

Eatenus verò rei nostræ conducit Historia; ut ex ea disci potest, maximè verò ex denso Morborum ordine, subitaque mutatione; Arthriticam in Nervos transferri Materiam; & tum Paralyseos tum Asthmatis, Causam fieri proximam, & continentem.

HISTORIA IV.

Arthritis in Asthma, & Hydropa, desinens.

Mulier Exoniensis, brevi Pectore, neque Respirationi satis apto; diu Arthritica, nuper omni dolore libera, nec pro more utero gerens; propter hæc Causas, annum circiter quadragesimum, Asthmate & Tussi corripiebatur; illa non parum, isto multum excruciatâ.

Audita morbi Historia, Symptomatum ordinem & momentum meditati mihi, luce clarius videbatur; illius Materiæ, quæ per Uterum, perque Articulos soleret amandari; quod in Corpore relictum, vel de integro cumulatam est; in Respirandi Organa infundi, eorumque motum impedire. Qua quidem Opinione ductus, ut Aere puro, & aperto, fruere ægra, [perpurgato prius Corpore] rus illam misi; sed Antiasthmaticis, & Arthritidem expellentibus munitam. Neglectis autem Medicamentis, nulla in Articulis visa est Arthritis; verum è contrario nova, tum in imo, tum medio Ventre; coacervata est Materia: Unde tantus Abdominis Tumor, Spiritusque tam gravis, ut non nisi cum sono & anhelatione spiraret Ægra, propemodum strangulata.

Clysteribus ex Urina crebris subducta est alvus, Tumor Abdominis sublatus: atque sic amotis impedimentis, Sp. C. C. Succin. aliisque Podag-

ragogis, uno eodemque tempore, extrusa est in Articulos Arthritis, & amplificatum respirandi Spacium; atque adeo (quod attendendum,) æqualiter.

Hinc aliqua Curationis Spes, at fallax, & inanis. Natura enim deficiente, neque operam conferente, frustra omnis Medicina. In Hydropa incidit Ægrotans, Diarrhæa & Narium Hamorrhagia, Symptomaticis, & sæpe recidivis, comitatum: quibus demum oppressa, Mortem, omnium Morborum finem, oppetit.

HISTORIA V.

Asthma, cum Iliade malorum, Arthritidos defectu regularis, exortum.

Vir Reverendus, quo cum magna pervetusque mihi familiaritas, Natura firmus, temperamento Sanguineo, vultuque colorato præditus; post Juventutem non tam intemperantem, quàm delicatam, & dapsilem; matura ætate corpulentus, & habitior factus est; Annoque MDCLXXIV. & deinceps, Arthritide per vices ægrotavit.

Postea solum, & cœlum, (quorum illud siccum, hoc perflatum erat) humido, & minus salubri mutans, ætateque procedens: Arthritide non, ut ante, fixa, verum per Artus, ad instar Rheumatismi, vaga & erratica, laboravit. Sed neque diu Morbus istud in se retinuit. Nam paucos post menses, quam in Corporis ambitu ille sævierat, Catarrhis & Tussi correptus est Æger: unde Sputum magna ex parte laboriosum; utpote crassum, viscidum, ab imo Pectore citatum. Tussi accessit Asthma, grave profecto, importunum, & quod Ægrotantem multos annos, autumno maximè & tempore hyemali, divexarit. Quamvis autem Asthma, nec interdum unquam, neque noctu penitus cessavit; ea tamen natura erat, ut, eadem Nycthemeri hora constanter rediret, (tanquam ad Horologii fidem) & quidem multos in menses continuos, Paroxysmum ageret. Dum ita res erat, Venæsectione, Vomitu, Purgatione, Decoctione Pectoralibus, Spiritibus, Gummi, &c. Antiasthmaticis, plus semel levatum Asthma, minimè verò sublatum.

Aliàs Hemorrhoidum Tumore, magno utique, & diutino, torquebatur Æger; eoque tempore illud præcipuè notandum, quod neque Spiritum difficulter traheret; neque Articulis doleret.

Aliàs Vertigine tenebatur, adeo vehementi; ut quæ Ægrum neque ambulare pateretur, neque erectum stare: durante verò illa, cetera bene se habuit.

Mense Junio, MDCLXXXV. ex Vino nimio plus potu, incidit in Pleuritisidem, Hamoptoe comitatum: Auxilio, cum plerisque aliis, sed omnium multo maximo, fuit Sanguinis detractio, iterata, copiosa. Pleuritisidem nondum penitus evictæ, suborta Arthritis, in extremis Corporis partibus, regularis. Ea verò, nescio qua de causa, sive quiescente, sive repulsa febricitavit denuo ægrotans, Angina affectus, Angina paulo post suborta est Arthritis (uti post Pleuritisidem,) regularis.

Anno plus minus MDCLXXXVII. suadente nescio quo, fortissima sumens Hydropica, (ut erat Æger remediorum Empiricorum amantissimus) Sanguinem, à natura calidum, adeo exagitavit; ut Impetigo statim erumpens Corporis Superficiem mirè turparet. Tumore lato, & inæquali; Facies inflammata est. In Squamulas subalbican-tes, & Furfur, abiit Tumor; eoque exeunte, loci, tanquam à Variolis, Rubor apparuit. Multum, &

diu, gravissimo hoc affectu laboravit Aeger. Alio eam loco restituta lanatoque, alium, sed a novissimo distantem occupavit; & quidem ita, ut Maculas crescentes, maturas, arecentes simul semel aspicere daretur. Facies autem maxime, & pesne continuo foedata est. Cui addendum, quod Aëtas Corporis universalis, Præterita, & ex eo Spirituum inquietudo, Aëgrum, molli teneraque constitutione præditum, supra quam dici potest, excruciauit. Impetigo Sanguinis missione, Purgantibus cum Calomel. sæpius iteratis, & Antimoniatis, est curatus.

Verbo dicam; ex quo Arthritis idonea, & regularis, Aëgrum deseruit: Affectu hoc, vel illo, raro autem mitiori, & minus periculoso, annis fere singulis, urgebatur; sæpe tantum non opprimebatur.

Ex Impetigine, mutata rerum facies; namque, anno post uno, vel altero, redax Arthritis (tanquam ex postliminio (Paroxysmos è *Græc. Ἐξοδῶν*, aptos & saus crebros, agitavit. Nihil oppositum, nihil commodius esse potuit: nam Arthritis denuo regularis ope, servatus Aeger, per extremum vitæ decennium multo magis, quam solebat esse, immunis, non tam Morbis, quam Aetate fractus, è medio excessit.

Hic animadvertendum; (quod quidem maximi, in re præsentis, grande pondus argumenti] Aëgrum, quo tempore sive Asthma, sive Tumor Hamorrhoidum, sive Vertigo, sive Pleuritis, sive Angina, sive Impetigo locum habuit, Articulis nunquam doleuisse; nec quidem, in istorum Morborum intervallis, ita crebro, aut tam graviter, atque ante Asthma: Unde verisimile, hos Affectus, aliqua saltem ex parte, per Mucram Arthriticam, (in Pulmone Asthma, & singulos affectus in singulis eorum locis facientem] excitari. Cujus enunciationis fides eo confirmatur, quod in Arthritis, etiam minutam, & parvam, tum Pleuritis, tum etiam Angina semel; Asthma verò sæpius mutaretur. At, quod (Testium mille instar) omnem Argumenti metum adimat, hoc est; per Arthritis, iterum rectè, & debitis ex intervallis, edentem Paroxysmos; tum Asthmate, tum Impetigine, ne dicam alios Affectus omnes, Aëgrum liberari; difficillimisque Vitæ annis, supra quam Spes, aut amicorum expectatio fuit, defendi.

Minimè verò credendum, Morbis hisce procreandis unam sufficere Materiam omnibus Arthriticam; quin potius serosa Sanguinis eluvie v. g. in Asthmate, eam involvi, irretiri, & simul cum aliis Sanguinis recrementis, per Pulmones exterminari. Quod verò de Asthmate propositum, de Impetigine, ceterisque Affectibus jam dictis, aliqua parte affirmari posse, cogitandum est.

Hinc opinari par est, Aegrotantem illum, bono Corporis habitu à Natura donatum, Vitæque ratione non adeo prava, aut inepta usum; in tot gravissimos Affectus, forsitan non alia potius de causa, incidisse; quam quia Arthriticum Miasma, (quod, *græc. ἄρθριον*, ex more usitato, & regulari minimè, sic, ut debuit, expulsum fuit) in ea, quæ intus sunt, ferretur; ibique dictos, vel ex toto, vel ex parte, eaque nunc majori, nunc minori, faceret Affectus.

Unde probabile, si, longo illo multorum Annorum spatio, discessum inter reditumque rectæ, in Artibus molestæ, & vehementis Arthritis, quo tot tantisque modis Aeger afflictus erat; habita Arthritis ratione, fuisset ille tractatus, & in Arthritis reducens, locata fuisset opera; Medendi viam tutiorem, Aëgroque multo fuisse commodiorem.

HISTORIA VI.

Asthmatis Vultum inducens Arthritis.

Nonnunquam Artus, ut ante dictum est, relinquit Arthritis, & ingressa Respirationis Organâ, vel ea continenter urget, vel accessibus adeo crebris & molestis; ut, in illa Corporis Regione, non tam peregrinus, quam Morbus indigena, & vernaculus esse videatur. Hujus rei Exemplum hic subjiciam, mihi notissimum; Virum medendi Arte percelebrem, eamque hodie feliciter exercentem. Fuit ille Parentum altero, diu Asthmatico; altero Phibifico procreatus; brevem, & male formatum habens Thoracem, tanquam ad Asthma factus, Pectoris Affectibus ab ipso ortu proclivis existimari potest.

Post Adolefcentiam floridam, sed & temperatam, ætate maturâ, laboravit Arthritis, crebro recurrens, saepeque apta Annaliquot hunc in modum agebantur, cum à Catarrho spirandi difficultas Arthritis succrevit, progressu temporis in gravefens. Huc non parum contulit Aer, Fumo Carbonum, salinis (è vicino mari] Vaporibus, & Officinarum, quæ in propinquo erant, graveolentia repletus. Fiant Euro, vel Euro aquilone, raro ille sine difficultate spiravit; ut vel ea de causa, (Vento nimirum eo exorto) sæpe lecto se ejicere, & Corpus erigere cogeretur. Eo durante Vento, semper *avariè*; cessante eo, vel in alium mutato, tanquam incantamento, levatus est. Coena interdum obsuit immodica, & in Visu error fere omnis. Obtauit Cutis, alias à Frigore, alias ab Aere nimis spisso, conspissio, & impedita *diuresis*. Quin etiam Asthma nonnunquam intulit, ab Equitatione, vel Ambulatione, vel alia aliqua Exercitatione nimia, fatigatio; uti etiam nonnunquam Aeris, & Platearum ardor æstivus: unde Spiritus animales, sive exhausti, sive debilitati, reciprocando Pectori vix sufficerent. Sæpe à Cruditatibus incepit Asthma: namque inde Flatus; inde Abdominis distentio; inde Thoracis coarctatio, in Spiritu trahendo, inde labor, & difficultas.

Sanguis huic Aegroti, Inflammationi contrahendæ, eodem pronus erat; sæpe in Peripneumonia, alias in Febre, (nunc Sudoribus, nunc Diarthea, nunc Urina profusio signatas) evertus; semper autem pertenuis; quique minima de causa colliqueret; qui nunc per Renes efflueret; Pulmones sero qui nunc obtrueret, & Spiritum elideret. Illud autem Serum, post aliquam in Pulmone moram, vitreo sæpe colore exantiatum est.

Ingrænte Asthmatis insultu, reliqua ejus Symptomata antecedere solebat Ventriculi inflatio, cum Intestinorum Vernicatione, & Dejectione postmodum insequente: magna Pectoris erat Constrictio; Lateris præcipuè dextri, subtus Mamillam; ubi loci Aeger in omni Asthmate, potissimè torquebatur.

In Paroxysmo Asthmatis (quoniam unum idemque raro diu profuit) Medicamenta in usum trahebantur varia. Mixtura nempe Riveriana, Tabaci Fumus Tubo haustus, Empl. Epispasticum Dorso inter Omoplatas admodum, Ol. Amygd. d. cum Diacod. Potio Tea, cum adjectis Bals. Sulph. Terebinthinati guttis aliquot: at omnium maxime, certissimeque, Inflationem mirum in modum cicuravit, compepsit Potio Coffee.

Ad Prophylaxin & adversus Asthma sui tutelam, Aeger, (auxilium ab exploratis fumens) Eccoprotica

idem

identidem adhibito, tempore Cruditates exterminavit; itaque malum anticipavit. Profuit *Decoctum Corticis*, eo namque Sanguini robur conciliatum. Profuit Diætæ ratio accurata; Coena parca, vel nulla; loco Cerevisiæ, *Vinum Burdegalese*, aqua dilutum; profuere *Fonticuli*, Dorso aperti. Id autem, ut rectè concqueret, & Frigus evitaret, Ægro præcipuè curæ erat.

At, quod rem nostram maximè attingit, eamque non parum illustrat, ex quo tam gravi *Asthmate*, omni mense, ne dicam Hebdomade, recidivo laboravit Æger [id est, per decennium ultimo lapsam, & quod excurrit] rarius, minus ille doluit Articulis, & quod imprimis notandum, hujusmodi Dolor, quoties occurrit, è vestigio *Asthmatis* insolutum est secutus, eique connexus: ut, ab eadem Causa communi, nempe *Arthritica*, non immerito fieri credatur, uterque hic Affectus; & quod *Asthmatis*, natura tam *Arthritico*, per *Arthritidis* Paroxysmum regularem, [modò Vires alia que Ægri res annuerint] utiliter occurratur.

Huic quidem Ægro persuasi, ut, quo fieri posset artificio, præsertim *Marte*, & *Phanigmis*, à Pectore longè arceretur, in extremas partes evocaretur *Arthritis*; ea nimirum opinione ductus, quo plus *Pedibus*, eo illum minus *Pulmone* laboraturum. Neque huic opinioni refragatus est Æger; imo maxima ex parte consensit: Itam autem medendi viam exclusit Ægri Constitutio tenera, *Phanigmorum*, aliorumque, quæ Dolorem excitarent, usum non admittens. Quæ ad hanc rem adhiberentur omnia, *Pectori* ne obessent, *Asthma* ne inferrent; potius quam ut *Arthritis* cavendam erit.

Ut autem Historiæ nobili finem imponam, habetis *Arthritidem*, Dolore Articulorum, Tumore, cæterisque omnibus numeris absolutam, germanam, exquisitam; habetis, inquam, eam castra mutantem; Pectus invadentem; idque sic afficientem, ut in *Asthma*, morbum illius Regionis propriam, & Vernaculum, mutari existimeret.

HISTORIA VII.

Ab Arthritide percussa, Pectoris externi Oppressio, Spiritus impeditus.

Vitæ insignis, illustri Domo natus, post Adolescentiam opiparam, & non nimis siccam, sub ingressum Juventutis *Arthritide* correptus est; eaque multos annos apta, & regulari laboravit. Pede doluit, cum, à frigore percussa, *Arthritis Sternon*, & Respirandi Organa derepente invasit. Pectus hinc gravatum: impeditus Spiritus; nulla verò expulio, nulla *Tussis* erat; ut, in Membranas Musculosque Pectus ambientes, Materiam impelli vitiosam, omnino judicemus.

Vomitu, quando illi proclivis erat, per *Decoctum Cardui* citato, tamen non multum ejecit, dilatavit tamen Spiritum, & Caput dolore affectum allevavit. Visum erat *Diaphoresi* Materiam evocare; quem in faciem *Epithemate* (ex *Aq. Reginae Hungariae*, *Tinct. Lavendulæ*, *Spiritu Vol. Oleos.*) immersa Lintea, *Pectori* applicantur; Stragulisque simul pro rei necessitate adjectis, Sudor elicitur exoptatissimus, utilissimus. Verùm Materia nondum penitus edocta, sed interdum *Liquen*, nonnunquam *Oculos*, aliàs *Cervicem*, modo etiam *Genua* afficiente; ut magis regularem *Arthritida* facerem, & extremarum Partium Articulis infingerem, *Infusi amari* Haustum, cum *Tinct. M. gutt. xx.* bis in die sumendum, imperavi: nec quidem frustra; paucorum et-

enim dierum spatio Pes doluit; expulsa est *Arthritis*; ea, quæ intus, sunt liberata.

Alio tempore, cum à Frigore pariter repelleretur *Arthritis*, ejusque Materia una cum Sero abrepta *Gravidinem* faceret; usu *Tinctura Sulfuris*, (cujus beneficio Materiam inclinatio commodum mutata, & ad *Ætherem* versa erat) Æger convaluit.

CAPUT XI.

De Catarrho, Tussi, & Peripneumonia Arthritica.

ART. I. Quamvis hi Affectus, quoties absoluti & legitimi reperiantur; propter diversos eorum Vultus, & Pathognomonica diversa; non immeritò *Specie* distinguit; proindeque non unius tituli esse judicentur: Nihilominus has *Anomalias*, quando ab eadem Causa, nempe *Arthritica*, idem Subjectum, nempe *Pulmonem*, afficiente producantur; propter hanc eorum inter se convenientiam, & necessitudinem, una, non ineptè hoc Capite, tractari fas est. Ut autem de illis clarè, & perspicuè dicam; primum, searum communia, quæ omnibus, vel minimum plerisque sunt; tunc, quibus illarum, quæ propria sint, edisseram.

II. Omnibus hoc commune est, illas tam cito nullos unquam invadere, nullos æquè malè habere, & mutare, ac quos sive gibbosos, sive graciles, sive *Pectore* nimis brevi aut acuto, a Jove quovis modo angusto, nec satis apto, Natura fabricavit, aut etiam Constitutione nimis tenera donavit. Si qui etiam *Illu*, *Casu*, *Vociferatione*, vel *Excitatione* aliqua vehementi injuriam *Pulmoni* intulerunt; vel à Parentibus *Phibiscis*, aut *Asthmaticis* exorti, vel ipsi tales fuerunt. Hos, inquam, omnes *Arthritis* sæpe latvato Vultu aggreditur; quumque ejus suspicio ne vel minima incidit; *Pulmonis* Aduertum intrando, Membranas ejus corrodendo, tardè crebro, at certo, perimit. His enim Corporibus, *Pulmo* læsus, & debilitatus, alienum facile recipit; difficulter rejicit, itaque tandem acri, & vitioso eo corrumpitur.

III. Hujusmodi Corpora vexantur his *Anomaliis*. Utrum verò *Arthritis*, vel quousque ea, priusquam se Regularem ostentavit, & in Artibus unquam emicuit, *Pulmonem* afficiat; quoniam indicia non habemus manifesta, & sive digna, explicari nequit. Suspiciari verò licet, Naturam, in iis, qui parentibus nati *Arthriticis*, una eum ipsa vitæ Lampade Miasma accepere; quoties illi, ætate prima & insunte, *Achoribus*, *Catarrhis*, *Tussi*, aliisque hujusmodi malis supra modum urgeantur, (eos autem crebro sic urgeri, & Morbis his alienum ali-quod exterminari constat) Miasma, à Parentibus acceptum, in Natorum Sanguine retentum, ibique copiis adventitiis quotidie auctum, hisce morbis, aliqua ex parte ablegare. Hoc autem, utrum ita revera sit, an secus; ex Natorum, & Parentum malis simul comparatis, optimè (tamen, propter rei obscuritatem, non sine aliqua dubitatione) colligendum. Quare in medicis, uti dixi, *Suspicionibus* hoc habendum, eoque magis, quoniam, data positaeque conjecturæ hujus veritate, Medicinæ *Arthritidem* expellendæ reducendæque, ætate hac tenebrosa, omnium minimè locus inveniatur.

IV. Ad eas transeo *Anomalias*, quæ disquisitioni nostræ magis exponantur, & pateant. Postquam *Arthritici* Paroxysmos aliquot idoneos, & regulares sustulere, non raro accidit, maximè, si idem Corpora modo descripta habent; à Paroxysmo sive inter-

interciso, nimis leni, vel raro, Materiam in Pulmonem transferri vocatur. In Paroxysmo interciso, vel abrupto, sæpe per Emplastrum, Cataplasma, Frigus, vel externum aliquod aliud istiusmodi repellens, ad *ἔνθεν* retro agitur materia, cujus utique Repulsioni statim superveniunt Pectoris Gravitates, & Fractura, spirandi angustia, Asperæ Arteriæ Titillatio, Tussis, Sputum primò tenue, postea crassius; quæ quidem accidentia, qua sunt proportione, Pulmones affici, & in eos humidum impelli *Arthriticum*, apertè indicant. Hæc est *Arthritidos* in Pulmonem Translatio, omnium maximè evidens & certissima.

Est autem ubi, Paroxysmo minimè abscisso, verum, propter ejus sive lenitatem, sive raritatem, mala eadem oboriantur, & dubium magis reddant, sine ipsa *Arthritica*, annon. Hoc autem dubium, *Arthritide* brevi post in Paroxysmum regularem erumpente, non raro eluitur; & ea, rectè nunc demum agendo, se nuper minus rectum fuisse confitetur. Ita, ex *Arthritide* regulari præcedente, comitata, vel insequente, habes, de istarum Anomaliarum natura prorsus *Arthritica*, quibus tuto possis acquiescere.

V. Porro, in hoc concordant hæc Anomalie, (uti cum iis ceteræ fere omnes) quod sæpissimè Seniores, interdum media ætate Viros, at rarissimè Juvenes, quantum observatione constat, adoriantur. Ut de meis loquar, ex hujusmodi laborantium numero, quem vidi, non exiguo, unum tantummodo Adolescentem inveni: alios omnes aut ætate grandi, aut saltem matura, ac constanti.

Hujus rei Causa minimè obscura est; quia, licet *Arthritide* nativæ, & à Parentibus ductæ, Ægrotantes, ipsa quidem Adolescentia, nonnunquam Pueritia, dolent; hoc in *Arthritide* acquisita non temere cernendum. Ebrietate, Gula, malisque ea moribus acquiritur; atque ideo, ante medium vitæ, raro Paroxysmos inchoat regulares; perraro *ἄνωμαλως*: in Sexu verò muliebri, raro ante Partus, & Catamenia finita.

VI. Sputi ratio est habenda: Primò illud tenue, nec quidem multum esse solet; brevi post tempore copiosius: aliquando cum Humoribus tanto in Pulmonem flumine, quantum Pectus aggravet; Pulmonem infarciat; Vocem obtundat, Spiritum impediat, quodque, si diuturnum esse contigerit, Ægri Corpus attenuet, infirmet; & demum opprimat. Quæ verò proportione Sputum excreatur, eadem fere minuitur, in extremis Partibus, *Arthritis*, sic, ut quo plus Sputi ejiciat Ægrotans, eo minus Articulis afficiatur. Et si verò istiusmodi Sputatio maxima ex parte salutaris (quoties nimirum non immodica, neque temere suppressa) esse reperitur, in extrema tamen Senectute, nimiam, & perniciosam, interdum novi, sic, ut ea multum Æger enervaretur, & demum enecaretur. Hoc autem, ut opinor, rarissimè occurrit.

VII. Nihil hos Affectus esse *Arthriticos*, evidentius significat, quàm unum illud, quod sint omnes *Arthritidi* inversa ratione, qua Paroxysmum vel regularem, vel interruptum excipiant, vel absentem introducant, vel deficientem suppleant, & quidem ita, ut quo minor, rariorve ille, eo hi majores: ut ex imminuta *Arthritide* externa, pro Affectuum horum acrimonia & importunitate, internos hos Affectus *Arthritica* origine esse constat; & à Miasmate *Arthritica* Pulmonem ineunte, Tussim, vel Catarrhum, vel Peripneumoniam excitari.

VIII. De Anomaliis hisce singulatim sumptis, jam proximè dicendum; & quidem, primo, de Tussi observandum, illam harum omnium esse frequentissimam, quæque Paroxysmum *Arthritidis* re-

gularem usitatissimè insequatur, raro autem comitatur, nisi ægroto valde *Arthritico*, Pulmonem admodum imbecillum habente: Hujusmodi Ego *Arthriticos*, nimirum *Phthiricos*, Ægrotantes, uno eodemque tempore Tussientes, & Dolentes aliquando inveni. Tussis hæc *Arthritica* nonnunquam in Paroxysmum regularem, (Materia in Artus translata) suapte sponte desinit; promptissimè verò, si *Cathartico* non nimis leni, sed Sanguinem miscente, & turbante, fuerit adjuncta.

De Tussi porro aliud notavi, silentio minimè prætereundum; nempe, in nonnullis *Arthriticis* Paroxysmum eam omnem antecedere; Ægrom, dies quatuor, vel quinque exagitare; inter Accessionis Symptomata prænuncia, jure merito censerit; quumque ea Sputi multum ejiciatur; (aliquando permultum ejici exploratum habui) una cum eo Miasmatis partem aliquam *Arthritici*, per *Anacatharsin*, quod probabile videtur, expelli.

IX. Hujus generis Catarrhos, uti semper *Asthma* comitatur; ita interdum *Hæmoptoe*: Immenso Sericopia Spiritus vitæ ocluduntur, unde *Asthma*; & in eodem Sero demum exantlando, quia Pulmo (simul cum universa Pectoris compagine) concutitur, rapidè convellitur, ipsamque Serum, acre & mordax, vascula exedit; ab ista agitatione, & acrimonia, fit interdum *Hæmoptoe*. Quæ, tametsi Ægro terribilis, horroremque ei, forsitan alias metuculofo, incutiat; minimè tamen pertimescenda, tanquam pessimi prorsus ominis: modo Pulmones, à natura ipsorum, nulla evidenti causa læsi, & Curatio matura, & apta fuerit instituta.

X. Hæc Tusses sæpe, & interdum hi Catarrhi ex intervallo aliquo revertuntur, quando nimirum Miasma, (ut est semper nascens) in Sanguine renovatum, ac cumulatim, Pulmoni insigatur. Accessionibus his imprimis favet Autumnus, qui, quum illud tempus sit, in quo, ad *ἔνθεν*, & Miasma emittendum, moveri soleat *Arthritis*, & in quo Catarrhi, & Tusses grassentur exquisitæ, quidni hisce nostris favere judicetur. Unum autem hisce omnibus inesse, & quidem magnopere ad eas contribuere censeo, nempe Pulmonum à natura imbecillitatem, & *ἄσθια*: unde ii, *Arthritico* Miasmatis, (quandocumque fuerit in Sanguine congestum, & expulsionem aptum) Pectus adeunt, in se recipiendo, arteque complectendo, perpetuo sunt parati.

XI. Tussentibus his Febricula seu nulla, sive lenis esse reperitur; sin eos algere, aut Cardiacis nimirum indulgere contigerit (unde Febris sive accendatur, sive augeatur) Peripneumoniam est quod timeas. Quocumque verò de causa initium capiat hic Affectus, signa eum ostendentia, quæ *κατὰ φύσιν* constituent *κατὰ νόσον*, planè sunt eadem, ac in Peripneumonia vulgari, & absoluta; & utrum Affectus hic *Arthriticus* sit, an verò minimè, (nisi forte Dolor Articularis simul occurrat, extraque dubium rem ponat) ex ejus Historia tantummodo petendum est. Quoties autem *Arthriticus* esse apparebit, hujus rei in eo curando rationem aliquam haberi, oportebit.

XII. Anomaliis hisce medendi Indicatio generalis, eo, quod alienum est, citissimè tutissimeque Pulmonem liberat: illud autem in diversis his Affectibus, modo non uno perficiendum. In iis omnibus Venesectio prodest, ubi nihil adversatur: In teneris, & debilibus, vix unquam administranda; in morbis, & ætate fractis, ne vix unquam; *Hæmoptoe*, & Peripneumonia laborantibus est aptissima; præcipuè Peripneumonia, qui omnia Venesectione raro curantur. Ubique verò instituta fuerit, cautè & providè cavendum est; ut, *Arthritidi* postmodum in Artus expellendæ fugandæque, Natura

Natura ne reddatur impar.

Proximo loco de Purgatione cogitandum: Es etiam omnibus hisce malis occurrit, & probabilis videtur, ubi Vires Ægri consentiunt; maximè verò, ubi Corpus crassum, & plenum; aut Intestina sunt immunda, & nulla fuit Venæsectio. Illa verò Purgantia jure merito præferenda, quæ Sanguinem exagitando, & turbando, ad Arthritida moveadam conferant; de quibus iterum, & sæpius alibi.

Præmissis his, ad ea descendimus, quæ Arthritidi, hospitiò novo, & inepto (Pulmonè scilicet) excitandæ, & foras ejiciendæ faciunt. His adjuungi, & cum iis simul componi juvat illa, quæ, Pulmoni dicata, ei, sive per Anacatharsin, sive alio quovis modo infervant. En horum Exempla.

℞. Alcohol. M. Balsam. Capivi an. ℥ss. Conf. Frucl. Cynorbat. ℥j. Syr. Cap. Ven. q. s. f. Bolus.

℞. Flor. Sulf. [vel Benzoin] Cbal. prædicti an. ℥ss. G. Ammon. soluti q. s. f. Pill.

In Tussi, vel Catarrho Arthritico, (modo nulla Febris suspicio fuerit,) sumatur Bolus, vel ex Syr. Balsamici coch. j. Pil. bis in die, cum Decocti Pectoralis navita: quem quidem Syrupum, vel ejusmodi alium, alias sæpius in die lambat: Alias, forma liquida siquidem arridet, iisdem temporibus proponatur Haustus.

℞. Syr. Tussilag. [vel Cap. Ven.] ℥ss. Tuss. Sulf. gutt. x. quibus probè mistis adde Pul. Olib. Cbal. N. an. ℥ss. Aq. Hyssopi ℥iij. f. Haustus.

Loco Tuss. Sulf. Balsamum ejus anisatum, vel Terebinthinatum; Balsamum Capivi, Gileadense, Chiliense, vel Peruanum certis ius Dolibus adhibeantur.

Quando malum inveteravit, ad prohibendam Sanguinis Coliquationem, Decoctum Corticis aliquoties præscripti, in Ægroti emolumentum non modècere.

Tussienti præstant Troch. Nigri Londinenses, Eeligmata, & ad Sputum educendam, & Tussim mitigandam, quæcumque tuto faciant Arteriaca.

Quum Remediis intereis dies tres, vel quatuor impertiveris; unde roboretur Sanguis, & ad Purgationem extimuletur; si nulla in Articulis apparet Arthritis, applicetur extra, Parti creberrimè dolenti, Empl. Cephalicum, per se, aut cum Picis Burgund. quantitate æquali; vel Ceratum viride. Sin ista, nimis imbecillis, Materiam non movebunt, & ex eorum usu nulla Pulmoni fiet utilitas; validioribus opus erit auxiliis, & majori mole pugnandum. Hoc casu Phlegmæ, Vesicantia, Setacea possunt usurpari. Eo autem modo in eorum usu, progredi juvabit; ut à minoribus semper incipias, neque, nisi illa frustra fuerint, ad severiora ascendas: quumque fevioribus uti necessum erit, non nisi Naturæ permissu, & sic, ut ejus vires pati possunt, id teatandum.

XIII. Hac methodo, in his Affectibus, Pulmoni, ut opinor, optimè prospicitur; maximè si, Tutelæ gratia, in Dorso Fonticulos operiat, sicque aère sicco, & ventis agitato utatur Æger, si que eo omnia dirigat, ut recta persistet Arthritis, & ex intervallis debitis recurset.

Hisce verò prætermisissis, aut otiosè, & negligenter actis, Tussis ingravescit, Corpus non alitur, nullis in eorum, quæ decedunt, locum subeuntibus, succedit Macies: Pituata, quæ principio tenuis erat, jam crassior fit, exseruatque difficilior, & interduum cruenta. Exulceratio fit Pulmonum, unde, tanquam exquisita phisica, oppressus æger, è medio excedit.

XIV. In Peripneumonia verò Arthritica, rapidiori gyro versatur res. Inter inaitia, Morbo protinus occurrendum; alias sanè non facile vincendo. Sanguinem cito detrahi, Enema post horas ali-

Tom. I.

quot immitti, Purgationem die postero institui, oportebit. Inklus ex Oleo Amygd. d. vel Oleo Lini, omni f. e. hora delingendus. Vitanda sunt Emulsa, & Decocta nimis frigida; si que apparebit in Artuum aliquo Arthritis, vel, eam educi posse, Spes erit; per eam educentia consulendum est Ægroti. Hoc enim perpetuo ratum esse arbitror, Peripneumoniam, ex Arthritide inversa, & in Febrim iducta, natam, ejusdem Arthritidis expulsiòne, in Artus amandatione, & in viam reductione (modo hoc effectum reddere licebit) commodissimè posse removeri.

XV. Non ignoro Clarissimum Sydenhamum, Medicum Isodior, de sanandis his Affectibus aliter scripsisse: nimium, Metastasi Materiæ vitiosæ facta in Pulmonum lobos, Intentionem medendi non ad ipsam Podagram, esse dirigendam; verum, (hoc symptoma, pari modo tractandum, quo Peripneumoniam aisoluta; Venæsectione scilicet repetita, cum Diæta, & Remediis refrigerantibus, ac incrassantibus: Purgandum insuper Ægrotum, inter Venæsectiones, idque Portionibus lenientibus: Sudorem autem obesse, materiam Pulmonibus impactam indurando; unde generantur abscessuli & tandem Ægri mors certissimè subsequitur.] At per Ego Xyriou, per Æsculapium, per ipsius Sydenhami Manes, oro obsecroque; quænam Morborum Venenosorum (cujusmodi sunt hi omnes) Curatio probabilior, quam per ipsius Veneni è Corpore, vel in Artus, in Partes à Centro vitæ remotas, & minus nobiles, expulsiòne? Annon Natio Medicorum omnis, ipseque alias Sydenhamus àvaritiosus, quoties ingravescat, & in Organum evectur, exterminari, exturbari, ejicique jubet? Annon hoc ipsum Naturæ opus; ei que ministerio, & auxilio, Medicorum esse, prædicatum est. Hisce verò, tanquam Basi & Fundamento, positæ, quæ (secundo loco) Medicina hanc alieni expulsiònem magis promovere possit? ea, videlicet, quæ Venæsectionis repetitas; quæ Diætam, & Remedia refrigerantia; quæque Cathartica blanda, & lenientia, (quæ quidem omnia, Sanguinem depimendo, Venenum in eo retineri faciunt) spretis interea, neglectisque Diaphoreticis, Arthritidem expellentibus, comprehendat: An, è contrario, quæ ex Remedij calidioribus, Venenum, ad Naturæ votum, & propositum, in Artus toto exarudentibus; quæque ex Venæsectione & Purgatione, ad hoc opus accommodatis; quæque auxiliis, extra admotis, Arthritidem evocantibus, sit composita? Si à Febre, Medicamentis Calidis ne inferatur, erit periculum; hoc ut devitetur, missione Sanguinis sufficienti, & Calidiorum usu non nimio, cavendum est: sed neque rei ullius, propter ejus, qui incidere possit, abusum, spernenda protinus utilitas; præsertim ubi magna, & humano generi salutaris. Altera verò ex parte Veneno retento, licet depresso; quam exulante, & amoto, tum commodi minus, tum periculi plus, oriri certum est: itaque esse, non suadet Opinio temere suscepta, sed cogit Experientia, non subleste fidei, verum iterata, firma, & [uti mihi videtur] rationi consona.

HISTORIA I.

Tussis Arthritica.

Um hæc in manibus sunt, memet interea consulit è propinquo quidam; humili loco natus, annos circa quinquaginta; Pectus aggravatum, Vocem impeditam, & Tussim habens media ætate molestissimam. Scretu ille mul-

X

tum

tum ejecit, *Tussi* exantlavit: nonnihil elanguit; febricitavit. Erat, quod *Tussim*, qua magnam, qua diutinam, qua tempeffati non nimis congruentem, ingenio & natura esse singulari, submonere videretur.

Quæ per Anum Materiam è Sanguine, leniter educerent, ex usu medico Remedia præscripti: quibus sumeadis, postquam Æger dies aliquot, tam utiliter, quàm sedulo, incubuerat; novum ecce malum, improvisum, inopinatum est exortum; *Genu* nimirum dextri *Dolor*. Cumque didicerim, *Pedibus* illum antea, more profus *Arthritico*, doluisse; per annum autem integrum, & quod excurrit, minimè; Dolorem hunc *Arthritidis*, sese in *Paroxysmum* efferentis, indicium esse existimavi. Cum brevem eum, mediocrem, neque satis acutum observaverim, partim Materie per Anum, partim per *Pulmonem* ejici, *Tussimque* illam revera *Arthriticam* esse, judicavi.

HISTORIA II.

Tussis Paroxysmi Arthritici Symptoma prænuntium.

Senex perhonorificus, morum suavitate, animique integritate clarus; quum de varia, & multiformi *Arthritidis* natura, sermones unà severimus; de sua, qua triginta jam annis per vices agrotaverat, sciscitanti mihi confirmavit, se Febricula, per omnem fere juventutem, quotannis fuisse, deinde verò Rheumatismo, affectum; cum hoc eventu minimè reticendo, quod, ex quo hic primum apparuit, illa planè desierit, neque semel unquam Ægrotantem ex eo tempore invaserit.

Rheumatismo ut mederetur, hortatu Medici, per totam *Angliam* tum temporis celeberrimi, *Diaphoretica* sumpsit; iisque assatim assumptis, quæ per Artus hic illic sparsa erat Materia, jam Articulis affixa est, & vulgi quidem opinione Æger *Podagria*. Eo more *Paroxysmus* erat, ut *articularem* [Digitorum maximè] *Dolore Tumoreque*, noctis unius spatio, excitatis, se ostenderet; & omni Vere, & Autumno, multos annos reverteretur. Quod verò memoria dignissimum, *Paroxysmum* omnem prævit *Tussis* importuna, vehemens, molesta, qua, dies quatuor, vel quinque, Ægrotum exagitante, multum ille tussiendo semper ejecit, & una cum *Pituita* (quod quidem verisimile) *Miasmatis Arthritici* partem. Cetera verò, quantum ab ægroto accepi, *Arthritis* se rectè gessit.

HISTORIA III.

Sputatio Arthritica, in extrema etate nimia.

Tabernarius quidam in vicino Oppidulo, per ætatem mediam & constantem, *Arthritide* doluit recta, & idonea; grandior autem, inversa & Anomala. Nunc *Ventriculum* ea, nunc *Pulmonem* est ingressa; illi *Avopθiav, Δυσωνοiav*, Nauseam inducens, huic, *Tussim*. Erat *Tussis* admodum molesta; *Pituitæ* tantum movens; quantum Ægrotum etate provecum debilitaret; alimento privaret, macilentum redderet: qua verò ratione gliscebat in *Visceribus Arthritidis*, in extremis Partibus ea remisit, & quidem è vestigio, sic, ut de Materie, ad *τὸ ἴδιον*, à *τῷ ἴδιῳ*, translatio-

ne, & de his Affectibus, ab eadem causa communi oriundis, nihil omnino dubitandum. E *Cortice, Marte, & Sulfure* præparatis, varia præcipiebantur, una cum incrassantibus, & Sanguinem roborantibus: eo videlicet, ut in Artus expelleretur *Arthritis*, itaque defenderetur *Pulmo*. Natura autem viribus deficiente, (*αἰσῶς ἢ πᾶντος δὲ φέσι*) frustra erant omnia. Medicamenta, utut probabilia, sexagenario annis & tristitia fracto, parum profuere. Sputazione nimia, Virium imbecillitate, Animi mœrore, propter res domesticas depressum, & Medicamenta vix sentientem, Mors abstulit, *ultima Morborum Medicina*.

HISTORIA IV.

Anacatharsis Arthritica Salutaris.

I Neunte seculo supra millesimum septingentesimo, ad Presbyterum *Exoniensem* accessit, qui, eo tempore quadragenarius constitutione tenerrima, & jam annos septem *Arthriticus* fuit. Paroxysmo dudum gravissimo affectus est, Manus, Pedes, Genu alterum obsidente, eoque adhuc consistente; mox apparuit *Catarrhus*, Os, Pulmonem, more pene *ferino*, obruens. Hinc *Pectoris* factura, Spiritus difficultas, *Tussis*, Sputum primo tenue, postea crassum & copiosum, ex imo Pectore, magnoque cum molimine educum. Quemadmodum illud *ευθιπύον* (Sputum volo) increvit, ad eundem planè modum & rationem, signa purè *Arthritica* (id est, *Dolor & Tumor Articularis*) sunt minuta. Ut *Arthriticum Miasma* aliqua ex parte per *Anacatharsin* expelli, competum habeatur.

Ad *Tussim* mitigandam, & Sputum simul movendum, *Syrupum Balsamicum*, & de *Meconio*, sæpius in die lambendos; & *Pil.* hora somni, sed modica quantitate, *Styracinas* dedi: Quod Humorum nimiam inhiberet *Colliquationem*, & ab ea Sanguinem tueretur, *Decoctum Corticis*, iisdem *Syrupis* dulcatum, imperavi; quæ cum fructu, & emolumento non mediocri adhibebantur.

Biennio post, ab una eademque Causa evidenti, nempe Frigore, & *Articulis, & Tussi* laboravit Æger; eoque procul dubio magis, quoniam, cum Autumnus esset, ille Sanguini depurgando non parum faveret. Is erat *Dolor Arthriticus*, quo nunquam huic *Arthritico* major, nunquam acerbior; ea verò *Tussis*, quæ, Sputatione multa, & *Pituitæ* larga vi emissa, Dolorem penitus absunderet, ejusque Causam, per *Anacatharsin*, amoliretur. Cujus rei veritas vel hinc eliciatur, quòd *Doloris* interruptio *Sputum* desepente sequeretur, & pari passu comitaretur. Hujus *Sputi* moverdi citandique gratia, *Opobalsamum*, ex *Syrupo Balsamico* sæpius in die, non sine fructu, datum est. Omnia denique sic comparata sunt, ut *Arthritide*, per *Pulmones* fugam molienti, via patefieret. Ex sententia res successit.

HISTORIA V.

Peripneumonia Arthritica.

Matrona lectissima, sanctissima, majores habens inter Aborigines *Damnonios*, stirpe tam nobili dignissima; *Pectore* à natura brevi donata, nonnullis ejus Affectibus, ea de causa proclivis esse visa est. Quæ, ab ipso vitæ initio, *Pulmonem* illius

illius ingredi, Tussimque facere sueta fuit Pituita, crassior jam, & ætate progredientem Ægram, magis aggravavit. Hinc Tussis illi, per ætatem omnem mediam, permolesta: hinc Dyspnœa fere perpetua.

Vitæ annū circiter quinquagesimum, cessante Tussi, locum ejus supplevit Dolor Artuum erraticus. Tumuerunt Digni; doluerunt Articuli, præsertim Genua, & Carpi; qui interdum Tumore, sed in omni Paroxysmo Dolorē sunt affecti. Ruboris, Splendoris interea nihil unquam est visum.

Cum Materia crebro Subjectum mutaverit, nunc quæ extra, nunc quæ intus sunt, obsidens; frequenti observatione palam factum est, ea foras erumpente, & in Artibus subsistente, Pulmones esse tutos, Respirationem integram: contra, intus agente Materia, immunes esse Artus. Tussenti nihil magis profuit, quam Trochisci nigri Londinenses, & istiusmodi Pharmaca Pituitam educunt. Potioni fuit Pomaceum, Cerevisia longè commodius. Nihil algore pejus, hoc enim Spiritus brevi impeditus, Ægra penè strangulata.

Quum iter hinc in locum, Ca bonibus & Fumo celebrem, facere decreverat; Plethoricæ, Tussenti, Asthmaticæque suasi, ut priusquam inciperet, Sanguinem detrahendo, Ventrem inanendo, Sputum movendo, Materiam in Artus vitiosam expellendo, itineri (quando Hyems erat) inauspicato, Civitati Tussentibus infestæ, se quodsmmodo paratam redderet. Prætermisiss autem hisce, Tussis itinere adaucta est, Fumo Spiritus impeditus, ut, accedente ad hæc Febre, (Medico longè nobilissimo frustra vocato) vita paucis post diebus cederet.

Per Tussim veterem & humidam, id, quod alienum erat, Naturam exterminasse; sicque Articulis pepercisse, non improbable est: per abruptum Articularem Morbum, ejusque Materiam Pulmonibus impactam, fieri Peripneumoniam, interfici ægotantem, manifestum est.

HISTORIA VI.

Catarrhus, Asthma, Tussis Arthritica, per Humorum in Artus Arthriticos, & deinde Evacuacionem, mitigata, sublata.

Abhinc annos tres vel quatuor; forte mihi obvenit hujusce Tituli Historia, nisi fallor, observata, memoratuque digna. Erat in suburbis Totonesi, de meliore nota, Vir, olim Athleticus, valentissimus, Corpore quadrato, constitutione firma, senectutem eo tempore ingressurus; qui septemante annis algere, & levi quavis ex ætophœæ tussire solitus, hunc in modum sæpe graviter affligus est. Frigore quod Tussim & Algorem creberrimè præcurrit, interdum etiam effectum est; ut per Artus Dolor incertus, & erraticus pervaderet; ut internodia, sive Articulorum intervalla, magnopere pungeret; ac si esset Rheumaticus; ut aliquando Articulus, (præsertim Humerum, & Coxendicem) morderet: Cum Dolorē Tumor. Rubor etiam interdum articularis erat, ut de mali natura nulla restaret dubitatio.

Olim hic illi valetudinis status erat: nuper autem, interciso, nescio qua de causa, in extremis Partibus Dolorē, tanto in Pulmonem impetu & copia, Morbi infusa est Materia; quanta raro advertatur. Seri vi immensa Pectus aggravatum est: Tussit Æger indefinenter, & quidem enixè. Non nisi difficillimè spiravit, neque nisi erecta Cervice. Sæpe Tussenti deliquit animus, neque Spiritus, (cogitandi

Tom. I.

munus exercentes,) agitati jam & profligati, pristinum ordinem cito recuperarunt. Sputum modò tenuè, & fallum; modò Sanguine, ex Tussis importunitate, interspersum. Facies pallidior, Corpus attenuatum.

A quo tam mirè affectum est Pectus, id est, per menses duos, vel tres novissimos, nullus in extremis Partibus (qui tamen alias creber esse consueverat) Dolor; nullæ querelæ. Quibus omnibus rectè ponderatis; uti etiam quod à Patre, post homines natos maxime Arthritico, gigneretur æger; ea fuisset sententia, non alium esse Morbum, quam Arthritida vetustam, membra olim de Sæc. nunc Pulmonem à morbo exacerantem; neque facilius expeditiusve posse illam removeri, quam ejus Materiam, Pulmonem occupantem, in membra, sedem illi propriam, quaqua possit arte, expellendo reducendoque.

Ita mecum arbitratus, post Venæsectionem, utriusque malleolo Phlegmum (ex Fermenti veteris part. iv. Seminum Sinapis. Fimi Columbini, Raf. Radicula, Cacum. Ruta an. p. j. Aceti Vini albi q. s.) calidissimum applicui, frigidum usque renovavi, donec Tumor utriusque Pedis est exortus. Tumori hic illic factò, vel quam proximè eum, admovi Epispasticum. Hæc, ut Arthritis evocaretur; ut autem expelleretur, eodem tempore Podagra præscripti.

℞. Pul. Gaseon. ℥ss. Ther. Androm. ℥j. Bals. Pergr. v. Conf. Alk. q. r. f. Bolus, vespere sumendus cum Julapio Hautu. Interdum verò, loco Theriac. Châl. N. ℥ss. cum prædilutis, forma pilulari, ex Syr. Balsam. cochleari. Pro potu ordinario Decoctum Pectorale, ex Rad. Helenii Cond. ℥ss. Eryng. C. ℥j. Raf. C. C. Eb. an. ℥ij. Bals. Tolut. ℥ij. Sem. Coriand. ℥ij. Aquæ Hordeat. ℔ij. ad ij. incoctis. Ad Tussim mitigandam Ecligma datum est, (ex Syr. Balsam. de Mecon. an. ℥ij. Tinct. Aurant. ℥ij.) sæpius usurpandum. De Tussi caveret, monui; ut ab ejus acrimonia ne Palmo laderetur; ideoque Beebicis sæpe uteretur.

Hilcepositis, & jure meo præceptis, medendi viæ Ægotum commisi; ea spe plenus, si Pulmones adhuc integri & sani essent; sique ad T. Hæc. Sive Humor transferretur, servari posse restitutumque Ægotantem, si aliter res fuerit, occubiturum.

Dolori, Siti, & Languori, à Phlegmorum usu ortis, propriis remediis, Paregorico-tenis, Decocto sitim extinguenti, & Julapio Cardiao medetur.

Phlegmorum ope Tumor factus est utriusque Pedis, ad usque Suras, egregius, immensus. Vesicantibus Seri non parum elicitum est. Quod verò maxime auspiciatum, & ominis erat optatissimi; qua Serum elicitum est, ea penitus proportionè mitigata Tussis; ea restitutum est Pectus. Qua de causa Vesicantium Ulceribus, cito nimium exsiccatis, [ut quod inest Tumorem Seri, penitus educeretur] in utraque Sura Setaceum meo consilio factum est. Hinc jure Seri flamen: quicquid ab Epispasticis defectum, hinc suppletum est.

His auxiliis, extra, intus, simul semelque adhibitis, factum est; ut à Tussi, ab Asthmate, à Pectoris gravitate, ceteroque ejus malo omni liberaretur Æger: eorum autem loco subortus est Humeri Dolor planè Arthriticus; isque, si consideremus Serum nuper evacuatum, satis acutus.

At quia longa Morbi obsidione Pulmones enervatos, & debilitatos esse jam liqueret; propterea (tutelæ gratia) quando Setacea Serum emittere jam finierant; utroque Spine laterè, inter Omoplatas, aperiti Fonticulum, magno certè Ægri cum emolumento, jussi, & Hydragegum aliquoties adhiberi.

X 2

Hac

Hac ille medicina, Morbo certè ancipiti, & periculoso liberatus, habitum & colorem brevi tempore bonum obtinuit, omnino convaluit; neque sublesta fide testabatur, *Rheumatismum* illum veterem, quo per annos aliquam multos se gravari Æger opinatus erat, *Arthritidem* revera esse erraticam; nec non illum *Pectoris Affectum*, istius esse *Arthritidos* *Ἀρρωματίας*. Sic opinari suadet Historia Morbi; sic Curatio.

CAPUT XII.

De Phthisi Arthritica.

ART. I. **A**ffectum in Pulmone *Arthriticorum* proximus, longeque periculosissimus est *ᾠδίων*: quæ, ut permulta habet cum absoluta *Phthisi* communia; ita quidem propria, (sive Causam ejus Continentem, sive Medendi methodum intueamur) tam multa, momentique tam magni habet; ut eam præterire nefas aestimetur. Hujus autem Morbi hæc conditio esse solet.

II. *Arthriticus*, ex Materia vitiosa, vel per causam aliquam externam in *Pulmonem* repercussa; vel per ejus imbecillitatem alicubi, acceptaque; primum, *Pectoris* gravitate, *Dyspnœa*, & raucedine corripitur: deinde, Sputum excreatur; quod, initio tenue, paulatim crassescit. Progressu temporis, Caro flaccescit; simili fere proportionem, qua crassum id ejicitur; & paulatim absamitur; Vires enervantur. Interrea verò dum ista fiunt, nullus in extremis Partibus Tumor, Dolor nullus articularis; aut, si ulius acciderit, parvus & brevis spatii, apparet. Crescit autem Faciei pallor, & Corporis universi Macies; & comitem, [propter vasa, frequenti, & violenta *Tussi* exagitata, & disrupta,] interdum nanciscuntur *Hæmoptœn*. Demum, Calor *Hecticus* exoritur; cum Pulsu celeri, Cute arida, præsertim vesperi; quibus mane succedunt Sudores Symptomatici. Atque ita Æger, *Tusse* pertinaci, Sputatione multa, Sadore colliquante, *Diarrhœa* impatibili, nec quavis arte diu sistenda, vel (si non sit *Diarrhœa*) Tumore Pedum aggravatus; & tanquam exquisita *Phthisi*, certè ei simillima, oppressus, cum Morte, æramnarum requie, Vitam miserissimam commutat.

III. Etsi verò ultimum hujus *Phthiseos* stadium, ab *Exquisite* ultimo, (tanta earum inter se convenientia est) vix potest internosci, aut signis *Diacriticis* distingui: duo sunt, in ejus stadiis prioribus, (Incremento nempe, & Statu) quæ *Phthisi exquisite* raro conveniant, aut de ea dici mereantur.

Unum est, quod, aliter quam *Phthisi exquisite*; quæ Adolescentum, aut Juvenum Morbus esse, neque alia, quam firmissima ætate, facile reperitur, hæc nostra *Phthisi*, è contrario, Adolescentes raro aggreditur; sæpius autem constantes, & interdum (quod de *Exquisite* nondum videre licuit) Viros natu grandiores: Mulieres autem maturius; propter Naturæ privilegia, (Partus sc. & Catamenia, quæ tum *Arthritida*, tum *Phthisin* arcent) maturius cessare solita.

Alteram, quod Calor *Hecticus* (qui in *Phthiseos* *exquisite* statu, & initio, gravis esse solet, reliquaque interdum Symptomata præcurrit omnia) sæpius in *Phthisi Arthritica*; nec quidem usitatè ante Sputum largiter excreatum, Corpusque eo debilitatum, oritur. Cujus quidem *ᾠδίων* ratio, partim ex jam dictis (hanc Affectum non nisi annosiores, id est, Sanguine frigidiori præditos, invadere) elicien-

dum; partim ex eo, quod *Arthriticorum*, siquidem juniores fuerint, Sanguis, propter frequentes *Arthritidis* Paroxysmos, neque temere incendatur, nec quidem incensus adeo exæstuet: Et quidem *Phthisi Arthritica* lenta esse solet, neque multa *Febre Hectica*, nisi ultimo vertente stadio, comitata.

IV. Prædicto fere modo res agitur, quoties in *Pulmonem*, à natura debilem, *Miasma Arthriticum*, gravi aliqua urgente causa externa, impellatur; aliaque ve quavis ei infigatur; neque Medicina satis efficaci, vel satis opportuna, removeatur.

Interdum autem ad *Pectus*, non adeo recta itur; verum, à *Ἰσθμῷ*, ad *Ἰσθμῷ*, & retro, variæ sunt itiones, & rediiones; æque, non nisi annorum aliquot spatio, peractæ: donec denique, post *Tusses* varias, graves, & importunas, succedit *Phthisi*, absolutæ similis, *Arthritica*. At, ubi *Pulmonis* *ἰσθμῷ* est, & Medicina tempori sicut adhibita; Materiam vitiosam partim in Artus exturbatur; screatu partim ejicitur; *Pulmones*, crebris insultibus debilitati, sanantur; Æger & colorem, & robur pristinum acquirit. Quibus autem modis hæc præstari possint, statim exponetur.

V. Ex supra dictis (ut opinor) liquet, nullo modo hujus Morbi indolem, & ingenium, posse magis patefieri, quam per ejus *ἰσθμῷ*. Quæ enim dixi, illi propria, quando neque semper, neque soli competant; atque adeo fidei non spectatissimæ perpetuæque, verum è diverso dubiæ, sint habenda; ut de Morbi hujus ingenio constet; Quæ illi cum *Arthritide* necessitudo; quæ conjunctio: quam illa prope, *Paroxysmum* excipiat; utrum è vestigio, an è longinquo: utrum, & qua de causa, intercisum; an verò deficientem suppleat, & ejus vicem gerat, pro ejus declinatione, increfcentis: Ne plura, utrum ejus ratio, *Arthritidi* rectæ sit, & quatenus sit, inversa, sedulo quærendum est.

VI. Curatio postulat ut levetur; ut hoste infestissimo, quam citissimè, liberetur *Pulmo*: id autem modis, alio alioque tempore diversis, & quam in *Arthritica Tussi* aliis, elaborandum est.

In principio Morbi, ubi *Tussi* urget, & tantum in propinquo *ᾠδίων* est; multum à *Phlebotome* & *Catharsi* rite factis, expectare licet. Hisce potest fieri, ut è Corpore exturbetur, vel minimum ut è *Pulmone* eruatur id, quod alienum. At quia non semper hoc effectum est, nec evacuationibus illis commodè confiditur; ita illæ fiant, oportet, ut *Paroxysmi* regularis excitandi habeatur ratio; id est, intra modum: ne Natura nimium debilitetur, & expellendæ *Arthritidi* impar reddatur.

Post Sanguinis detractionem, & Alvi ductiorem; alteram nempe, vel utramque; vel, ubi inutiles censentur, us ommissis; ad alia confugiendum, *Bechicis*, & *ἰσθμῷ* utendum: His, ad Materiam in Artus expulsionem; illis, ad expuitionem. Hos in *finis Linctus* [ex *Ol. Amygd. dul. rec. vel Ol. è Seminibus Lini, & Syrupo Balsamico*, vel de *Præfatio*, vel de *Rapo*, aliove quovis *Sputum movente*] componendus; & hora quaque altera, tertiarie, ad cochlearum unum adhibendus. Atque ubi nulla *Febre* indicia repugnant; *Pilula* ex *Pul. Gascon. Chal. N. Succo Glycyrr. Bal. Peruan. sexta, vel octava quaque hora*, adjectæ, isto ex vehiculo sumantur, & in Potionem ordinariam *Apozema* detur *Pectorale*: Vel, in forma liquida, cochleari *Ecligmatis* instillari possunt, octava quaque hora, *Bals. Peruan. vel Tinct. Sulph. gr. x. & intervallo omni medio, Chal. N. gr. vj. vel viij.*

Eo verò usque calidis hisce Remediis utor, quoad siverit à *Febre* periculum, *Arthritidis* expulsio postulerit. Et quidem eo lubentius hac via progredior, quoniam à calidis hisce, præsertim in senioribus,

motibus, & Arthritide crebro recurrente depressis, non magnum unquam oriri periculum observavi; & siquod unquam exstiterit, desubito tolli posse, non vana spes est: at commodum è diverso uberrimum est, adversis hisce longe uberius. Et, ne Medicina hæc nostra, tanquam nimis calida, & Phibificis inepta, malè accipiatur; sanctè profiteor, me ea prosperè, magnaque Ægri cum utilitate, plus semel fuisse usum: cujus ego rei statim Exempla proferam.

Si verò Febris, ceu per se, ceu Pharmacis excitata; quam ad rem præsentem opus fuerit, major exardeat, Pulmonique phlogoson intendat: ei, per detracta isthæc calida; per Enemata; per Sanguinis missionem; per Corticem Peruanum, tempori adhibitum, &, quamdiu incurfat Febricula, repetendum: perque alia, quæ Peripneumoniam tenuare solent, est cavendum. Neque enim Arthritidem ex Pulmone, nisi tuto, licet amoliri; neque Vitæ, nisi per ei conducibilia, prospicere. Febre verò tenuata, Medicina jam dicta (quo ad commodè fieri potest) similis, in usum denuo vocanda.

Quando Remediis istiusmodi internis, (Arthritidem expellentibus, una cum Bechicis) dies aliquot teruntur; nimirum duo, vel tres; citiusve si, in Articulo & τῶν ἄκρων aliquo Dolor fuerit excitatus; Articulo jam affecto, vel qui sæpius efficitur, extra id, quod materiam educat, applicari par est; eo, quo, in Capite præcedenti, aliasque passim, modo declaratum est. His autem eo magis insisto, quoniam ab antiquo commendari video, veterumque usu confirmari. « In Tabe, ubi vehementior noxa est, ac neque Febricula, neque Tussis quiescit, tenuarique corpus apparet, validioribus opus esse » auxiliis, inquit * Celsus: « & exulcerandum ferro candenti, sic ne sanescere sinas Ulcera, nisi Tussis finita fuerit. Quod quidem auxilium, etiamsi acre & severum; tamen, ut in Phibisi absoluta commodum; ita in hac nostra, propter Venenum intus contentum, eliciendumque, commodissimum.

Unum hic monendum, ægotantibus hisce ponderis & momenti non exigui: Opiata, licet vulgo Phibificis utilissima, in hoc casu suspecta esse, neque copiosa temere præscribenda: Ne videlicet Miasma Arthriticum, jam in Pulmonem inditum, eo loci insigant. Dentur itaque sic, ut Tussim supra modum importunam inhibeat, & quietem ab ea tutam concilient. Quod autem de Opiatis dictum, id etiam de iis, quæ Pituitam faciunt crassiores; quæ Pulmonem obstruant, eique impedimento sint; ex parte aliqua dicendum.

Quoties hac, vel hujusmodi via, in extremas Corporis partes amovetur Arthritis, mirum quantum inde levetur Pulmo: Nihil, ut opinor, Ægotantibus his commodius: quo enim magis Articulum illa mordet, eo minus Pulmonem. Vidi equidem Tussim hac arte primum fieri tolerabilem; Sputum minui; utramque post auferr: vidi restitutam Oculorum aciem, ἰσχυρίαν, ἰσχυρίαν, & à phibisi incolumitatem. Quæ quidem omnia, quo certiora fiant, opus erit, Arthritidem tam expellentia, quam evocantia (id est, tam interna, quam externa) continuare; donec omne id, quod naturæ alienum est, è pulmone fuerit dimotum.

VII. Quoniam verò pulmonem, Pituita dju gravatum, enervari debilitarique necessum erit; ad ejus robur instaurandum, cum primis facient Aquæ feratæ per Urinam exeuntes, & Aer. Finito igitur Arthritidos Paroxysmo regulari, aliàsve Æger restitutus, Prophylaxeos ergo, bibat per mensem

Tom. I. * Lib. III. Cap. XXII.

integrum istiusmodi Aquas: Sin earum Copia non detur, vel ex ægroti re civili non sit, eas bibere, bibat omni mane Fol. Tee Infusi quasi seculibræ, per menses aliquot. Cerevisia Herbis pectoralibus, Hedera nempe terrestris, Lingue Cervine, Capilli Veneris, Abietis, Cupressi cacuminibus; Bardana, Dauci Sylvest. Seminibus; Juniperi Bacis; Milleped. siccatis medicata esto, & potioni dentur ordinaria.

Aeris gratia, commodissimè Toposamum ex Isca itur; quoniam ille, maritimus, pulmone benignissimè sit; & Nautæ rarè Tussi vexentur; rarissimè Phibisi moriantur. Si ægri imbecillitas, aut loci ratio aere maritimo uti non patitur, Equo vestrari, & quidem sæpius, juvabit. Aerem verò profuturum arbitror, tam quia Spiritus animales recreat; quam quia pulmonem sabiando, eum roborat confirmatque. Profunt etiam Frictiones; modo vehementer, bis terve in die, perfricentur externæ Partes. Profunt Fenticuli in Dorso magni, aperti, juges. Placet Sorbitio ex Chocholata, adjecto, si lubet, Ovi Vitello. Cavendi verò, & quidem maxime, Catarrhi; ne Miasma, denuo germinans, & in Sanguine renovatum, ii ad Pulmonem abripiant; quod quidem hisce laborantibus, si Frigoris sint impatientes, (uti sunt plerique omnes) non inusitatum, præsertim eo temporis spatio, quo repetere solet Proxysmus.

Hæc de Causa, præter jam dicta, quæ Pulmonem tueantur, Pectoralia, quæque in primo Phibifeseo stadio, cum fructu adhibeantur; istiusmodi reliqua frequenti sint in usu, quæ contra hostem non jam victum, quàm repulsam, & viribus redintegratis insultus iteraturum, eos defendant. Quare, per anni dimidium hyemale, Decollum L. Sassafras, cum ejusdem Cortice, Rad. China, & Sassa, bis in die sumatur.

VIII. Hæc de Phibisi, à Miasmate Arthritico, per Sanguinem, cum Pulmone communicato. Siquis autem Phibisim Arthriticam à Fermento è Nervis supeditato ortam, ejusque indolem, & tractandæ modum intueri velit; Clarissimi adeat Mortonii, Collegæ, dum viveret, amicissimi Phibisiologiam, Lib. III. Cap. XI.

Ut autem pateat, Antiquitati non latere, Materiam Arthriticam in Pulmonem aliquando invehì, & morbum ei incutere quàm gravissimum; Fluxionis Arthritice mentionem fecit Galenus, primum per univèrsam Corpus oberrantis; tum à Pulmonibus ad se attractæ, donec Æger fuerit suffocatus; idque se in multis exploratum habuisse.

HISTORIA I.

Phthisis Arthritica lethalis.

I Neunte anno superioris seculi novissimo, Fœmina Clifensis, è multis una, fere quinquagenaria, me vocari voluit. Tussis illi fuit, eo tempore gravissima, cum Sputo, interdum Saanguineo, semper.

X 3

† Τα ἰδιώτῃ ἄλλα τῶν φαρμάκων, ὅσα εἰς ἀπαλλαγὴν τῆς νοσήματι. οἱ ποδαγριῶνται πίνουσι, τὴν ἰδίαν ἐπὶ τοῦ σπύδατος τῆς ἰνύματι. φορὸν καὶ γήνηδον, ἐκ ἱκανοῦς αἰσθῆσι τὴν τῆς ἰσχυρίας, ἀλλὰ τῶς μύλων. νοσήματι. ἡμῶν ἰσχυρίας. Πλασματῶν γὰρ ἐν τῇ σάματι τῆς ἰνύματι. ὁ πνύμων αἰκνύμενος δὲ τὴν τῆς ἀνοσπῆς ἀνάγλυον ἔχει δὲ τὸ μανὸν τῆς σάματι. δὲ ἔχουσι τὸ ἰνύμα ἰσχυρίας δὲ αἰκνύμενος, τὸ πᾶν αὐτὸς ἐπ' ἑαυτὸν ἔλκειν ὅσα πνίγει τὸν ἀνοσπῆ, ὁ πνύμων αἰκνύμενος ἐπὶ πολλῶν ἔχει τῆς πνίγει καὶ δὲ μαδον, De Theriaca, Lib. I, Cap. xv,

per antem, quoties ab imo Pectore duceretur, crasso, & purulento. Respiratio porro difficilis, Vox tremula, & (ab imbecillitate) cum clangore quodam: Pedum item Tumor, Pulsus debilis, & Hecticus, Tabes universalis, Virium prostratio fuit: ut in ultimo *Phthiſeos* stadio *Ægra*; *Febris* autem mitior, quam in *Phthiſi primigenia* affectis eo morbi tempore solet, esse videretur.

Difficillimi, & jam obfirmati hujus Morbi originem, & Causam antecedentem, inquirenti percrutantique mihi, ipsa narravit; Matrem sibi fuisse diu multumque *Podagra* cruciatam, eaque demum extinctam: sibi autem ipsi, ante annum, & quod excurrit, tumere Tarsum, & Pedis convexum; atque adeo rubere, nitere, dolere: sed, quum maturè nimis Tumor aut evanesceret, aut repelleretur, quod *Tussis*, [qua, per multos ante annos, fuisset identidem afflicta] de subito ingravescens, *Phthiſi* Viam aperuerit: ut, à Materia *Arthritica*, Pedem languidè nimis afficiente, in *Pulmonem* irruente, longaque eum obſidione subvertente, *Phthiſin* hanc oriri; & [auxiliis medicis sive neglectis, sive inscitè usurpatis] inveterare, res esset sibi omnino digna. Paucis post diebus, è vivis excessit *Ægra*, *Phthiſi*, sed *Arthritica*, quæ verò à primigenia *Phthiſi* non facile distingui poterat, oppressa.

HISTORIA II.

Phthiſis Arthritica Medicamentis calidioribus sæpe levata.

Mercator *Exoniensis*, gracilis, *Arthriticus* natura factus, ætate constanti leves habuit Paroxyſmos; extrema verò, & decrepita, jam diu nullos. Bellum pax secuta est, omnium opinione alma, tranquilla, salutaris. Sed (ut eventus comprobavit) dubia, sed sibi Punica. Aliquanto post (Septembri, MDCIIC) suborta est Sputatio, cum aliquo Spiritus impedimento; cum *Pectore* gravato; sed, ex crassa mane Pituita, affatim citata, exantlataque, ad tempus aliquod immuni. Languit Appetitus; flaccuerunt Artus; obruta fuit Oculorum Acies, & decolor Vultus. *Tussis*, sed *Arthritica* est; & *Phthiſi*, ultima Senectute, tempore prorsus inusitato, incipiens.

Ut contra hostem, atrocem & truculentam, ore lavato redeantem, me paratum habeam, præmissis, ad Intestina leniter manentia, *Eccoprotico*, *Infusi amari alterantis coch. v. Tinct. M. gtt. xv. bis in die. Tinct. verò Sulf. gtt. xij. ex Syr. de Succo Erysim. coch. j. hora somni, cum Julapii Pectoralis haustu, demittenda meo jure præcipio: Spiritus nem Vol. Oleoſi guttas subinde aliquot, cum veteris Malacani haustu. Eo nempe hæc omnia, *Phthiſicis* rarò præscripta; ut Medicamentis hisce calidioribus, in Arius, siqua fieri possit, Hostis expellatur. A præscriptorum usu melius certè se habuit; tumuere Pedes; levatus est Pulmo, *Tussis* elisa.*

Mense proximo Decembri, nescio qua de Causa, detumere Pedes; *Catarrhus* ortus est propemodum *ferinus*, cum Sputo tenui copioso. Ut Humorum partim eliminaret, *Decoſtum Sennæ* (duplicatè) *Gereonis*; partim, ad *ῥάξιν*, ut amandaret, *Bolam è Pul. Rad. Ari C. ʒj. &c. cum Infusi amari haustu*, horis duabus medicinalibus sumendum dedi. Medicamenta ex voto profuerunt: Pedibus iterum paulo post, ab eorum usu, doluit *Æger*.

At vere sequenti, (qua anni tempestate insultus iterare solita est,) quum jam plane siluit *Arthritis*; in illius locum tanquam subleſta, *Tussis* recru-

duit, importuna, pertinax; cum Sputo tenui, Raucecedine, Trachiae uillatione fere perpetua, spirandique difficultate. Ad quæ *Pomacei*, ægro gratissimi, usum pene quotidianum nonnihil conferre, verisimile est. *Tussis* ista negligenter habita [toto enim sesquianoſi spatio, nihil unquam medicamentorum, uti decuit, assumptum est] *Tussis*, inquam, inveteravit; Caro absumpta est, Pulsus planè Hecticus. Mense Julio MDCIC, iterum accessit, ea, quæ sequuntur, adhibui; Bis scilicet in die, *Decoſti Corticis Chalybeati ʒiij. cum Syr. Balsamici ʒj. Aq. Cin. fort. ʒj. Hora verò somni Tinct. Sulf. gtt. x. è seq. Ecligmatis coch. j. cum Jul. Pectoralis haustu.*

ʒ. Syr. de Mecon. Balsam. Aq. Hyssopian. p. aq. misce: de quo insuper Ecligmate, nocturno tempore, sæpius ad deliniendam Tussim pytiſſet. Cerevisia Cuminum Hed. terrest. Rad. China, Sarsa, Eryng. medicata erat. Inter Omoplatas, utroque Spina latere Fonticulus, sex pisorum capax, aperiebatur.

Medicamentis hisce dies xx. usurpatis, micuit Oculorum acies, Vultus *ῥαξιν*, remisit *Tussis*, largiter ex intervallis faciens Pituitam. Hinc Pectus liberum; hinc *ῥαξιν*. Pro Hectico, Calor mitis, blandus, benignus, planè naturalis; cum Diaphoresi, tam utili, quam jucunda. Verbo dicam, omni ex parte sanior evasit *Æger*, & à *Phthiſi* vilis est incolumis. At eheu! Senibus incerta res Salutis: Autumno proximè sequenti, sine Causa evidenti ulla, in *Diarrhæam* incidit, gravem, & impatibilem; Excrementis liquidis, & biliosis signatam; quæ, Alvum indurantibus suppressa, brevi recurrit; & una cum Tumore Pedum Hydropico, Naturæ subversionem ostendens, *Ægrum*, ætate grandem & imbecillum, media Hyeme occidit.

HISTORIA III.

Phthiſis Arthritica incipiens curata.

Memorabilis certè Historia Domini C. ex Insula *Iscana*, Adolescentis septem supra viginti annorum, Patre *Arthritico* procreati, gracilis, teneri, Frigus sine injuria non facile tolerantis, & diu *Phthiſici*. Ante triennium *Arthritide* correptus ille, anno novissimo [tanta morbi fuit pertinacia, Pedum, Manuum alium aliumque digitum invadentis, & vicissim occupantis] vix binos menses egit immunes. Paroxyſmi non ex illo fuerunt genere, quod inflammatione, ceteroque istiusmodi satellitio more suo stiparetur; quin potius lenes, mites; quique in longum idcirco tempus extraherentur. Quoties animus [is autem creber fuit] Pedibus imminentem antevertere Paroxyſmum, Tibialia nè vel lectum ingressurus exuere consuevit; tam noctu, quam interdium gerens; neque sine successu: hoc enim artificio, *Arthritidem*, Paroxyſmum molientem, identidem protelavit.

Hujus seculi initio, mitius se habuit *Arthritis*, & diutius solito conticuit: *Pulmonem* interea obsedit Pituita; quæ spirandi intulit difficultatem, Anhelationem immodicam, Pectoris gravitatem, *Tussim*, Sputum, tam mane crassum, quam etiam copiosum. His accessit Faciei pallor, universi Corporis imbecillitas, Languor, & in propinquo *Tabes*.

A Materia *Arthritica* Pectus aggravante, malorum hanc catervam induci, luce clarius fuit meridiana; neque enim tunc primum istius in *Pulmonem* Metastasin, eſi nunquam antea tam magnam, & tam moleſtam, est perpeſſus. Tutos autem Artus, & dolore liberatos, quoties *Pulmo* premeretur; &
è contra-

è contrariis, Pulmonem liberum, quoties aggravarentur Artus, semper observavit. Calor autem vesperinus, & Sudor et usitate superveniens; qui prædictis hisce accidentibus, in Phibisi affectis, præcipue hæc anni tempestate, solent se adjungere; certe in hoc nostro ægrotante nondum emicere.

Quibus omnibus serio pensatis, in eo operam & studium impendi; ut primò Pituitam, Pulmoni impactam, Araxadaga amoliret: Secundò, Arthritidem deviam, & Anomalam, ad eam ut reducerem, itaque tuerer Pulmonem. Ut Indicationibus hisce satisfacerem, Haustum ex aq. Hyssopi, Cardui ben. an. ʒj. Tinct. Croci ʒj. Alcohol. M. ʒb. Syr. Bals. ʒb. omnia mane sumendum: Pilulas, è G. ammoniaci ʒb. Myrrhæ pul. Alcohol. M. an. gr. v. Picis liq. q. s. hora quarta pom. Alias vero è Bals. Lucat. ʒb. Pul. Dialibæ q. s. hora somni, ex Syr. Bals. coch. demittendas, cum Jalapii pectoralis haustu, præscripsi. In potionem ordinariam, Apozema è Rad. China, Sarsæ, L. Sassafras an. ʒj. Cort. ejusdem ʒb. Uvarum pasfarum exactat. ʒj. in aq. font. ʒiij. ad dimidium coctis; colatura Saccharo crystallino dulcata. Ægrum porro sapius apricari, iocunditas vesci, parcè cenare jussi, & Hydromel interdum bibere.

Vix per unam, & alteram Hebdomada, præscriptis usus fuerat; quum, exanilato ferè omni Phlegmate, Spiritus liberior evasit, Tussis minus importuna, imò rarissima. Vires, & cum his Vultus rogora rediit. Quicquid fœra: Symptomatis, breve intra tempus obtusum, & mitigatum est; paulò post subactum. Quin imò Corporis æstus universalis, sed blandus, salutaris, benignus, quique Naturæ vigorem, potius quàm Febrim indicaret, est subortus. Posthac intra triduum in Pedem altero successit Dolor, Tumor, Rubor, Arthritidos Regularis signa. Hinc Pectus sanum, à Phibisi graviter urgente liberum; &, si diutius excipias a natura Phibiticam, bono cum Deo, utique quaque integrum. Imo quidem postea, per annos sex septem, bona usus fuit valitudine, nisi quod Arthritide laboraverit, rectè interdum recurrente & quidem (uti licet opinari) propter eam ita recurrentem, bona.

CAPUT XIII.

De Angina Arthritica.

ART. I. POST Febriculam, ad expellendam Miasma Arthriticum, à Natura in Sanguine concitatam; quoties ea per Fauces illud expellere conetur, & eo loci, una cum vehiculo, id deponens, Inflammationem afferat, Syrandi glutinidique vias obstruentem; Angina sit Arthritica: Morbus certè Hæc habens peculiare, & à Medicis parum adhuc consideratus; ab Angina pura, & exquisita (ne dicam alios Affectus, ei consimiles, & congeneres) sive Therapiam intueamur, sive Ætiologiam, accuratè distinguendus.

II. Ut autem initio, de Morbi hujus improprie, verba faciam; dari hujusmodi Anginam omnino liquet. Primum, quod ex eodem Æstu Febrili, simul cum Articulorum Dolo, tanquam illi gemina, & consimili ea sæpè deprehendatur: & quidem (ut frequenter accidit) interposito quodam intervallo post Arthritidos regularem Paroxysmum; quo utique intervallo novam in Sanguine Materiam cumulari certissimum est; uti, cumulatam expulsionem jam esse idoneam, est probabile.

Deinde, quod hæc Angina, per se exorta, modo perfecta sit, in Abscessum desinens, & copiosè Pus eiciens, Paroxysmi Arthritici vicem explere; quod,

ejus Causam vacuare; quod, ab ejus incurfa Podagram, ad tempus aliquod, immunem & saluum præstitare; quod, vegetum eam, & lætum reddere, (quæ sunt Arthritice Deceffionis dicta) crebro advertatur.

Postremò, quod Angina hæc, per materię Neopne in Artus Translationem, alias fortuitam, aia: Arte procuratam, inter cisa, sæpè in Arthritidem mutetur Regularem; sæpè etiam suapte sponte transeati eadem planè ratione, qua Vertigo, qua Asthma, qua Colica, vel aliud quodvis Neopne tradaxerit, & eodem Ægri cum emolumento: Ut de morbi hujus, perinde ac illorum ὡραῖς, nullus superesse possit dubitandi locus.

III. Eos creberrimè invadit hæc Angina, quibus, ad eam à Natura factis, Collum breve, crallum, humidum, Tono fibratum laxo & imbecilli præditum; itaque Humoribus tum accipiendis, tum retinendis aptum; Viros præ Fœminis (sic enim ipsa Arthritidis) sæpius, sen & utrasque aggreditur: ex illis præcipue eos, qui media sunt ætate; ex hisce verè eas, quæ Catamenis, dudum orbatæ; ex utrisque maximè Biliolos, Sanguine præservido, vel tenui donatos: nec quenquam, uti mihi videtur, unquam; nisi Materia prius Arthritica (Causa videlicet Pnocatarctica) copiosa, & evecta in Sanguine turgentem, jam jamque Articulis delitorum. Inter ea verò temporis, à Causis Angina exquisita prævalidis, & urgentibus, in partes suas, levem & quiescentem illam aliquando trahi, non est diffidendum; ita verò quæ se habet Angina, cum parum Arthritica sit, & propriam Medendi Legem minimè requirat, non est hujusce Tituli.

Causa hujus Angina, (externa & evidens) frequentissima, est Potatio; maximè Pomacei, aut Vini alicujus tenuis, liberior; maximè verò omnium, si accedat Algor.

IV. Ut ad Diagnostim qualemcunque descendam, præcurrit Febris; eaque sæpè, quam in alia quavis Arthritide præmitti solet, vehementior: quæ, tamen prorsus Symptomatica, Febrim nonnunquam æquate videatur Essentialem, ardentem; & est, pro Ægri temperamento, ætate, & pro Cause evidentis magnitudine, plus minus ardens. Paulò post exortitur Faucium Dolor, & Tumor φλεγμονώδης; unde glupendi spirædique Viæ semper arctatæ; interdum autem adeo, ut tridui, vel quadridui spatium, nihil unquam Vetus possit demitti, neque Spiritus nisi difficillimè trahatur. Salivæ interdum affatim emanat; Alvus adstricta est. Sanguis à Venæsectione Gelatinam (uti in Pleuritide, & Peripneumonia) præ se fert, in excipulis supernatantem, puram, tenacem, sebaceam; & quidem, quæ in Arthritide solet Exquisita, magis. Utrum verò Arthritica sit Angina, necne; id, ex Arthritide, vel Angina prægressa; vel ex ea simul semelque cum Angina locum habente; vel, eam è vestigio insequenti; id est, ex horum Affectuum ratione inter se, omnino intelligendum est.

V. De Angina pura & genuina, passim apud Auctores observatum est; Viscidum illud, quæ est illius Causa Conjuncta, modo in Latus, modo in Pulmonem transvehi; usque in locis Pleuritidem, vel Peripneumoniam facere; Morbos scilicet non tam Materię, quàm Locorum affectorum diversitate distinguendos. Eadem de Arthritice narretur Fabula; Pari enim ritu Angina Arthritica Materia, sive Causa Continens, sæpè in Pedem; nonnunquam in manum; interdum in Genu [ut taceam alias Corporis Partes quamplurimas] transfunditur; & in illis Podagram, vel Chiragram, vel Gonagram affert; Affectus, uti nonnullis visum fuit, longè, diversos; at revera ejusdem indoli,

& Naturæ, Locorumque ratione maximè discrepantes.

VI. Curatio vult, ut *Fauces* quamprimùm liberentur, & quidem Methodo ei, quæ vulgaris est *Angina*, longissimè diversa. Nam, cum Indicatio illa generalis, duobus perficitur; quorum alterum Humores evocat è Corpore; alterum è Parte affecta tantummodo revellit, & in Artibus deponit; cumque prius illud, (quod *Venasellione*, *Purgatione*, *Gargarizatione*, *Velicatione*, & ejusmodi aliis effectum est) utrique *Angine*, paræ videlicet cum *Arthritica* commune est; Posterius verò (quod *Arthritidem* in viam reducentibus, & *Paroxysmum* ejus regularem facientibus absolvitur) uni *Angina* convenit *Arthritica*: Nos ea duo conjungentes, medendi legem, quam iterum & sæpius, nec infeliciter fuimus secuti, & aperiemus, & quasi digito monstrabimus.

Quoties igitur ad *Anginosum* aliquem accessor, explorata prius *Tumoris* magnitudine, reliquisque ejus, quæ maximi sunt momenti, *Symptomatibus*; in illius *Causas* inquirō; & si *Æger* fuerit ex *Arthriticorum* numero, quamdiu ab *Arthritide* vacavit, interrogo. Eam autem si invenio frequenter olim *Paroxysmos*, statisque temporibus, regulares; eosque magnos, & vehementes habuisse; nuper autem præter morem interrapsisse; ex eo suspicor, *Arthriticam* in *Sanguine* Materiam, per hanc vacationem cumulatam adauctamque, in eo turbellas facere; jam nunc exula e; & in *Fauces*, ob earum imbecillitatem & *Ætiam* immixtam, *Inflammationem* in iis excitare. Major autem erit hujusce rei suspicio, si *Nausea*, & *Fastidium*; si *Gravitas*, & *Torpor*, si *Dolores* vagi (uti solent ante *Paroxysmum* regularem) ad tempus aliquod præcesserant.

VII. Hac igitur opinione ductos, primùm *Sanguinem* (nisi nuper ille detractus fuit) detraho, & quidem copiosum. *Enema* paulò post immitti jubeo. Postridie *Venasellionem*, *Purgatio*, per *Rhei* puta, *Senna*, & *Agarici* *Infusum*, cum *Syr. Ros. Solut. q. s.* lene videlicet aliquod, instituenda; quando *Sanguinem* exagitantia, propter ejus *Orgasimum*, (qui in hoc *Affectu* jam satis rapidus esse solet) ne obfuerint, periculum est. De alvo sollicitanda, si *Cathartico* fuit inanita, per dies quatuor vel quinque, postea nihil laboro; ne alienum ad *Ætiam*, contra *Naturæ* propositum, alliciatur. *Cervici* *Epispasticum* post *Purgationem* applicandum, idque prælargum; quod nempe *Colli* dimidium obtegat: huic autem, horis post viginti quatuor, succedat *Emplast. Meliloti*, *Cantharidum Pulvere* aspersum, sæpe renovandum, ut flumen jube & diutinum sit. Ab initio morbi usus fere perpetuus est *Gargarisma* incidens, aperiens.

℞. *Aq. Hordeata* ℥ij. *Diamor.* ℥iij. *Sp. Sulf. per Camp.* quantum *Lingua ferre* potuerit. fiat *Gargarisma*. Vel *Melli Rosaceo* addatur *Sp. Salis*, sive *Nitri*, ad acorem summum & tolerabilem: Indatur *Ori* paululum, & cum *Saliva* post aliquod tempus ejiciatur. Nihil verò *Pulvere* sequenti præstantius efficaciusve novi:

℞. *Cryst. Min. Sacch. Chrysell. an. p. aq. Misce.* Teneatur *Ore* ℥j. donec *Saliva* abundaverit; tunc exspuatur, & hora post quadrantem vel dimidium, (modo finat *Vigilia*) repetatur. Mirum, quantum hinc *Saliva*.

Profunt *Herbarum* *Artemisia*, *Salvia*, *Majorana*, *Rorismarini*, *Sambuci*, *Chamaemel.* *Calamintha*, *Marricaria* [quæ acri, & volatili *Spiritu* refertæ; discutiant] decoctarum *Halitus*, obvelato *Capite*, & hiante *Ore*, in *Arteriam* immissi. Die perendino, vel etiam citius, si necesse fuerit, de iteranda

Plebotome deliberandum. Iterari illam, & quidem interdum plus altera vice, postulat glutenti inrandique, si fuerit, difficultasurgens, importuna, periculosa; sique *Venam* iterum secari oportuerit, *Jugularis* esto. In summo *Gutturis* *Dolore* admoveatur extra *Cataplisma*, ex *Rad. Alibæ*, *Fol. Malva*, *Ficibus incis.*, *Aqua Hordeata colli*; addita hujusce *Magnatis* ℥ij. *Cepar. colli.* ℥ib. *Sem. Lini* ℥b. *Mica Panis* ℥j. *Ol. Lil. alb. q. s.* Gargarizetur autem *Os* *Aqua Hordeata* & *Lacte Vaccino*, paribus mensuris, ad ipsas *Fauces*, *Capite* resupino, intomifis. De gravissimo *Symptomate*, (*Spirium* nempe *intercluso*) ut verbum addam, quoties ita ingravescat, ut *Ægro* pene suffocato statim moriendum, nisi aliquis *Apollo* intervenerit; in hoc casu *Laryngotome*, tutissimum præsentissimumque remedium, omnino facienda. Tuto certè illam, commodeque posse fieri, *Arterie penitus divise* (cujus *Historia* admodum luculentam, videre licet, *Aclorum Philosph.* No. 258.) *Curatio* probat.

VIII. Dum hæc aguntur, & quidem eo modo omnia, ut ne *Materia* in *Partes internas* transferatur; (cujusmodi *Mitælaos* in *Angina Arthritica*, quam in vera & exquisita, tum frequentior, tum incommodior) alia faciunt ad *Faucium* allevationem *Arthritida* *Regularem* inducendo: Quæ propter *Acida*, sicut *Pomaceum*, *Vinum Album*, aut *Rheannum*, vel alia quævis *Potio*, dolorem arcessens *Articularem*, post *Purgationem*, & quidem interdum liberè potanda. *Articulo Arthritidis* usitatissimo, vel *Empl. ex Oxycroc. Cephalico* & *Pice Burg. an. p. aq.* Vel, si efficacioribus utendum, *Phoenigmus* acris & stimulanis admoveatur, & prout usus erit, ite etur. Huc confert, quæ olim *Veteribus* familiaris, in *Aqua*, quanta tolerari potest calidissima. *Pedum lotio*. *Tumor* excitatus, *Panno Wallico*, aliove quovis raro & molli, vel *Linteo duplicato* vestiatur. Ut ille *Tumor artuum* in conspectum veniat; plerumque subsidit *Faucium* iste, recurrit *Dolor*, aliaque jam denuo rectæ *Arthritidos* indicia: Atque tum in tuto omnia, *ἔω γὰρ ἔγενεταί τ' ἰόνουα*, quod *Hippocratis*, in simili *Calu*, argumentum est.

Si rumpatur *Vomica*, *Gargarisma* componendum emolliens, & suppurans, (e *Decocto* puta *Hordei*, *Glycyrrhizæ*, *Ficibus*, cum *Syr. Cap. Ven.*) & demum modicè alstringens. *Jusculis Avenaceis*, *Hordeaceis*, & ejusmodi tenuibus vescatur *Æger*; & ut *Humorum Effervescentia* minuatur, utque *Collum* versus abscindatur *Peri*, *Lectio*, tempore diurno, quantum potest, abstineat; *Sella* erectus sedeat; *Pedes* deorsum versus inclinet; & in *Lectio* aliàs *Caput* elevatum, habeat. *Finite* re *Paroxysmi*, leniente quodam *Alvus* subducenda.

Exempla jam in apertum proferam, quæ lucem, uti spero, non mediocrem prædictis scenerabunt.

HISTORIA I.

Arthritis, Fauces & Artus simul semelque occupans.

Homo *Iscanus*, è regione *Portæ Australis*, decimo ætatis lustro, ex frigore, quod ante præcellerat, *Angina* laboravit. *Febris*, *Pulsu* celeri, æstu *carnis* immodico signata fuit: *Fauces*, cum rubore, tumuerunt: *Voce* nihil distinctè significavit: *Spiritus* difficillimè traxit: *Cibi* transitus præcludebatur. Non dubito fore plerosque, qui ex his *indiciis Anginam* istam simplicem, & veram esse judicaverint; quam verò rectè, confestim apparebit.

De

De Doloꝛe interrogavi, Satin Salve? Numne alias Corporis partes itidem occuparet? Quem cum Genu, etiam & Malleoli sinistri, eo ipso tempore, tametsi mitem & tolerabilem, esse; cum eum *Arthriticos* invadere, & more profus *Arthritico* reverti, solitum acceperam; *Anginam* hanc non tam veram & exquisitam, quam in *Arthriticarum* numero & Classe ponendam æstimavi; ideoque non iis opus esse auxiliis, (Sanguinis scilicet missione copiosa, *Clysteribus* crebris, *Emulsis*, & istiusmodi *Refrigerantibus*) quæ quidem omnia, in Affectu absoluto commoda, in hoc nostro partim frustra, partim incommoda essent: Sed ab hac Methodo desistendum & id, quod strangulat, aut evocandum, aut in artus transferendum esse.

Quem in finem, Colli dimidio posteriori *Vesicatorium* superpono: *Crystalli Mineralis* ℞. & *Sacchari* tantundem (Remedium ad Salivam hac in rem movendam efficacissimum) ut Ore teneatur, ut retentum solvatur, ut solum expuatur, omni horæ quadrante adhibeo: Hinc fluidum Salivæ Os, *Ptyalismus* hinc immanis.

Ut alteram Curationis partem aggrediar, & *Materiæ* reliquum in *Articulos* transferam, ita præcipio.

℞. *Pulv.* è *Chel. C. C.* ʒss. *Conf. Anthus* ℞j. *Serp. Virgin.* pul. gr. v. *Conf. Alk.* q. s. f. Bolus, hora quaque octava sumendus, cum *Julepi* haustu *Perlari*. Potui verò dabatur *Decoctum Sarsæ, China, Ros. C. C. Eb. Sem. Coriandr.* Genu & Malleolo dolentibus, ut illuc *Materia* invitaretur, *Empl. ex Oxycroc. & Picis Burgund.* an. p. æq. admovi.

Horum usu, temporis spatium perbreve, biduo nempe, tantus Artuum, & tam acris erat Dolor, ut neque *Bolo* diutius, neque *Emplastro* opus esset, hoc amplius pari etiam modo & proportione, *Fauces* deturgere; Spiritus, Cibique transitum aperiri, *Anginam* curari, certissimum erat. Ægrotò gratulabar, quod redierat jam in viam, itaque valedixi.

Paroxysmo illo, quo quidem nihil unquam utilius, nihil opportunius evenit, jam finito; quum illius eo tempore recidivi, nullum omnino periculum extaret; ut *Alvus* subduceretur *Catharticum*, at (ne *materia* de novo irritaretur) blandum, & leniens propinavi: cum *Paragorio*, hora somni post purgationem assumendo.

Menses inde post aliquot, ad *Prophylaxin* obeundam incumbens, *Aquas* omni mane *Diureticas*, quarta pomeridiana *Pil. ex Salis Martis* gr. v. *Pulv. Chamæpit.* gr. xv. cum *Syr. Abs.* f. q. s. demittere; initio verò, & deinceps septimo quoque die, per *Salem Polychrestum*, & *Manna aquis purgantibus solutum*, Ventrem movere, in præscriptis habuit.

Historia profert *Arthritidem*, primùm, *Febriculam* ex *Algore* generantem, tum *Fauces* graviter prementem, nec quidem *Artubus* interea parcentem; Deinde, *Faucibus* (Medicinæ beneficio) expulsam, & in *Articulos* *Membrorum* missam: Quæ quidem omnia, quum ejusdem morbi irritatio & progressus sint, de *Arthritide Anginam* mentiente, sententiam nostram magnopere corroborant.

HISTORIA II.

Anginæ Arthriticæ ad Abscessum tendentis, in Arthritida Regularem Metamorphosis.

Huc etiam facit agricolæ cujusdam suburbanii Exemplum, qui, annorum plus minus viginti, *Arthritide* subinde revertenti diu afflictatus, initio ventis, (nescio qua de causa) *Faucium* Inflammatione

gravi corripiebatur, cum æstu corporis universali, & pulsu magno. Dies ille complures nihil devoravit; voce nihil clarè significavit; Spiritum ægrè traxit. Sanguis, ingruente Morbo, missus est; cui *Gelatina*, post aliquod tempus, supernatavit densa, crassa. *Saliva* jugiter effluxit.

Ut *Fauces* quam citissimè relevarem, (hoc enim medendi postulavit Indicatio) Sanguinem, quoniam abundavit, iterum mitteret; &, ad sputum augendum, *salis prunellæ saccharique crystallini* partes æquales ore sæpius teneret, solutas postmodum expueret, Ægrotò imperavi. *Mistura* porro data est, ex *Syrup. Balsam. & Aq. Cin. hord.* ad deliniendam humorum acrimoniam, & *Tussim* mitigandam. *Clystma* emolliens quotidie injectum. Loco cerevisiæ, *Decoctum Hordei, Rad. Eryug. C. Glycyrrhiz. Cacum. Adiantb. cum Syr. Viol.* Brevis post tempore, peropportunè recidit, quod Genu alterum diu multumque doleat, tumeret: unde *Fauces* levabantur, facta in hunc *Articulum Materiæ* reliquæ Translatione: qua quidem re, ut nihil utilius, nihil esse potuit Ægrotò desiderabilius; quando per eam *Gutturi* maxime caveretur, *Vitæ & Saluti* consuleretur.

Historia confirmat *Anginæ Arthriticæ* Doctrinam; simulque monstrat, iis, quæ affluxum ad *Fauces* cohibeant, quæ gravatas eas exonerent, [*Revolventibus*, scil. *Derivantibus*, & *Resolventibus*] *Abscessum* aliquando præverti, in *Faucibus, Arthriticum*.

HISTORIA III.

Materia Arthritica partim Abscessu Anginoso, partim per Articulares Glandulas expressa.

Vir amplissimus, nec uno nomine colendus, humida Constitutione, Collo crassiori præditus; *Catarrho* *Oris* fere indefinente, per primam omnem *Pueritiam* delibutus; circa *Juventutis* initia, tum *Arthritide*, tum etiam *Angina*, Morbo, uti videtur, hæc editario, verum non eodem tempore, solebat affici. Ætate progrediente, quum, ex levi in *Poculis* errato post *Artuum* *Dolorem* vagam, urgeret *Angina*, Spiritus *Animales* impendia deprimeret, *Suffocationem* minaretur; neque vulgarem *Medicinam*, etsi multiplicem, sentiret; ad eam allevandam accessit, de *Arthritide* quæro, Nunquando *Illa* nuper idoneum ex more *Paroxysmum* egisset! Quænam apud Ægrotum illius sciendi ratio probabilior? Cumque ad hoc operis, prævalere cæteris quibuscunque *Pomaceum* inaudiverim; illius subacidi, sed generosi lib. j. alteramque propinavi; eo nempe animo, ut *Arthritida* quam diutius silentem *Arthritide* *Fauces* invadere subsensit, in *Artus* propellerem. Eventus suspicionem comprobavit; paucis enim post horis, emicuit altero pede *Arthritidis*. Laneo vestiri, blandè tractari, molliter haberi, secundum illius *Genium*, admonui. Sub hoc tempus, aperto *Faucium Abscessu*, Pus emissum est; *Gargarisma* suppurans, & modicè detergens, sæpius adhibitum.

℞. *Decolli Hordei, cum Ficibus incisis, & Vini Rubri Gallici* an. ʒʒ. *Diamori* ʒij. f. *Gargarisma*.

Doluit interea, cum *Ardore* tumuit ex animi sententia *Articulus*; Post exitum *Paroxysmi, Aq. Purgantibus*, quibus abluerentur reliquæ *Morbi*, diu potavit Æger.

Anginam hanc *Arthriticam* esse constat, Primùm, ex diutino *Arthritidos* silentio; Tum, ex *Dolore* prævio, antequam *Materia* figeretur, erratico: Tertium, ex subita & facili *Regularis Arthritidos* Emergione; Quibus simul consideratis arguitur, præter istam *Anginam*.

Angina causam evidentem (in Potentis scilicet Erratum) fuisse etiam *Arthriticam* in Sanguine Miasma evehctam, ebulliens, ambitiosum; quod, junctis causæ externæ Copiis, Naturam eo usque accessiverit, donec illa Vires recolligens, Hostem in exitum, Materiam alienam in Fauces. (ab Origine debiliores) & demum, Arte adjuncta, in Artus amandaverit.

Docet Historia, in *Arthritide Anomala*, Anginam æmulante, Spiritumque elidente, posse utiliter, Artis ope *Arthritida* fuscitari *Regularem*.

His subjiciam, Ægrotum hunc nostrum, posthac *Articulis* læpilitate laborare, Angina verò non item: imo ratione prorsus *inversa*; sic, ut quo minus hæc, eo magis illa: Quæ quidem istorum Affectuum, adeo inter se dissimiles mutationes pondus aliquod habent; & demum *Arthritida* se in viam dare, & magis rectam esse ostendunt.

HISTORIA IV.

Arthritis primùm Fauces, deinde Articulos invadens.

Mulier lætissima, dignitate Domus, suæque celebris; nunquam *in Tæpe* *lyra*, quanquam Marito satis probabili diu nupta; cum annos quatuor supra quadraginta compleverat, & deficere Catamena jam menses aliquamultos persenserat, oberior, & crassior evasit. Eo Corporis statu ac conditione fuit, quum, V. re anni MDCCV. inerte, Febricula & Tumore Faucium repentiâ corripere: quibus ut occurreret, suavitate amichrum, primum, Sanguinem detraxit; dehinc Cervici *Epispasticum* admovit: Quorum beneficio quicquid humidi in Fauibus depositum fuerat, vel evocatum & elicium, vel Sanguini redditum & repensum est.

Post *Tumoris* abolitionem, perpauca augebantur horæ, cum Genu alterum, tum Malleolus, tum Digi in pede maximi Globus, & vicinus ei Articulus ordiæ dolere; tam rectè, tamque ex more *Arthritidis* exquisitè, ut utrum ipsa esset, an secus, nullus extaret dubitandi locus.

Horum autem malorum ordo, quem exposuimus, Angina hujus naturam non parum explicat: Nam, ut Anginam è vestigio secuta est *arthritis* omnibus numeris absoluta; sic, *arthritis* esse hanc Anginam, liquido & manifestè probat. Et quidem, utrumque hunc Affectum eidem Febriculæ subnasci, ab ea sustentari; & in Fauces, & in Artus, alienam è Sanguine Materiam, per eandem Febriculam expelli, minime ambigendum.

Ex hoc Historia, & hujus numeri aliis, verisimile videtur; non tam extremæ, & decrepitæ ætatis; quam mediæ, & constantis Affectum, esse hanc Anginam: Certè ea laborantes, qui ad hunc usque diem mihi innotuere, Adolescentes, aut Juvenes, excepto tantum uno, fuere omnes.

HISTORIA V.

Anginæ Arthriticæ assuetudo supervenit Arthritis Regularis.

Vir Nobilis, HEN. COURTENAY, Regis stirpe oriundus, & Majoribus suis dignissimus, ætate mediâ, plus semel *Arthritide* doluerat; quum, ex intervallo aliquo ab ejus Paroxyfmo,

(nulla, quod sciam, urgente causa evidenti) Faucium Dolore, Tumore *Arthritide*, spirandi glutendi-que vias intercludente, tenabatur. Gustus summè depravatus, Saliva viscida, Sitis permolesta, Æstus universalis, Vigilantia gravis, Febris acuta erat. Ad Therapiam Vena illico pertusa est, & postmodum per Pulv. *Warvicensem*, Alvus subducta: *Vesicatorio*, Cervice tota posteriori Serum elicitur: Omni horæ dimidio, Salivam movens, adhibetur id, quod sequitur.

℞. Crystall. Min. ℥ij. Salis Vol. Succini ℥j. Sacchari Crystall. ℥ss. Miscæ, & divide in partes æquales, No. xxiv. teneatur Ore particula, quoad dissolvatur; deinde cum Saliva expuatur.

Potui datum est Decoctum sequens, calidissimè pytilandum;

℞. Rad. Gram. Can. Eryng. Cond. an. ℥j. Hordei mundat. ℥ss. Coccinell. ℥j. Coq. in Aq. Font. ℥ij. ad ℥j. Colatura adde Syr. è Corall: Simp. ℥ij. Tinct. Aurant. ℥j. f. Decoctum. Bolus ex Salis Saturni gr. ij. Nutri purificati gr. v. Conf. Lujul. ℥j. Syr. Melissoph. q. s. ter in die fumendus, cum Jul. Haustu, & ad alvum molliendam, omni vespere *Enema* præscriptum est.

Quibus sedulo observatis, Salivam mirum quantum, ac si Mercurio concitata, ejecerit. Fauibus allevatis, spiravit, glutit facilius. Restitit Febris, quam in declinante Angina solet esse, pertinacior; & huic rei aliquid amplius subesse, neque omnia conspici, comprobavit. Accessit *Podagra*, rem totam aperiens; Anginam esse puram putam *Arthriticam*, Curationem pollulare propriam ostendens. Bolo igitur, & Decocto refrigerantibus, ne fraudi sit ægroti, omittis, ad ea, quæ *Podagram* absque nimio Febris incremento promovere possint, destitit.

℞. Salis Martis gr. ij. Pul. è Chel. CC. ℥ss. Conf. Fruct. Cynosbat. ℥ij. Syr. Garyoph. q. s. f. Bolus, bis in die fumendus, cum Julapii haustu. Et quoniam, ad invocandum augendumque Morbi hujus Paroxyfimum regularem, plurimum valere Pomaceum, in Experimentis est, libram illius unam alteramque, Nycthemeri spatio bibat, exhortor. Peti affecto Ceratum viride admoveo. Doluit exinde Pes, & quidem laudabiliter. Expulsa est ad eju Articulus *Arthritis*, & relictis Fauibus jam rectè *Arthritide*. Aquas aliquanto post, finita Paroxyfmi re, Diureticas hortatu nostro haustit, alias aliisque; primum *Bamptonenses*, anno sequenti *Barbontenses*, utraq; commode.

In *Arthritidis* silentio, supra modum longo & anticipiti, Angina si acciderit; utrum *Arthritica* sit, quam merito suspectum habeas, ostendit Historia.

HISTORIA VI.

Angina & Abscessus Arthriticus, cum Arthritide insequenti, recta, & idonea.

Ani sunt complures, cum Adolescentem visitavi, Sanguineum, robustum, & bene coloratum; cui Faucium cum Dolore Inflammatio fuit, Spiritus & Cibi vias obstruens, (quam Græci *Σωάγλω* nominant) cum Æstu immodico, Pulsu celesti. Numquid Articulis unquam doluerat? Interrogo: Dolui, inquit, acerbissimè, ter quaterve; istud vero quid ad rem. Ego quidem, maximè, reposui, nec in Curatione negligendum, Sanguinem quamprimum misi, sed, pro Ægri ætate & temperamento, parcè; & quam in Angina fieri solet Exquisita, parcius: eâ verò Copia, quæ ad demittendos Cilos, & Spiritum reciprocandum satisfaceret. Eo

vespere *Enema*. Postridie *Catharticum*.

℞. Rhei incis. ʒj. Fol. Sennæ ʒij. Pulpa Cassiæ, & Tamarind an. ʒiij. Coq. in Aq. font. ʒvj. ad ʒijj. Colatura adde Salis Cathart. Elest. è Succo Ros. an. ʒijj. f. Potio, bene mane ebibenda. Sæpius desurrexit cum levamine. Gargarismum resolventem (ex Ficum pinguium No. iv. Rad. Althæe ras. ʒb. in Aq. Hordeat. ʒiib. ad j. incoctis, Mel. Mororum ʒiij. Sp. Sulf. per Camp. qu. s. ad acorem temperata) præscripti, eumque sæpius adhibendum: In Potum ordinarium, *Pisnam* propinavi; Articulis olim dolentibus, ad *Arthritidem* in eos, si qua fieri posset, invitandam, *Empl. ex Cephalici*, & *Oxyerac. an. p. eq.* admovi. Paucis post diebus, aperto Tumore, Pars emissa est quasi *Uncia*. Lenito, non composito, Sanguinis Orgasmo, post breve tempus, Articuli dolent, tument, rubent, *Arthritis* rectè agit, & *Anginam Arthriticam* fuisse monstrat. Finito Paroxysmo, ad *Prophylaxin* purgatis prius per *Aquas* & *Salem Catharticum Interaneis*, *Aquas Diureticas* omoi mane hausit; hora decima seq. *Trifolii fibrini Infusum*; quarta pom. *Bolus*, cum *Sale Martis*; demisit; *Hydragogo* septima quaque die interposito, *Menses* binos perstitit; Methodumque in multos annos commodissimè repetiit.

Eos, qui dolere solent *Arthritide*, *Angina* cum invadit; sine illa genuina, an *Arthritica*, rectè ambigitur; & *Anginam* contra *Arthriticam*, optimis auspiciis, consilio saluberrimo, *Arthritis* invocatur *Regularis*.

HISTORIA VII.

De Arthritide multos annos Erratica; tunc Anginam iterum & sæpius simulante; postremo Regulari Fixa.

Adam denique Historiam, tum *Angina* hujus nostræ Naturam, tum *Arthritidis* morem varium, & incertum, cum primis ostendentem.

Pharmacopœi *Exoniensis*, viginti annos *Arthritici*, Uxor fere sexagenaria, *Rheumatismo* per quinque lustra creberrimè recurrente, cruciari visa est: Dolore quippe Artuum, Brachii potissimum sinistri internodia lacerante, rodenti, erratico, vexata: *Rheumatismi* hujus larvati originem *Pomaceo*, quæ illi Potio fuit, acceptam retulit.

Sub finem seculi superioris, circa vernale *Æquinoctium*, *Angina* correpta fuit illa Specie, quam *Synanchen* appellant; adeo atroci, ut (ad illam minuendam, humoresque alio detrahendos, etiam si Collo *Epispasticum* admotum, Alvus Enemate soluta, Vena semel iterumque pertusa fuerat) toto quadridui spatio, ne hulum quidem victus ore demiserit. Eodem tempore, & pari ferme proportionem, Carpo exorsus est Tumor, cum Dolore, Rubore, Calore, Nitore prorsus *Arthritico*. Dies minimum sexaginta perduravit, in rugas demum contrahente se Cuticula, & squamatim ultimo decidente; sic, ut cujus generis, quaque esset familia, Tumor omnino palam faceret. Et *Anginam*, & *Chiragram*, ab eadem viscida, & acri Gelatina, in Sanguine producta, fieri credibile est; quæ hic illic Capillaris inhaerens, Oppilationes, Tumores, Dolorem, ceteraque Morbi utriusque faceret Symptomata.

Adversus *Anginam*, quum Humores derivantibus, & repellentibus, initio morem gerere recusaret, & Maturationem affectaret Tumor; *Gargarismum* è *Decocto Ficum*, *Hordei*, cum *Melle Mororum* (postea ad detegendum, *Mel* adjectum est *Mercuriale*) in Præscriptis dedi: Externè verò *Theriacæ Ven.* *Empl.* Gutturi applicandum. Quicquid intus Purulenti fuit, Tumore post quadriduum aperto, sensim expressum est.

Contra *Chiragram* imperavi, ut, admoto Parti affectæ *Vesicatorio*, vel (quoniam illud abhorreere visa est *Ægrota*) Panno molli & densò, per Cutim evocaretur quicquid humidi præter naturam Articulis inesset. Carpi post Paroxysmum mansit Imbecillitas, & ad Motum impotentia; quæ tamen aliquanto post evanuit; Animi vigor & alacritas major; Cibi Appetitus, uti ab *Arthritidis* Paroxysmo solet esse, avidior fuit; sic, ut ex trium pene mensium adversa valetudine, melior *Ægrota* & sanior evaserit.

Ad tollendam utriusque Causam, & Sanguinem (cujus in Cyatho Facies sebacea) corrigendum, primum, misso *Pomaceo*, & leni per *Salem Catharticum*, &c. facta Purgatione, *Taraxaci Cochleariaque Succos* clarificatos; *Lac Asinum*, & *Stomachica* sumeret, imperavi: Medicina verò omni (quod ejus odium fuit) neglecta, insequenti Autumno vagos iterum Dolores *Ægra* perlenit; qui tamen postea progressu temporis evanuerunt, in Fixos sensim mutati.

Anginam postea sæpissimè recidivam habuit, Vere vel Autumno quotannis, in annos complures reducens; &, vel ei à latere conjunctam, vel à tergo famulantem *Arthritida*; nunc Carpum, nunc Digitum, nunc Talum occupantem, & κατὰ λόγῳ aggravantem: cum solita in decessionibus Animi lætitia, Spirituum alacritate, Ventriculi latiatu. Hoc verò cum discrimine, & quasi Privilegio, quod, ex quo figi occiperat *Arthritis*, eo lenius & pacatus se vaga gesserit, eoque minus vagata fuerit, &, quæ diebus hisce fuit hujusmodi *Angina*, fere blandior observata; *Venesectio*, *Vesicatoris*, *Clysteribus*, *Gargarismis* facilis cedens; & in *Arthritida Regulari* promptius, & quasi ultro abiura.

Evincit Historia, primum, *Arthritidem* multos annos *pluvialis*, & *Rheumatismi* usquequaque similem, & in Fixam posse demum migrare: Deinde, in Erraticam retrogradi; iterumque desigi. Tertium, *Arthritidem* in eodem Corpore, ex eadem Febre exoriri posse duplicem; in Faucibus, *Anomalam*; in Artibus, *Regulari*. Quibus hoc adjiciendum, quòd *Ægra*, genere nata saluberrimo, quum nullum habuerit à Parentibus Miasma, itemque diu Veteri juncta fuerit *Arthritico*; hoc Contagii suspensionem alere censeatur, & *Arthritidis* à matris acceptæ.

Ita quidem *Angina Arthritica*, (Morbi, nisi fallor, hætenus obscuri) secundum illius Symptomata; Naturam, & Morem, quantum in me est, explicui; Curationem exaravi; & Exemplis utramque illustravi.

CAPUT XIV.

De Dolore Capitis, & Vertigine Arthritica.

ART. I. AD Caput jam ascendimus, & ab *Arthritide* factas in eo errationes. Illius autem Morborum, uti vulgo describuntur, numerus est adeo multus; *Ætiologia*, tam difficilis; limites, & fines (propter obscuros illius Partium, & incognitos usus) explicatione sic egentes; ut nemini mirum videatur, Morbos eos communiter receptos, hos à me prolatos non æquiparare. Pau-

† Vide *Clariss. Stenonis*, de Cerebri Anatomia *Dissertationem*, impressam Lugd. Bat. Anno 1671.

cas in apertum proferam *Arthritidos* in Capite *Anomalias*; sed, quas exploratas habeo; quas certas, evidentes, & perspectas, *Cephalalgiam* nempe, *Vertiginem*, *Apoplexiam*, & *Paralysin Arthriticam*. De duabus primis in hoc Capite, propter earum conjunctionem, sicut evenire solet, frequentem; postea de reliquis, verba faciam.

II. Eos sæpe invadit iste *Dolor*, (nam de illo separatim, & primo loco dicam) qui, cum multos annos *Arthritici* fuerunt, traducto jam vitæ medio, Poculis & Diætæ nimis amplæ, plus æquo indulgent; Exercitationi verò interea, laborique (quæ eorum mala possint corrigere) vix satis; quæque ea re *Plethorici* evadunt, & solito crassiores: *Sanguinei* vero præ ceteris quibuscunque, tum graviter hoc affectu, tum crebro affliguntur.

Ex hisce verò illos sæpissimè invadit, qui Collo breviori natura suat, vel qui, in Capite, vasa Sanguinem vehementia, supra modum magna, habent; vel, qui nimis imbecillia, Sanguinique in circuitu propellendo minus valentia: Illos scilicet omnes, quibus ea Corporis Fabrica & compago, quæ Humorum in Caput inclinationi, diuturnæque in eo moræ, nimio plus saveat, opemque conferat. At hæc conferre non parum videntur, in *Cranio* foramina nimis angusta; quibus (veluti Ligaturis) coarctentur *Venæ Jugulares*, & Sanguis (sic, ut in *Venæfectone*) vasa tumefaciat, itaque *Fibras* extendendo *Nervinas*, Spiritusque in iis contentos perturbando, creet *Dolorem*.

Atqui illos maximopere hic infestat *Dolor*, quando jam ætate grandes, aucta Humorum vi & plenitudine simul gravati, simul iis tolerandis impares, illi, malo vehementi pariter, atque incempestivo conficiuntur.

III. Sic constituto, & ad Morbum hunc excipiendum aptato Corpore, cogitare licet *Arthritidos* id, quæ est *Arthritidis* Causa proxima & conjuncta; post aliquam à *Paroxysmo* quietem, iterum repullulans, se iterum movens, & attollens, itaque *Orgasum* in Sanguine faciens; eo nonnunquam ipso (pari ferme ritu, ac in *Variolarum* initio solenne est) *Dolorem* excitare, *Membranas* scilicet nobiles, tam intra, quam extra *Calvariam*; aut *Tunicas Vasorum* membranaceas extendendo, *Spiritusque* animales, earum *Fibras* incoherentes, irritando vexandoque. Nonnunquam evenire potest, ut, in his *Membranis*, acutissimo sensu præditis, depositum *Miasma*, virulentum & acre, pungat eas, arrodat, atque ea ratione faciat *Dolorem*.

Quocunque verò modo fiat *Dolor*, omnino palam est, eum *Miasmatis*, sese in *Paroxysmum* erigentis, Signum esse non raro primum, & prænuntium; ad dies aliquot durare; & tunc in *Paroxysmum* definire regularem. *Arthritide* verò delinquente, & accessiones sive nullas, sive languidas iterante, *Cephalalgia* sæpe oritur gravis & diuturna, *Ægrum* *Hæbdomadas* (ne dicam, *Menses*) aliquot excruciat; & demum nisi *Miasma* ad Artus transferatur, vel à Capite aliàs abducatur, *Apoplexiam* introducit.

IV. At de Natura ejus *Arthritica* ut planè confitet, non solum ex *Arthritidis* silentio defectuque oritur, [quod tamen unum magni hæc in re momenti est, multumque valet] verum etiam pro *Miasmatis Arthritici* renouatione, incremento, & in *Paroxysmum* eruptione, renovatur; *Periodos* eadem, quas *Arthritis* ipsa, servat; frequentissimè in eam regularem, & genuinam migrat; & quidem raro finitur, nisi per regularem *Paroxysmum*, (quo quidem oriente statim evanescit) vel per *Apoplexiam*: Quibus simul sumptis, Morbum hunc *Miasmate Arthritico* in Caput irreperente nasci, nihil, ut

opinor, indicio potest esse luculentiori.

Dolor ille non semper magnus, sæpe tolerabilis, sed dierum sæpe multorum; interdum autem pere ad *Delirium* usque gravem observavi, patientia majorem omni.

V. Quamquam iste *Dolor* insultum aliquem *Arthriticum*, & quidem usitatè regularem, vel *Apoplexiam* antecedit; interdum accidit, ex regulari *Paroxysmo*, (repellentibus, vel animi *Parhemate*, aliave aliqua causa intereiso, & abrupto,) cum excitari; mediæque Naturæ opera, & molimine, primum apparere. Quod tamen eodem pertinet; quando utroque casu *Miasma*, minimè sic, ut debuit, expulsam, *Capiti* infusum est, in illud vi es exercet, & *Oxùpeta* *Sèpeta* valet.

VI. Nonnunquam ægrum hæc *Cephalalgia* per se lacessit; identidem *Vertigine* comitata: hæc enim illi est tanquam *Sotor* gemina, & Comes fore individua. Adhæc aliquando accedunt *Tinnitus Aurium*, *Spirandi* gravitas, *Pulsus* magnus, *Artuum* *Dolores* vagi, *Faciei* color saturator, atque istiusmodi manifesta *Sanguinis Oxùpeta* indicia: Quæ quidem omnia ut ab *Arthritide* meti, neque tatis idonea proficiuntur; ita, quamprimum illa *Artus* occupaverit, & ad tempus aliquod rectè se gesserit; confestim ea, simul cum *Dolore* *Capitis*, recedunt; neque aliam videre licet *Arthritida*, quam quæ ex omni parte regularis.

VII. *Vertiginis Arthritica*, sicut omnis, *Subjellum* est ea *Cerebri medullaris* pars, quæ *Cogitandi* officina est: In qua, dum *Spiritus* animales ejus insistant *Tubulos*, & in iis sese movent, ut placuerit *Anima Rationali*; (cujus sub præsidio, & imperio totum isthuc *Cogitationis* opus efficitur,) hi eorum *Motus*; sive pleno flumine, sive tenui; sive in *Tubulis* pluribus, sive paucioribus, sive profusum, sive retrorsum; sive magno cum impetu, sive remisso; sive inflectione, sive evolutione; sive demum alio quocunque modo, & figura ferantur illi; ipsæ videntur *Homini*, sani & valentis, esse *Cogitationes*; & pro harum varietate talem in numerum variari, ut, quo singula *Cogitatio* formetur exprimaturque, suis singulæ *Spirituum* rite ordinatorum, & hoc illuc rite fluitantium, *Motus* respondeat.

Hoc ut clariùs ostendatur, quivis seipsum examinando facile perspiciet, quanta sibi in somno *Tranquillitas*; quam alta *Quies*; & à sensu *Motuque* omni voluntario (in somno, veluti in ipsa *Morte*) *Vacatio*. Contra, *Somnum* excutienti palam est, primum omnium in *Cerebri* medullis derepente quoddam *micare*, eodemque ipso temporis articulo, *Cogitandi* solitum munus, & pensum instaurari. Prima verò *Cogitatio*, vel pro re nata omnino nova est, & jam tum incipiens; vel (quod ad hujus rei explicationem non parum confert) quæ *Somno* interrupta fuit, at jam ex intervallo aliquo resumpta est: quarum prior *Modulationi*, *Organis Pæumaticis* inchoatæ, quodammodo similis videtur: posterior intercise, & medio *Systemate* fractæ; sed aliquanto post elaboratæ, & ad finem perductæ. Atque istam in *Cerebro* *Spirituum* *ελαμψον* illico sequitur (nonnunquam comitatur) *Motus*, ab ea propagatus, in Corpore *Musculari*; &, * *Galeno* jam olim observante, *Qui expurgiscuntur, è vestigio Pulsus magnos, vehementes, celeres, & cum quadam vibratione habent; qui mox mediocritatem assequuntur.*

Quis autem unquam, in somno *Spiritus* extin-

* τῶν δ' ἐξ ὕπνου μεταπειπαιμένων, ἰς ἐγρήγορον αἰσθητικὸν κίνημα μεγάλοι, καὶ σφοδροὶ καὶ ταχέως, καὶ πύργοι, καὶ τινὰ κλονὸν ἔχοντες, μετ' ὀλίγου δ' εἰς συμμετρίαν ἔρχονται. De Causis Pulsuum, Libro tertio, Cap. x.

tingui, & ad nihilum redigi putavit? Annon potius credendum est, durante Somno in medullaris *Cerebri* Tubulis eos stagnare, & tanquam aërem, in Tibiis Organi silentis) quiescere? *micansque* istud, quod expergiscetes primum sentimus, horum esse *Spirituum* in iis (ad instar Venti, in Tibiis organi) *Motum*; & quod erat explicandum, *Cogitationes* humanas nihil aliud esse, quam *πρωμαυροζωϊα*, sive *Spirituum animalium* certas quaidam, in Tubulis prædictis, *Fluctuationes*; secundum leges, & regulas, ab *Anima Rationali* positas, & datas.

VIII. Hisce præmissis, altero jam loco dicendum est, in *Vertigine* Spiritus animales Cogitandi munere exequendo impediri; in Rivulis è suis aliquot ordinandis, eorumque Motibus regendis, interturbari; eumque in modum perverti, qui externa quæque *Objecta*, tanquam in Gyro circumacta, repræsentet; itaque, ut ex eo fallatur *Imaginatio*, *Judicium* autem maneat integrum, & inconcussum. Perinde forsitan, ac in Modulamine faciendo, si una, vel altera Organi Tibia, ræta fuerit, & dissonans; ex illius vitio, (tamen reliquæ omnes claræ fuerint, & illæstæ,) itatim Auribus peritis gravitas quanta maxima sit; Harmonia perimitur.

IX. Scio nonnullos, Arte nostra Principes, hæc de re aliter opinari; Spiritusque animales, Acie quasi militari, & veterum itionum reditionumque tractibus relictis, in Gyros agi, tradentes, per *Rotationem*, & *Spirituum* *εἰρηζον*, *Vertiginis* modum & naturam explicare. Quam verò, quo in Campo eorum Acies instruantur; quo, eorum fiat *αἰθρία* nulla nunquam detexit Anatomæ: contra verò, *Cerebrum Medullare* totum, ex *Tubulis*, sive *Ductibus*, in *Cerebri* *Cortice* incipientibus; una hoc loco colligatis; & in *Nervis* infra divisis, & dispersitis consistere; sicque *Spirituum* Gyris, & *Vorticibus*, [aliter quàm in *Tubulis*, qui quidem iis admittendis minimè sufficiant] ineptum esse, quando Clarissimi *Malpighii* Anatomæ detexit oculatissima; longè latius videtur, per *Tubulos*, perque *Spirituum* in iis *Motus*; quales in rerum natura esse, pro certo habeamus; (etsi, quis *Spirituum* *Motus* cui conducatur *Cogitationi*, prorsus ignoretur;) quam per ea, quæ nunquam inveniuntur, aut esse iudicentur, Morbi hujus explicationem aggredi.

Quin imò, dici potest, rerum extra sitarum, totiosque Hemisphærii visibilis, per ea, quæ sibi sunt dissimilia, veras intus in *Cerebro* posse fieri repræsentationes: [nisi velimus, *Objecti* *Viridis*, e. g. concipiendi ergo, *Viride* quoddam in compendio; sicque *Rubri* ergo, *Rubrum*; *Nigri* ergo, *Nigrum*, &c. in *Cerebro*, quo nihil unquam absurdus, statueret:] eoque posito, Rerum externarum falsas *Imaginationes*, quales sunt in *Vertigine*, per iis rebus dissimilia posse fieri dicamus; adeoque, ad earum in Gyro & circuitu moventium *Imaginationem*, etiam si falsam *Spirituum* in *Cerebro* motu simili nequam opus esse.

X. At qualescunque fuerint eorum motus (neque enim in his *συχασμοί*, diutius hæere lubet) certè perturbari possunt, vel per alienum & inimicum aliquod, in *Cortice Cerebri* à Sanguine depositum; hæc in penetralia, & sacrosancta *Adyta*, se insinuans; *Spirituum* Choro se immiscens; ad eos adhærescens; eosque inter se confundens: vel, per Vasa Sanguinem vehentia, in propinquo tumefacta, Tubulosque *Spiritus* continentis coarctantia. Quæ posterior ratio probabilior est, in *Vertigine* Crani depressionem excipiente; ubi angustis *Spiritus* urgentur, nec, quo possint *Choreas* exercere, *Theatro* satis spatioso gaudent. At in *Vertigine* Vario-

Tom. I.

las antecedente, vel ab Ebrietate, & in hæc nostra *Arthritica* locum obtinere potest (uti videtur) utraque.

XI. Cetera *Vertigo* hæc, cum *Dolore Capitis Arthritico*, concordat examuffim: similia namque cum eo Corpora, crassa nempe, plethorica, maximeque senilia, invadit: similem habet Originem, ex *Miasmate Arthritico* repullulante, cristas exigente, fugam è Sanguine consciscente: similes habet *Periodos*, & *Typos*, *Arthriticis* *Paroxysmis* respondentes; eosque in nonnullis ægotantibus numero permultos: similes habet *Comites*, sive *Signa* *συνεπισημαίνοντα*, *dyspnoeam*, *Capitis* *gravitatem*, *Aurium* *Tinnitum*, *Spirituum* *depressionem*: similem etiam exitum; quam *Paroxysmo* plerumque regulari terminetur; interdum *Apoplexia* cedat *Arthritica*.

Aliquando levis hic affectus, & *Arthritidis*, *Paroxysmum* molientis, *Signum* insuper primum, & prænuntium. Molestus sæpe sic, ut eo laborans, ne in humum cadat, baculo adniti; fere continuo cavere, necessum habeat. Quæ levior est, *Arthritide* regulari, serius aut citius erumpente, fere concluditur. At quando nulla venit in tempore *Arthritidis*, *Vertigo* interdum adgravescit, & deinde paulo post in *Apoplexiam* migrat. In *Epilepsiam*, utpote *Morbum* confinem & proximum, *Vertiginem* mutari exquisitam, à Medicis passim observatum est; ut in eam mutari *Vertiginem Arthriticam*, ex nostra, vel aliena observatione, ne semel quidem novi; ut *Miasma Arthriticum* *Epilepsia* generandæ minimè aptum existimeretur.

XII. Curatio partim sit per ea, quæ utrisque his *Affectibus* sunt communia; partim per iis propria. Inter communia, primam *Plebotomiam* consideranda est; quæ, ut *Humoribus* è *Capite* derivandis, tam repentino, quàm magno est auxilio, sæpe commoda reperitur; & ubi *Dolor Capitis*, aut *Vertigo* isthæc urget; maxime verò ubi *Oculorum* *Caligine*, *Faciæ* *tubore*, *Arteriarum* in *Temporibus* *pulsu*, & *ejusmodi* [quæ *Sanguinis* ad *Caput* *inclinationem* indicant, & *Apoplexiam* minantur] aliis comitatur, apprimè necessaria est; Ea verò ratione copiaque (quod in malis similibus aliàs sæpe dixi) mittendus *Sanguis*, non qua vulgo in his *Affectibus* absolutis, & minimè *Arthriticis* soleat; sed qua, *Arthritidi* in *Artus* abigendæ saveatur; nec, quam ad *Caput* allevandum opus fuerit, uberioris.

Pertusa Vena, & *Orgasmo* in *Sanguine* novo, *Miasma* expellente, factò, nonnunquam illico dolent *Articuli*; sin aliter fuerit, *Purgatio* instituenda est. Siqua *Ventriculi* querela sit, hoc tempore *Vomitiis* moveatur, & quidem per *Decoctum Teæ*, vel *Possctum Carduatum* aptissimè. Ea vel peracta, vel (tanquam inutili) prætermissa, protinus ducenda *Alvus*; dato, in eum *linem*, è *Pil. Ruffi*, vel *Cochiæ min.* vel è *Duobus*, una cum *Res. Jal. granis* aliquot, *Purgante*; quod nimirum *Intestina* non solum inaniat; verum etiam *Sanguinem* exagitet, turbet, & à *Miasmate* foras illud expellendo, liberet. Opus istud duplex (*Humores* alios per *Alvum* evocandi, alios in *Venis* agitandi) interdum mitioribus, in constitutione scilicet tenera purgatuque facili, perficitur. Interdum *Aquæ*, sive *Alfordenses*, sive *Fontana*, *Sale Catharico* saturata, rem conficit. Est ubi *Purgatio*, sive propter ejus lenitatem, sive propter humorum colluviem, una vice non sollicit, atque pro re nata repetenda sit; ita verò, ut *Arthritidi* *τὸ ἔξωθεν* affigendæ accommodetur.

Purgationem, uti patet, factam creberrimè sequitur *Extremitatum* *Dolor*: At si usque se *Miasma* in *Sanguine* contineat, usque delirescat; turbis in eo *intestinis* & *ciendis*, & *augendis*, quam exilio, pro *Naturæ* jussu, capessendo pronius; hoc casu, ea,

Y

quæ

quæ Ore sumpta fortius *Podagram* expellant; quæque extra admota evellant, usorpeant. Quæ verò, Ore data, *Podagram* expellant, non nisi cautè (præmillanempe Vexatione, Alvique ductione, & Capite multum iis sublevato) adhibeantur; ne quæ Sanguinis, & simul cum eo Miasmatis, in Artus extrudendi causa præbeantur, contra in Capite utrumque pellant; itaque malum intendant, & Mortem arceant. Et quidem, à *Chalybeatorum* potentissimorum, & *Arthritidem* maximè expellentium usu, manum idcirco melius abstinere possumus; quia *Cephalica*, mox dicenda, suoque tempore propinanda, istorum Medicamentorum magna ex parte vices supplere judicentur.

Qua de causa, in *Dolore Capitis* (ut ad propria descendam) *Pul. è Chel. C. C.* vel è *Corall. r.* è *Chel. Simpl. Succini albi*; vel istius Classis salii mitiores; sive per se, sive cum *Conserva Antibus*, vel *Cons. Flor. Betonica*, & *Syr. Stachados*, vel *Syr. Paon. Simp. sub forma Bolis*; aut ex iis *Pulveribus*, una cum *Pul. diſtami Cretici*, *Castorei*, vel *Sem. Paon. & Extracto Geusiana*, *Pilulæ componi possunt*. Quinetiam hiſce, sive *Bolis*, sive *Pilulis*, tuto interdum, & utiliter adjicere licebit, *Salis Martis* (vel etiam *Alcohol. M.* post Evacuationes copiosas) gr. iij. vel iij; & Compositionem, sexta, vel octava quaque hora, repetere. Omnia autem ejusmodi Dosis superbibere oportebit *Julapii* (ex *Aqua puta Ceraforum nigr. Flor. Tilia, Paon. simp. & Comp. & Spiritu Lavend.*) *Hauftum*: Mediis autem intervallis ex usu erit *Tinctura Succini*, vel (ubi Febris, non immodica, siverit) *Sp. Vol. Oleos.* vel *Sp. C. C. cum Speciebus destillati, guttas aliquot, ex Cacuminum Salvia tenuifol. vel Rorifinar. vel Tea, infus. Haustu demittere.* Hæc enim Remedia, præmissis universalibus adhibita, Spiritus animales blandè reficiunt, & *Arthritidi* in Artus expellendæ quodammodo opitulantur. Neque *Coffea Sorbitio*, quando *Cephalalgia* ritu singulari medeatur, præcipuè si *Cephalica* ei superinjiciantur, *Ægrotis* hiſce deneganda.

Simili fere modo in *Vertigine Arthritica*, post Evacuationes jam dictas universales *pul. Sem. Ruta, paon. maris, Castorei, Rad. Valerian. Sylvest. Cyperi, Cort. Winteran. Cort. ext. Aurant. Species Dianthus, Diamoscb. dul. per se possunt adhiberi*, vel eorum aliqua cum *Cons. Flor. Paon. & Syr. eorum*, vel *Syr. N. Myrsil. ex Indiis allato*, *Electuarii forma*. Porro ex *pul. de Gutteta*, & *Ente Veneris*, cum *Extr. Calami Aromatici*, vel *Aſe fetidæ solutione*, formantur *pilulæ*: vel, cum iisdem *Pulveribus* adjungi potest, in eadem forma *Sal Martis*, vel *Sal Succini*. Ex his composita sumantur, hora quaque sexta, vel octava; Dosi videlicet adeo tum frequenti, tum etiam magna, quæ Spiritus animales ordinet, recreetque; non quæ confundat, irriterve. Dosi verò cuilibet rege superbibat *Julapii Cephalici Haustum*: Uii mediis etiam intervallis *Infusi præscripti Cyathum*, cum *Tinct. Succini guttis aliquot*. Profunt graveolentia Naribus admota, *Sp. Salis Armon. cum Sale Tartari, Castoreum, Aſa fetida, &c.* Profunt etiam *Eubœa*: *Balsamum*, quod ab humanissimo Senæ, D. D. *Watherause*, hinc in Urbe Medico, dum viveret, præcellentissimo, communicatum fuit, ad Tempora & Nares inungendas, his aliisque *Capiti* Affectibus quamplurimis, utile & jucundum erit.

℞. Ol. Rorifinar. Lavend. Majoran. Thymi, Origanii, Hyssopi Chym. an. ℥j. Cmam. Aurant. Angelicæ, Ruta an. ℥j. Succini ℥ss. Caryoph. ℥ss.

Ol. Nucis Moschat. per express. ℥iij. Ambra gris. ℥ij. Moschi ℥j. Bals. Per. ℥v.

Ambra gris. & Mosch. ponantur super Lapidem

marmoreum; humellentur Oleis; & simul triturentur Lapide molari; donec fiat Massa, instar Pomati, in spissata. Huic mixtura adde Bals. Per. Per hora dimidium triturentur. Deinde adde Ol. N. M. per Expressionem, & per horam fiat Trituratio. In phiala serventur usui Balsamum eubœis Cephalicum.

Quoniam autem ista *Caput* multum allevent; Spiritusque labantes suscitent, non iis solis adhibenda fides. Nusquam major incolumitas, nulla perfectior Curatio, quam per *Arthritidos* in Artus expressionem. Quare, post diem unum, alterum, *Cephalicis* ore sumptis imperitum, in utroque hoc Affectu (par enim utriusque ratio) *Externa*, quæ *Arthritidem* educant, adhibeantur. Articulo nempe sæpissime dolenti applicetur *Empl. ex G. Caranna part. ij. Cera flava p. j. Ol. Lumbric. q. s.* vel aliud aliquot *Arthritidos*. Hoc autem si nullarum erit virium, & *Capitis* Affectus remanebit; maximè, si increſcet, tanquam in *Apoplexiam* abitura; ad *Sinapismos, Vesicantia, Vestitum laneum, & Laqueos* hac in re idoneos, (quibus *Arthritidis* summopere educatur) quasi ad sacram Anchoram, confugiendum est.

Quam parum autem adjuvent in utroque hoc Affectu; imo quàm suspiciosa, ne dicam periculosa, sint *Emulsa, Decocta refrigerantia, Narcotica, Oxyrrhodina, Epithemata, Capitis Aqua frigida Lotio*, & ejusmodi alia; quæ ad compescendum Sanguinis Orgasum aliàs cum fructu usurpentur, facile apparebit; quando illa Materiam alienam, protenus evocandam expellendamque, Medicina profus adveniãte, & repugnante, *Capiti* insurgant. Neque satis, ut opinor, tutus Sanguinis per *Hæmorrhoides* Suctus; quando eo, nimia sit Humorum in Anum derivatio; quæ vel *Inflammationi*, vel *Fistula* viam aperiat.

Ut autem Materia vitiosa, tutelæ ergo, præscindatur, alioque divertatur; operæ pretium erit, *Epispasticum* Brachio, vel Cervici aliquando imponere: Ineunte Anno, (quod *Apoplexia* tempus esse solet) aliasve, si urgebit *Capitis* Affectus, Sanguinem detrahere: *Fugans*, omni mense, repetere: Alvo nunquam diu astricta esse; Artus, at præcipuè Pedes calidissime vestire. Quin & his Hominibus incumbit *Errhinis*, & Meridiationibus, religioſè vero à nimia Potatione, abstinere.

HISTORIA I.

Ab ignava Arthritide Vertigo, Sanguinis missione & Alvi ductione, victa.

Quidam annos quatuor supra quinquaginta natus, *Vertigine* affectus, dum in his luctu brandis occupor, è vicino Oppidulo me appellit. Fuit ille jamdiu *Arthriticus*, Paroxysmos habens, sive eorum frequentia, seu severitas inspecta sit, idoneos. Autumno anni MDCCV. *Arthritis*, ignava jam & locors facta, non eo, quo solebat, ardore & vehementia se gessit; Paroxysmum, uti moris erat, laudabilem non ullum edidit; verum, in mediocri & imbecilli edendo, languidè enixa est. *Loeco* Paroxysmi regularis, & acuti, *Vertigo* Ægrum invasit, multumque cruciavit. Quoties enim lecto ille jacuit dextro latere, statim *Vertigine* profusus intolerabili (quippe qua universa sursum deorsum rapidissime ferri viderentur) tanquam oppressus, & penè moribundus, posituram Corporis illico mutare, necessum habuit. Porro ea fuit Hominis fabricatio, quæ plenum, subpinguem, brevique Collo donatum eum, Morbis *Cephalicis* pronum,

pronom, & proclivem abunde redderet.

Sic constituto suasi, ut quam citissime Venam incideret; *Pilulis Purgantibus* (è *Rudii* 36. *Ref. Jal. gr. v. Calom. ʒʒ. Balsam. Per. q. s.*) Ventrem inaniret; itemque altera vice, pauculis post diebus; nisi Dolor *Articulorum* novus id vetaret. Eo verò redeunte, parvi affectæ *Empl. è Cephalici, & Picis Burg.* æquis ponderibus, imponeretur. Detraçto Sanguini, & parumper in Cyatho quiescenti, superincrevit Gelatina densa, crassa, cum superficie flavescente.

Præceptis Æger obtemperavit, & quidem magno suo, quod deinde accepi, commodo.

HISTORIA II.

Vertigo Arthritica, Purgatione in Podagram mutata.

Aurifaber *Exoniensis*, Vir prisca moribus, *Integer vita, scelerisque purus*, ætate progressus, & ex ea nimis desidiosè acta, crassior jam & habitior factus; de nimia Plenitudine, & ad motum impotentia; de *Vertigine* gravi, & urgente (quæ in negotiis obeundis magno illi jam impedimento fuit,) me consuluit. Cum *Arthritis* hujusce modi deviam, & *Anomaliam*, me plus semel observasse recolerim. Nam Articulis unquam agrotaverat? Interposui. Olim sæpissime, respondit Æger. Hæc vero per Annos minimè.

De Morbi indole & natura certum me habens, ut eum à *Capite* deducerem, & in Articulos, sedem & domicilium suum abire facerem (quæ quidem Indicatio rectissima esse videbatur) Viam, atque in *Vertigine* absoluta, calcari aliam oportere judicavi.

Quare Sanguinis detractione [quæ propositorum alterum tantum promovere solet, alterum autem interdum inhibere] prætermittam, *Catharsin*, quæ utrisque illis satis faceret, institui; Purgante, pro *Kollis iodiosa*, satis forti ad eam rem electo *Calomel. gr. xv. Scammon. pul. ʒʒ. Pil. Stom. cum G. ʒʒ. cum Bals. Per. q. s.* pilulari forma, mane demisit; sæpius hinc deiecit; hinc claudicavit; hinc convalevit.

HISTORIA III.

Vertiginem, & in Capite Dolorem faciens Arthritis, idque usitatè, Venæsectione & Purgatione toties in Articulos acta.

Aromatarius hæc in Urbe, constitutione Sanguinea, Plethoricus, sexagenario major, anno MDCXCVI. *Vertigine* laboravit. Simulatque eum novi Pedibus sæpe doluisse, suspectumque habui Capitis hunc affectum esse *Arthriticum*; hæc te considerata, Primo, Sanguinem detraxi: deinde, Alvum semel iterumque movi: postremo, Animales Spiritus quæ rescierent, eorum *Accès* inhiberent, cæ suo ordine sumenda; Fonticulos etiam utroque latere Spinæ inter Omoplatas aperirendos, imperavi. Quæ autem inde Fruges? Per iterum jam tum doluit; defensam est *Caput*; Civis servatus.

Anno proximè sequenti, circa verum *Æquinoctium*, idem pene casus altera jam vice accidit. Intermittente enim, ultra quam solet, *Arthritis*, rediit *Vertigo* cum *Dolore Capitis*; quæ quidem ambo Venæsectione, Purgatione, Pharmacisque jam dictis, in *Podagram*, [quæ nihil Capiti salutarius esse

Tom. I.

potuit) actutum mutabantur.

Æstate anni MDCIIC. Æger iterum *Vertigine*, simul cum Aurium tinnitu, spirandique difficultate multatus est: quæ quidem mala, Plenitudine & *Arthritis* nimis inerti nata, post Venæsectionem & Catharsin, Articulari dolore finire.

Observationibus hæc toties iteratis, planum omnino factum est, *Arthritis* suppressam, & à *Paroxysmo* quiescentem, *Caput* aliquando visitare; quin etiam derelictum illud, præ ceteris in Trunco locis quibuscunque, tanquam alteram Domum frequentare. Porro, cum in alieno isthoc, ut caro, & amabili loco diverteretur, posse in Sedem primariam, in Artus, & Articula revocari. Denique nonnunquam [in iis scilicet ægrotis, qui firmiores, & multo robore valentes sunt] per Venæsectionem, & Purgationem, per meras Evacuationes; quibus sibi restituantur & suis viribus uti, suoque modo agere permittitur sit natura, sine multo. *Ποσ ἀρθερωζών* apparatus posse egeri.

HISTORIA IV.

Capitis Dolor & Vertigo Arthritica, sæpe revertentes, simili methodo curati.

Medicamentarius *Exoniensis*, quo multos annos utor familiarissimè, *Arthritis* diu regulari affectus, sub exitum seculi nuper elapsi mitius solito rariisque cepit dolere. Malorum ex eo tempore statim crudele par exortum est; *Vertigo* nempe, cum *Dolore Capitis* acuto; vel, ægrotum eo deficiente, *Cardialgia*, cum *Ructu acido*, & *inflatione Ventriculi*.

Biennio post, quum *Arthritis* nimium ignava esset, nec, ut opus fuit, *Paroxysmum* egeret; *Κεφαλαγία* rediit, una cum vagis Artuum Doloribus, & quidem Pedum incertis.

Quid autem annos dicam? Decies ego minimum; hunc hominem hæc *Vertigine* laborantem vidi: decies eam moestissimè quereatens audivi. Quando enim *Arthritis* multum affligeretur, neque ea semper regulari; quali ea modo se plerumque gesserit, hæc paucis accipite. Præcessit Dolor, hic illic erraticus, per Artus, per Trunci ambitum propemodum omnem: hunc excepit, ita verò, ut illius fere latus clauderet, Torpor, & universi Corporis gravitas; cum *Aspezia*, Sanguinis Orgasmo, & tumultu, Venarumque distentione: His accessit aliàs Articulorum, aliàs *Capitis Dolor*, & deinde *Vertigo*. Tam autem magna, tamque molesta *Vertigo*, ut qua in præceptis ne ageretur, sæpe haud immeritò pertimeret. Ægroti autem forti, robustaque, & omnino firma constitutione præditi, ea fuit felicitas, ut post dies quatuor, vel quinque, *Arthritis* sæpe per se & *Acq̄* peteret, eodemque tempore *Caput* desereret. Si quando gravius urgere, diutiusque *Vertigo* perflare contingerit; quod aliquoties accidisse novi; Venæsectione & Purgatione, (altera earum, vel utraque) in Articulos semper exulavit. Cui & hoc adjiciendum, nunquam Ægri, seu *Vertigine*, seu *Dolore* afflicti, *Caput* ex toto immune, & incolume prius reddi, quàm in *Articulis* Dolor eboreretur; eo verò jam oborto, liberari semper, & tanquam auxilio præsentissimo & planè divino, isthuc incolume reddi. Quæ utique re, ad istarum *Anomaliarum* & explicandam *Ætiologiam*, & confirmandam *Therapiam* [ut ego quidem sentio] nihil magis potest conducere.

Causam autem ne silentio præteream, quare Sanguis in hoc Ægroti toties, & tanto impetu in *Caput*

Y a irrueret;

irrueret, vel impelleretur; ipsa *Facies* eam monstravit: *Facies*, inquam, hominis *Pyropi* ruberrima; Venis ubique turgidis signata, Sanguine plenissima. Quæ cum ita se haberet, Vasa, in *Capite* Sanguinem vehementia, supra modum magna, & immenso ejus flumine, quod utique isti *Anomalia* daret originem, dissenta esse indicavit.

HISTORIA V.

Cephalalgia Arthritica, Venæsectione & Spiritu Volatili, in Podagram versa.

Cum vitam aliquot ante annis Academicam secutus sum, quidam è proximo vicinus, oppidanus, Ebrietati satis, Sordidæque satis deditus, (quarum altera vim humorum magnam in Corpore congerere; altera non eliminare solet) opem meam qualemcunque medicam imploravit. Erat illi, propter malam Vitæ rationem, Corpus crassum, *cacoehymicum*, pingue, morbo non unius generis accipiendo paratum: ita verò conlaturum forte fortuna invasit *Arthritis*, & à malis gravioribus, tanquam possessione suam, defendit. Semel, bis in anno Paroxysmos, eosque satis longos, & acutos celebravit; perque omne illud tempus abstinere fecit *Ægrum*. Demum, nescio qua de causa, *Arthritis* intermisit. *Cephalalgia* statim orta fuit acris, & toleratu difficilis. Membranas *Capitis* majores contrahi, & in Spasmos obliquate constringi, verisimile est. Enimverò tantus *Ægri* fuit cruciatus, quantum omnem modum excedere; quantum Sensum communem obtrudere, & pene delirium inferre videretur.

Hæc ut primùm novi, & ab *Arthritide* interrupta, devia, & in *Caput* inversa, turbas has oriri intellexi; Sanguinem extemplo mitti, &, quin constanti Vir ætate, firmoque Corpore erat, non nimis parca detrahi præcepi. Spiritum posthæc è Volatilibus, cum vehiculo conveniente, desii. Quam quidem medendi viam ideo calcavi, primum, ut alienum è *Capite* revellerem; deinde ad *legem* amandarem, iisque figerem. Neque à scopo aberravi; hac enim medicina factum est, ut dolerent, ut tumerent, utque ruberent iterum Articuli; & quidem (ut illa facta est) statim, maximaque *Ægri* cum utilitate.

HISTORIA VI.

Miasma Arthriticum in Caput immissum, eique Vertiginem & Dolorem injerens, eorum revulsus, & in Actus amandatam.

Tenera constitutione mulier, frigida *Arthritide*, & languenti creberrimè adfecta, Tumorem ejus pallidum, tanquam à Flatu generatum, in utraque manu, & carpo, magnum ostentavit. *Arthritide* sic gravatæ profecto male evenit, Animi *Pathemate*, propter res quasdam adversas, supra modum illigi. Eo enim effectum est, non ut Spiritus solum perturbarentur, multumque deprimerentur; verum etiam ut Tumores hi *Arthritici* profus subsiderent, evanescerent. *Vertigo* statim hinc exorta est, una cum *Dolore Capitis & Colli*; cum Somno non tantum injucundo, sed inquieto, tumultuoso, & frequenter interrupto. Quæ quidem mala, si ex omni parte *Hysterica* dicantur, temere nimis & parum consulte (quod utique rei exitu pro-

batum (id dicitur. *Epispasticum Nucba Cervicis* impositum est, & deinde utrique Brachio; quibus Seri multum evocatur. *Pilula* sumuntur *Aloëtica* (ex *Aloë Rosat.* ℞j. *Pil.* è duob. ℞. *Ol. Absynth. gr.* j. *El. prop. q. s.*) quibus *Alvus* inanita, Sanguis agitatatur. *Spiritu C. C. succinato*, bis in die cum *Julapii Cephalici* Haustu, & *Pulvere Podagram* expellente (*Chalybis nempe Nivris* ℞. *Pul.* è *Chel. C. C.* ℞j. *Maceris Pul. gr.* iij.) pariter bis die, cum *Vini Canarini* Haustu, per dies circiter decem assumpto; factum est, ut denuo Tumores, & quidem intra breve spatium, elevarentur; ut *Arthritis* procul à locis principibus arceretur; ut partibus à Centro vitæ remotis infigeretur, & detineretur. Qua verò ratione gradibusque sunt hæc effecta; *Cerebri* incolumitas effecta, ipsius Vitæ res servata est.

HISTORIA VII.

Cephalæa & Vertigo Arthritica, Medicina pari, cum Phænigmis, sublata.

Vir reverendus, ætate constanti, doluit *Arthritide*; nunc vaga, per hæc illa membrorum internodia; nunc Articulis affixa, Dolore, Rubore, & Tumore comitata. Primo supra decimum exeunte lustro, *Cephalalgia & Vertigine* laboravit, tum gravibus, tum diutinis. Cum me, consilii ergo, primum accessiverit, ex Constitutione Sanguinea, Vultuque florido judicavi, Plenitudinis, & quidem ejus unius, has esse soboles; itaque solæ Evacuatione posse eas auferri; quam tamen (excussa omni re, & inito cum ægro ante colloquio, penitus examinata) sententiam mutare necessum habui, & alienam, & *Arthriticam* in *Caput* irrepere materiam, apud animum meum statuere.

Hoc igitur propositum ante oculos statuens, Venam primum incidi; & minore quantitate, quam in his Affectibus absolutis conveniret, detracto Sanguine, *Emeticum* præcepi; posteaque *Purgans*. Quibus malum quando leniri, minimè vero tolli perleseram, *Pilulas* (ex *duobus, & Russi*) Drafficas adhibui, ut in Sanguine major Organus ciceretur, & alienum proscriberetur. Postridie Purgationis, ut Humores excitati, foras evellerentur suisque demum locis, nempe Articulis, infererentur; Curæ mihi erat, utrique Malleolo, quem *Arthritis* locum usitatissime frequentavit, *Sinapismum* (ex *Fermento veteri, Raf. Radicula, Sem. Sinapios, Caccumibus Ruta, & Aceto Vini albi*) applicare.

Atque illa methodo, in *Cerebrum* se insinuantiem, *Arthritida* revelli; proprio loco (nempe *Artibus*) mandavi; succi intra terminos, sua spatia coercui; *Ægrum* sanavi.

HISTORIA VIII.

Vertiginis Arthriticæ, cum Spirituum depressione gravi, Curatio.

Civis *Ischanus*, *Arthritide* regulari, quotannis redcunte, per senectæ initium, est affectus; Sexagenarius autem, vel eam circiter ætatem. Paroxysmos habuit tum paulatim mitiores, tum etiam rariores, & demum nullos. At brevis ista fuit serenitas, & ab adversa valetudine vacatio; uti etiam dubia: Malum *Arthritide* gravius successit, longeque periculosius; *Vertigo* nempe; cui deinceps comitem sese dedit *Depressio Spirituum supra modum*

modum molesta, continua.

Cum ita affectum inviderim, pulsum magnum, & elatum observavi; ac si instaret *Apoplexia*. Quare Venam illico pertundi, Sanguinemque ea quantitate detrahi, qua *Capiti* levamento esset, iussi. Porro, quoniam isti *Capitis* Affectus non tam absoluti, quam *Arthritici* [quod ex malorum ordine vel ipsi *Ægro*, rei Medicæ non ignaro, patuit] existimari possent; quo *Arthritis* educeretur, *Phlegmum*, ex eam evellentibus, acerrimum, & calidissimum, utriusque Malleolo, quæ *Arthritidis* in hoc *ægroto* fuere stativa, imposui; frigidum, altera quaque hora, renovavi; Tumoribus, eo factis, *Epispastica* admovi; unde *Seri* acris, falsi, vitiosi, *Arthritici* multum est elicium. *Æger* ex eo tempore convalescens, annos egit postea permultos, eosque pro ætate satis beatos; & tandem Morbo, uti accepi, *Nephritico* occubuit.

HISTORIA IX.

Ex Arthritide Vertiginosus, Victu nimis tenui depressus, e vivis excessit.

Vitæ mihi conjunctissimus, diu bona valetudine usus, ætate adulta dolere cœpit *Arthritide*; quæ, propter multas Equitationes, & laude dignam in victu temperantiam, rarò aliter se habuit, quam quæ maximè regularis, quæque maximè salutaris. *Paroxysmum* enim, semel, bis in anno, cumque malo Symptomate nullo comitatum, tanquam ad præscriptum Medici, aut votum *Ægrotantis* egit.

Ita multos annos, si non omni *Doloris* sensu carens,

(τὸ δὲ, πάλω θεῶν,
ἀπὸ τῆς ἀσθενείας τῆς διὰ τὸν ἄνθρωπον ἰσχυρῶς)

beatè tamen, & tuto, imò ipsam per *Arthritida* tuto vixit.

Huic; ingruente Senio, accessit *Vertigo*; quæ, paulatim ingravescens, eo increvit usque, ut sepe ne in humum *Æger* concideret, periculum esset. Quapropter *Vena* scissio, *Emetica*, *Vesicantia*, *Purgantia*, aliæque multa, suo quæque loco, sunt à *Viris* Arte nostra præcellentibus, imperata, &, vel omnia, vel magna ex parte, ab *Ægro* usurpata: Quum verò ista proposito minimè responderent, *Vertiginem* eam non tam exquisitam & genuinam, quam notham, & *Arthriticam* esse suspicatus sum.

Sexagenatio jam major, *Arthritidem*, uti illi videbatur, nimis gravem, diutius non alere; sed per *Dietam* decrevit tenere: proindeque, *Cerevisia* potenti & generosa (quam, per annos aliquam multos, interdum ad hilaritatem, at non incommodè, potaverat] adjecta neglectaque, non nisi aquosam, nullarum virium, & vilem adbibit. Væ autem illis! qui *Arthritida*, diu Satiæti fueram, abstinentia demum nimia tentant evincere. Malè habitata *Arthritis* intus in Corpore regiones, ejusque *Viscera* nobilissima invadit; unde *Ægri* res in periculum abiit, & (ut sepe accidit) in dubio vita. Minus quidem *Articulis*, ex eo tempore, doluit hic postter *Arthriticus*; at inauspicato minus. Sanguis enim intempestivè, & magna *Ægri* cum injuria debilitatus, alieno amplius expellendo, sic, ut olim, non erat. *Faciem* depressam, nec, ut ante coloratam, *Oculos* concavos, *Vires* enervatas notare familiares, & malum aliquod præ foribus ominari.

Quum verò eo res deducta esset, magni aliquid momenti accidit, dièque non indigni. Recur-

Tom. I.

rente enim *Podagra*, & insultum denuo, qualem potuit, faciente, *Aqua* frigida *Pedes* media hyeme immerisit *Æger*, itaque temere *Tumoris Arthritici* Materiam repercutit. *Pectore*, *Capite* subito gravatus primo iussit, & cum impedimento *Spiritum* traxit; mox *Sensus* omnis, ipsa etiam *Mens* defecit; & tota undique astantium mirante turba, non tam excessit, quam surreptus est è medio.

CAPUT XV.

De Apoplexia Arthritica.

ART. I. **D**E *Vertigine*, & *Dolore* *Capitis Arthritico* supra dictum est; speciatim; hos effectus in *Apoplexian* non rarò migrare, eaque terminari; Quod quidem malum, quando hodie gravissimum; eoque gravius, quo minus suspectum, intellectumque sit; operæ pretium mihi videtur, paulò altius ejus rationem repetere, & totam *Historiam*, ut potero, describere; qua, nisi fallit animus, apparebit, hanc *Apoplexiam*, non minus quam reliquas hujusce nominis *Anomalias*, esse habere privatum, & propriam indigere *Medendi* methodo.

II. Docuit rerum medicarum usus, *Arthriticos*, eos præcipuè, qui *Constitutione* *Sanguinea*, *Collo* brevi, & toroso donati, multos ægrotarunt annos, seniumque jam ingressi sunt; maximè verò eos, qui *Cereri*, & *Baccho* indulgentes, ludoque campèstri & exercitatione *Corporis* intermissa, sunt *Plethorici*; *Sensu* *Motuque*, nunc aliqua ex parte, nunc omni, subito privatos *Apoplexian* non rarò corripit. Quæ si *Arthritidis* *Paroxysmo* regulari, sive interciso, sive dilato, minimeque, qua par est, sævitia peracto, enascatur; hanc ego *Apoplexiam* non tam exquisitam, & genuinam; quam notham, & *Arthriticam* appello. Ea certè est, de qua, ex communi, &, apud doctos & literatos hætenus recepta, *Apoplexia* doctrina, minimè ferenda est sententia; minimè ordinanda *Medicina*; verùm multo aliter, ex eo, quod huic *Affectui* proprium, de utrisque statuendum est.

III. Ut autem proprium illud explicetur, animadvertendum est, in casu jam descripto veri admodum simile esse, *Miasma Arthriticum* in Corpore diu affecto, neque *Paroxysmis* utilibus, sic, ut oporteret, expurgato, congeri & coacervari; mox *Sanguinem*, eo saturatum, fermentescere, turgere, & in *Orgasum* eveli; *Natura* se, in sui defensionem, & tutelam, alieni summi viri us expulsiõnem attentante, moliente. Jam verò si acciderit, vel propter *Cerebri* imbecillitatem & *aliquam*, vel propter aliud quodvis *ægrum*, in *Cerebrum* vehementius *Sanguinem* arietare, & cum majori impetu partes ejus tenerimas ferire; ex eo, primum *Cephalalgia*, & *Vertigo*, altera nempe, sive ambæ suboriantur; *Caput* aggravatum; *Facies* plenior, & coloratior est; *Lingua* sepe titubat; *Motio* sit *Corporis* incomposita; *Gressus* inæquales: Siquè *Malum* ingravescit, & validissimo *ægrum* insultu urget, *Sensu* ille, *Motuque* interdum captus, cum *Oculorum*, ac si in ipsa *Morte*, vitreo colore, tanquam *Apoplexia*, percussus est.

Hæc hujusce *Morbi* pars prior; cui si aliud adjiciatur, & ab ejus curatione ducatur argumentum, (Nullam melius sperari, nullam citius, nullam tutius perfectiusque fieri, quam per alieni, *Morbum* in *Capite* committentis, ad *Articulos* expulsiõnem) profecto quidem, ad confirmandam *Morbi* hujus *Naturam* *Æderrimè*, nihil deesse video.

Y 3

IV. E

IV. E prædictis liquet, etiamsi nullam hujus Morbi, quateus *Arthritici*, Diagnosin, & Symptomatum simul concurrentium globo, poterimus ullo, quod sciam, modo elicere: (Nam in *Apoplexia* hac *Arthritica*, atque *Exquisita*, Motus & Sensus similis est Defectus, Stertor, Rhonchus, eademque his utrisque Signorum *Συμπτώματι*:) tamen, si *Ægri*, diu jam *Arthritici*; si Paroxyismi, dudum languidi, & inertis; si *Apoplexia*, languorem & Eclipsin illam à tergo secutæ, habeatur ratio; horum inquam, ex Symptomatum Ordine, ipso Morbi initio facile erit ingenium, & morem ejus *Arthriticum* investigando consequi.

V. Posito ergo hoc Affectu, de ejus *Subjecto*, de *Causa* continente, de remota, de Prognosi, aliisque ejus expositioni necessariis, clarè dicam, & quoad poterò, enucleatè.

Subjectum Apoplexiæ frequentissimum, omnium, qui de illo verba fecerunt, acutissimè, Partem esse *Cerebri Corticeam*, affirmavit Doctrina, Ingenio, & Humanitate Vir Clarissimus, *Guilielmus Cole*, Collega plurimum honorandus. » Ea (sic Ille solidissimè disputat) Morbi omnis Sedes, & *Subjectum* est habendam; quod Materiam, eum committentem, intro accipere, & in quo designi illa judicetur: Nullo autem in loco Materia promptius, quam in *Cerebri Cortice* defixa, » facit *Apoplexiæ* *. Huc eam apportant Arteriæ nobiles, ingentes, in ramos divisæ tum magnos, tum etiam amplum inter se commercium exercentes. Huc allata, & eo loci sistens, Vasorum Sanguinem vehentium fines, (furculos scilicet Arteriarum, & Venarum origines) extendit dilatatque. Vasorum istam extensionem necessario, & quidem è vestigio sequitur, in *Corpore Calloso*, reliquoque *medullari Cerebro*, Tubulorum compressio, coarctatioque. Hinc Spiritus in Tubulis istis animales interpellantur: In Motu ordinando, eorum Mandata; in Sensu recipiendo, eorum Impressiones; in Cogitationibus elaborandis, eorum Fluctuationes interturbantur, confunduntur. *Sensitiva*, cumque ea *Rationalis Anima* patitur Eclipsin.

Quod verò multum in ea *Apoplexiæ* Sede confirmanda valet; ei datæ sunt à Natura Venæ, prædictis Arteriis, qua numero, qua magnitudine, qua denique commercio respondentes; quæ, quicquid alieni sit advectum, (facta præcipuè Sanguinis detractione, vel minimum *Arterio* debita) reforbent, asportantque. Hoc modo partim, ut opinor, evenit, quod qui gravissima laborarunt *Apoplexia*, sæpe curentur, de integro nunquam in eam incidentes; *Cerebri* nempe *Cortice*, sic, ut par est, exonerato, & deinde pristinam recuperante *visitas*: Quod de *Corpore Calloso* minimè, si eum *Apoplexiæ* locum esse fingamus, expectandum: Nam cum ei nulla sint, quæ tam grande onus [*Apoplexiæ* nempe *Causam* continentem] auferre possint, Animam occupabit non Eclipsis solum, sed ipsa Nox; *Cattulli*

Nox, perpetuo dormienda.

Minimè verò negandum, *Miasma Arthriticum* ipsos aliquando Tubulos intrare *Nervinos*; Spirituum undulas miscere; nubem Animæ, & torporem injicere; & quidem ita semper (aliàs autem alia ratione) fieri conjicio, quoties hæc *Apoplexia* demigrat in *Paralysin*; ubi nulla videtur alieni, nisi per Tubulos prædictos, extrudendi via.

VI. De *Causa* hujus *Apoplexiæ* conjuncta & proxima, notatu dignum est, illam creberrimè Vasculorum esse in *Cerebri Cortice* Dilatationem; quæ

* Vide *Autoris Tentamen Physicomedicum de Apoplexia.*

Tubulos in Cerebri Meditullio statim comprimi, Spiritusque facit Animales in iis obstrui, & turbari. Ista verò *Dilatatio* vel à Sanguinis in ea Vascula irruentis, & in iis commorati, vitio; vel ab ejus quantitate provenit.

Vitium isthuc, quatenus *Arthriticum* est, à *Miasmate Arthritico*, Sanguinem commovente multumque exagitante ortum, procul dubio hac in re non parum operatur: Huic autem aliud vitium accedere solet, Sanguinis nimirum *Lentor*; qui, ut omnium pene *Arthriticorum*, maximè verò ætate grandiorum, Sanguini inesse; eique detracto, & in Cyathis quiescenti, innatare deprehenditur; ita hujusmodi laborantium tum inesse Sanguini, tum etiam eorum *Cerebro* inhaerere, Vasculaque (sic, ut dixi) referendo complere, & extendere jure merito censetur.

Miasma isthuc *Arthriticum* per se, maximè verò *ἄρῃ γλαυρῇ* involutum; si *Cortici* impingatur, & in eo inideat; Sanguinem eo loci sistit; itaque dilatationem modo dictam infert; & sæpenumero *Causa* hujus *Apoplexiæ* proxima, uti suspicor, & Conjuncta est.

Quoties autem *Miasma*, penetrato *Cortice*, *Tubulos in Cerebri Meditullio* subintrat; Spiritus animales tunc cominus aggreditur; & proxime tunc facta in eos impressione, *Fluctuationes* eorum ordinarias subvertit permiscetque; donec Morbus aut in *Paralysin* exit, aut Morte, linea rerum ultima, concluditur.

VII. Istam autem Sanguinis, seu vitiosi, seu nimii, in *Capite* moram, & mansionem, (ut de *Causis* remotioribus nonnihil dicam) imprimis *Cerebri* creat à cunabulis imbecillitas. Huc confert etiam, quicquid Sanguinem imperuosius, & in *Cerebrum* copiosius impelli; quicquid etiam in eo diutius retineri faciat. Copiosius autem impellitur exercitatione Corporis, & labore pertinaci.

Anni ferme sunt viginti, cum *Celeb. Matthæus Slade*, Medicus *Amstelodamensis*, *Londinum*, *Oxonio* proficiscens, & in itinere collem (ambulandi gratia) pedibus ascendens, vix superato ejus fastigio, quasi de Cælo tactus, *Apoplexia* prostratus est; neque unquam ad se rediens, animam brevi post efflavit.

Infantuli, paucis ante diebus nati, subitoque, non sine Veneni suspitione, mortem obeuntis, Corpus olim aperui. Nulla erant Veneni in Stomacho vestigia, at in *Capite*, Arteriæ & Venæ *Cerebri* amplectentes, bis tanto majores, Sanguinem magna illa nascendi lucta & nisu, in *Caput* Infantuli nimio plus intrudi, & tum *Apoplexiæ*, tum etiam Mortis *Causam* fuisse, verisimile reddiderunt.

Diutius Sanguinem in *Capite* retineri faciunt; inter alia *Vincturæ Colli* nimis strictæ. Non ita pridem, in vicinia nostra, quidam madidus, & *Baccho* plenus, in lectum commissus, intra breve tempus obiit. Rigidus enim, ore livido, demortuus horis post paucis est inventus. Quomodo de causa Mortis adeo repentinæ anquireretur, præter ingestam liquorum vim, Collari lineo nimis arcto, & in poculis non extuto (tanquam Fune in strangulatis) Sanguinis reditum, maximè in Corporis situ plano, & *Horizontali*, impediendo, nihil probabilius inveniri, aut quidem excogitari potuit. Quæ à nobis *Apoplexiæ* spuræ, & genuinæ *ὑποφάρυγγος* afferuntur (nimirum, ob accidentia prædicta, Sanguinis in *Caput* investio largior, & exportatio diminutio) possunt etiam *Arthriticis*, ob accidentia similia interdum obvenire; & in *Apoplexiis* eorum inducendis, locum obtinere.

Huc potro referendus *Opiatorum*, ut & *Errhinorum* abusus; quibus *Arthritici* Materiam in cruore alienam,

alienam, magno suo cum periculo sæpe Capite impigerunt.

His, quæ ritu peculiari Humorem in Caput dirigunt, adjungantur ea; quibus (externis, & evidentibus causis) à τὸ ἔξω Humor repellitur, & intro agitur: quæ quum huic Anomalie simul cum ceteris omnibus Arthriticis, sunt communes, alibi tum fusius enumeratæ, tum satis explicatæ sunt.

VIII. De nostra hac Apoplexia, si cum Exquisita comparetur, observandum, quod uti Vere hæc,

---quam Spiritus Orbis
Bacchatur---

eoque ineunte creberrimè occurrit; & Calori, se per Sanguinem humanum una cum Mundi reliquo, tum temporis fundenti, eumque agitati, debet originem: Itaque illa, nimirum Arthritica, pendet ex uno Miasmate Arthritico, præsertim augente & ebulliente; quocunque anni tempore hoc contingat. Verum autem, & Autumnus sunt tempora, in quibus id Arthriticum maximè ἐξίστα, & in Caput sæpissimè irumpit.

IX. De hujus Apoplexie ἀποπληξίᾳ jam ordine dicendum: Tametsi plures ignorata Morbi natura, & ob eam rem instituta Medendi methodo non satis idonea, fito cesserunt; tamen (quod hujus modi laborantibus solatio sit) omnino constat, permultos ea tentatos; artificiosè, sic, ut decet, tractatos; ex ancipiti Morbo hoc convaluisse; vitalem diu postea vitam egisse; & , quam ab Apoplexia vulgaris, & exquisita, longè meliorem. Cujus id in causa esse censeo, quòd, debita Humorum è Capite facta primum Ἀνωμάσι, & , deinde, restituta Cerebri Tono, saniores ii, tutioremque Vitæ rationem ineant; libertate missa inutili, imò perniciofa: quod, è Gulæ deditis fiant temperantes; è temulentis, sobrii: itaque omnibus sedulò vitatis, quæ aut Corpus plenitudine gravent; aut gravatum orbent Paroxysmis regularibus, Senectutem habeant tolerabilem. Verum, ut omne id emolumentum, tum Artis Medicæ opus, tum Observantiæ fructus est; Quicumque Fructum istum, minimè calcata potiundi ejus via, speraverit; Messum ille, nullo Semine facto, (quod est unum ex absurdissimis) videtur expectare.

X. Medendi Indicatio postulat, ut quam citissimè Cerebrum allevetur, ut Mens, Motusque, & Sensus instaurentur. Hoc autem optimè faciendum Evacuacione, Revulsione, & alieni in Artus amandacione. Primum omnium inquiratur, Utrum Calceamentis, aut Tibialibus nimis arctis, aliove quovis externo, Arthritis à τὸ ἔξω repellatur; aut, in ea ne erumpat, inhibeatur. Porro, de Sanguinis in Caput fluxu, nimis largo, & torrenti num intrudatur; num in eo diutius, quam ex Oeconomiz legibus soleat debeatque, retineatur, est quærendum; & ex hisce Procatarteticis quæcunque fuerint inventa, sunt initio removenda.

In hujusmodi Apoplexia fere omni necessaria est Venesectio: nihil ea certius, nihil citius opitulatur. Detrahantur igitur, quam primum fieri potest, [quam citissimè conficiens id, tam maximè proderit] Unciæ xij. xiv. vel libra, pro Aegri viribus & constitutione. Paulò post injiciatur Enema pungens, & acre; sive ex Urina Humana; sive ex Decocto communi, cum Sale vulgari, vel Aloë rosata; aliove id genus alvum irritante. Sub id tempus adhibeatur Purgans, è potentissimis, & Sanguinem agitantibus; Pulvis puta Warvicensis à ℥b. ad ℥ij. vel Ref. Jal. à gr. vj. ad x. cum Extr. Rudii ℥j. sive ℥b. Elix. Propr. q. s. ut fiant Pilulæ; vel ex Decocti amari Purgantis ℥ij. & Syr. è Spina ab ℥j. ad ℥b. Potio. Si lenius erit demissum Purgans, neque triam, aut quatuor hora-

rum spatio Ventrem movebit, Enema repetatur. Totò isthoc tempore, vel Lecto, vel Cathedra, Corpore, quoad potest, erecto sedeat Aegrotans; ne in Caput depressum, & nimis inclinatum, Humor impetu, & copia majori sustundatur, malumque augetur.

Purgacione facta, de Vena sectione iteranda, & quo in loco, Brachio, an Cervice, deliberandum est. Cucurbitula, hoc tempore, Dorso [inter Omoplatas] admotæ, cum multiplici Scarificatione, usus sunt eximii.

Vacuato Corpore, operæ pretium erit Articulo nuperrimè dolenti Emplastrum, vel è Pice Burgundica & Terebinthina Venet. vel Cephalicum cum Euphorbio, aliudve quodvis potenter attrahens, imponere; totumque Membrum, ut è Capite Materia ducatur, & loco magis idoneo figatur, Laneis involucris calidissimè vestire. In hujusmodi casu, Pedes, in Aquæ fontanæ Balneum, quam potuit tolerari, fervidum immittendo, ibique retinendo; Aegrum, omni Spe vitæ pene destitutum, & animam, ut apparebat, jam tum agentem, è κρητῆ servatum, aliquando novi.

Cum hæc aguntur, ad τὸ ἔξω Arthritis evocari, Cerebrum magnopere levare solet: Natura, prædictis auxiliis adjuta, in viam redit; & opus, inauspicato coeptum, feliciter & accuratius perficit. Sin aliter res sit, neque per ea sanetur Aeger; ut alieni fiat Evacuatio, quæ nominatur Topica, Collo posteriori dimidio, Sincipiti, vel Capiti raso Epispasticum applicetur, & dies quatuor vel quinque geratur. Brachii etiam internis, aut Suris [uti Chiragra, vel Podagra frequentior est] admovei possunt istiusmodi Emplastra. Si verò angustiis prematur Aeger, & graviter laboret, Cervici, vel Capiti, ubi Sutura Sagittalis cum Lambdoidea coit, vel ubi cum Sutura Coronali (prout Capitis pars posterior, vel anterior magis afficitur) Cucurbitula imponantur. Si nihil horum in usum trahatur, tondere minimum ad Cutim oportebit; deinde Caput radere, & ad relaxationem Cutis perfricare; postremo, Emplastrum è Cumino, vel istiusmodi aliud, quod διασπορῆς exaugeat, & Humores eliciat, applicatum continuò gestetur.

Malo usque permanente, proderit Materiam per Nares, per Os detrahere. Valent hanc in rem Errhina, quæ sine Sternutatione Serum educant. Sternutationem moventia jure merito vereamur, ne; vi sua & nisu Corporis laboriosissimo, humores in Cerebrum impellant, ægrumque obruant. Manducare juvat, quæ sunt acerrima; eorumque beneficio Salivam largiter educere.

℞. Raf. Raph. Ruslic.

Sem. Sinapios contusi. an. ℥b.

Pul. Pyretri ℥j. misce; Melle excepta & Serico inclusa ori indentur, & Sputo identidem ejecto Deumibus conterantur. Huc confert etiam Electuarium Apoplegmaticum infra descriptum.

Interea verò temporis, dum sunt Evacuaciones, ea, quæ Spiritus Animales stimulent, & munus suum obire faciant, magni & quidem frequentissimi usus sunt: quamobrem Spiritus Volatiles oleosi, vel Sp. C.C. succinati, cum Julapii Cephalici Haustu, crebro & assatim, sic, ut requirat usus, sunt adhibendi. Quinimo Pulvis de Gutteta, cum Castoreo, & Oleo Succini, Asæ fetidæ solutione in Pilulas temperatus, bis vel ter in die demittatur, cum Julapii prædicti haustu. Hæc quidem Medicamenta eo potius eligantur; quoniam non solum animales Spiritus instaurent, sed & Arthritidè etiam expellendæ quodammodo inserviant: verum præmissis Evacuacionibus, quæ appellantur generales, iis potissimè utendum; ne, à Medicamentis adeo Cardiacis, in Corpore satiato & pleno,

pleno, malum intendatur.

Si à prædictis de *ἄρρα* nulla fiat *Arthritis*; ad auxilia externa, magis efficacia, progredi juvabit; ad *Phlegmor* scilicet aut ejusmodi alia; quæ valentissime, quæque Materiam evellant omnium certissime.

Quam primum Tumor, aut Dolor significabit *Arthritidem* ad *ἄρρα* appellari, studio elaborandum est, ut eo loci retineatur, neque retro agatur: Hoc autem optime fit per *Epispasticum*, & *Empl. Meliloti*, ordine applicata; quibus, per Ulcuscula diutinè aperta, perniciosus Humor educatur. Atque huic proposito non alienum erit, *Emplastro* Lanae superponere, laqueos iis involvere, Pedemque interditi, modo Pes afficitur, deorsum versus inclinare.

Omnis hoc tempore commodissime sunt *Fricationes*, Artuum præcipuè, bis vel ter in die, vehementes: quæ quidem è *Cerebro*, sed non è *Corpore*, Sanguinem educant, & illius *ἰσχυρῶς* ad Corporis extrema vertant.

Arthritide in extremis apparente, veluti præsentem Numine, servatur *Æger*. Nihil aspiciatur, nihil ei felicius obvenire potest. Morbi, à quo idoneo & recto *Ægri* vitæ & incolumitas omnino pendet; à quo [è contrario,] inverso, & *ἄρρα*, ejus periculum, quantum animo comprehendere potest, maximum est obortum; illius, inquam, morbi hoc modo sublata est *ἄρρα*, illique jam denuo factus salutaris.

Quam Humorum planè mutatur inclinatio; quique nuper in Caput irrepere, foras jam in Artus abeunt; ad eos expellendos, & promptius expediendos (nec quidem antea, ne sursum eleventur, & in Partem si affectam impellantur) lene quoddam *Ποσάγειον* oportet dare: *Pulveris* scilicet *Cantiani* quasi *βj. sexta*, vel *οκτάβα* quaque hora: cui, si visum est, & tuto fieri potest, adjiciantur semel, aut in Constitutione Phlegmatica, bis in die, *Chalyb. Nutriti gr. v.* Quod tamen *Arthritidem* expellens, si quovis modo repellatur Humor Articularis, aut Caput defubito malè habeat, protinus mittendum; & auxiliis externis humorem evocantibus, una cum iis, quæ ore data Spiritus animales recreent, utendum est.

Dietæ, per omnem hunc decursum, è maxime sit tenuibus: placet *Jusculum Pullinum*, *Avenaceum*; *Panacella*, cum *Uvis Corinthiacis*, aut *passis majoribus*; placet *Chocolata*, & ejusmodi *Sorbitiones*; molles scilicet & faciles Cibi, quibus *Ægri* Vires nutriantur, Stomachus autem non gravetur. In Cerevisiæ vicem, aut *Pomaceum*, aut *Vinum* aqua dilutum, aut *Salvia*, aut *Tea*, aut *Anthophilli Infusum*. Nihil Gula & Satietae, præcipuè vespertina, periculosius. Alvo neque durâ, neque lubrica sit *Æger*; illa Caput aggravari facit, hæc ad *ἄρρα* malum invitari.

XI. Ad *Prophylaxin* nihil conducibilius quàm in Dorso *Funiculus* aperire; Rus petere; Aere aperto, & Ventis probè agitato frui; Vere, & Autumno alvum subducere; in robustioribus Venam initio *Octobris* secare; &, quod utramque absolvit paginam, maximeque attendendum est, *Arthritidos* rectè *ἰατρικῶς* curam diligenter adhibere.

Apoplexiam, in *Cerebri Cortice* locatam, Curatio jam descripta plerumque tollit; &, ea minime recidiva, ægri multos annos immunes agunt: si verò *Cerebri* medullarum, sive aliquam ejus partem, Tubulos oppilando *Nervinos*, Morbus occupat; aut de subito ægrum interimit, aut in *Paralysin* degenerat, Capite proximo tractandam.

XII. Hæc Curatio ei *Apoplexiæ*, quæ à *Cerebro* oppresso fit, accommodatur: si Materia morbum committens, in *Ventriculo* & *Intestinis* sita est, *Symptomata* illius *Apoplexiæ* (cujus Historiam mox

subnectam) Curatio, *Purgatione* tum *ἀρρα* tum *καρρα* & Medicamentis Spiritus animales excitantibus, & *Arthritidem* expellentibus, est tentanda.

HISTORIA I.

Vertigo Arthritica, cum impendente Apoplexia.

SUBACTI Vir ingenii, & in rebus gerendis subtilissimi, multos annos *Arthriticus*, (quoquidem tempore siatis ille Periodis, &, ut oportebat, doluit) Hyemem anni MDCCCI. nimia transigit indolentia. Ab hoc *Arthritidis* defectu, pro consuetudine Paroxysmum minime repetentis, (tanquam omissa re quadam usus egregii, & ad Vitam imprimis necessarii) statim Oeconomix ratio turbata est; Gravitate, & Vertigine Caput afflictum; Facies supra modum colorata, &, tametsi hominis minime temulentis, perque ipsos hosce dies sobrii; nihilominus tanquam immoderato tumefacta potu, Lingua titubavit, & Voces edidit non satis claras, notabili nempe cum impedimento. Corporis totius Motus incertus, incompressus fuit; neque gestu regularifactus. Quæ quidem accidentia, cum eorum ordine simul considerata, &, uti patuit, expensa, Materiam *Arthriticam*, intus servatam, *Ægroti Caput* adoriri, & ex ea *Apoplexiam* in propinquo esse, manifestè comprobant.

Huic autem Affectui in isthoc homine generando, præter jam dicta, viam hæc tria patefecerunt; Primo loco, Corpus ad hunc Affectum concipiendum à Natura promptum; utpote Collum habens perbreve; cujus operafactum est, ut in Caput Sanguis impetu cum majori ferretur: Deinde, crassus humorus *Ægrotantis*, & generosus Sanguis; qui facile ferveceret, minimaque de causa incitaretur, & in Organismum eveheretur: Postremò, Ver, & *Apoplexiarum* tempestas.

His adjuncta *ἄρρα*, malum gravissimum, *Apoplexiæ* viciniam, intulit *Arthritis*; Cui ut occurreretur, hanc medendi rationem iniit. Primò, Sanguinem misi, & quidem copiosè, ad libram usque integram; hoc ferente *Ægri* constitutione, Morbo postulante. Tum, adhibito è *Pil. Rudii*, & *Pul. Scammonii Purgante*, *Drastico*, (quod in hac re commodissimum esse ostendit usus) Alvum insanivi; Sanguinem exagitavi, *Arthritidem* expuli. Doluit denuò Articulis *Æger*, & quidem suspicatio doluit. Nam ex ea tam *Arthritidos* ad *ἄρρα* reductione; quàm ex humidi, quod nimium erat, è Corpore Evacuatione, malo gravissimo impendente *Æger* liberatus, & Vestitu, aliisque rebus idoneis, quæ à Capite procul tenerent *Arthritida*, curatus est.

Bicennio post, eadem ille causa, (scilicet *Arthritidis* defectu;) eadem anni tempestate, (nempe Vere) simili modo est affectus; Capite dia, & impense aggravato, præcipuè parte ejus anteriori ea, quæ Oculis supereminet. Vena semel iterumque pertusa, *Enemate*, & *Cathartico* fortiori dato, è Capite in Manus & Pedes exturbata est *Arthritis*. Multum hinc *Æger*, at tuto doluit; Ejulatus edidit, at inanes; neque, curato per eos Capite, misericordiam moventes. Huic autem *Arthritidis* translationi non parum contulit (ne quid hoc in re momenti prætermittam) *Empl. Cephalicum*; quod Tendini, ad Pedis Pollicem pertinenti (quem in hoc *Ægroti* locum *Arthritis* maxime frequentaverat) applicatum, eo tantopere Morbi vim allexit, ut trium horarum spatio Doloris *Æger* impatiens,

patiens, illud detrahere cogere. Tantæ efficacitatis in hoc Affectu nonnuquam sunt externè applicata.

HISTORIA II.

Arthritidi repercussa superveniens Apoplexia.

Cereris & Bacchi mancipium, Vitam agens desidiosam, ex eo crassum, & ventricolum evasit, ipsoque ætatis flore Podagrosum. Annos natus fortasse quadraginta, saginatus ille Lurco doluit: dolenti vero accidit, quod hic loci memoratu dignissimum; non minus insolens, quam grave infortunium. Hallucis Globum, & Articulum majorem occupavit Podagra, Calore, Tumore, Rubore comitata; Cruciatibus eum affecit, sed periculi expertus. Ut ejus acrimoniam mitigaret Ager Fœminæ cuidam medicinam exercenti, (leniendis ægritudinibus proculdubio dictæ) se commisit. Illa Medicamentum è suis (scilicet) comparavit: utrum autem ex Solano leihali, Hyoscyamo, Cicuta, aliisque id genus Herbis, quibus uti solent Nonnullis; An ex Ovorum albumine, saponis, & Spuma Cerevisiæ, quod utique mihi renunciatum est, in medio reliquam. Constat autem, hora decima matutina Remedium isthuc, quicquid erat, loco adfecto superponi: Constat, Dolorem magnum, acrem, urgentem, horæ unius spatio leniri, duabus horis penitus auferri: Constat, Aegrum lecto surgere, Cibum capessere satis modicum: Constat, hora secunda pomeridiana, Somno eum gravari, connivere; post paulo obdormire: Constat, hora septima vespertina stertere, & tanquam in Somno nimis profundo morbofoque, Rhonchillare: Constat, tum primum Aegri conditionem Uxoræ ejus suspicari; nec deesse, qui de ea, tanquam ancipiti, & periculo plenissima, fide illam moneret. Motionibus illis, utot amicis, & prudentibus, spreitis neglectisque, (ne videlicet Epispastica, Scarificationes, aliæque Tormenta medica labiret Ager, in utramvis autem etiam dormiens, seu potius semimortuus) constat illum, mane proximo, horam circiter quartam, è Vita excessisse.

Discant hinc Arthritici, quàm dubii sint eventus, seu potius quam fatalis, ea, quæ Parti extra dolenti superposita, Causam Morbi repercutiant; Discant, eam repercussam, & in Sanguinem repulsam, posse Cerebro, Visceri omnium nobilissimo, impingi: Discant, impactam ferre posse Apoplexiam; posse Mortem. Discant, & Caveant.

HISTORIA III.

Somnus ab Opiato profundus, &c. ipsa propemodum Mors.

Pari temeritate usus est; sed cum minori damno, quidam mihi notissimus, & jam inde ab Adolescentia familiaris. Fuit ille Arthritide multos annos adfectus, & Paroxysmis ejus, tam gravibus, quam diuturnis, mirum in modum emaciat; quum, Mense Martio, Anno MDCCIII. nescio qua ex causa, Miasma (quod in hoc Arthritico abundans, Sanguinem infecerat universum) Viscera, imò Ventre contenta, subintravit. Dolor Intestinarum ex eo magnus, quem ut deleriret, Opiati quantitatem non immodicam assumpsit. Somnus hinc profundus: Horis post sex supra triginta, Delirium.

Mane proximo *Σπασμὸς*; ipsa propemodum Mors.

Detraçto prius Sanguine, Sp. C. C. & Tinct. C. f. tores, cum idoneo vehiculo dedi; deinde Bolus; & Pilulas, alternis, sexta quaque hora.

℞. Fœcul. Bryonia, Pul. Castorei, Succin. albi, Ase satid. an gr. v. cum Syr. Artemis. f. Pilulæ.

℞. Pul. de Gutta ʒb. cum Syr. Pæon. q. s. f. Bolus. Pedibus totis Empl. Cephalicum, una cum Picis Burgund. subtriplo: Tibiæ, & Brachio utriusque; Epispasticum; Cervici prælargam admovi. Erat etiam in præscriptis id, quod sequitur, Salivam movens.

℞. Raf. Raph. Sylvest. tenuissima ʒi. Ol. N. M. Chym. gut. v. Mellis. q. s. f. Eleæuarium Apophlegmaticum. Teneatur Ore quasi ʒb. usque dum manaverit Saliva; utrumque tunc ejiciatur; omni hora repetatur Dosis.

Hac quidem Medicina è *ῥεσπὸ* adhibita, cum in summo quidem discrimine Vita esset, cum fere actum & conclamatum esset, contra omnium opinionem Ager restitutus est. Et quidem, malo & intemptivo Narcoticorum usu, Morbi vim in Cerebrum & Nervos insigente, quanta passim incommoda ducantur; apud eos Arthriticos, quibus Quies, utut dubia & periculosa, Vita carior est; testimonio nimis amplo, & frequenti patet.

HISTORIA IV.

Arthritis, ex Acidorum usu gravior, in Apoplexiam desinens Symptomaticam.

Iscanus Artifex, inde ab incunabulis Arthritide, una cum omnibus consanguineis, imbutus, multis annis ea premedatur Regulari; Artus scilicet afficiente, & post debita intervalla recurrente. Quum verò, de Affectu valde molesto prius evincendo, Medicos suæ ætatis celeberrimos consultor adierat, & quidem (non sine quodam Artis nobilissimæ & divinæ contemptu) incassum: Sortis suæ impatiens, & absoluta Curationis Spe allestus, Acidorum usui, Servo nescio quo hortante Medico, totus incubuit: quali verò cum eventu, & quo fructu, narratione dignissimum est. Pomaceum Ille Regionis hujus (id est, omnium, ut videtur, acidissimum) elegit; quo, in vicem Putionis ordinariæ, per biennium paulo plus aut minus, usurpato, Cibi appetentiam, antea tenuem, & languentem, omni fere illo tempore, acutam & laetantem habuit; uti etiam Paroxysmos tum rariores, tum etiam mitiores. De nova Methodo cum Aegrotante sermones sevi, qualemque exitum haberet, avidissime expectavi; speciatim, Utrum illa Quies, Arthritidis esset diminutio; an Paroxysmi, in aliud tempus, Prorogatio tantum; majori demum discrimine (quod Ego plus semel observavi) concludenda.

Ab indicis sævior Arthritis, hujus seculi initio; tum Manus, tum ea, quæ intus sunt, invasit; *Δυσπεψία*, *Δυσεντερίαι*, Ventriculi inflationem, Ructus, Spiritusque difficultatem introduxit. Mense Junio sequenti, post Narium Hæmorrhagiam, Motu Sensuque omni derepente captus, Spiritum ex imo Pectore laboriosè traxit, tanquam jam statim moribundus; Pulsus, à natura magnus, ab Affectu major erat.

Sanguinis, quàm ocissime, libra detracta est; unde Linguam Ager, & Oculos movit. Vitrioli albi depurati ʒj. cum Decocto Cardui data est; eaque plus semel iterata, ter quater evomuit. Enema posthæc injectum, acre, & stimulan; unde largiter ejecit. Non

Non nimis ea nocte dormivit. Mane sudum, & fecerum; uti etiam die postero. Caput immune, Ructus autem perduravit, ingratus. Spiritus difficilis, ut & Cibi fastidium. *Arthritidem*, & *Ægrotum*, ore datis, expellere; extra admotis, educere sum conatus. Die, ab insultu, tertio Somnolentia continua, Oculorum gravitas, & color vitreus, Brachiorum Motus interdum Convulsivi, *Ægro* malè ominabantur. *Sp. C. C. Succinatum*, cum *Aq. Cardiacis* dedi; aliaque feci non pauca ad avertendum, siqua fieri posset, Insultum; at itaui opera: *Ægrum* eo vespere subripuit

Orde ut scribas, & Millege respicit.

Tametsi primo aspectu videatur, eum hujus *Ægroti* casum esse, qui, ex *Capite* principaliter, & *Phlegmatico* affecto, aptè possit explicari: (hoc enim, Motus Convulsivi, Somnolentia, *Arthritidem*, *Ægrotum* non parum arguere judicentur; & quidem in primo insultu, nimio Sanguine Caput aggravati, & ex parte lædi, ob beneficium à Venæsectione non negaverim;) tamen, si *Arthritidem*, si Flatus, si Ructus, si *Arthritidos*, Cœctionis Organa diutius obsidentis, habeatur ratio, verisimile est, eam esse hanc *Arthritidem*, quæ primario Ventriculum, & Intestina afficitet. *Caput* autem, & *Genus Nervinum*, non nisi secundario, & *επιπρωματιών*: & quod ista *Capitis* Accidentia, severa Naturæ, jam pessurdata, oppressæ, & in ruinam vergentis, essent indicia.

Si Vita, sine *Dolore* jucundior videatur; videndum tamen, ne turior non sit. Bellum honestum, sui defendendi, & publicæ Salutis ergo susceptum, Paci infidæ, ignobili, periculoque plenæ, longè anteponendum est.

HISTORIA VI.

Apoplexia Arthritica feliciter curata.

Mercator *Exoniensis*, humanus, integer, & probus; Vir ita Natura fabricatus, ut, ob Colli brevitatem, & temperamentum Corporis Sanguineum, ad contrahendam aptus natus sit *Apoplexiam*; per viginti plus minus annos, *Arthritide* vexatus est; claudus ea jamdudum factus, neque, nisi sustinente illum aliquo, via progrediens. Cum eo ventum erat, & *Æger*, prope sexagenarius, *Arthritidem* mitescere; neque *Παροξυσμῶν* ex more duros, & laudabiles, iterare senserat: statim huic sereno horrida insecta est *Tempestas*. Mense enim Junio anni MDCVIIIC. subita *Caligine* correptus, Motu Sensuque tam interno, quam externo omni privatus, *Apoplexia* percussus est; cum Oculorum, tanquam ipsa Morte, gravitate. Pulsus, sed & ille perturbatus; cum *Respiratione*, sed alta & gravata, unicum Vitæ restituit argumentum.

Mali causa satis perspecta, Materiam *Arthriticam*, in *Caput* delatam, ex eo evocare nitor: Quem in finem, è vestigio Sanguinem, eumque copiosum mitto. Primum *Emmate*, dein *Cathartico* quam citissime Ventrem emollio. *Epispasticis*, Cervici, aliisque locis compluribus applicatis, Serum elicio. Itaque Materie alienæ facta partim Evacuatione, ut protinus *Cerebrum*, ejusque incolæ, Spiritus animales sistam, & inflaurem; eodemque tempore, quod alieni reliquum est, ad *Ægrotum* amandem; huc ego respiciens, *Spiritu Volatili Oleoso*, *Julapio Cephalico*, *Hausu* etiam *Arthritidem* expellente usus sum; & ad *Arthritidem* evocandam, *Emplastris ex Picis Burgund.* & *Empl. Oxyeroe.* pari mensura mislis,

& extra Plantis Pedum impositis.

Quum dolere cœpit Articulus (quo nihil lætius, nihil opportunius huic *Ægroti* potuit obtingere) primum *Frictionibus*, tum *Unguento*, (ex *Ung. Nervino*, *Spiritu Tereb.* & *Sp. Vol. Oleos.*) Articulum urgente, & irritante ungi; posthæc calidè vestiti jubeo; unde doluit *Æger* egregiè, magnoque suo cum emolumento.

Atque ista quidem Medicina (Deo operam fortunante) mentem, & motum *Ægro* restitui. Cum verò gravior, & diutior infederit *Apoplexia*, sicque *Caput* infirmaverit; quod quidem ex illius Sermone, vix stans constanti, aliisque morbi vestigiis, notatu facile erat; ut *Spiritus Vigor*; ut *Cerebro*, & *Systemati Nervino* robur redderetur; Villæ suburbane Aërem siccum, & apertum, Spiritu ducere; & Equo Corpus sæpe exercere, *Ægroti* suasi. Quibus ille mirificè recreatus, tam Oculorum, quam Ingenii pristinum adeptus est acumen, & argutias; atque annos jam duodecim, *Arthritide* crebro recurrente, verum *Apoplexia* ne semel quidem, egit.

HISTORIA VI.

Arthritica ut occurratur Apoplexiæ.

Matrona nobilis, illustri Domo orta, verum *Arthritide* graviter afflicta, nunquam Utero gerens, circa nonum ætatis suæ lustrum, Febre intermittente corripiebatur, ejusque Paroxysmos, pro Typi ratione revertentes, tres vel quatuor toleravit. Quum hi finierant, neque ulla Medicina, qua Materia, & Causa eorum proxima eliminari posset, in usum traheretur, statim à Febre abitu, novum aliquod, à proposito nostro non alienum, in extremis Partibus est exortum: utriusque nempe Malleoli Dolor, & deinde Tumor planè *Arthriticus*; sed, propter frigidum Sanguinis Temperamentum, Nitore nullo, nec quidem multo Rubore insignitus. Perduravit Dolor quatuor vel quinque dies; eoque exeunte, mansit Tumor, alteros adhuc complures. Hujus illa modi Paroxysmos, nempe *Arthriticus*, ex intervallo anni quasi integri non paucos subierat; quum inopinato *Caput* affectum est, & tanquam invadente *Apoplexia*, percussum. Ita laboranti, una cum aliis è *Capite* Materiam evocantibus, supra quam expectare meritò liceret, profuere *Frictiones*; quæ ad Pedes Materiam invitarent, & in eorum Articulis Tumores excitarent. Hinc *Capiti* Tutela; hinc, ejus Malum *Arthritica* esse natura, signum *επιπρωματιών*.

Meum erat *Domine*, *Prophylaxin* ordinando, consulere: Hæc duobus comprehensa est, Primum, Materie vitiosæ, à Patre *Arthritico* acceptæ, nullo Partu minutæ; verum Mensibus obstructis auctæ, (quæ tum Febre Intermittentis, tum Morbi Articularis causa esse videretur) quanta maxima fieri possit, tam *Expulsione*, quam, ne crescat, & repullulet, *Inhibitione*: Deinde cavendo, ne in *Caput* iterum eadem irreat.

Ut primæ harum Indicationi satisfacere, Purgatio omni mense, loco τῶν Ἐπιπρωμάτων imperata est; Diebus autem otiosis, *Aqua Spadana*, & *Stomachica*: Ut alteri occurreretur, quotiescunque *Capitis* periculum immineret, & *Arthritidis* id invaderet, ad eam educendam *Venæsectio*, Dorsi Scarificatio, cum *Cucurbitulis*, Colli posterioris, vel totius *Capitis*, *Vesicatio*: Malleolo utrique *Phlegmorum* applicatio, & deinde *Epispasticorum* prope locos tumefactos. Hæc, inquam, una cum *Podagragogis* ore

ore datis, Ægræ sunt commendata. Hoc autem loco id præcipue notandum, *Arthritidem* interdum ad *Caput*, ad *Pedes*, æquè fere inclinare, & in hos ab illo, levi *Friktionum* ope derivari.

CAPUT XVI.

De Paralyfi Arthritica.

ART. I. **V**enio ad *Paralyfin Arthriticam*. Quam *Miasma Capiti* appulsum, in ejus *Cortice*; speciatim, *Vasis illius Sanguinem* vehementibus, non diu commoretur; veram in *Glandularum Ductus*, in *Nervinis* sc. *Tubulos* impellatur; ex duobus hisce, quæ sequuntur, unum semper eveniat, necesse est.

Nunc in iis, quæ sunt *Medullæ*, *Tubulis* sistendo, *Apoplexiam*, *Vertiginem*, *Oblivionem*, *Aggravias*, *Somnolentiam*, aliumve aliquem *Cerebri Affectum* creat; & quidem aliter, quam in præcedenti *Capite* declaratum est, nimirum (ipso *Spiritus* in *Officinis* suis commixtus aggreddendo, eorumque conferam *Operas*, & jam proximè disturbando) *Idiota* dicitur, itaque agrotantem sæpe opprimit. Quod quidem eo usque crebrum existimare licet, ut *Apoplexia* laborans *Arthritica*; quoriam (*Phlebotome*, *Catharsi*, aliisque auxiliis, ei tollendæ necessariis, in casum adhibitis) idem occumbit; *Apoplexia* hujusmodi *Idiopathica*; potius quam ea, quæ in *Cerebri Cortice* locum habet, interimi judicetur.

I. Sæpe verò *Miasma* ad eos *Tubulorum* locos propellitur, ubi *Spiritus* meatus obstruendo & vias implendo, *Paralyfin* affert: eamque hujus, vel illius *Membræ*; sicut *Nervus*, qui ad hoc, vel illud *Membram* pertinet, est affectus. Unde sequitur, illius *Membræ* sive *Motus*, sive *Sensus* tantum, sive uterque læsus, & diminutus; interdum etiam abolitus.

III. In *Causa Paralyseos* exquisitæ, proxima & continente, desribenda, *Medicis* inter se non convenit: Alii enim, duce *Erasttrato*, (quod à *Galeno*, ipsis *Erasttrati* verbis utente, traditum est,) ab *Lentia*, *trahili*, & *excretu difficili Materia*, *Nervos* oppilante: Alii verò, à vim *Narcoticam*, aut alias virulentam habente; ipsosque *Spiritus* confodiente, *Paralyfin* fieri contendunt.

Profecto, neutrum horum, opinione nostra, penitus excludendum: Enimverò, ita posse accidere non improbabile est, ut, ad committendum hunc *Affectum*, ambo concurrant, & viribus sociatis simul operentur. Nam, ut singulatim hæc attingam, usu quotidiano patet, *Arthriticorum* *Sanguini* *Ductus* vineisse; eique detracto, & in excipulis quiescenti, post breve tempus, innatare; quod utique (sive antiquorum *Pituita*, sive non) ad *Nervos* obstruendos omnino satisfaciatur.

Et, quod altero loco dicendum, virosum aliquod in *Nervos* se recipere; *Spiritus* in iis contentos afflatu, & contagio perimere; & vel perse, vel cum aliquo *Spiritus* inimico; *Paralyfin* inferre, *Exemplo* mox addendo, (*Historia* sexta) manifestum ut opinor, & testatum fiet.

IV. Ut *Causas* investigem magis remotas, eæ sunt, primum, in *Sanguine Diathesi Arthritica*, seu *Vitis* illiusmodi indomtum, *irregularis*, in fugam, ubicunque possit, abiturum; in *Nervinum Genus* ingressurum. Quæ quidem *Diathesis*, per se multarum virium, & in hoc *Affectu* producendo

* ἄτρα ἢ γλίξ, καὶ ὀλίμη, καὶ δουρακία.
De *Attra Bile*, Cap. 5.

do valentissima; *Causam* interdum adjuvantem habet, nempe *Plenitudinem*, quæ, apud *Populum Satiati* deditum, cum ea solet jungi, & in hoc negotio *ἔναρτιδος*. Certè in hac *Regione*, eorum, qui ex *Arthritide* perperam agente, & minus *Regulari*, primum *Apoplexia*, dein *Paralyfi* corripuntur; non pauci *Causam* istorum malorum antecedentem in *Sanguine* duplicem agnoscunt; videlicet *Arthriticum Miasma*, *Plenitudine* commutatum.

Deinde, *Cerebrum* à natura molle, aut *Morbo* aliquo, aut *Ictu* aliave quavis evidenti causa, debilitatum; & *Nervi* supra modum teneri: quibus facile, per *Ora* plus æquo dehiscencia, *Virus* admittatur, & diu intra *Tubulos* retineatur.

His postremo loco adiciendum quicquid *Externæ*, sive *Causæ Evidentis*, via tam patula *Materiam* adeo paratam adigat: Hujus autem generis sunt, *Aer humidus*, & palustris aliaque; omnia, quæ in *Paralyfi Primigenia* locum inveniunt: at in hac *Arthritica*; præcipue memoratu digna sunt *Vita* sedentaria & otiosa, mala *Victus ratio*, frequens *Hypnoticorum* usus, *Spiritus ardenes* immoderatè sumpti, *Venus* immodica, *Frigus*, & in *Corporibus* calidis & biliosis, *Medicamentorum* abusus calidorum; omniaque, quæ *Arthritidi*, ne *Articulis* infigatur, obstant; aut iis affixam quæcunque repercutiant.

V. Ex hoc *Causarum* apparatu, facile est conjicere, quem in modum fiat hæc *Paralyfi*, & (præcurrente modo *Capitis* gravitate, modo *Dolore*, modo *Vigilia*, modo *Somnolentia*, modo *Vertigine*, modo *Oblivione*, modo *Tristitia*, modo *mentis alienatione*, modo etiam nullo præcedente *Capitis Affectu*, sed *Intestinarum Colico*: modo neque hoc quidem) quam expedire *Virus Arthriticum* in *Nervos* intrudatur; quamque, eos adimplendo, aliave *Spiritus animales* afficiendo, cito *Paralyfin* hanc inducat.

Ægroti verò *conditio*, sive morbi *ἵδιος*, pro ratione *Partis affectæ*, aliud atque aliud esse reperitur. Si *Linguae Nervus* *ἄραξ*, aut sonum *Æger* inconditum edit, aut *Verba* (Voce confusa blaterans) dimidiata: Si, qui *Paris vagi ramus* est, ad *Ventriculum* pertinens, (quod quidem *Arthritico*, *Plenitudine* gravato, & ex ea *Procatarxi* primum *Apoplexia*, tum *Paralyfi* percusso, contigisse novi) *Æger* omni *Concoctione*, & quidem *Appetitu* captus, *Cibi* fastidio pertinaci laborat; donec, *Humorum* penu *Vitalium* in dies decrescente, neque novis *accessionibus*, uti par est, refecto, summa tamen *Copia* beatus, paulatim marcet, *Tabe* conficitur. *Paralyseos Arthritica* in *Corporibus Biliosis*, maxime verò *Colicæ Biliosa* supervenientis, alia solet esse ratio, & quidem priva: Hac qui laborant, *Famem* habent imminutam, pene prostratam; *Corpus* attenuatum, *Cutim* universam (at præsertim *Oculorum album*) *Ictericæ* colore tinctam; aridam, neque ex *Naturæ* lege perspirantem. Adeo nempe diversa *Facies* hujusce morbi, pro *Loci* ab eo occupati, & *Causæ* conjunctæ diversitate.

VI. *Paralyfi Arthritidi* *Secundaria*, sicut *Primigenia*, multiplex invenitur. *Ratione Subjecti*, nunc unius *Lateralis*; nunc unius *membræ* est; & quidem (uti meis obtigit) præcipue *Linguae*: *Ratione Materie*, sive *Causæ Continentis*, interdum eam habet simplicem, & puram *Arthriticam*; aliquando *ἰσχυρῶς* involutam; aliquando *Bile*, vel alio aliquo *commixtam* alieno: Aliàs sola, & per se occurrit; aliàs *motibus Convulsivis* comitata: Alia denique *Imperfecta* est, qua non satis habiles redduntur *Artus*; & in *motibus* obeundis sæpè vacillant, at non ex toto resolvuntur, alia verò *Perfecta*; qua penduli sunt.

fiunt, & immobiles. Hæc autem omnia, cum *Paralyfi Primigenia*, nostræ huic *Arthritica* sunt communia.

VII. *Periodicam* neque ego novi hanc *Paralyfin*; neque temere, propter materiem *Nervis* impactam, & coherentem, [id est, continenter eos oppellantem] esse posse judico: qualem tamen aliam observavi, nimirum *Aphorismis*, stas temporibus, per multos menses, ad fidem penè Horologii, recurrentem; (& *Regiæ olim Societati* * renunciavi:) Contra quam *Galenus*, qui *Paralyfin* nullos habere *Typos* asserit †: nisi forsan (ut illustri *Pergameno* suus servetur Honos) de *Paralyfi* omnium exquisitissima, & *Primigenia*, sermonem ille facere; nostra verò, jam dicta, *Paralyfi Hysterica* censeatur.

VIII. *Paralyfi Arthritica* morbus curatu perdifficilis, idque præcipuè duas ob causas: Harum altera Situs est istius morbi in Corpore profundus, nimirum intra *Cerebrum*: ex quo fit, quod, adversus eum quæcunque dentur, Ore demittenda, Remedia Colum tam *Cerebri*, quam *Intestinatorum* penetrantia, non parum alterentur, nec in alienum, quod est morbi adeo remoti Causa conjuncta, pulsû satis valido arietet, aliasve, uti par est, afficiat. Altera vero difficultatis hujus causa est, quod in Corporibus senio, vel *Arthritide* conflictatis, aliasve fractis, & debilitatis; itaque medicinam minimè sic, ut par est, sentientibus, locum hic *Affectus* plerumque teneat.

Verùm, ut singularia persequar, si morbus hic *Apoplexia* succedat, propter injuriam *Cerebro* inflatam, Curatio longè difficilior; &, si recurrit *Apoplexia*, tanta plerumque vis Humorum, & tam *Adipositas* in *Cerebrum* impellitur; quanta id obruat, & ægrotus, antea debilis, è medio feratur.

Sin è diverso *Miasma*, sine ulla (sive per *Apoplexiam*, sive aliâs) in *Cerebrum* gravi facta impressione, in *Nervorum* Tubulos irreat, & se paulatim insinuet: sique interea medicamenta, malo tam immani convenientia, sint adhibita; reliquæque *Æger* ad præscriptum agat idoneum universa; hæc illius *Conditio* minimè desperata. Habet *Interdum*, quod (Deo adjuvante) hujusmodi debilem, quod elumbem, quod emaciatum, quod decorem, motu, Viribus, *Invigila*, *Invigila*, donet; & ægrotantem, ultra quam expectatio sit, restituat. Quibus autem modis hæc Curatio fiat, jam proxime declaradum.

IX. *Therapia* duplex est; vel quæ, in Morbo auferendo; vel in eo, ut ne augeatur, neu renovetur, inhibendo, quæ summis viribus contendit. In prima ejus Accessione (quæ quidem Indicatio primo loco persequenda) Ne alieni vis *Adipositas* in *Nervos* impellatur, evitandum; quem in finem, si *Plenitudo* sit cum Pulsu forti, & nihil repugnet; è futuram arbitror Sanguinem, è Brachio, aut Vena Jugulari; vel *Cucurbitulis*, & *Scarificatione* Dorso detrahere. Horis aliquot post *Venasectionem*, immittatur *Enema*. *Purgatio* ulus fere perpetui est, maximè verò ea, quæ Sanguinem exagitet, & *Arthritidi* in Artus amolende faciat. Porro conducit, quamprimum Morbus ægrotum invadat, Articulo è *Tis* *Capite* levisimè dolenti, *Cataplasma Clariss. Batei Apoplecticum*, seu de *Raphano* Cl. *Fulleri*, aliudve quodvis acre, *fermentis* excitans, applicare; & *Arthritidi*, quæ jam nunc è Sanguine fugam meditantur, ad *Tis* educere.

Facta Humorum è Capite *Antispasti*, & mutata eorum inclinatione, (nec quidem maturius, ne in *Caput* ii, impeta cum majori, à medicamentis inferantur) ad eos extra pellendos, ægrotò dentur è *Pulvere Gallico*, *Purpureo*, aliisque mitioribus Po-

* Vide *Acta Philosophica Londinensia*, Num. 242.
† *Ὅλιγα ἢ καθὺν ἢ τυτάν*, ἢ ἀσθενία, Παράλυσις, in Libro de *Typis*, Cap. 2.

δυσκαταστασία, sic, ut *Artis* est, Composita; bis, vel ter in die, cum *Julapii* Haustu *Cardiaci*, *Cephalici*. Quamprimum Tumor è *πῦρ* fuerit, admoveatur ei *Vesicans*; quod Humorem, in eo contentum, foras elicit, neque retro agi patiatur.

Huc etiam confert *Epispasticum*, Cervici, seu Collo posteriori dimidio; huc Capitis ad *Curtim* *Tonsura*, *Rasura*, & *Emplastrum* ei, de *Cumini Seminibus*, aliudve quodvis attrahens, impositum; quod nempe, post *Evacuationes* generales, si aggravetur, *Caput* allevaret. Profunt *Gargarismi*, *Salivam* jugiter elicientes, & *Diatæ* ratio tenuis.

Interea temporis, *Spiritus volatiles*, *Tinctura Castorei*, *Succini*, &c. cum *Julapii Cephalici* Haustu, vel cum *Antibus*, sive *Salvia Infuso*; quæque Indicationem Vitalem tueantur reliqua, (sive extra; sive intus) ea, qua opus fuerit, Dosi, modo, & frequentia, juvat adhiberi.

Quoties autem materia *Nervis* est impacta, & infixa, ad eam tenuandam; & vias *Spirituum* aperiendas, [quæ medendi Indicatio altera est] iis è *Ligno Sancto*, & *Sassaph. eorumque Corticibus Decoctis* opus; iis, è *Ferro* preparatis, *Friktionibus*, *Balnearione*, *Embroche*, *Vestiu*, *Linimentis*, *Ceratis*; *Emplastris*, & id genus aliis, quæ in *Paralyfi Primigenia* cum fructu præscribuntur. In *Paralyfi Arthritica*, virolo afflatu facta, *Decoctum Corticis Chalybeatum* *Ægro* multum profuisse novi.

Hic autem sedulo videndum, Corpus *Ægræ* frigidum, an calidum; *miasma* simplex, seu *ταγγόντι* involutum, an Bile mistum; ut in *Paralyfi Arthritica*, *Colicam Biliosam* insequente: Cujus Exemplum mox subjungam satis luculentum. *Calida* enim (si ad diutinum tempus, & copiosè prominentur) Remedia insomnes reddunt *Ægros*, inquietos, & perpetuò quasi *Febriticantes*. *Spiritus* eorum animales, indefinenti tumultu & agitatione fatigati, perimuntur; nec à medicamentis hisce, utut valentissimis, & maximè *Cardiacis*, vel minimè iis Robur accedit; contra, turbatum & debilitatis multum. Hujusmodi laborantes *Aqua* seu *Spadana Germanorum*, seu *Bathoniensi*, seu *Brisgoliensi*, (& procul dubio alia non pauca *Ferro* gaudente, perque *Renes* exeunte) modo viva hauriantur, magno opere reficiuntur: Restinguit enim illa *Spirituum* ardorem, à Bile factum; *Oestrum* eorum mulcendo componit, & adjectis, suo tempore, & modo, *Chalybeatis*, hujusmodi affectuum Curatio quam jucundissimè, quam certissimè perficitur.

X. In morbi hujus *Prophylaxi* nihil conducibilius, quàm, ut *Arthritidis* *Paroxysmos* habeat Regulares, studiosè niti. Hoc enim, ut opinor, ratæ, firmæ, indubitandæque fidei Axioma, *Paralyticum* hunc *Arthriticum*, quo plus Artubus ægrotaverit, eo minus *Capite* & *Genere Nervino* laboraturum. Quamprimum igitur crescit, & in Sanguine se attollit *Miasma Arthriticum*; si nihil veterit, *Purgans*, & quidem, *ἀσθενος* adhibeatur; posteaque *Martis Alcohol* gr. v. bis, vel ter in die sumi præcipiantur. Quibus in subsidium, paucis post diebus, veniat Externum aliquod, *ἔρι* *ἀρδρα* admoveendum, *Arthritidem* eveillens; & in horum usû perseverandum, donec *Arthritidis*, si commodè fieri potest, eruatur, & in Artubus sistatur. Interea verò temporis, *Alvus* ne dura sit, & Humores ne in *Cerebrum* eleventur, est cavendum; &, ut Janua nunquam non aperta sit, qua Natura, (quoties ei visum fuerit) in exilium *Miasma* mittat, & foras extrudat; in Brachio, vel Dorso potius, ut *Fonticuli* fiant, utque juges sint, curandum.

Hac quidem Medicina, qua *Curacionem*, qua *Prophylaxin* exhibente *Paralyfin Arthriticam* tum perfectam

lectam abstuli; tum etiam (quantum ex usu licet conjecturam facere) quo minus reverteretur, effecti: & Morbo, olim gravissimo, & ad recurrendum apto afflicti, Senectutem, hac tutela (nimirum *Arthritidos* beneficio *regularis*) tum longam, tum incolumem sunt adepti.

De Paralyfi Arthritica hæc dicta sunt.

HISTORIA I.

Cephalalgia Arthritica, cum Paralyfi incipiente curata.

Mulier *Exoniensis*, adolescentia nondum exacta, citius nimirum, quam Viri solent, *Arthritide* laboravit. Sex supra Viginti annos habens, permultos ejus Paroxysmos ex intervallis erumpentes; Dolore primum articulari; deinde Tumore, Nitore, Rubore signatos, est perpeffa: quibus verò modis, & gradibus, increvit Tumor; iisusque remisit Dolor. Maximè affecti sunt Pedes; nonnunquam Genu, Sub accessionem *Arthritidis* nuperam Articulum dolentem Linimento quodam repellente levit. Hinc Materia Dolorem faciens, Sanguini redita; in Caput translata: quod vel eo palam factum est, quoniam *Æg* am Cephalalgia, (raro aliàs, vel nunquam ei molesta) jam tunc invasit atrocissima. Artus etiam aggravatos, & vix satis habiles, non nihil affici, atque adeo insultu Paralytico tentari potuit.

Contra Paralyfin incipientem, & Cephalalgiam ex *Arthritide* repercussa confirmatam, ea præcepti, quas sequuntur.

℞. Aloës rosat. ℥b. Scam. pul. gr. v. Ol. Abs. eb. gutt. j. El. Propriet. q. s. f. Pil. mane demittenda. Harum *Æg* a beneficio, ter quate ve, modo laudabili, dejecit. Peracta Purgatione, Bolus hora somni, [ex *Theriac. Androm.* ℥j. Pul. Purpurei, & Gascon. ana ℥b. Conf. Alk. q. s.] & quarta alias quaque hora, Pulveres, in eo contentos, per se assumpsit, ex Julapii Cardiaci Haustu. Ter etiam in die, Spiritus Vol. Oleos. gutt. xv. cum Posleti, Floribus Rorismarini alterati, haustu. Ut autem hæc, quæ Materiam in Artus expellant; ita comparata sunt alia, quæ Artubus superposita, eam extrahant. Emplastrum nempe, ex Saponis Veneti, Picis Burgund. Empl. Cephal. æquis ponderibus; utriusque Genu, & Malleolo applicandum; Tibiæ verò utriusque, & Cervici Epispasticum.

A Dejectionibus Caput non mediocriter levatum; ab Epispasticis multum. Emplastra attrahentia Pruritus sequebatur; uti etiam Dolor planè Arthriticus. *Ægræ* succursum est, tum magnum in modum, tum celeriter, tum etiam opportunè; brevi, forsan, alias succubituræ. Addam denique, facta hæc, & transacta omnia, tempestate nullo modo favente: Frigidissima enim erat, & Arthritidi educendæ, (quod à me plus semel observatum) ineptissima.

Quum verò Cephalalgia, longo post tempore, recruduit; iterato Cathartico, & ambobus brachiis admo-ro Epispastico, curata est *Ægra*.

HISTORIA II.

Hemiplegia Arthritica simili modo curata.

DUm in his conscribendis sum, obviam mihi venit hujusce Morbi Historia; in eo confirman-Tom. I.

do, explicandoque, momenti non exigui. Civis *Exoniensis*, per omnem vitam sobrius & temperatus, Dolore primum Brachiorum, Crurum, & Coxendicis, ad mentis spatium vago, est afflictus. Hunc ut tolleret, *Theriacam* ille *Venetam* assumpsit; cujus ope proturbatus Humor, in Pedis digitum missus est. Articuli enim maximi Dolor, Ardor, Rubor erat; simulque Globi, infra positi, Tumor. Raro unquam *Arthritidis* ulla manifestior.

Cum ita res esset, circumforaneus quidam Medicus; nunc Oneribus bajulandis; nunc autem Medicinæ, uti fors tulit, faciendæ operam dare solitus; *Ægro* persuasit, ut ad Dolorem mitigandum ex suis Emplastrum, [nobile quoddam Antidotum; à *Triphone* acceptum] dolenti Articulo superponeret. Quo temere factò, Dolor intra breve tempus sedatus est; Tumor omnis subsidit, & repulsa, in eo contenta, Materia Caput invasit. Somnolentia primum, inexpugnabilis pene dormiendi necessitas oborta est; tum paulo post *Vertigo*, deinde *Apoplexia*, quæ vicos obambulantes *Ægrum* humi prostravit. In domum proximè adjacentem ventum, pulsu dubio & vacillanti, sinistri lateris *Hemiplegia* laborantem, sensu motuque corporis universi prope orbatum reperi. Sanguinis ℥xij. quàm citissimè detractis, & Enemate in alvum missò, rejectoque, non nihil levatus est. Ad excitandos Spiritus animales, iis amicos, & *μυρωμή*, Volatiles, ex Julapio Cephalico largiter, & sæpius-ule dedi. Ve tici, & Cervici Epispastica; Plantis Pedum Emplastra ex Pice Burg. & Empl. Cephalico admo-veri; Sp. Salis Armoniaci, cum Sale Tart. preparati sæpe submitti Naribus institui: Post die Pulvere *War-wicensi* Alvum moveri.

His similibusque auxiliis paucis post diebus Verba distinctè pronunciavit; mediocriter ambulavit; Capiti sinistram erexit, debilem verò, & sensus adhuc obtusi. Ut hæc Secunda Valetudinis initia confirmarentur, utque Spiritus animales recrearentur, & ad munera ritè obeunda stimulentur, ea, quæ sequuntur, adhibui.

℞. Sem. Rutæ gr. viij. Salis Vol. Succini gr. iv. Conf. Antibus ℥j. Pul. Serp. Virg. gr. viij. Syr. Pæon. simp. q. s. f. Bolus, ter in die sumendus, cum Julapii haustu.

℞. Aq. Pulegii, Rutæ an. ℥j. Bryoniae C. ℥iv. Marg. pp. j. Sacch. albiss. q. s. f. Julapium.

℞. Tinct. Castorei, Sp. Vol. Oleos. an. p. aq. sumat gutt. xxx. cum idoneo quovis vehiculo, bis in die.

℞. Cacum. Salvia tenuifol. ℥vj. Sem. Sinapios, Cochlearia contus. an. ℥ij. Cort. ext. Aurant. Rad. Raph. Sylvest. ros. an. ℥j. f. Sacculus, quatuor Congiis Cerevisia in Potionem ordinariam, infundendus.

Hæc utique Medicina, si Vitæ rem spectemus, ad sanitatem pervenit, factus & testus, *Æger*: quum verò Sinistri Lateris quædam maneret imbecillitas, illius causa *Bathoniam*, meo hortatu, petens, *Ther-mas* ingressus est; unde Artuum qui defecerunt, vires & robur pristinum penè redintegratum habuit; ex illoque tempore, subinde dolens Articulis, annos ille permultos egit, *Apoplexia*, & omni Capitis insultu liber, non nisi senio demum confectus.

HISTORIA III.

Paralyfis Arthritica, cum Spasmo Cinico lethalis.

Quidam ad *Credenum* humili loco natus, mediæ ætate permultos annos *Arthritide* laboravit; Z tenta-

tentationes certis quibusdam periodis, easque re-
ctas, & benignas, iterante. Mense Maio, Anno
MDCIIC, tum *Chiragra*, tum *Podagra*, postea;
Spasmo Oris Cynico (nullo Capitis Affectu, nedum
Apoplexia præcedente) correptus est. Verba edi-
di imperfecta, confusa, dimidio *Linguae* resoluta.
Pulsus inveni debilem; Vires fractas, neque Venæ-
sectioni, neque Purgationi consentientes.

Capiti ad Cutim tonso, & deinde raso, *Epispa-
sticum* applicui: Malleolis, & manibus (locis ab
Arthritide frequentari solitis,) *Phænigmos*. Tumo-
ribus à *Phænigmos* appli- catione factis, *Epispa-
stica*. Interea temporis *Pul. e Chel. C.C. 36. Chal. N. 36.*
ter in die, cum Vini rubri Hispanici ʒiij. Porro, ter in
die, debito à *Bolis* intervallo, *Sp. Vol. Oleosi. & Tinct.*
*Castor. an. ʒi. xv. ad xx. cum Julapii Cephalici Hau-
stu. Sp. C. C. cum Calce viva*, Naribus subinde in
languoribus admovetur. *Cerevisia, Raf. Radicula,*
Cacum. Cochlear. Sem. Bardana medicata est.

Quod de *Capiti* impositum fuit, bidui spatio
parum evocavit. Cætera profuerunt ægrotanti. Post-
quam enim *Arthritis* ad *Ἐνσῆρα* fuit translata (quod
sex septem diebus factum) *Spasmi* omnes sublati sunt,
vox restituta.

Minimè verò perfecta hæc Curatio; etsi enim
Sputum, (*Paralyticis* ferè omnibus familiare) ju-
giter effluxit; etsi auxiliorum usu præscriptorum,
duos propè menses *Arthritis* Artubus insedit; un-
de Fames renovata, Facies colorata, aliæque Sani-
tatis orta fuere indicia; (quæ *Arthritidi* denudè re-
ductæ ipse Æger retulit accepta) *Linguam* tamè usq;
resolutam; memoriæ insuper labefectam habuit.

Contra malum tam pertinax, & *Ἐνσῆρα* ad tres vi-
ces *Purgatione*, & diebus otiosis *Decocto* usus est è
Lignis; Neq; sine fructu aliquo. Verum in *Nervor*
tanta alieni vis irrepserat; itaque eos corruerat; ut,
post varia Medicamentorum genera incassum adhi-
bita, (utpotè, Causam in Corporis recessu tam recon-
dito locatam, quæ non dimoverent) Ægrum.

Ἐνσῆρα τοῦ μῆναρ ἰσφῶ ἀμφοτέρωθεν.

HISTORIA IV.

Colica Arthritica in Paralyfin degenerans Arthriticam.

H Actenus *Arthritidos* rectæ, in *Paralyfin* ab-
euntis, Exempla protulimus; *inversa* jam &
Anomala, eodem modo finientis, ecce tibi Histo-
ria. Tenui Corpore, biliosa Constitutione Vir,
annorum ferè quinquaginta, quindecim verò an-
norum *Podager*, ineunte anno MDCCII, *Pedi-
bus* & utroque Genu doluit: cessante verò brevi
tempore eo *Dolore, Colica* tentatus est. Successit *Bra-
chiorum* primò gravitas, & debilitas; mox *Resolutio*;
ut è *Digitis* nullum movere posset. Fames abolevit;
Cibi omnis fastidium fuit; quod quum jam diu-
turnum esset, ex eo reliquisque Morbi satellitibus,
Corpus jam planè emaciatum; Faciei Color flavus;
Oculorum, quod album esse debuit, Iæricum id
omne factum est.

Arthritidem hanc ad *Ἐνσῆρα* inversam, & à
Visceribus, una cum Bile Colicam dudum com-
mittente, in *Nervorum Tubulos* translata esse ju-
dicavi.

Ut Curationis, quoad fieri posset, absolutæ ini-
retur ratio; primò, *Decocto Cardui* Ventriculum
moveri; *Solutum* tum *Purgante* Ventrem insinri se-
duto institui, *Is*, quæ impedimento essent, ex-

re. *Is, Aquam dedit ferratam* habere tepes. Et m. omni
manè, ad libram quasi integram, neque nisi sor-
billando, & paulatim hauriendam; aliisque, lo-
co Potio is ordinariæ, eandem, cum *Vini Lusita-
nici* ea quantitate, quæ ad *ἰσφῶ* opus inveni-
retur.

Magno fuit huic ægrotanti auxilio, una cum præ-
dictis, *Aqua ferrata*: Nauseam enim ademit; Famem
(id est, Vitæ spem) reddidit; aliisque posthæc ad-
hibendis viam aperuit. *Chalybem* addidi *Nutritum*;
quo in Articulos pulsa est *Arthritis*, *Pedis* Tumor
& Dolor, factus; quæ tamen, omisso *Chalybe* cito
decreverunt.

Hæc autem Medicina (*Ἰσφῶ* nempe diu produ-
cta, continuataque, & *Chalybe* interdum adjecto)
Visceribus robur, Oculis Vigor, Faciei Color re-
stitutus est. Spirituum turbis & agitatione, quæ
quidem magna & permolesta fuit, compolita, sudum
undique & serenum est. Ex elumbi, debili, &
emaciato Ægro, qua Morbo, qua Inedia prope
jam enecto, res Salutis adeo servata, & Vires ita sta-
ratae sunt, ut, tametsi quædam maneret Artuum
imbecillitas; negotia tamen obire, itinera Equo lon-
ga & crebra facere valeret; Vitamque alacrem,
& vitalem tam ageret, tum etiam acturus esset.

Adeo enim ex ea Medicina profecit, ut jam,
annis post quatuor, multo rarius, multo illud mi-
tius dolere, & Paroxysmis tuto carere; (Maum ve-
rò sinistram, ob Tendines contractos, motu ferè om-
ni privatam esse) per *Lieras* nuper accepti.

HISTORIA V.

Arthritis primùm, & deinde Paralyfis, à Materia Colicæ biliosa.

F Oeminae olim memoratæ, primùm *Colica biliosa*,
deinde *Podagra* laborantis, Historiam; quoniam
eo tempore plenius de illa disserere nihil attine-
bat, interaptam, hic loci continuare libet, &
ad finem perducere. Remittente (sic, ut dixi*)
Arthritidis Paroxysmo, Caput illico tentatum est,
& quidem impensissimè. Somnus enim inquietus, nec
qui, uti par erat, ægrotantem reficeret. Huic adde
Capitis gravitatem, & dolorem: quod verò præ-
cipuè notandum, quoties expersisceretur, quod
diceret ageretur, nihil in promptu habuit: oppresso
nempe *Capite*, & *Menti* quasi Nube obducta, Pe-
riculum erat, ne confestim *Apoplexia* prosterne-
retur: Detractione Sanguinis periculum isthuc im-
minutum, Nubes sublata. Brevi post tempore *Pa-
ralyfis* secuta est; qua demum Ægra *Ἰσφῶ*, & *Bal-
neatione* diotina liberata fuit.

Quandiu hujus Ægræ membra fuere resoluta, &
Aquæ potationi illa incubuit: *Arthritide* tamdiu
immunis omni persistit: integra verò ad con-
suetudinem rediens, & veteri Diætæ ratione usa,
Arthritide jam nunc urgetur regulari: qua utique
confirmatur, præcos illos, sive *Pedis*, sive *Mal-
leoli* Dolorem & Tumorem, fuisse planè *Podag-
ricos*.

Aliam novi Intestinis pariter dolentem, & qui-
dem ex eadem causa; postea verò *Paralyticam*; cui,
cum integrum esset, & intactam adhuc *Caput*, at Bile
Sanguis æstualet, ortus est in Manibus Dolor, &
Tumor planè *Arthriticus*; & indicio fuit, Naturam
hac inimicum porta conari expellere. Hi verò con-

* Vide Dissertationem. De *Arthritide Symptoma-
tica*; Cap. x. Hist. 1.

tus, quantum adhuc observavi, languidi & pene frustra fuere omnes, & Paralyfi cesserunt: quæ de- nique Chalybeatis, & Remediis Sanguinem eye- hentibus, ut & Genus Nervinum penetrantibus, una cum Aquarum Bathoniensium Potatione, & in iis Balneatione crebra, penitus sanata est.

Hicce verò observatis omnino liquet, mate- riam Colicæ Biliofam, causam ejus proximam & con- tinentem, nunc in Articulos extrudi, & ab iis in Nervos transferri; sicque in nonnullis Corpori- bus eandem esse Colicæ, Arthritidos, & Paralyseos ordine materiam.

HISTORIA VI.

Ob Arthritidem in Nervos inversam, Αφασία.

Vir bonus, cum primis honestus, diu meus & τῶ φαρμακείου familiaris, jam inde ab ado- lescentia Arthritide, ad tempus redeunti, lebo- ravit. Vox à paussillo puero, ei densa fuit, obscu- ra; nec quæ Verba clarè, vel articulatè satis expri- meret; à Nervorum, uti videtur, imbecillitate nati- va ducens originem. Ad hæc accessit, ob mortem filii (quem ille quàm maximè amavit,) Dolor vix consolabilis; Aegritudo valde discredians. Cum eo loci res esset, & Paroxysmus jam declinaret, non- dum autem ad exitum perduceretur, in apricum ani- mi causa Aeger vectari voluit. In collem prox- imum & vicinum, at eminentem & apertum, Bru- ma tunc temporis sæviante, quando, etiam tum è lecto surgens, elatus fuerit, ibique plus nimio com- moratus; moestiam, & imbecilli Lingua Arthriti- cum invasit primùm Algor; deinde Vertigo; tum brevis quædam Mentis alienatio, actionibus absur- dis, insolitis, & indecoris manifesta; deinde Late- ris, postmodum resoluti, imbecillitas, & obeundi motus impotentia; postremo, & paulatim Linguae Paralyfis, Αφασία.

Non novum huic ægroto hujusmodi malum: nam, quum moris erat, exeunte omni Paroxysmo, quàm citissimè potuit, lectum abdicare, & foras illico Pedem efferre, vel gestari; rarè id impune fecit: imò, quàm citissimè fecit, tam maxi- mè pœnas dedit; tam citissimè Lingua ejus, tan- quam Ligamento, impedita, & (quod à familiaribus sæpe observatum) aliena Vox. Non novum, in- quam hujusmodi malum; nova mali fuit Gra- vitas.

Ut morbo isti medicinam facerem, quæ sequun- tur, auxilia sunt à me præscripta.

℞. Conf. Abs. Rom. Spec. Diambra.

Z. Z. in Indiis Cond. an. ʒj.

Conf. Alk. q. s. f. Bolus.

℞. Pul. Serp. Virg. gr. xij.

Castor.

Spec. Diatr. Piper. an. gr. iv.

Ole. Sem. Carvi Chym. gut. ij.

Bals. Per. q. s. f. Pilulæ.

℞. Cort. Winterani.

Rad. Zedoar. pul. an. ʒij.

Sem. Anisi, Carvi an. ʒj.

Cochlear. ʒj. misce, & infunde in Vini albi Lu- stani ʒij; usus tempore Cochlearia duo, vel tria co- lentur, cum Cerevisia commiscenda. Cerevisia haust- us hujusmodi medicatus Bolo, & Pilulis quotidie su- perhibatur. Ampulla, ad dimidium vacua, Vino sim- plici repleatur.

Porro, infundantur in Aqua fontana bullente Sem. Cochlear. contusa, Rasura Radicula; Infusum Diamoro dulcetur, f. Gargarisma sæpius in die adhi- Tom. I.

endum. Frictiones Artuum sint frequentes. Su- mat etiam Spiritus Vol. Oleos. gutt. xxx. cum ve- hiculo idoneo, bis, vel ter in die, Cervici Epispasti- cum admoveatur; post dies duodecim, vel duas hebdomadas repetatur.

Horum usu medicamentorum (non quidem per- petuo, sed longo, & cum intermissionibus ad tem- pus diutinum producto) factum est, ut Verba, uno aliquo quamplurima præeunte, Ipse, eadem nullo negotio clarè repeteret. Vegetior item, colora- tior, & hilarior evadere; Cibum capeffere, devorare; Arthritidis sub id tempus manum occupavit; Cu- rationis spem adduxit, at (eheu!) brevem, & fallacem. Relicta manu, tam inclementer Aegrum habuit, ut è vestigio Caput-Dolore, Stupore, aliis- que mali moris accidentibus affligens, eum pene confecerit. Hoc ob Alvum, incuria domesticorum, nimis duram (unde in Caput Humores acti) evenit. Ex Paroxysmo tam infelici, & Na- turæ rebus tam malè convenienti, nullum Paralyseos levamen; nulla Vocis restitutio. Contra, medica- mento non uno, neque impotenti frustra adhibito, integram jam triennium (si Verbum unum, aut alterum, μωροσύνη, excipiat) mutus fuit; & quod annotari dignissimum, per eosdem hosce annos, etiam si satis cibi ingerens, rarius & mitius solito doluit Ar- ticulis.

Ut Historiæ hujus summam brevi complectar; de hac Paralyfi, in homine Arthritico, & jam tum dolenti, Frigus insecuta, quid aliud cogitan- dum? quàm, quod Humores Arthritici, adhuc in Sanguine relictis, effati, & in fugam abituri, Al- gore contracto, & angustato Corpore, in Ner- vos impellerentur; & in eos se abidentes mala jam dicta committerent. Materia verò aliena, quæ è Cor- pore expelli debuerat, in Nervos, natura forsitan nimis apertos, & dehiscences, impulsa; tanta ex eo Oeconomix perturbatio, Naturæque Vires adeo fractæ, & debilitatæ sint; ut, inversæ in pos- terum Arthritidi favens ea, regularem, uti olim; Paroxysmum minimè moliatur.

HISTORIA VII.

Ex Morsu Canis, Arthritidis rectè silentium, Stupiditas, Paralyfis; Arthritide denuo facta Regulari, curata.

Rara quidem, annis abhinc aliquot, & inatu- dita forsitan Arthritidos Anomala mihi sese ob- tulit Historia; quæ, ut multa observata dignissi- ma, ita Doctrinæ huic nostræ lucis non parum allatura continet, ideoque protenus adscribenda est. Homo adhuc in vivis est Iscanus, qui sub exitum seculi novissimi, decimo ætatis sue lustro, Pedibus subinde doluit. Podagra nimirum affectus germanissima, Malleolum mordente, omnibus nu- meris absoluta. Hunc in modum ea, per trien- nium bis terve singulis annis, accesserat; quum ex Morsu Canis (forsan rabiosi) Podager ægrotavit. Vulnere, Cruribus inflicto, per mensis spatium, Ichorem emisere, sanatis autem iis, suppetilloque flumine, nova malorum ingruit caterva, atrox certè, & pessifera: Primùm enim latè, per universum Cor- pus, sparsum est alienum aliquod, Sanguinis Opas- uis, Corporis æstum faciens immodicum. De- inde Caput tentatum est; Sedulum enim, & in agendis rebus antea versatum, Aegrum occupavit rerum prope omnium Oblivio. Stupiditas adju- cta est, & in sententia de negotiis ordinariis cum judicio ferenda, impotentia. Magna sub hoc Z 2 sem;

tempus erat Membrorum undique omnium debilitas, & Digitorum hoc illuc serpens, tanquam ab Acu pungente, Dolor. Successit Tetanus, aliisque Pedum Torpor, & *Λυσισμοί*. Simili verò ratione, qua Corpus, ipsa laboravit, ipsa subsidit Anima. Levi quavis de causa Ejulationes *Æger*, & Lamenta edidit; non rarò Lacrymas. Postremo loco Manuum, Pedum *Paralyfi* correptus, eorum neutrum, nisi laboriosè, movit. Quod verò maximè notandum, *Arthritis*, quæ (ut dixi) Paroxysmos, bis, ter quotannis iterare solita est, jam inde à *Canis Morsu*, per integrum biennium (quo, prædicto more, cruciatus est *Æger*) ne semel quidem rediit. Ut hæc malorum Ilias à Miasmate *Arthritico*, multum conturbato, perque Corpus universum, in ipsos *Nervos* actò [& quidem *Canis Veneno* forsitan impellente] proficisci, non immeritò credatur.

Docti utique Medici, & experientes, in hujus *Ægri* curam incubuerunt: Quamprimum ea mihi demandata esset, (quando, præter Symptomata jam dicta, Ventrículum etiã lædi, *Ανοξία*, multoque Vomitu urgeri deprehenderim) primum Alvum subdixi; tum *Decocti Cort. Chalybeati* ζij , ter in die sumendas imperavi. *Decocti* hujus verè *Polychrestii* usu, cum levi Corporis Exercitatione diu continuato, (nempe, cum intermissionibus quibusdam, ad annos aliquot) mirum quantum ex eo commodi exortum: Fames enim, Oculi vigor, Faciei color, Spirituum animalium robur (*Arthritide* denuo *ἐπιπέσει* revertente, & Paroxysmos, sic, ut olim, edente regulares) tum Animæ, tum Corporis mala finire cuncta. *Ευνοία*, & Valitudo, post annorum aliquot interruptionem, omni ex parte integra, & perfecta, felicissimè restituta, paulatim, tanquam ex postliminio, redierunt.

Si *Arthritidos* isthoc, ex *Morsu Canis*, Silentium; si Symptomata, per istias Silentii triennium oriunda, (gravia profecto, & terribilia;) si, ex *Arthritidis* Reductione, Symptomatum istorum fugam animo rite perpendamus; nihil manifestius, quàm quod à Miasmate *Arthritico*, devio, & in *Nervos* irrepente, fierent ista Spirituum animalium, & *Nervorum* mala; & quod, ex eodem Miasmate in Artus (uti par est) exulante, *Paralyfis* cum malorum ista cohorte tolleretur.

HISTORIA VIII.

Convulsiones, ex Arthritide inversa, universales, Arte medica sublata.

His, ob Morbi discrepantiam, an affinitatem dicam? *Convulsionum* addam universalium, ex *Arthritide* inus in *Nervos* acta, Historiam. Vixit, annos ante paucos, in *Isca* nothæ suburbii, Familia, proba quidem & honesta, neque *Veneri*, neque *Baccho* dedita; quæ tamen *Arthritidi*, sic, ut rarò quæquam unquam magis, est afflicta. Fratrum unus è medio *Apoplexia* subreptus est *Arthritica*; alter *Arthritide* tà *Επείδη* premente obiit: de quibus, suis locis. Fratrum Tertius, hic noster, Articulis olim doluit, tum crebro, tum vehementer. At quum hujusmodi cessavere, aut minus crebræ, minusque vehementes fuere *Arthritidis* accessiones; *Convulsionibus* ille correptus est, observatu dignissimis. Primum enim illæ Partium externarum erant; deinde, mira Spirituum in Capite *Αταξία*, postea vero *Eclipsi* comitata. Quum ad *Ægrum* arcesseret, *Spasmi* eam gravissimis implicatum, Sensibus orbatum inveni: quumque diturrita-

te malum ingravesceret, (dies enim aliquot jacuit *ἀναιδής*) tollendiejus ergo, Medicina, qua possem efficacissima, usus sum.

Præmissis Alvum inanientibus, ut Caput allevarem, ad Cutim tonso, & raso, ei *Epispasticum* admovi: Quod quidem amplum, & diu adhærescens, optimo fuit *Ægrotanti* auxilio; Seri enim libras (quinque, vel sex dierum spatio) minimum binas evocavit. Interea temporis, quæ Spiritus sustentarent animales; quæque eorum motus ordinarent, ore sumenda dedi.

℞. Pul. Castorei $\mathcal{D}\text{j}$. *G. Galbani*, *Sagapeni*, *Asæ fetid.* an. $\mathcal{D}\text{j}$. *Opopan.* solut. q. s. f. *Pilulæ. Sumanter* quatuor, ex *Julapii Cephalici* *Hauslu*, quarta quaque hora. *Spiritus Castorei*, & *Vol. Oleos.* in eundem finem, ex eodem vehiculo, subinde sunt adhibiti.

Hæc ego medicina, supra astantium expectationem, *Ægrum* excitavi; morbo eum ancipiti, & perflifero liberavi; & ut idem ne recurreret incommodum, *Chalybe*, & *Cortice*, præfidiis hac in re certissimis, *Ægrum* munivi.

CAPUT XVII.

De Doloribus in Corpore vagis, fixis; de Ophthalmia; de Erysipelate, & Achoriibus Arthriticis.

ART. I. Vidimus, quanta cum sævitia Partes Corporis nobilissimas, & Vitæ maximè necessarias, agitet *Arthritis*: quam illa [tanquam malus Civis, qui exulare respuens, Rebus usque novis studeat, Domos illustres ad facturam suam trahat Intestina, Pulmonem, Cerebrum, Viscera *ἐν τῷ κοιλίᾳ* contenta fere omnia corrumpat. Nunc, in Regionibus à Metropoli, & locis principibus, longè distitis & remotis; in Provinciæ Interioris ambitu; in Partibus Viscera continentibus, eundem eadem faciat, quoque se modo gerat, diligenter exquiramus.

Horum locorum *Anomala*, quæ à me notatæ, sunt in iis *Vaga*, *Fixa Arthritis*, *Ophthalmia*, *Erysipelas*, & *Achores Arthritici*; de quibus omnibus hoc Capite dicam; uti in sequentibus, de *Epiphora*, & *Dolore Dentium Arthritico*.

II. *Arthriticis* iis, quibus Sanguis acri Miasmate diu multumque inquinatus, quum ad *εὐπλοὴν* id elatum efflorescit, familiares aliquando sunt *Dolores*; qui nunc vagantur per Regionem Dorsi, & Lumborum; per Scapulas, Sternon, Cervicem, & Caput externum: Earum nempe Partium aliquam incipientes, eam ad tempus aliquod afficiunt; denec alio, quocunque vult Natura, transferuntur. Quæ utique loci mutatio interdum crebra est, & in nonnullis hi *Dolores* [quod ab *Arthritico* non uno compertum accepi] per Corpus serpunt externum, pene universum: *Arthritis* sic in *Trunco* vaga, non semper intellecta, *Rheumatismi* nomine vulgo delitescit; quæ tamen, si utriusque hujus Morbi naturam penitus scrutemur, ab eo longè discrepat.

Nunc in eodem loco commorantur hi *Dolores*; eumque noñ parum mutant. Novi Hominem, cujus Sanguis quando planè computruit, & in *Arthriticam* degeneravit *Dyscrasiam*; huic, inter alias Morbi hujus *Ανωμαλίας*, in Regione Lumborum, (ac si à Renum Calculo) *Dolor* immanis, & percolleffus accidit; quem tamen à Miasmate *Arthritico*, Membranas eo loci Spinam investientes stimulante, fieri probabile est. *Vertebratum* hæc *Membranas*, etiam si plurimum urgeri cottodique nove-

sim;

rim; raro hoc fit, præterquam in iis, quibus, seu ætate, sive morbis pene confectis, regularem Arthritis præstare nequit Natura. Novi Arthritis calidæ Materiam, Oculi Tunicam adnatam invadentem, Ophthalmiam inferre; quæ cum paulo post Articulus inviseret, iisque Paroxysmum aptum, & laudabilem excitaret; eodemque tempore finem Inflammationi poneret; eam omnino Arthritis esse manifestavit.

Novi Arthritis Palpebram in Vetulo quodam superiore, messem & eo amplius, excruciantem; quæ cum Onagram habuit adjunctam, & Podagram è vestigio sequentem, ingenium & morem suum abunde declaravit.

Faciei porro Erysipelas notavi, quod detractioe Sanguinis, factaque inde Mater.æ in Artus diaduxi, quum in Dolorem mutaretur isthuc Arthriticum, naturam planè confessum est Arthriticam, ipsumque esse Mater.æ istius generis calidæ & evectæ, eo in loco *ἐξείσθηται*.

Nullius autem Anomala in Externo Corpore natura subtilior, quam quæ est Arthritidos Achores inducentis. Jam pridem tradidi, in nonnullis Corporibus fere idem esse, Utrum per Articulus, an per Aurium Ulcuscula, id, quod alienum, emitteretur: quod quidem Observatione mihi non una confirmatum. Sunt enim Arthritici, quibus, in Paroxysmorum intervallis, (maximè si Paroxysmi tenues sint, & nimium mites, aut forte intercisi) ista per Aures Evacuatio vicem obtinet Arthritis summe Regularis. Sunt etiam, in quibus, neglecta re Articulari, perque Artuum Glandulas Veneni expulsiōne penitus omiſsa, Natura uais Achorebus contenta, per eos id exterminet.

III. Affectibus jam dictis, una cum aliis omnibus, quæ Trunci relinquuntur, Anomalis, hoc commune est; Eas periculo, quàm Anomala sunt interne reliquæ, multo magis expertes esse, & ad regularem Arthritis propius accedere. Cujus rei ratio, tam ex Locorum à natura ignobilitate; quàm ex eo, quod Auxiliis etiam externis ii tractari possint, elicienda est.

Quinetiam hoc addendum, à Corporis ambitu, ad ejus medullium; à *τῆς ἰσχυρῆς ἀπὸ τῆς ἰσχυρῆς*, Arthritidem non creberrimè transeri: certe rarius, quam ipsam Regularem. Cujus eventū nullam aliam excogitare valeo rationem, quàm quod Arius, à Corpore longe in Aerem projecti, sæpe à Frigore magis patiuntur; & quæ Arthritis repercutiant, Causis magis pateant externis: Quibus hæc nostræ Anomala non sunt adeo obnoxia, & raro intercisa Viscera subintrant; verum è contrario in Artus multo frequentius erumpunt.

IV. Communis harum Anomalarum Medicinis vult, ut, graves esse si contingant esse, initio detrahatur Sanguis; deinde Purgans, [sive Aloeticum, sive aliud è *ἀπαγορευτικόν* aliquid] quo Mater.æ vitiosæ partim Ano possit expediri, partim ad Artus amandari, detur.

Præter hæc communia, nisi malum ingravescit, nihil est, quod amplius suadeam Medicinæ. Tuta enim est, & incolumis Egroti res; si non ex omni parte placida. Quin & ii Homines, Arthritici molestius sæpe ferunt Dolores in Articulis, etsi restituendæ Sanitatis ergo factos, quam, cui medeantur illi, Malum. Mos igitur iis in hoc rerum statu gerendus, & donec Malum per se inclinet, aut tempore vincatur, expectandum est.

At si urgebunt Dolores (quæ propria eorum Medicina est) Eger stragulis in Lecto coopertus,

Tom. I.

* Dissertatione, de Arthritide Symptomata. Cap. XI.

aut Spiritu C. C. aut Theriaca Androm. cum Pul. Gasconic. vel Rubro Exoniensi, vel ejusmodi aliquo Cardiaco, una cum Posseto Anthosato, sive Sudore Materiam foras ejiciat, sive in Artus amoliat.

Quod de Doloribus hisce, tam fixis, quam vagis, pronunciamus: id etiam in Erysipelate valebit; ut nempe per Cardiacæ, Podagram expellentia, miasma procul arceatur.

Si post Evacuaciones jam dictas, intendatur Ophthalmia; sive etiam minimè levetur, erit, quo Organum, æque pene cum vita carum tueamur, Remedio opus: Quare Collyrium modicè discutiens, & corroborans adhibeatur. Inſervit huic Intentioni, id, quod sequitur.

Recepta. Album Ovi, agita, Aqua Rosæ dilue, adde Camfora gr. aliquot, f. Collyrium; cujus Guttae in Oculum paucae omni mane instillentur, Linteaque eo immersa Palpebræ bis terve in die superponantur. Potest commodè Lapis Calaminaris, sive Tutia præparata Collyrio superaddi.

Si Achores permolesti sint Arthritici, eandem fere recipiunt Curationem, ac qui absoluti; neque enim, eorum causa, in Articulis Dolorem excitari velim; tanta eorum incolumitas, tam magna utilitas. Quod de hac Anomala (quantum mihi videtur) una proponendum.

HISTORIA.

Achores, ab Arthritide in alio Corpore generati.

Postremo in eunte seculo, non procul ab Urbe, Vir egit Generosus; qui, ob juventam non nimis sobriam, ea vix finita, laboravit Arthritide. Ætate progrediente, similem ea progressum habuit, & quotannis increvit; donec Artuum motu ferme omni privatus, Eger demum Clinicus evasit. Erat ille Vir, si quis unquam, totus ex Arthritide factus; pari certè ratione, atque dicitur,

Ὁλὸς ἀνδρῶν ἐκ τῆς ἀρθρίτιδος.

Cum annos prope viginti maritus sine Prole esset, facta demum Arthritide, Filiam progeniit. Castissima, & Venerabilis ejus Uxor non tam Lucina, aut Diana, quàm Arthritidi debuit, quod facta esset mater. Patris tam Arthritici Filia, Originis suæ labem & maculam non uno modo agnovit: Erat enim Vultu pallido & languenti, Constitutione tenerrima. Plures enim filios, Partus ei non parum profuerunt; & à Miasmate nativo, magnam illius partem evacuando, tuebantur. Achores autem, præcipuè cum illa desierat *ἐκ τῆς ἀρθρίτιδος*, erant gravissimi. Aures externæ, multum tumefactæ, per Ulcuscula Virus emisere, mordax & acre: cujus acrimonia Regio isthæc omnis inflammata est. Virus siccatum in Squamas abire solitum est; in furfuraceas, subalbidas: quibus, sive sponte decidentibus, sive refrigerando sublatis, Ichor denovo jugiter emanavit. Neque Purgantia, neque virtutum optimarum Alterantia, (à Viris arte nostra celeberrimis præscripta) malum hoc vicere; modum ei forsitan imposuere.

Ut semel dicam, Miasma hoc indomitum & pestiferum, Matronæ illius Filios hunc in diem aggravat; quorum plerique omnes [sunt autem multi] Aurium Exudationes, aut alias illius Veneni notas, & indicia, veteri nempe Contagio afflati, gerunt; & testimonio sunt probabili, Miasma hoc virulentum, in alio Corpore per Arthritida regularem, in alio per Achores à Natura ejici.

Z 3

GAP.

CAPUT XVIII.

De Epiphora, & Dolor Dentium Arthritico.

ART. I. **D**E Catarrhis iis, qui Arthritica facti materia, Pulmones, aliaque Respirationis Organa invadunt, & Tussim frequenter inferunt, alibi disputavimus: Qui Oris sunt, & Oculorum; eadem Materia facti, atque eodem è numero reliqui; eos, hoc Capite dicendos, jam nunc aggrediemur.

De Podagra Dentium Libellum olim in lucem misit Job. Steph. Strobelbergerus, Thermiater Cæsareus; ut vel propterea super hac re Sermonem instituere supersederem. At quam iste Liber, quicquid promittat ejus Inscripcio, non tam de Dolor Dentium Arthritico, (cujus neque Therapiam propriam, nec quidem Diagnostica uitam in medium profert,) quam de Affectu isto, quatenus Exquisito agat; integrum mihi erit, hanc Anomaliam, cum aliis suæ Tribus, unâ tractare.

II. Quod ut accuratè faciam, imprimis observandum est; Humores illos acres Arthriticos, qui, per ambitum Corporis erratici, Dolores ciere solent ante dictos; in Glandulas Oculis vicinas, & fecernendis Lacrymis dicatas, à Natura nonnunquam infundi, & jugiter isthinc emanantes Epiphoram creare: modo in Gingivas, & eas, quæ Dentes circumvestiunt, Membranas immitti, & Odontalgias facere. Qui utique affectus sæpe diutini sunt, & [Humore falso teneras, sensusque acutissimi Fibras urgente, Spiritusque eas inhabitantes stimulant] nonnunquam etiam molesti: Quoniam autem iidem, ab Arthritide nunc à *Græcè* reperculsa, & Paroxysmum interrumpente, oriuntur; nunc in Arthritida regularem desinant, [utrumque verò ita tum oriri, tum desinere constat,] idcirco etiam Arthritici censeantur; ipsamque esse Arthritida, Sede germana, & Via jam relictis, alieno in regno *arrogantæ* savientem.

III. Si morbi illi tenues sint, nec ægrotantes supra modum urgeant, Curatio his Arthriticis, ac quæ Exquisitis, eadem sit utilissima: Si verò graviore periculum, vel molestiam inducant, hujusmodi velim Medicinam.

Primò, Sanguis mittendus; speciatim, optimeque Vena Jugulari: Tum Venæ resolvendus, Sanguis turbandus; dato, quod ambobus his sufficiat muneribus, mane postero, Purgans. Deinde Epispasticum Cervici applicandum: Ulcuscula verò, ne arefiant, Litu illinantur Epispastico; & tamdiu quidem, quamdiu mali gravitas perduraverit. Postea, si Arthritis ad affectam usque Partem adhærescat, non nisi molimine quodam in Artus removenda, ad rem facient auxilia, tam quæ, extra applicata, educant eam, evocentque; quam quæ ore sumpta expellant. Atque hæc istorum Medicina Morborum est communis.

Propria requirit, ut in Epiphora vitatis, initio præcipuè, restringent bus [ne Sero, acri, & venenoso exeanti Viam occludant, & Fistulam inducant] Collyriis mollientibus Seri nimia mitigetur acrimonia. Quem in finem Lac inservit muliebre, recens, Oculis immissum; uti etiam, è Mucilagine Sem. Psyllii, & Cydon. Aqua Ros. extracta: vel è Trochisc. albo Rhusis & Aqua Plantaginis Collyrium.

Si Os Catarrhus opprimat, & ægrotantem Humorum Copia, vel Asperitas offendat; prodest Gargarismis eos tum diluere, tum elicere. Ad eliciendum, quam quod maximè, conducit Ras. Raph. Rusti-

cani, ore retenta, & manducata; cujus sollicitatione prægnantes se Gingivæ possint exonerare.

Si Dentem forcipe evelli, postulerit Dolor; eo; quod Alveolum purget, (Melle puta Mercuriali, cum Sale communi, Aqua fontana mixtis, vel ejusmodi alio] oportebit gargarizare: quo peracto, rursus in Alveolum intrudatur Dens, ob Evulsionem utilior evasurus.

Epiphora hujus Exemplum in Capite undecimo protulimus; Odontalgia verò Arthritica in manibus est Historia, quam illico adscribam.

HISTORIA.

Dentium Dolor Arthriticus.

Quidam mihi familiarissimus, & in rebus agendis conjunctissimus, biliosum & siccum habens Corpus, Catarrhis jam inde à Cunabulis immune; ubi ad ætatis medium accessit, ex Pedibus laboravit. Plurima huic Arthritico acciderunt, quæ attentè observata, rectèque considerata, ad morbi hujus inconstantis, dubii, versatilis ingenium & morem explicandum, valeant egregiè: Unum habeo in præsentia dicere; alias alia.

Cum ætas præcipitavit, (quæ non humanam modo Sanitatem, sed & ipsos morbos afficit; eorumque interturbat, & abrumpit ordinem) Eclipses primò leviores, paulatim magnas, & graves passus est Arthritis. Pro Arthritide, Juncturas Artuum more suo occupante, multumque cruciante, nunc Vertigo, nunc Cephalalgia, nunc Dolores per universum Corpus externum erratici, nunc (quod ad rem nostram attinet) Dentium Dolor acutissimus erat. Mirum Ægro videbatur, & Portenti simile, morbo se vexari tam parum convenienti; Vetulum nempe, Pumice aridiorem, Catarrho Dentes infestante.

Inito hac de re Colloquio, dubium & sollicitum percunctor, quo se modo gesserat per dies holce nuperos Arthritis: Utrum Paroxysmos satis crebros, satis vehementes, sic, ut olim, ediderat. Neque crebros, neque vehementes Æger reponit; sed, in propinquo esse Arthritidem, ex Cephalalgia, ex Doloribus huc illuc vagis, se hariolari. Quibus Ego; Quid si adventantis illis Arthritidos Signis, addas etiam Odontalgias; quando hunc Affectum, una cum ceteris modò dictis, eadem Causa fieri verisimile sit; Arthritica scilicet materia, naturæ jam molesta, janua non optima in fugam pulsa.

Ut in pauca rem conferam, paulo post Articulos invasit Dolor, Arthriticus, omnibus numeris absolutus; eodemque tempore Dentium ille Dolor, ut & omnes alii remiserunt. Hujusmodi Odontalgia ille postea sæpenumero perpessus est; ex Arthritidos aberrationibus, & deliquis semper exortam; in Arthritida regularem, & idoneam, semper exeuntem: ut de confirmanda indole morbi hujus Arthritica, plura, ut opinor, addere supervacaneum esset.

CAPUT XIX.

Corollaria continet, cum Epilogo.

ART. I. **H**Æ sunt Arthritidis in Trunco Corporis Anomalie; non dicam omnes, nec quidem vitas omnibus numeris absolutas; [certè absolutum, & perfectum hujusmodi Opus vix unius Seculi, nedum Hominis unius esset;] sed in-

signiores aliquas, & quæ in facienda medicina mihi passim obvenire, notatu digniores.

Ex iis, qualesquales sunt, persuasum mihi habeo, quod apparebit, miasma *Arthriticum*, præter Artuum mala, omni ævo animadversa, varios, multiformes, multumque discrepantes inter se Affectus, si eorum Facies, si Phænomena spectemus, efficere; & quidem in hac nostra Regione (forsitan etiam in aliis non minus) crebro: Varios scilicet pro istarum Partium, & locorum in quibus sunt, varietate; multiformes, pro diversa eorum structura; & pro eorum usu, discrepantes.

Deinde, constat Affectus, sic à devio hoc miasmate generatos, Partium affectarum morbos proprios, & vernaculos, ad amissum omnes simulare; Vultus eorum usurpare; Signa vel Pathognomonica præ se ferre; neque à morbis indigenis, per ea, quæ concurrunt Diagnostica, posse quovis modo distingui; sed è contrario revera cum iis sæpenumero confundi.

Deinde palam, uti spero, factum est, non hos Affectus, alienos & *Arthriticos*, quoties ingravescant, & jam magni fiant; etiam si propriis affectarum Partium morbis simillimos; illorum medicinis, (quæ quidem magnis, & gravibus hisce sublevandis, nequaquam aptæ, vel pares sunt,) trahari oportere; verum è diverso privis, suoque singulorum mori, & ingenio accommodatis. Hæc autem quæ ubique univulsi horum pro ejus *Subjecto* esse, & cum eo multiplicari; unde tot novæ *Arthritidis* Formæ, serè que tot diversæ earum Curationes, quot inveniuntur ejus *Anomalie*.

Deinde, diximus *Anomalie* singulam singulæ Curationem non alio modo facilius absolvi, nec quidem auspiciatius suscipi, quam Partem aggravatam, & nova hoste obsessam allevando: Illud autem optimè effectum reddi, partim Evacuationibus, tam Universalibus, quam Topicis; sed iis, privata ratione, quæ nimirum malis hisce maximè conducatur, adhibitis: optimè verò omnium per Hostis Expulsionem, & ab iis quæ intus sunt iniquè occupata, *opis* *re* *ip*, ad Artus ablegationem. Quibus autem Auxiliis, qua medendi methodo, in prædictis *Anomaliis* hoc præstari possit, hujus Scripti Pagina fere omni ostensum est, & declaratum.

Hæc hujusce *Dissertationis* Summa est.

II. Hisce positis, manifestè patet, quàm ad Hominum Salutem magni sit momenti, deviam hanc *Arthritida* sectari, investigare; quamque, Latebras ejus perscrutari, Larvas excutere, & in Artus suos, & Domum, utcunque invitam & reluctantem, eam, quaqua tuto possit Arte, reducere. Nam, cum *Arthritidis Regularis* & *Anomala* plerumque sint in simili ratione, de *Anomala*, tametsi per se obscura, seque multum occultante; quantum illa grassetur in vulgus, & quatenus sæviat, ex *Arthritide Regulari* laborantibus, (nempe ex illius crebritate sævitæque; horum autem *sex non naturalibus*) cuius liceat conjicere. Qui rectè calculum hac in re posuerit, pro certo invenerit, quod, tametsi *Arthritide Regulari*, quàm *Anomala*, plures ægrotent: tamen *Anomala*, quàm *Regulari*, longè plures occumbant: imo quidem *Regularem* raro, nisi prius degenerantem in *Anomalam*, occidere; ita verò creberrimè.

Prætermittis autem his, & harum *Anomaliarum* investigatione; (quam in suorum commodum & tutelam, Medentis semper erit pro re nata exercere) sive neglecta, sive perfunctoriè, vel imperitè facta; necesse est ægrotos, simulatis his Affectibus, *Colica* nimirum, *Phibisi*, *Althmate*, *Angina*, ne dicam aliis ejusmodi *Arthriticis* (id est, *Arthritide* morbos illos referente) opprimi quamplurimos; quoque longius serpat, & magis gliscat *Arthritis* ido-

nea, ea proportione plures.

III. Neque nostram hac de re Doctrinam, ulla quidem ex parte, convellet; nedum eam evertet id, quod de *Arthritidis Symptomatica* Speciebus olim dixi, (Siquis hæc *Anomalias*, Partium affectarum morbos esse Vernaculos, & Exquisitos; *Apoplexiam* v. g. veram, & genuinam, miasmate fieri posse *Arthritico*; frustra que toties, & sine necessitate multiplicatam à me *Arthritida* contenderit;) quandoquidem (ut de Rerum Nominibus, quæ earum Naturas explicent, & tanquam Icones, in conspectu ponant, eligendis & præferendis, nihil dicam) horum Affectuum, utcunque nominatorum medicina, quæ à me potissimè spectata est, *Spasmodia* suo usque, sic opinor, stabit talo, recto nempe & inconcusso; *Arthritidis* in Artus Expulsionem, quod à me propositum, omnino melianda.

Quibus addi potest Veteres (*Paulum* volo, *Alexandrum*, *Aetium*, *Galenum*, *Arctæum*, non solum; *Æsculapio*, sed etiam (ut in Præfatione dixi) *Ætius* *Arthritidem* exhibuisse: Horumque me Autoritate fuisse usum, & Vestigia repressisse.

IV. Hæc, quas nunc protulimus, *Arthritidis Anomalias*, suo quæque genere, graves sunt, magnæ, & immodicæ *κατ' ἐξου*: Alias autem minoris ordinis, easque non paucas esse suspicor; quæ nunquam eminentes, aut ad statum hunc notabilem evectæ plerumque visum fugiant, & pro nullis habeantur. Enimvero, usu medico vel parum exercitatis, hoc latere nequit; *Arthritide*, (præcipuè frigida, inerti, languida; maximè verò omnium ea suppressa, retusaque,) ægrotantes, interdum *Humeri*, *Pectoris*, *Dorsi*, *Lumborum*, aliarumque in ambitu Corporis Partium *Dolore vago*, tanquam *Rheumatico*; sæpe etiam Capitis Affectibus, more profus *Hysterico*; alias aliis in Corpore malis, quasi *Scorbuticis* urgeri; sæpissimè verò *valitudine dubia*, & in tempus diutinum incerta, & neutra, esse. Quæ quidem eorum status, ac conditiones, sensa remissiori, & leniori gradu morbosæ, naturales suos *Arthritico* miasmati, cæco, in Corpus subrepenti, & eo loci clam agentis, se debere, ultro videntur agnoscere: Quinetiam aliquando, multos post annos dubium hunc in modum actos; tandem, apparente Paroxysmo *Arthritidis* idoneo, de istorum Origine & Natura malorum *Arthritica*, omnis sublata dubitatio est.

V. Quid quod *Arthriticorum* Gnatos quoties obtueor, & nunc *Achores*, nunc *Catarrhos*, nunc *acres* Intestinorum *Humores*, (ut taceam alios Affectus certè non paucos,) iis familiares animo complector; profecto quidem memet vix temperare possum, quin eorum Ortus incusem; & Affectus hosce nihil aliud esse mecum reputem, quàm *Arthritidis* Hæreditariæ quædam *anomaliquæ*, seu scintillulas, à Parentibus acceptas; in Natorum Corpora, simul cum ipsa Vitæ Lampade derivatas; & in iis, secundum eorum modum agentes.

Hæc verò quum sint tantummodo Conjecturæ; nec quidem ullis fide dignis probationibus sussultæ; de iis solum *Anomaliis* scripsi, quæ indicibus certis, & Argumentis, si non *απόδυσσεως*, tamen valde probabilibus, *Arthritidos* esse comprobentur; iisque sui contentus maximam partem *Anomaliis*, quæ ex *Arthritidis* præapertæ, claræ, & manifestæ Deliquis orti jure merito censeantur.

EPILOGUS.

Hæc sunt, quæ dicere habui de *Arthritide Interna*, sive in Trunco Corporis *Anomala*; totius

Arthritidographia Parte (nostra quidem opinione) principali & potissima, certè cultu & expositione omnium dignissima: In quibus exponendis eo fui prolixior, quoniam magni Salutis Hominum interesse iudicavi; & à medicis aut nulla fuit harum rerum mentio; vel, si ulla, semper utique brevissima, & quasi in transcurso facta: verùm de certa *Arthritidos Anomala Diagnosti*; de illius *Reductione*, & ejus præstandæ methodo, nemo unquam mortaliū (quantum scio) quidquam est locutus. Uti verò apud *Astronomos* illa *Solis Theoria*, quæ *Ortus*, ceteraque gloriosissimi illius *Luminis Phænomena* describeret, omnino manca iudicaretur; nisi etiam *Eclipses* ejus exhiberet; eo certè plenius, & accuratius exhibendas, quo illæ sint in *Chronologicis* *Rebus illustrandis*, & *Temporum Punctis* statuendis utiliores; quoque etiam explicatu difficiliores: Ita quidem *Arthritidis Historia*, tametì *Regularem* planè & dilucidè tradat *Arthritida*; nequaquam absoluta, atque adeo imperfecta credatur, si nullos habeat *Arthritidis Defectus*; si nullam *Internam*: cujus insuper *Notitia*, quo *Humano Genere* commodior; quoque fuerit ignotior, eo distinctius, eo *fusiori calamo tractanda*.

Quin hæc à me diligenter observata, non sine labore collecta, fideliter renunciata, & jam, animo erga *Humanum Genus* benevolo, in lucem missa, boni consulite.

Curationes.

Curatio Clariss. Joh. Hartmanni.

Arthritis seu articulorum dolor est instar matris plures ex se generans natus, specie podagram, chiragram & ischiaticam.

In Arthritide interdum est universalis omnium articulorum dolor cum summa inquietudine; in ceteris particularis dolores externarum partium manuum in Chiragra, pedum in podagra, coxendicis in ischiade.

Horum omnium universalis cura consistit in consumptione vel etiam expulsionem tartari in toto corpore humano stabulantis.

Hæc itaque cura unicè instituenda est, nec tamen quovis tempore promiscuè in singulis subjectis, nisi prius omnia probè fuerint considerata. Itaque hæc cura universalis paroxysmos non tollit, nec leviter etiam affectos extra alia medicamenta curat; oportet igitur, ut aut ante insultus, aut post eosdem (non in paroxysmo) quiescentibus scilicet & in suis matricibus quasi dormientibus, cura instituat & tartarus resolvatur. Sic nimirum feliciter successerint omnia. Eiusdem curæ prophylacticæ simili modo cum lapidibus aslacorum in eam formam medicamenti præparatis instituendæ; maximopere pro corroboratione naturæ succenturiari potest Magisterium perlarum à Riverio Medico Regio olim plurimo cum fructu præparatum & exhibitum hõc modò: Perlas redue in pulverem impalpabilem, quemadmodum alias redigi solent, (vulgariter margaritæ præparatæ) his in vitro superfunde de succo citri vel de pomis aurantiis recentibus q. s. ut fiat instar pastæ, relin aliquandiu postea solve cum aceto, & remoto aceto per inclinationem à se cibus aliud affunde, donec nempe perles ex toto fuerint solutæ. Collectum acetum misce cum tertia parte aquæ fluvialis, destilla per retortam ex igne arenæ primùm igne lento, post fortiori. Destillatum reffunde capiti mortuo restanti & vicissim solve, postea cola per filtrum, evapora admodum lenè & restabit perlarum Magisterium, Hæc ʒj. ad summum aliquoties jejuno stomacho in vino datus potenter naturam recreat, eamque ut medi-

camenta antecedentia (arcatum ludi humani & Astacorum) feliciter operentur, excitat. Multum ad præcautionem facit cruditates fugere, & si adsint castigare vomitionibus manè si facile, à prandio si ægrè, vomat.

Quod si verò paroxysmi podagrici vel arthritici soleant recurrere, id quod sæpius fit, præsertim ubi vita non usquequaque conformis fuerit, requisitis tales insultus vel impediuntibus vel prorsus rejicientibus, hoc unicè providendum fuerit, ut quotannis statò *Æquinoctiorum & Solstitiorum* (circa eadem nimirum fluxiones podagricæ plerumque vigent) corpus benè mundificetur, & in primis ratio victus, quæ alioquin nupiam negligenda est, solers & recta instituat, auferendo tum plethoram; si quæ adsit, tum cacochymiam quamcumque suis idoneis medicamentis. Hæc etiam evacuatio institui debet in principio morbi, & ubi quædam signa imminenti præseferit æger. Potas sit vinum melissæ cum rad. Caryophyllatæ infusum in mensa pro haustu primo, aut vinum anti-podagricum Paracelsi.

℞. Rad. caryophyllatæ, acori ʒ. s. fol. majoran. m. i v. flor. sambuc. p. iv. infunde in vini ʒiij. ffent in infusione per 8. dies, fumatur ex hoc manè & vesperi haustus. Cum sale humano misceri, possunt ossa humana calcinata, in cibo galreda ex iisdem in modum galredæ cranii facta. Post mundificatum corpus corroborantia & diaphoretica scilicet peculiaris Solis transparentis extractio, de qua in notis ad Crollium & pilulæ antipodagricæ meæ, quæ descriptæ à Rhenano in tractatu Solis è puteo emergentis cum arcano asari aliquot diebus assumpta. His omnis podagra, modò non sit nodosa, curari potest. Hoc nimirum modò paroxysmi rarè vel nunquam recurrent: aut, si insultus à levi errore externo aliquando coincidunt, tam graves nunquam sunt, nec dolores excitant continuos, aut insolentes, quin externis balsamis facile cedant. Ex numero mundificantium seu purgantium est pulvis arthriticus Paracelsi à Crollio descriptus, ubi in primis notandum, in ejus descriptione pro rasura cranii humani substituenda esse ossa hominis calcinata, juvenis non inhumati, manuum ad chiragram, pedum verò ad podagram. Ex hoc pulvere natus est pulvis caryocollinus, quem vocant etiam vulgaribus Medicis usitatus. Ille verò pulvis securè & leniter omnes defluxiones podagricas purgat. Feliciter id præstat essentia radices ellebori nigri vulgari modo cum spir. vin. non ad summum correcto extracta. Cujus quotidie cochl. j. manè & vesperi sumatur, donec alvus spontè suâ quater vel sexies tandem fuerit soluta quotidie. Hæc nimirum facili, lenique purgatione impuritates, fluxionesque podagricæ satis comòdè repurgantur, fortificatur essentia ellebori cum arcano silicis totius. (N. B. arcana hæc nobilia) vel cum arcano asari debita proportione, nempe, si admisceantur alterutra cum essentia ellebori. Præstat alioquin hanc eandem essentiam ante consuetum tempus paroxysmorum podagricorum assumere, quemadmodum & pulverem arthriticum, sic nimirum facilius ante invasionem corpus integritate adhuc dum constans ab insequentibus influxionibus liberatur. Idque èd magis, si ad hanc evacuationem temperata victus ratio accesserit, & vinum majoranatum cum radice caryophyllatæ & floribus sambuci infusum ad victum pro primo potu haustum fuerit. Quidam convenientius utuntur decocto ligni sassafras, præmissis his purgationibus, impuritates crassiores, quæ adhuc restare solent, finaliter exterminandæ cum Mercurio laxativo, aut cum sole aut pulvere arthritico sequente.

℞. Hermodactylorum turbit, diagrydii, fol. senæ, ossis manus hominis juvenis violentà morte perempti calcinatorum, si chiragra manuum, si podagra pedum sacchar. candi ana ʒj. m. f. pulvis. Dosis à ʒss. ad ʒij.

ad zjj. manè ex aqua ivæ arthriticæ per 3. aut 4. dies. Hinc demum ad confortantia, quod est magisterium perlarum Riverii, & ad diaphoretica accedendum, quale est extract. Solis transparent. Profunt & maximè in his affectibus cauteria.

Qui vomitus ferre possunt & statis temporibus veris & autumnal ante imminentes paroxysmos podagricos, aqua benedicta utuntur, dosi legitimæ, rarissimè vel etiam nunquam, modò reliqua correspondeant, insulibus podagricis corripuntur. Hoc itaque modo, cuicumque sanitas curæ est, quilibet è podagricis insulibus tutissimè se præservare potest. In paroxysmis vigentibus & graviter articulos occupantibus, sæpius mitigantibus opus est, ea sunt interna & externa. Inter interna omnibus modis superat & excellit laudanum opiatum suis proprietatibus maximè vicens (vide Quercetanum in responso ad Aubertum) dolores nimirum sistit, placidam somnum inducit, fluxionibus frenum injicit, fervores consumit & delasatos spiritus roborat. In aliis qualibuscunque vulgaribus Medicinis haud iisdem viribus pollutibus, frustra sperandum est aliquid. Externa sunt. 1. Balsamus podagricus primus & secundus apud Crollium, quibus succenturiari potest unguentum anodynum, quod est apud eundem. 2. Est spiritus salis armoniaci qui fit h. m.

℞. Ammon. sublim. misce pulverisatum cum 4. partibus cinerum & destilla per alembicum; ex arena prodit spir. ammon. qui æqualibus partibus cum sp. vini mixtus & plumaceolo loco dolenti (aliquoties, bis terve) illitus confestim dolores restinguit. Nonnulli aliquid camphoræ adjiciunt, ut prius solvatur in iisdem, postea ad illinendum utuntur. Hujus mirabilis usi sæpè deprehendi. 3. Est aqua antipodagrica Rulandi.

℞. Florum chamomillæ, meliloti ana m. j. Mercur. sublimati ℞ij. coque in aqua simplici. Hujus aquæ colatæ æqualem portionem m. cum ℞iv. aq. mortuæ quæ est aqua fortis, qua usi sunt aurifabri in separationibus, aq. fortis recentis ℞ij. succi seu decocti myrtillorum (℞ij.) q. s. ad colorationem. Utere ceu patet ex curatombus (durat aliquot annos aq. mortua.) 4. aqua Antipodagrica, quæ.

℞. Spermatis ranarum mense Martio collecti circa novilunium ℞ij. adde stercoreis bubuli recentis ℞ss. totidem M. diligenter & relinque per diem unum, pottea, destilla & serva. Solidiusculè membris affectis applica. Confestim sedat dolores. Felicius operabitur, si addetur aliquid spir. vitrioli aut stercoreis vaccæ cum mellis ℞ij. Cataplasmatibus loco imponatur, præsertim in podagra frigida. 5. Oleum petroleum, in quo radices ellebori incoherint, præsentissimum est in doloribus podagricis sine rubore & vehementi tumore (alii vocant podagram à causa frigida) subito sistendis. Ubi induciæ factæ sunt cum morbo, si ita necessitas exigit, purgantia tandem commodius (vomitus hic non est necessarius) locum habere possunt, qualia fuerunt supra; præsertim, si pulvere specifico arthritico utendum sit, is per aliquot dies iustâ dosi (℞ss.) in brodio vel etiam aqua ivæ sumptus impurities tartareas mobiles, causantesque paroxysmos è corpore educit. Sæpè vidi in hoc casu pilulas antimoniales per secessum solum purgantes, semel duntaxat sumptas multum profuisse. Eiusdem facultatis est arcanum corallinum per Crollium descriptum. Omnibus his præstat specificum purgans Paracelsi, si sæpius urgente necessitate, crassiores adhuc in corporis habitu particulæ residuæ fuerint, eæ deinceps mundificantibus, si vires & facultates patiuntur expellendæ sunt. Insuper etiam ad diaphoretica descendendum. Diaphoretica supra proprio titulo proposuimus. Sunt nimirum in eo genere specifica, tum tinctura antimonii, tum pilulæ antimoniales podagricæ: Descriptionem vide in libello Rhenani Solis è

puteo emergentis tractatu postremo p. 18. & 19. Tincturæ præparatio hæc est:

℞. Mineræ antimonii ℞ij. iv. v. (minera Hungarica præstat,) in defectu mineræ antim. crudum locum supplere potest, tere minutissimè superfunde aquam calcis vivæ per simplicem infusionem (aqu. ℞xv. Calcis ℞vi.) à calce viva colando (aliquoties aqua infundatur calci, donec subsidet) defæcatam delinque (in alembicum lati fundi) insolando & aliquoties quotidie movendo donec nempè spondilia & superficies aquæ rubere incipiat; quanquam rubedo nulla apparet, & tamen satis tincturæ extractum est, si per 6. vel 7. dies infusio fiat. Habebis autem signum extractionis [extractio tantisper fiat, donec nihil sit residuum] si in particulam istius infusi seorsim in vitrum peculiare transfusam guttas aliquot acetii inieceris, repente nimirum immutabitur aq. (nihil aliud est quàm antimonii sulphur,) & tinctura antimon. in colorem corticum mali aurantii præcipitabitur (in mixturam simplicem infusam præcipitabitur in colorem albicantem propter spiritum vitrioli) extractionem trajice per filtrum & leniter ebulliendo in catillo reduce in pulverem rubeum, quem extrahe cum sp. v. non usquequaque forti (Alcohol non extrahit) ad flavedinem (instar extracti Solis) & filtrando decanta. Ante usum move [pulvisculus nimirum semper ad fundum præcipitabitur] dos. gr. v. vi. viii. x. ad summum spirit. vini hac tinctura antimonii imprægnatus aliquoties (septies) per cohobiam ex alembico destillatur, deinde ex retorta vitrea in aren. datis ignis gradibus, vel etiam ig. suppressionis pellitur, & prodidit in forma rubicundissima oleam antimonii dulcem cum stiriis splendidissimis Postea verò spiritus vini leni B. evocatur, remanet in fundo tinctura antimonii rubicundissima (confortativum summum) dos. gr. j. ij. iij. ad summum. Vide Ragerium Bacchonium de oleo antimonii dulci.

Tinctura porrò antimonii (appositâ candellâ lucet noctu instar carbunculi) vel dicto modo saltem leniter extracta, vel deinceps per multa cohobiam cum sp. vini nobilissimam essentiam exaltata, contracturam ex podagra in articulis externis causatam feliciter curat, si observandis ad legitimam nempè dietam pertinentibus & corpus mundificantibus [N. B. in hoc casu pilulæ antimon. per secessum tantum purgantes maximè commendabiles sunt] quotidie vel alternis diebus gut. 5. vel 8. de tinctura simplici, sed gut. 1. de tinctura exaltata in diaphoretico in peracutis vel mixtura seu in aurora exhibeantur, & sudor vel in lecto vel in laconico provocetur (id quod in declinatione contracturæ cum spir. vini tandem fecisse expedit) & contractura nulla resistit arthritica.

Ad externam curam podagræ tophacæ, sed non admodum inveteratæ, præmissis præmittendis aliquin ad podagræ tum diæticam tum therapeuticam pertinentibus, de quibus hætenus, externa auxilia accersenda sunt, quæ nempè duos istos nodos tanquam morbos compositionis ab internis medicamentis difficulter resolvable penetratione suâ resolvant, & quod in articulis heterogeneum est, eliminent. Ubi igitur nodositates admodum inveteratæ non fuerint, unice hoc emplastrum commendatur, quod præter sedationem dolorum etiam ex articulis tophacæam materiam seu sulphur coagulatum cure leniter aperta resolvendo extrahit. Emplastrum tale est.

℞. Vitrioli Romani seu Hungar. aluminis rochæ ana ℞ss. salis ℞iv. Hæc omnia conjunctim calcina in catino terreo evaporando saltem, donec spiritus etiam exhalare inceperint, quibus odore perceptis statim subsiste à calcinatione & refrigerant omnia, pulveriscentur. Hujus & pulveris ex farina hordei,

℞. Ana q. pl. misce cum facibus vini adinstar pulvis, quam super laciniam more solitò ad spissitudinem cultri

cultri extensam applica ad locum affectum & relinque. Exsiccatum denuò cum fascibus vini distempera, & apponendo sic perge, donec primùm dolor omnis consumptus, postea etiam ex articulis ipsis contortis omnes topi absumpti fuerint: Interim si sæpè, ut simul cutis, præsertim ubi verrucæ & scrophulæ in articulis apparuerint, hoc modo aperiat, id quod formidandum non fuerit. Vel nimirum spontè suâ postea ulcera coeunt, vel cerâ saltem emplastri loco superimpositâ vicissim consolidantur, ipsis articulis denuò mobilibus & agilibus redditis. Quod si denique nimis inveterata podagra seu prorsus nodosa & tophacea fuerit, ab illa quidem externa cura dolorum mitigatio speranda est, sed tamen ipsi topi vix cedunt, nisi Chirurgia accedat potentior. Tunc igitur hõc modò procedendum fuerit.

℞. Mercur. sublim. arsen. albi ana q. pl. m. cum aq. forti & fiat in modum pultis, deinde appositò prius emplastro Basiliconis majoris (vel alio defensivo, vel etiam sparadrappâ) ad locum affectum foraminatò, foramini de pulve præscripta instar lentis impone, & statim aliam particulam emplastri prædicti desuper, ac relinque aliquandiu, donec cutis beaè aperta sit, ac nonnihil tumoris, ac exinde eschara accesserit. Hanc cum butyro vel oleo rosaceo emolliendo remove & attractivum appone specificum, quod omnes tophos coagulatos in aquas resolvit & extrahit, etiam aliquando spontè casuras instar calcis ad parietes incrustatos; cessantibus postea fluxibus locus vicissim est consolidantibus & epuloticis vulgaribus. Attractivum emplastrum tale est.

℞. Lithargyri, lapidis calaminaris, succini, magnetis ana ℥ij. pulverisata omnia tenuiter coque in olei lini ℔iij. ceræ ℔ij. terebinth. ℔ss. vernicis ℥iv. coque inquam, aliquandiu, donec inspissentur, adde postea gummata sequentia vulgari modo in aqua soluta & colata vicissimque opopanax, serapim, galbani, bdellii, ammoniaci ana ℥iij. ebulliant leniter in sine adde de pulveribus mastichis, thuris, myrrhæ, aloës hepaticæ ana ℥j. diligenter move spatulâ, tandem malaxando in magdaleones redige, prædictoque usui serva. His modis infelix podagra prosperè & facillè curari potest; modò omnia prudenter & legitime fiant. In extera eura tophorum sæpius mundificantiæ doloresque mitigantiæ sunt usurpanda, insuper sudores à superioribus diaphoreticis provocandi. Et hæc est genuina illa cura, quâ 24. ægros nobiles & ignobiles nullo alio remedio adhibito me curasse affirmare certò certius possum.

Articulorum dolor varias in se species includit, Podagram, gonagram, chiragram, homoplatae dolorem, & ischiaticum, arthritidem item propriè dictam, quæ omnes simplicem scopum habent, symptomatis scilicet mitigationem & causæ ablationem. Usitatissima sunt Podagra & Chiragra, in quarum curatione unicè providendum, corpus semper mundum sit, & victus ratio observetur exacta, quotannis stato tempore Æquinoctiorum & Solstitiorum, ubi fluxiones arthriticæ plerumque fiunt, corpus benè mundificetur auferendo tum plethoram, si quæ adsit, tum cacochymiam quamcunque suis medicamentis idoneis. Imò hæc ipsa evacuatio institui potest & debet quoque in principio mali, & ubi signa quædam imminenti præsenferit æger. In primis extractum asari & essentia ellebori nigri facti secundum artem atque ad consistentiam mellis seu pilularum redacta. Electuarium item caryocostinam apud Bouderonium, quæ semper ante consuetum podagricorum tempus, ac in primis circa dicta hñsumi debent aliquot vicibus quater aut quinque semper observatâ victus ratione.

Pro potu sit vinum melissæ cum rad. cariophyllote infusum in mensa pro haustu primo parè tantum sumptum. Aut vinum Paracelsi antipodagricum, de

quo supra de arthritide. Cum sale mensali misceri possunt ossa humana calcinata in cibus. Hinc statim ad confortantia & diuretica accedendum. Inter confortantia principale est Magisterium perlarum Riverii Regis Galliarum Medici, de quo supra. Maximè quoque in his affectibus profunt Cauteria seu Fontanellæ: Ad præcautionem prodest fugere cruditates, quæ si fiant, castigandæ vomitionibus, manè, si facillè vomat, sin minus longè à prandio. Nodosa modo non fuerit in Podagra, his medicamentis curari potest. Nodosa verò præter hæc requirit etiam curam externam, de qua postea. Dolor seu Paroxysmus si adsit, dictis medicamentis non est fatigandus æger, sed quies imperanda, dolor mitigandus, & ne ad partem affectam affluat materia, præcavendum. Dolor igitur intra corpus ex hito laudano sedetur, præmisso tamen clystere. Si adsit magna plethora, vena secetur; restringentia paulò altius à loco affecto versus partem internam adhibeantur, ut pulvis adstrictivus aceto & albumine ovorum exceptus, vel aqua adstringente, ut Myrtillorum, centinodii, glandularum quercus vel cataplasmatum ex fructibus acerbis, cotoneis, herbis, pyris, prunis, imprimis sylvestribus, sorbis, quibus addi potest farina lentium, cum pulvere balaustræ, gallarum, rosarum, bistortæ: aut tantum applicetur Bolus armenus cum lacte & pulvere radice bistortæ ad formam cataplasmatum.

Supra partem affectam refrænantia & dolorem sedantia imponenda. Communiter nec sine fructu sit cataplasma è mica panis albi, verbi gratia ℔j. temperetur lacte super ignem lentum, ne bulliat, contunditur & reducitur ad formam cataplasmatum addendo vitellorum ovorum ℥ij. croci partem, calidè applicetur. Alii tantum in lacte tepido panem macerant paulisper & applicant de 5. in 5. horam renovando. Nos hæcenus habuimus in usu carnem bubulam, cujus frustum crudum sine pinguedine parti dolenti superligavimus, idque manè & vesperi mutavimus, atque ita feliciter dolorem sedavimus.

Balsamus Podagricus.

℞. Vitrioli ad flavedinem calcinati ℔ij. mellis ℔j. silicium calcinatorum ℔ss. destilletur spirit. igne ab initio lento per alembicum in cineribus (nam facillè ebulliunt) postea fortiori. Ab hoc spiritu auferatur phlegma, eum destillando ad tertias usque, quæ in cucurbita restitant, misce cum mastiche, olibano, myrrha, axungia humana, gumm. ammoniaco, opopanax, bdellio ana ℥ij. destillentur adhuc per retortam, cum destillato misce æquales partes spiritus vini atque ad usum serva. Non quoque inutile erit in hoc affectu vel totum spiritum salis cum aqua fontana temperatum tepidè adhibere, cum lacinis duplicatis, ut & oleum tartari per deliquium ex sale factum. Tophaceam podagram præter ordinariam curam requirere externa, vide annotata mea in Crollium, quæ hæc transfer. *Hactenus Joan. Hartmann. in Pract. Chymiatri.*

Curatio Clariss. Thomæ Willis.

Methodus therapeutica tres primarias indicationes suggerit, quarum prima curatoria tantum in paroxysmis ad dolores sedandos, aut citius finiendos adhibetur; 2. Præservatoria accessionum intervallis destinata, morbi procatarsin (propterea ut dolorum insultus rariùs, aut mitius, aut non omnino repetant) tollendam molitur. 3. Vitalis instituit, quo victus genere, & quibus remediis vires inter diros cruciatos sustentari; atque vita, non obstantibus morbi crebris, aut continuis ferè molestis, prolongari, simulque refocillari possit.

1. Prima indicatio, nempe dolorum sedatio, duas habet

hæc præcipuas intentiones continet; nempe, ut solutio continui auferatur: ac interea ut fibrarum, sive spirituum in iis scatentium irritatio, sive excandescencia compescatur.

2. Ad tollendam in locis affectis unitatis solutionem, & humorum, qui illuc tendere apti sunt, fluxiones inhiberi, atq; minera jam jam impacta discuti, ac dissipari, ejusq; particulae à mutuis effervescentiis suppressim debent. In hos fines remedia evacuantia, & alterantia, ac utraque tum interna, tum externa designantur. Horum formulas, & administrationum modos quosdam selectiores ordine subjiciemus.

Palebotomia arthritide recenti, aut non multum inveteratâ, & præsertim in constitutione calidiori, circa morbi initium celebrata, sæpè juvamen confert; verum in morbo habituali, necnon temperamento frigido, ac ætate senili, plus obesse quàm prodesse solet; quatenus sanguinis & spirituum haud nimis efferatorum vigorem deprimit, absque materiae morbificæ diminutione.

De purgatione circa morbi initia, res valde controversatur, dum Medici quidam à catharsi omni ante paroxysmi declinationem, aut finem, religiosè abstinere; alique è contra circa morbi initia purgantia fortiora constante exhibeat, & non rarè cum bono successu. Discriminis ratio potissimum in hoc consistit videtur, nempe quod arthriticis quibusdam humorum ac vasorum continentium constitutione, & tunc adhuc firmis, acque articulis non tum debilitatis, quoties sanguis & liquor nervus à pharmacia perturbantur, haud statim superfluitates eorum & recrementa in morbi mine am præcipiunt; quin ea medicamento irritanti, simulque incitanti obsequentia, ex arteriarum osculis in cavitates intestinorum emulgentur; ac interim vasa manita materiae morbificæ partem quâdam retrahunt, aut tres resorbent: Secus autem, in constitutionibus teneris, & debilitatis, à levissima medicamento commotione, utriusque humoris purgantia in locum arthriticum decidunt. Quibus itaque purgatio convenit cum medicamento fortiori, & elaterio institui debet. In hanc rem vulgè celebra sunt. Electuarium Caryophostinum, Syrupus de Rhamno cathartico, pulv. hermodact. compos. pilul. ex duobus, pil. rhasis; quæ si auctori credendum sit, incedere non valentis mox pedibus inambulare faciunt.

℞ Aloës opt. ʒss. rosar. rubr. ʒij. hermodact. de cort. ʒi. diag. idic. ʒj. mell. rosac. q. s. f. pil. Rodericus a Foaleca mirè prædicat rad. helleb. nigr. & inter alia, pomum cum fibris ejus infixis ad ʒss. sub cineribus coctum & comestum.

℞ Calomelanos ʒj. resinæ jalapii gr. iij. vel scammoni gr. iij. olei cariophyl. gut. j. balsam. Peruvian. q. s. f. pil. iij. vel iv. pro una dosi. Inter purgandum, alicujus forsitan momenti erit, quod præcipit Solenander; scilicet emplastro, aliove medicamento defensivo supra loca affecta imposito, humorum in eo decubitus inhibere. Vomitus quibus tuta solet esse, ac facilis, etiam in hoc morbo convenit: ob quem si nem tartatus emeticus mysichti, sulphur. antimonii, flores ejus, Mercurius vitæ, vinum emeticum, gutta gamba adhiberi possent.

Cæterum in paroxysmo arthritico profunt lapidum, ossium, & testaceorum, necnon vegetabilium acrum pulveres; quæ hujus morbi alexiteria dicta, particulas quasque subjugant, cumque iis effervescentia quasi mortificant; & demum subjugatas, per urinam aut sudores foras eliminant.

℞ Pulv. è chelis compos. ʒij. eboris rad. dictamni cret. rad. pæon. maris, ana ʒj. ligni aloës, santal. citrini, ana ʒss. f. pulv. sumatur ʒss. ad ʒj. aut per se in cochlear. aq. papav. rhœd. superbibendo ejusdem coch. vj. vel redigatur in bolum, aut pilulas cum theriac. Androm. aut terebinth. venet. q. s. dosi ʒj.

bis in die, superbibendo aquæ destill. infra præscriptæ ʒij. vel iij.

Vel ℞. ejusdem pulv. ʒvi. conserv. flor. tunicæ, betonicæ ana ʒss. discordi ʒij. syrupi de Meconio q. s. f. electuarium, dosi ʒj. ad ʒij. vesperi, & mane. Interea dum hæc aguntur, ad materiam morbificam in loca affecta effluxuram aliò devocandam, aut foras eliminandam, insuper medicamenta alterantia, & placantia, quæ sanguinis & succi nervei effervescentias sedant, & recrementorum ab iis deciduorum, fluxiones sistunt, vices suas habeant; propter hunc finem victu tenui, ac hydropesia (si convenit) institutis, emulsiones, julapia, apozemata ex blandis, & anodynis præscribantur.

Quod spectat ad cæteros medendi scopos, viz. minera impactæ discussionem, & fibrarum ac spirituum excandescencias leniendas; posteriori huic primò incumbendum erit, sine qua peracta intentione alteri minime satisfiet: In hunc finem igitur remedia, tum externa, scilicet topica varii generis, tum interna, scilicet hypnotica adhibere expedit. Cùm sit immensa topicorum sylva, ea vel tantum anodyna dolorem per se respiciunt; vel ad hunc simul, & tumorem collimantia, aut sunt repellentia, vel resolventia, & discutientia: Horum cujusque generis variae sunt formulæ & administrationum modi: præcipui tamen usi solent esse fofus, cataplasmata & emplastro; ex his quædam maxime celebra subdemus; & primo applicationes anodynas, quæ mulcimine quoddam fibras, leniunt, & spiritus compescunt. Propter hunc usum, cataplasma ex lacte & mica panis, vel ex iis cum mucagine foliorum, & rad. malvæ, & althææ, & similibus, ubique apud vulgus in praxi communissima est. Alii laudant cataplasma ex stercore vaccino recenti calidè applicatum.

℞ Aq. solani, spermatis ranarum ana ʒvj. sacchari saturni ʒj. misce; lintea huic intincta calidè applicentur.

℞ Mian ʒij. aceti destill. ʒij. digerantur per plures dies, aut liquor hic per se, aut aqua per destillationem avocata pro fofu usurpetur. Item aqua destillata, à tinctura viridis æris in aceto destillato facta, sæpè dolores sedat.

Accepi à gene oso podagræ graviori sæpè obnoxio, se interdum illius morbi curatus, præsentaneum semper levamen habuisse, à fofu cum aqua stillantia è contentis stomachi bovini recens mactati.

Ad extremos podagræ cruciatus narcotica externa nonnunquam adhiberi debent.

℞ Folior. Hyosciami cicuta ana m. iij. indantur aquæ ebullienti, & quamprimùm teneferunt, extirpantur, quibus contusis adde pulv. flor. chamomeli circa ʒij. vitellum unius ovi, f. cataplasma.

Vel ℞ Tinctur. croci in spiritu vini facti ʒiv. camphoræ, opii, ana ʒj. digerantur clausè, & calidè ad dissolutionem; pars dolens hoc liquore illinatur. Hujus farinae medicamenta alia innumera passim in libris Medicis prostant, & ubique trivio, à quibusvis ferè è plebe hominibus præscribi solent; quæ insuper alteri intentioni, nempe humorum repercussioni (si quando indicari videbitur) explendæ sufficiant.

Quod spectat ad topica resolventia, & discutientia, non ejusmodi requiruntur, quæ tantum poros aperiant, ut serum evaporet, & sanguis circulationi reddatur, prout in phlegmone aut œdemate; aramen quorum particulae salinæ istis minerae arthriticæ salinis oppugnandis destinatae, eas aut amplectendo foras educant, aut præcipitando ab effervescentiis dolorificis supprimant. Quamobrem in hoc morbo cum fofus aut cataplasmata ex chamomelo, malva, althæa, sem. lini, & scœnigræc. parùm aut nihil juvenis præbent, immò partes nerveas relaxando sæpè multum efficiunt; salis armoniaci aut marini, nitri, vitrioli, calcis vivæ, & similibus dissolutiones, aut liquo-

res stillatitii, in aliis tumoribus aut doloribus semper infesti, maximi emolumenti esse solent. Hujusmodi liquores in paroxysmis arthriticis, parti dolenti applicandi, à Quercetano, Crollio, Hartmanno aliisque chymicis varii præscribuntur; quos cum Medici alii celebres, sæpius experti comprobant, eos ob rationem prædictam juvamen conferre concludimus. Non opus erit horum formulas repetere, cum possim plures alias ejusdem farinae præparaciones suggerere; i- bet tantum hic unam aut alteram adjicere.

℞. Salis tartari & armoniaci pulv. ana ℥ij. dissolv. in aq. pluvia vel font. ℔ i v. usurpetur tepidè cum pannis lineis intinctis.

℞. Spiritus vitrioli non rectificati ℔j. salis marini calcinati & pulv. ℔j. misce, & destilla in retorta vitrea calore arenæ; prodibit pu us ferè putus spiritus salis, qui nempe ædibus suis per stagma v triolicum expulsus, illique possessionem relinquens, facile ascendit: Capiti mortuo affunde spiritus vini ℔ij. digere clausè & calidè addendo camphoræ ℥ij. applicetur tepidè cum pannis linteis parti dolenti.

℞. Limaturæ ferri, flor. salis armoniaci ana ℥vj. misce simul terendo; destilletur in retorta vitrea, donec flores sublimantur; capiti mortuo trito affunde spiritum vini, digeras, & serves pro usu.

Audivi quosdam ad dolores podagricos sedandos, dem affectum sacculo, sale marino calcinato, & pulverisato impleto, includere, à quo levamen usque certum ac citum expectant.

In paroxysmi declinatione ad partem corroborandam, atque materiæ morbificæ reliquias discutiendas, emplastra utiliter adhibentur; quæ tamen non omnia indifferenter omnibus, veùm his magis, illis minus calida convenient; Plerisque autem maximè efficacia esse solent, ea quibus minimum, litargyros, mercurius aliaque mineralia, aut salina insunt. Nobis præcipuè in usu est emplastrum ex minio, cerussa & sapone, cum oleo coctis, vel quod

℞. Emplastrum de minio p. ij. Paracelsi part. j. misce, & extende super alutam. Remedia interna ad dolores arthriticos usurpanda ferè tantum sunt narcotica, quæ in diris & diuturnis cruciatibus exhiberi debent. Ex his maximè commendamus opii cum sale tartari, aut tinctura ejus præparaciones. Porro in hunc usum Laudanum Paracelsi, aut Londinense, pilulæ de styrace, de Cynoglossio, syrupus de Meconio, theriaca Androm. & discordium emolumento esse solent.

Secunda indicatio præservatoria dicta, Arthritidis causas præcædentes tollendas respicit, propterea ut dolorum paroxysmi rariùs ac minus, aut non omnino infestent: In hunc finem remedia evacuantia, alterantia, & corroborantia, unà cum exacta victus ratione, extra paroxysmos adhibenda præscribuntur.

Primò igitur Arthritici, vere, & autumnò solent niter purgari debent; atque vomitionem, si nihil contra indicat, tunc celebrari, & postea interdum ex intervallis repeti expediet. Stomacho & præcordiis firmioribus præditi emetica mineralia ex antimonii aut mercurii præparatis sumant. Qui constitutionis tenerioris sunt, post pastum ex cibis lubricis, vinum scilliticum, aut salem vitrioli cum sero lactis capiant, dein stomacho aqua tepida, aut liquore possetico simplici, aut cum foliis cardui incoctis, impleto, vomitio bis, vel ter aut sæpiùs provocetur. Pro catharsi crebra etiam vice cum interstitiis idoneis celebranda purgantium formulæ superius præscriptæ satis conveniunt.

℞. Fibrar. hellebor. nigri mundat. ℥j. lign. aloës, cariophyllor. ana ℥ij. contusis affunde spiritus vini non rectificati ℔ij. digerantur clausè & calidè, per plures dies, dosis coch. j. manè bis, vel ter in septimana; & vomitio, & purgatio semper ante Æquinoctia incipiantur, ne fortè paroxysmus, priùs contingens, medici-

næ cursum prævertat.

Phlebotomia aut vasorum hæmorrhoidalium apertio Arthriticis, temperamento calido, & sanguine acriori præditi, nonnunquam vere, aut autumnò conveniunt. Caetera in brachiis, & juxta homoplatas excitata, quibusque ferè huic morbo obnoxiiis utilia sunt.

Præterea tamen, medicamenta alterantia, à veteribus Arthritidis antidota dicta, eg egii sunt usus, & longo tempore unà cum exacto circa sex non naturalia regimine assumpta, juvamen sæpè magnum præstant, in hoc sensu medicamenta sale volatili, ac sulphure balsamico prædita, quatenus nempe hæc salem fixum exaltant, illaque acetosum reducunt, præcipua habentur; insuper amara & adstringentia, uti herbæ, chamædryi, chama pitis, centaury, rad. gentianæ, & aristolochiæ, &c. [siquidem experientia duce in hoc morbo comprobantur] hac ratione utilia esse videntur; quod pepsos, & chylificationis munia adjuvant, atque sæculentias salino fixas, ne in sanguinem ferantur, cohibent. Cujusque horum formulas quasdam subdemus.

℞. Pul. chamæpityos ℥vj. oculorum cancri ℥ij. terehinh. Venet. q. f. ℥pil. exigua sumantur iij, vel iv. vesperi & manè per 30. aut 40. dies, superbibendo aq. destill. sequentis ℥ij. vel ℥iij.

℞. Folior. cupress. abietis, visci pomorum ana m. vj. rad. cariophyllatæ, bardanæ, ana ℔j. cort. exteriore 10. aurant. & 6. limonum, nucis mosch. maceris ana ℥j. contusis & conscis, omnibus affunde lactis recentis ℔vij. vini malagani ℥ij. destillentur f. a. liquor totus misceatur. Vel paratur aq. folior. bardanæ simplex, bis vel ter cohobando super folia recentia.

℞. Pul. semin. bardanæ ℥vj. ocul. cancri ℥ij. nucis moschatæ 3. balsami capicci q. f. massa, quæ formetur in pil. exigua, sumantur iv. vesperi, & manè per plures dies.

℞. Tinctur. antimonii ℥j. dosis gutt. 20. ad 25. vesperi & primo mane, cum ℥iij. ac modò descripta. Pauperibus præscribere soleo ad hunc modum.

℞. Pul. folior. salviæ ℥ss. ocul. cancri, sacchar. crystall. ana ℥ij. misce; servetur in vitro, sumantur coch. j. bis in die cum haustu decoct. foliorum salviæ, vel rad. bardanæ. Vel pul. Darnorelli præscribatur eodem modo sumendus.

℞. Pul. folior. chamædryos, ivæ arthriticæ, centaurii minoris, majoranæ, salviæ, betonicæ, rad. gentianæ, aristolochiæ rotund. ana ℥j. sacchar. ℥ij. misce f. pulvis. Vel pulvis Joannis Anglici, ab ipso Sarracenus appellatus.

℞. Pulv. folior. chamæpityos ℥j. ossium humani pedis combust. ℥ij. liquirit. ℥iij. misce.

Pro potu ordinario paratur Bochetum ex sarsaparantal. lin. Rhod. rasur. eboris, C. C. &c. vel paratur alla tenuis pro doliolo iv. congiorum capaci; cui vice lupulorum incoquantur folia chamædryos & chamæpityos; & post fermentationem indantur foliorum salviæ siccatae m. iv. sallastas ℥ij. rad. cariophyllatæ ℥viii. Inter alterantia locum non infirmum vindicat digeta ex lacte; nempe, ut Patiens per tres aut quatuor menses nullo alio alimento utatur: manè, & vesperi, lac recens emulsum bibat; circa meridiem, & aliis temporibus comedat cum pane albo, hordeo, aut farina avenacea, coctum: Novi quosdam ab hoc victus genere, insigne juvamen accepisse; alios verò à lactis usu multo deterius habuisse, & Arthritide nullatenus curatà, viscerum obstructiones magnas, & cacochymiam contraxisse. Itaque methodus ista, sine prudentis Medici consilio & observatione sedula, utrum conveniat necne, haud temerè ineatur. Non ita pridem mox vulgò inoleverat, ut Arthritici uno quoque mane urinam propriam biberent; quod nonnullis commado fuisse memini. Cujus juva-
minis

minis ratio videtur esse, quod urinæ latex salinus, sanguinem denud pertransiens, particulas salino-fixas prius in articulos deterrit solitas, Arthriticum subleuat, plerumque Nephriticum auget. Hæc *Thom. Willis de Arthritide.*

Curatio Clariff. Otthonis Tachenii.

In magnis Arthritidis doloribus & cruciatibus statim ad compescendos eos animus est adhibendus, relictis & postpositis tantisper aliis intentionibus, donec doloris carnificina cesset, in quo statu astans Medicus non minus sæpè rubore suffunditur, & pudore, quam æger dolore. Quare ex topicis spagyrica & antiquissima Hippocratica methodo inventis, & ratione approbatis selectiora nunc memorabo: asseverare enim non oportet (Magistri verba) propter varia attributa & circumstantias; quod unum aliquod remedium applicatum statim profuturum sit, & idem varietatem constituere ratio suadet, horum plurima à vulgo practicantium, & ab Hippocratica vetustissima methodo dissecantur, nullum tamen horum legere aut videre contigit, qui minimam rationem addere potuisset; quare hæc ita fierent? Cùm autem citum, tutum, & jucundum auxilium animadverterint, & ad frigidam, vel calidam quadrare non possit, vel nocuum, vel empiricum vocarunt, manifesto argumento à nostris hæc & alia excerpisse, & eo ipso ignorare se testantur, in Natura scilicet nil unquam fieri posse, cujus legitima causa non præcedat. At non solum in his, sed in reliquis omnibus admodum jejunos se manifestant: exempli gratia, bezoar, dicunt urinam & sudorem movere, perlas cor roborare, &c. nullus tamen, quâ ratione sic indubitate in corpore humano agerent! & idem dicitur sectarii à principio ad finem usque sunt, manent, & consensunt empirici, & experimentatores, semper discentes, & nunquam ad veritatem pervenientes, sic enim habet Author in Hollerium de Vinaceis, *je Pay pratiqué cent fois, il n'y a rien de meilleur sous la chappe du ciel, attamen nulli podagrico profuerant unquam, quare illis receptula quedam, qualitativo, & frigido sermone roborare sine causarum cognitione suis est, superflua, ait Philosophus, discunt, necessaria ignorant, quia aliud non cognoscunt, quam quod externo sensu friget, vel calet: id est quod nesciunt, scire nolunt. Sperma ranarum, luna decrecente collectum, & ex balneo ad siccitatem distillatum, prolicitam aquam alcali insipidi ditissimam dabit, ut Hippocr. Olim mechanicè docet, quæ tepida cum lineis pannis applicata calidæ ignæque podagræ optimum est refrigerium. Advertat tamen patiens, ne aquæ addatur alumen, ut suadent Crollius, Sala, Tenzelius, & alii: licet enim alumen sit refrigerando, ejus tamen adstringentia poros cutis claudente, diaphæris impeditur, dolorque in excessum augetur: experto crede. Unde rectè Hildanus, alumen podagricis esse inimicum monet. Multo promptius dolorem leniveris, si aquæ prædictæ alcali acueris, sive multiplicaveris additione alcali urinæ, tali proportione, ut inflammata dolentemque partem applicata aqua non pungat, quod lingua facillimè metiri potest. Cùm autem ex *Magistri libro de morbis*, totum corpus, dum vivitur, transpirabile habeatur, dolenti loco tepidè duplicatis, vel triplicatis linteis fomenti modo adhibita, non potest alcali urinæ attrahere aciditatem rarefacta acidum spiritum non extra corpus erumpere, ac proinde quietem non consequi dolorem, *Verba Hipp. de Stati-**

Tom. I.

bus. Dicit nempè aqua non primis qualitatibus, sed absumpto, ac attemperato acido igneo refrigerare dicitur, ex quo postea magno patientibus solamine dolor mitescit. Alii, loco spermatis ranarum aquæ spiritum vini eligunt, atque urinæ alcali commiscet, sed ubi inflammatio prævalet, cautè procedendum est, aliàs enim urit, & vesicas attollit: etiamsi locus affectus plumaceolo leviter tantum eo perugatur. Urinæ spiritus commo-
dissimè ac celerrimè parabitur ex sale armoniaco, quod nihil aliud est, quam alcali urinæ ligatum, vel condensatum cum acido communi sale cibario, ut docet Hippocr. Chemicus c. 2. Si enim armoniaco addideris æquam alcali fixi (ex gr. Tartari) portionem, & ex retorta vitrea levi calore ambo unita pepuleris, in illo tepore fixum alcali tartari amplectitur, trahitque ad se acidum sale cibarium, & alcali urinæ, quia fugax & volatile, dimidiæ horæ spatio, in mediocri magnitudinis vas recipiens se recipit ab igne fugiens volatile, al-
bissimumque, qui servandus est ad usus prædictos vasis vitreis cera perquam optimè obturatis. Hac in operatione simplicissima, nature instrumenta rarefactio nimirum & condensatio oculis mechanicè pat-
tescunt. Alcali enim volatile urinæ liberum dimittitur à societate acidi salis communis, se iterum alcali tartari fixiori copulantis. Unde alcali urinæ, si dolentem locum podagricum attingit, acidum rursus trahit, utpote vacuum, illoque saturatur: & in neutrum ambo vertuntur. Unde *Magister* Generare, & interire idem, commisceri, & discerni idem. Eò quod Naturæ minister sive spagy-
rus profundum habeat ingenium. Recens etiam urina sani pueri, in defectu aquæ spermatis ranarum, ex Balneo distillari potest, adjecto cinere communi, cujus alcali sorbet acidam urinæ partem, & alcali urinæ cum aqueo humido ascendit per alembicum: hæc quoque alcalizata aqua pluribus profuit. Ex eodem fundamento paratur ex tempore absorptiva aqua sine ulla distillatione, sed simplici mixtione ex salis armoniaci pulverizati, & alcali tartari ana, cui mixturæ affunde aquæ communis, tantum, quantum pro solutione sufficit, & lineis molliusculis petiis duplicatis, fomenti modo tepidè applicatur. Sunt, qui lacte recens multo utuntur, eò quod inter alcalia, quæ acida bibunt, infimum locum non habeat; sed quia in calido statim in aliam naturam mutatur, propterea omnibus non æquè confert, placat interim, & mitigat acidum ignem trahendo, locique asperitatem demulcet, præsertim quando cum hyosciamo semel ebullierit, ut habent ab experientia plurimi practici. Hoc etiam referri potest Crollii unguentum Anodynum, præsertim febre absente, ab hujus enim unica tepesacta unctione astutissimum arthriticum à doloribus liberatum vidi, qui deinceps sospes vixit, cave tamen ab hoc, & aliis omnibus unguentis, si dolor febriculam comitem habeat. Sunt qui virga, seu ferula cædunt dolentem podagricam partem, donec rubescat, sic acidum expirat, & à doloribus tuti vivunt. Caro bubulæ alcali ditissima, ut Hippocr. Chym. mechanicè ostendit, lacti præferatur, ut & prædictis omnibus: hujus enim frustum crudum sine pinguedine partem dolentem olim superligavimus, à qua manè vesperique mutata feliciter silvere dolores: memores, quòd aliquando quidam ita levissimo teneretur pedis dolore, ut foras in publicum egredi sua peracturus negotia non dubitaret, verum in itinere parum progresso, dolor increbuit majorem in modum circa malleolum externum sinistri pedis, intensissimo cum cruciatu: & deficiente vectura, pedibus, domum laboriosè repetiit, carnis bubulæ frustum illic applicabatur, Aa cujus

cujus alcali acidum dolorosum, & igneum electivè vel spagyricè trahente, sequenti manè locus circumquaque veluti atramento conspurcatus ater visitur, maximo patientis terrore: dolor tamen planè sublatus aberat: ejusmodi [enim nigredo sanguis erat ab igneo acido calore, violentoque dolorifero articulari motu extraventus, ac expressus, qui ab alcali attrahentis appofitu rarefcens paulatim expirando evolabat. Infimum locum hic etiam non habet spiritus vini camphoratus, præsertim à rosmarino rectificatus. Insuper pulvis radicis consolidæ majoris cum aqua communi in pulvem coquitur, quam minimi digiti grossitie dolenti loco applicatam, optimum mitigativum in novella podagra, primaque doloris invasione deprehendi: etenim post tres vel quatuor horas à parte elevata nares ferit odore ex putri acido: arguendo, acorem extrahere. Inveteratæ tamen podagræ nil commodi adfert. Dolore & febre, & si remissis, lecto ægrum sibi non obligante, attamen incessus, ac ambulatio impossibiles sunt: videntur enim mille aciculæ juncturas lancinare. Unde pro hoc statu opportunum Emplastrum composui, cujus præparatio hæc est.

Olei rosati lib. ʒ. calefiat in patella, adde saponis albi rasi unc. iij. liquefacto saponè, adde cerussæ, minii, ana unc. iij. coque lento igne continuè movendo ligneo paxillo, donec emplastri duriores consistentiam acquirat: Si enim eò duritiei non adducatur, rursus in aère mollescit, quia saponarium alcali humidum ab aère rursus attrahit: cui demum ab igne remoto, & nonnihil refrigerato addatur sub continua agitatione camphoræ unc. j. prius solatæ in mortario spiritu vini ad pultis formam. Hoc emplastrum ex meris alcalibus compositum mirabiliter non solum acidum podagricum ibidem latens, sed & apostemata, tumores duros, pedum callos, varios dolores tam Nephriticos, quam ex acido ubicunque obortos, etiam febriles promptissimè sopit, refrigerat, mitigat, adheretque plures dies super pellem extensum, tamdiu scilicet, donec poris apertis acidum morbosum exhalet, tunc nimirum degenerata humiditas expirans à cute depellit: quod autem morbofo acido non concordat, illud dolenti loco, neque adheret, neque assidet. Hujus alcalizati emplastri encomium hic non adduco, ut mihi esse velim ceu hederam suspensam, sicut titillabundis decanis acetum, sub pomposo titulo: *spiritus venevis noster, sal vini nostrum, magisterium nostrum, & similia nostra!* neutiquam verò: abhorret enim animus meus ab ejusmodi vanis ostentationibus, quod norant, qui, Tachenium liberi candoris alumnum esse, sciunt. Decani verò docent, dolori podagræ oleum saponis esse lenimen istud, tamen oleum, quod ex saponè stillando eliciunt, cum nihil aliud sit quam distillata pinguedo unà cum fixo alcali cocta in saponem, eorum vanitatem pro dolore placando illis lubentes relinquimus.

Est & alius Arthriticus dolor sine inflammatione & rubore, qui plerumque scapulis ita infixus hæret, ut respirationem nonnihil aggravet: hic ex acido dolor, quia non profundus, facillimè idè mitigatur potentiori acido, quare huic usui spiritum vitrioli optimum esse deprehendi, ab unica enim hujus unctione quies sequitur: cavendum tamen, ne inter unguendum linteamina, seu vestes alicujus momenti hoc spiritu attingantur: eas enim corrodit atque instar ignis urit, tamdiu unguendo cum lanei panni frustulo continuandum est, usque quo pars dolens pungi sentiat, tunc ab unctione cessantes locum abluimus tepida aqua, deinde superlinimus oleo Hypericonis. Addit *Magister*, acetum

(ejus enim tempore nondum innotuerat vitrioli spiritus) valere ad podagram, si non corpus vulneraret, eadem etiam sæx vini facit: frigida namque Podagræ (ita loqui lubet) quando scilicet dolor igneus abest, aceti fatus accommodatissimus est. Notandum hoc loco, verum non esse, quod turba scribillat: *spiritum vitrioli, & spiritum sulphuris idem esse, easdemque possidere vires*, quam assertionem perniciosè falsam esse deprehendi, nam spiritus vitrioli sex dies, totidemque noctes igne reverberii naturæ possibili expulsus, mercurium præcipitat, eundemque eo simul ipso reddit longè constantiorem præcipitato per sulphuris fumum condensatum, ut oleosum. Vitriolum enim ab igne, cum non facillè fugiat, ideo mercurium ab ejusdem acido, firmiore constantia ditari, eoque perfectioribus dotibus insigniri, quam à sulphuris stammate præcipitatum, necesse est. Mercurius nempe terrestris cum Cælesti symbolizat: eorum enim, quibus jungitur, induit potestatem, ut docuerunt Veteres sub experientia testimonio: vid. Clavis cap. 8. adeoque Turbith mercurii à prædicto vitrioli acido veniens, est medicamentum nobile, præsertim ad veneream luem, similia contagia, pestilentialisque morbos exhibitum in rosarum conserva, pasta Ruffi, aut in succo liquiritiæ, sub pilulari forma, &c. Cave autem, ne ipsum commisceas cum scammonii resina, vel terebintho, vel gummi gutta, ut docet Hartmannus: omnis enim mercurius quocumque modo præcipitatus, pinguedinibus irretitus, vi laxativa exiit, & hætenus cinnabaris, quæ est sublimatus mercurius, alvum non ciet, pinguedini sulphuræ combinata.

Ischiadicus omnium arthritidis dolorum gravissimus ob doloris magnitudinem, & symptomatum supervenientium momenta, sedem in profundo habet, necesse est, idè inflammatio rarè extra apparet. Itaque ad salutem status intus eò loci detentus discutiendus est. Cibi conveniunt tantillo saturegiæ aromatizati. Podagricum medicamentum exhibendum in haustu jusculi, vel vini semel ebulliti, unà cum quatuor seminibus calidis majoribus, & locus affectus foris perungendus oleo lini: desuperque noctu fovendus applicatione tepefacti sacculi cumini semine ruditer contuso, & surfuri commixto referti. Præsentè febre, vehementique pulsatione, sanguinis missio mirificè confert: ea absente phlebotomia inutilis est, atque lini oleo adjungere præstat dimidiam, vel quartam partem olei laterini rectificati. Hacque simplici methodo, brevi temporis spatio sanitas induci solet, dummodo morbus inveteratus non sit. Sunt qui ossa humana ad albedinem exusta oleo vetusto extingui, indeque distillari jubent, hoc postea oleo laterino præferunt. Hi sunt ex illa classe, de quibus dicitur, *quæ nesciunt, scire nolunt*, sacram scientiam odio habentes vituperant, & vilipendunt, *quia nesciunt, quid faciunt, ait Magister*, nesciunt, inquam, ossa combusta oleo in hoc casu non plus communicare, quam lateres igniti, eò quod oleum in forma fumi ab illis elevetur; ossa enim semel candefacta & ignita sunt, sicut lateres ipsi, inania & vacua corpora rursus exfatiari cupientia. Unde per os assumpta, acida specifica, non secus, quam cornu Cervi ustum, bibant, ut in Clave mechanicè ostendi. Dolorem verò ischiadicum à sanguine extravento, radix bryoniæ recens rafa, & cum lini oleo commixta tepidè applicata mirum in modum pacat: renovandus est labor, donec sanguis planè dissolutus, & ad transpirationem seu volatilizationem aptus transludet: interea tamen temporis podagricum medicamentum nullo modo intermittas, ut acidum obortum forbeat, novumque

regenerari non patitur. Clysterem in hoc casu ex Bryonia, ut docet Donzellinus Neapolitanus in suo Dispensatorio nemini suadeo, nam rectum intestinum magnam habet consonantiam cum ore ventriculi, ideo choleram facillè causare potest. Idem morbus inveteratus cum sit frigidus, & alcalizatus, oleum lini cum euphorbio applicatum loco affecto optimum deprehendi remedium, licet magno cum dolore agat. Pedibus continuata diaphoresis ita requiritur in omnibus arthritidis speciebus, ut instantis paroxyfmi præ indicio sit, quotiescunque intra pedum digitos excrementum proprium, & consuetum non reperitur; quare in subcalceolos, seu faccos ex denso lineo panno confatos, digitos pedum versus, infundo parùm cineris ex herbis cephalicis, ut rosmarini, rutæ, salviæ, lavendulæ, betonicæ, &c. ejusmodi enim cinis alcali suo modo volatile continet, ut Hippocr. Chim. docet, quod quia solum, inane, & vacuum esse non potest, ideo trahit per poros cutis, combibitque acidum pedum articulos torquens: unde licet podagricus tota die sine motu deambulationis sedeat, renovandi sunt tamen quotidie linei subcalcei, aut ad minus cinis: horum enim continuo usu, & perseverat effluvium, & rariùs deinceps morbus infestat. Aliquando post paroxyfimum, plures menses pedum, malleolorumque tumor persistit, quem tamen alcali dictarum herbarum uodibus lineis inspersum optimè, celeriterque demittit, complanaturque. Picem navalem emplastris forma applicatam hoc in casu quoque proficuum esse animadverti. Cinis dictus non solum acidum trahit, sed etiam pedes mundat à fordibus, ut ablutione, quæ podagricis pessima est, præsertim ab aqua, opus non sit. Pedum verò lotionem ab aceto, vel vino insitigare volentibus, per me, sed valdè raro, liberum esto. Sunt, quibus pedes olentem mephitim spirant, quod vitium conversatio civilis admodùm horret, & præsertim in iis, qui aulas frequentare habent, cujus causam plerique descendentes nescio quibus putridis humoribus adscribentes, evacuationes cum cautela, ne hepar accendatur [res ritu digna] indefinenter repetitas, & rigorosum vivendi genus frustra præscribunt. Sufficit cinerem prædictum lineis calcis, modo quo dixi, inspergi, & fætor unaque dissuens sudoris mador illico cessant: argumento, id evenire non putridi humoris descendens, sed vitio ventriculi, cuti pedum insiti, affluentem pro alimento sanguinem deturpantis, & in ejusmodi fætozem convertentis: ut sanandi methodus ostendit, eò quod alcali dictorum cinerum acidum putrefactivum ab ipso cutis ventriculo [non secùs quàm alcali calcis cadavera] absorbeat, absumatque. *Hæsenus Otto Tachenius, Tractat. de Morborum Principe.*

Curatio Clariff. Hermann. Nicol. Grimm.

Podagra, Chiragra, Gonagra & Arthritis vaga necessariò ex malè disposito succo nervoso ortum trahunt, qui acris est, & continuo peior redditur à malè elaborato Chylo, & exinde confecto sanguine, curari debent, primò per strictam dietam, ut eligantur tales cibi, qui superfluum sal alcali volatile continent. Intestina interdum à crassis vitiosis humoribus purgari debent per purgantia, sive supra interdum, sive infra; Deinde talia medicamenta usurpari, quæ ex Alcalibus volatilibus constant, tam ex Animalibus quàm Vegetabilibus parata, ut vitiosus acris & acidus succus nervosus corrigitur, aliàs parùm efficietur. Optima Medicamenta, quæ nobis semper honorem creatant, vobis commu-

Tom, I,

nicabimus. Vomitoria possunt esse talia.

℞. Tartar. Emet. gr. v. oxymel Scyllitic. ℥ss. Vini Rosmarini ℥i. m. f. Vomitorium. Vel

℞. Sulph. antim. gr. vi. Crem. tartar. ℥i. Aq. Rosmarin. ℥ij. m. f. Vomitorium f.

℞. Sapæ vomitor. gutt. vij. Vini lilior. Couvall. ℥i. misce f. Vomitorium. *Purgantia.*

℞. Resin. scammon. resin. Jalapp. ana gr. vi. Mag. succin. gr. v. sal. succini volatilis gr. iij. Conserv. flor. Anthos ℥ij. Misce f. Bolus. Vel

℞. Extr. Helleb. nigr. ℥i. Resin. Jalapp. Turbith. ana gr. v. Mag. tartari ℥i. Mag. succin. gr. vi. Ol. still. Rosmarin. gutt. iij. Conserv. Rosarum ℥ij. Misce f. Bolus. Vel

℞. Extr. Agaric. Helleb. nigr. ana ℥ss. Resin. Mechoacan. Resin. Scammon. ana gr. v. Sal. Tartar. ℥ss. pulp. Cassiæ ℥ss. Misce. f. Bolus. *In Arthritis tide quæ, quando dolor magnus.*

℞. Extr. Pilul. Aloephang. nostr. ℥i. laudan. Aromatic. gr. iij. Misce. f. Pilul. n. vij. vesperi assumendæ.

℞. Extract. Diacatholici nostr. ℥ss. Laudan. Aromatic. gr. iij. Misce. f. Pilul. n. vij. vesperi assumendæ.

℞. Pilul. Ruffi ℥ss. Resin. Jalapp. Scammon. ana gr. vi. succini gr. v. Ol. still. Sassafras gutt. iij. Misce. f. Pilul. n. vij. Vel

℞. Extr. Aloës, Extract. Rhei, Extr. senn. tartarifat. ana. ℥i. Resin. Agarici gr. viij. Mag. succin. gr. v. Ol. still. majoran. gr. ij. Misce. f. Pilul. n. vij.

Corpore hoc modo supra scriptis pilulis purgato & præparato, uno ex sequentibus compositis semel aut bis in hebdomade sudorem prolificere potestis.

gr. Antimon. diaphoretic. gr. xv. Corn. Cerv. philosophic. præp. ℥i. Ocul. Cancr. præp. gr. xvi. Spir. C. C. Spir. Tartar. ana ℥ss. Decoct. lign. sassafras ℥ij. Misce. f. Sudoriferum.

Vel ℞. Spir. sal. amm. aromatic. spir. fuliginis Succinat. ana ℥ss. Tinct. tartar. antim. ℥i. Antimon. diaphoretic. gr. xvi. Ocul. Cancr. præp. ℥j. Decoct. Lign. sassafras ℥ij. Misce. f. Sudoriferum.

gr. Spir. Ligni Guajaci ℥j. Spir. Tartar. Spir. C. C. ana ℥ss. Sulph. aurat. diaphoretic. ℥j. C. C. ust. & præp. Matr. Perlarum præp. ana ℥ss. Decoct. Sarsaparill. & Chin. ℥ij. Misce. f. Sudoriferum.

Vel ℞. Rob Sambuci, Rob Juniper. ana ℥i. Spir. tartar. sassafrati, spir. sal. ammon. succin. ana ℥i. Flor. antimon. diaphoretic. gr. xv. C. C. ust. præp. Ocul. Cancr. præp. ana ℥j. Decoct. lign. & Cort. Guai, ℥ij. Misce. f. Sudoriferum.

℞. Spir. tartar. sassafrat. Spir. Lambricor. terrestr. ana ℥ss. Sal. lign. Guajac. Sal. Viperin. ana gr. x. Antimon. diaphoretic. Ocul. Cancr. præp. ana ℥i. Rob Juniper. ℥ij. Decoct. Lign. sassafr. ℥ij. Misce f. Sudoriferum. Ubi dolor in paroxyfimo magnus est, tunc laudan. aromatic. gr. i. ij. vel gr. iij. pro ratione circumstantiarum adjungi possunt. In India hæc sequentia haberi possunt.

℞. Spir. Lign. Ebeni, Spir. Lign. Colubrin. Spir. C. C. ana ℥i. Antim. diaphoretic. gr. xvi. C. C. usti, Lap. Percar. præp. ana ℥i. Rob Sambuci Indici ℥ij. Aq. Zerumbeth. ℥ij. Misce. f. Sudoriferum.

℞. Spir. fuliginis Cinnamom. ℥j. spir. sal. ammon. Spir. C. Rhinocerotis ana ℥ss. Spec. diasolis ℥j. Decoct. Ligni Sassafr. ℥ij. Misce. f. Sudoriferum.

Vel gr. Bezoart. C. & Ungul. Alcis ℥i. Spir. Lign. Ebeni, Essent. Lign. Colubrin. ana ℥ss. Sal. Volat. oleosi Zerumbeth. gr. vij. Aq. ex Rad. Cinnam. sylvestr. ℥ij. Misce. f. Sudoriferum.

℞. Spir. C. Capri Cervi Orient. ℥i. Spir. Lign. Ebeni ℥ss. Sal. viperin. ℥ss. Sal. volat. oleos. Zedoar. Sal. Rad. Cinnamom. Sylv. ana gr. v. Decoct. Sarsaparill. ℥ij. Misce. f. Sudoriferum. Elyxiria, quæ per vices inter Sudorifera, ad præservationem usurpari possunt.

A a a R. Elis

℞. Elixir. Balsamic. Tinct. tart. antim. ana ʒj. Tinct. C.C.ʒi. Misc. Dosis manè & vesperi gr. xx. Vel
 ℞. Spir. Sal. ammon. aromatic. Spir. fuliginis succinati ana ʒj. Tinct. tartar. antim. Elixir. Balsamic. ana ʒss. Misc. Dosis gr. xv. manè & vesperi.
 ℞. Essent. Succin. Essent. Cinnamom. ana ʒss. Essent. Rosmarin. ʒi. Spir. C. C. ʒi. Misc. Dosis ʒ. manè & vesperi. Qui multorum Medicamentorum usu abhorret, ille manè & vesperi assumat ʒss. vel plus volutatum Alcalium ex C. Cervi, C. Rhinocerotis, Unicornu, Viperis: vel dosin unam Bezoartic. C. Cervi. Corn. Rhinocerot. Viperis. deque magno auxilio confidat. *Hermann. Nicol. Grimm. in Compend. Medico chymic.*

Curatio Clariff. Theodori de Mayerne.

Quoad Arthritidis præcautionem, perfunctoriè eam exequitur Galenus, existimans purgationes & sanguinis missiones, vere & autumnò celebratas, satis esse, accedente recta vivendi ratione, non modò ad eam præcavendam, in his qui ab ea hætenus immunes fuere, verùm etiam in quos jam aliquando invasit. Addamus verò plurimarum aliarum rerum concursum requiri: Diæta sibi primas vendicat, atque ex alimentis eligenda euechyma & eupipta, facessere iussis quibuscumque glutinosis, tartareis, sale imprægnatis, & iis quæ facile coagulantur. Eorum species petatur è libris, qui regulam continent utilium vel noxiorum. Potus maximum hic momentum obtinet, qui cum diluendo cibo intersit, ichorosi excrementi collectioni materiam præcipuam præbet: Is si Tartareæ ejusmodi materiæ plurimæ particeps est, præcubio per similitudinem substantiæ ad se allicit eam quam alimenta continent, ac proinde podagræ generationem promovet: Constat enim potiones viscidas, quales sunt Zythum & cerevisia non ritè defæcata, ad coagulationem aptas esse, ac faciliè calculum parere. E contra tenuiores potus, maximè simplices, atque quibus minimum salinæ materiæ inest, minùs pronos esse in generationem ejusmodi mali: Hinc rarè aquæ potiores, modò sincera sit, in podagram proclives sunt, præsertim divites: qui curiositatis ergo in fontes, è quibus aquas hauriunt, filices fluviatiles terfos & nitidos conjiciunt, hi limo mucilaginoso, quem secum vehit aqua, terræ venas perfluens, obducuntur, remouenturque injectis aliis: Vel utuntur aqua pluvia cisternis excepta, sabulo repletis, Hydromel ex aqua cælesti paratum, ritè depuratum, accedente fermentatione, donec limpidum fiat, nec quicquam in fundum deponat, insignis utilitatis est, imò medicamenti vim adipisci potest, adjectis herbis cephalicis, nephreticis & arthriticis, quales sunt betonica, iua arthritica, & moschata, primula veris & similes: Vinum nimia copiâ assumptum turbidum, non exactè à sæcibus depuratum, & à suo Tartaro liberatum, summè noxium est, tum quia à continuo illius usu & immodico dissipatur calor natus, tum concoctio in ventriculo impeditur, præsertim carniùm, quæ in eo liquore indurescunt, jecur offenditur, sanguis acris simul ac serosus gignitur, cerebrum debile redditur, nervorum robur infringitur, catarrhi cidentur, quorum materia in suprema illa regione condensata, perpendiculariter in subditum corpus decumbit, & devastat quicquid obvium est & maximè debile. E vinis alia polyphora sunt, & quæquam diluta linguam vellicant: ejusmodi tartato vitriolico abundant, acido, pontico, pungente: Alia generosiora, plurimoque spiritu pollent, quorum robur

ab admixta aqua cito retunditur: hæc cerebro præsertim infesta, ut priora artubus: Ars modum excogitavit quo vaporem noxium vino demeret, id transcolando per instrumentum vitreum duplex, dictum Gallis *Montevin*, eoque ingenio Tartaro superfluo privant, infuso aliquo liquore præcipitandi vi prædito, quale est oleum Tartari, (cujus ope vinum ad acorem vergeos dulcescit) lithargyri solutio, vel saccharum plumbi ex aceto factum: crysalli calcinatæ solutio per crebras in aquæ urticæ extinctiones & reverberationes cum spiritu acido terebinthinæ, s. a. sed durum est & tædiosum medicato cibo & potu in passibus uti. Qui vino sibi temperare non poterit, eligat quod minus noxium, & oligophorum est, optime id diluat, neque ultra necessitatem diuat, abstinendo quoque à copiosiore cibo: Hæc sanitatis prima sit lex, non satiari cibis, nec ventriculum gravare, vires ejus superando, superflua *παλίμωσι* quo calor natus in objectum sibi commissum sine molestia agat, quod *ἐμπύρετον* est, neque etiam novus ingerendus cibus priore nondum concocto: hic esto simplex, cujus præcipuum condimentum sit fames eam revocando, si deficit, mediocri exercitio horis debitis instituto, ante, non immediatè à pastu; cujus ope excitatur calor sopitus, non secus ac sopitus ignis cinerum agitatione reviviscit. Sed quandoquidem exercitii mentio injecta, cujus essentia est in motu, accersantur huc frictions tum totius, tum artuum, quæ poros reserant, exhauriant suppressas superfluitates caloremque ad partes, functionum omnium opificem principem & instrumentum facultatum revocant: Porro, cum nullum alimentum non aliquid impurum in se contineat, quod in excrementum faceffit; in id elaborandum quo supervacanea excludantur per vias naturales, quantitate convenienti & opportuno tempore: quod si natura cæspitet, arte ei succurrendum in id sedulo incumbendo, ut venter secedat, nec ventriculus unquam impuritatibus scateat, ita ut primæ concoctionis reliquiæ vice fermenti non sint, quod sequuturo alimento acorem conciliet: In id conducent remedia quædam familiaria, ut pilulæ mastichinæ, macri, aloës variis succis imprægnatæ, stomachicis, epaticis, atque aliis levibus medicamentis, quæ vocamus Eccoprotica. Maximeque refert perpendere an urinæ & potus copia sibi invicem proportione quadam respondeant; alias potiones aliquæ aperientes & diuretice certis temporibus & medicamenti forma assumptæ, atque extra passus, eximii usus erunt, qualis est liquor vinosus, qui ex bacis juniperi exactè maturis, ope aquæ bullientis extunditur, addito pauco fermento, vel sinapi, ut sic ejus fermentatio promoveatur; aut tantillo liquore rubeo qui è sale tartari cum spiritu vini elicitur s. a. Mirè quoque sudorum provocatio confert, sive mediante exercitio excitentur, sive in laconico, semel aut bis in mense, injectis aliquando enematis, ventriculo cibus vacuo: Aëris extremæ injuriæ vitentur, frigoris præsertim & humiditatis, sedulo artus contra earum vim muniendo. Somnus & vigilie in mediocritate consistant, excessus enim æquè noxius est: De Venereis idem esto judicium, Podagricis summè infestis, quanquam, experientia teste, humores falsi, & nitrosi, quibus podagrici abundant, ad ejusmodi conflictum crebrò impellant: de quo quondam sciscitatus quidam, quod tempus illi foret opportunum? Scitè respondit, cum quis seipso debiliior fieri cupit. Tandem, si mediocritas ex usu sit in omnibus quæ corpus spectant, potiori jure in iis quæ ad animum atinent ejusque imperus, qui organis corporeis

poris usus, ea destruit & consumit, nisi à Raticæ motus ejus regantur.

En succinctam *diagnosin* præceptorum Canonum in diætâ Podagricis observandorum, vel iis quibus merito suspecta esse debet podagra: Ad præcautionem adjungenda quedam remedia, præcipue vacuata, quo infortunii plenum illud malum in herba, ut ajuunt, & in primordiis, averruncetur, subtrahanturque illius causæ priusquam in actum erumpant, ac obideant partes in quas tyrannide suâ & lamina sævire solent.

Vomitus Podagræ prophylacticum præstantissimum est, qui potest provocari emeticorum ope in plenitudine insigni, ubi juncturæ admodum laxæ, & morbus præ foribus est, atque ubi Podagricis (qui alias insultus sustinuit, vel nondum expertus est) sui est juris Medici imperio non patens, sed genio in valetudinis incommodum plerumque indulget. Ex vomitoriorum classe, hoc usu certissimum est, succellu nunquam irritum exhibitum, scilicet infusio croci metallorum, in alkool redacti, optimè loti, macerati in duabus tribusve uncis vini albi per horas 24. exhibendo ejus colaturam cam ʒj. oxymelitis simpl. mane, vacuo ventriculo, dato paucis jusculo pingui, post singulos vomendi impetus. Id genus remedii vim suam cum aliqua violentia exerit: ideo non æque omni corpori conveniens est, sed illi solum quod ritè à natura ad id est comparatum: malum verò radicibus tollit, neque unquam frustra præbetur, & quamvis comite aliqua molestia, innoxium tamen est, modò tempestivè exhibitum. Vitrioli albi depurati drachma una, in aqua hordei dissoluta, aut cum conserva aliqua exhibitâ, ingesto desuper ejusdem aquæ magno haustu, cui multa liquoris incocta sit, eluit, simulque roborat ventriculum in mollioribus corporibus, ac ubi humor est penitioribus partibus non est eliciendus: valet quoque emulsiõ viginti quinque aut triginta granorum cataputicæ majoris, additis duabus vel tribus amygdalis, facta com jure pulli & trancolata, aut aqua hordei saccharo dulcorata. Est aliud vomitionis genus, utilissimum minus molestum: cujus ratio ut teneatur, in memoriam revocandum quod superius dictum, primitivam Podagræ materiam in ventriculo natales habere: Ex Arabum consilio inebriari semel in mense convenit: quod non indecens est, modò porcorum natura non induatur, & rationis usus superflus sit. Quadrat ejusmodi præceptum in helluones, qui omnia sine discrimine vorant: Semel ij aut bis in mense ventriculum ultra motem infarciant, ingestis quibusvis promiscuè cibus, pinguedine præsertim, superhausto qui libuerit liquore, solito liberaliori: Sic saburra per horam quieti silent, demum semihoræ spatio lentè deambulent, tandem indito in fauces digito ventriculum ad subversionem sollicitent, & ad excretionem non modo ingestorum ciborum, sed etiam macilaginum congestarum, illiusque partibus iam pridem affixarum & adherentium; quæ à passu ad provocatum usque vomitum alimentis sese immiscuerint, ab assumptis liquoribus & potu dilutæ; natura in singula quæ concocione tentante colligere quicquid ventriculi spatio continetur, ac illi chyli substantiam & formam inducere, deinceps in sanguinem transmutandam; In quibusdam longius requiritur spatium ut ad summum bihorium, proet ventriculus tardè chylicationis minus obit; Quoad motum ante vomendi actum requisitum, sufficienter ostendit navigatio, monente Hippocr. ab illo juvari & promoveri ejusmodi vacationem. Præter vomitum purgatio quoque corporis necessaria est, præmissa prius præparatione per re-

Tom. I.

media leptomeria prædita & spiriuosa quæ *diagnosin* ejusmodi tartareas adsistantur, qualia sunt spiritus acidi Vitrioli, Sulphuris, Salis, qui ex quovis liquore, confervis, aliisque propinari possunt; Tartarium cremor, tum spiritus, tum sal, materiam ad exclusionem parant. Cathartica podagricum humorem respicientia verè sint hydragoga, quorum immensa est sylva: Syrupus de rhamao adversus id malum specificum est, immediatè ante cibum sumendus, dosis sit uncie duæ vel tres; Cremor Tartari, additis quindecim, duodecim aut decem granis extracti scammonii, in aqua rosarum præcipitati, simul in vino albo dissolvendo, ex jusculo sumendo, addita gutta olei è cinnamomo stillatitii, evadit remedium utilissimum; Cydoniatum laxativum, Lugdunense dictum, ejusdem est efficacitæ: valet radix Gialapa ex vino albo sumpta, drachmæ unius quantitate aut scrupulorum quatuor, utile & jucundum est remedium; Non minoris emolumenti sunt Ebuli grana, eorumque oleum per ebullitionem aut expressionem elicicum: singulariter commendatur Electuarium Caryocostinum: Sed omnium remedium potentissimum est Mercurius dulcis, cujus scrupulus unus felicissimo succellu exhibetur, additis, stimuli gratiâ, ne moram trahat in corpore, xx. aut xxv. granis massæ pilul. cochlearum minorum fideliter dispensatarum, & correctionis gratiâ aliquot auri foliis, guttisve oleorum destillatorum rosamarinii, anisi, aut cinnamomi. Generosiorum remedium, ne creber esto usus, sed tantum tempestivum, vernæ aut autumnalis, initio: Vomitus, ut ante dictum, frequenter esse debet, & maximè pilularum usualium nominatarum. Ad vacuata pertinet Nitrum, educet id per renes & vesicam substantiam Tartaream, quæ facillè coit in calculum in iis qui ad Podagram vergunt: assumitur, declinante Lana, ad drachmæ unius vel alterius quantitatem cum aqua hordei vel saccharata: Tandem Antimonium fixum diaphoreticum, Croliano modo præparatum, sudores promovet, in laconico vel lecto exhibitum, ex sapa vel roob granorum lambuci, semel aut bis in mense, pro corporis plenitudine, aut si in diætâ gravius erratum sit. Quoad cætera, *Zocoli, brocoli, buon capello, pochi quadrechi menco cervello*; Et, ut adagio fertur, Cura ut caleant pedes & caput, cætera, brutorum vitam agas, i. e. horis commodis passum in eas, vitata plenitudine. Qui prædicta observavit, quanquam insitam ad podagram propensionem habeat, vix eam incurret, modo ex ordine & cura adhibita id fiat. Tempestivum jam est iis opem ferre qui acta hoc morbo assliguntur; iis autem manifesto solatio posse succurri experientia crebra mihi compertum est: vel paroxysmi mora injecta, vel crebro insultu eorum prohibito, vel accisa eorum longitudine, dolorumve atrocitas mitigata, aut citius restituro robore artubus partibusque à diuturno malo debilibus. Ad horum tuclam, præter generales easdem & necessarias indicationes, 1. vacuanda materia tartarea, initium ducendo ab ipsa origine, scilicet ventriculo, 2. eadem præparanda per omne temperantium genus, 3. materia præparata per imum ventrem excludenda: 4. maxima ejus pars per vasa excretionis urinæ dicata exhaustiendi, 5. Præterea superfluum per exsiccantia & absorbentia dissipandum: 6. procuranda, per interceptionis viam, consumptio ejus quod medicamentorum vim eludet, 7. retundenda solis acrimonia in partibus patientibus: 8. id in vapores solvendum quamdiu sub forma manet liquida, 9. si necessitas ingruat, idem fixandum & congelandum in sua scaturigine, 10. Dolore acrius urgente, narcoticis is

A a 3

lopien

lopiendus, quod fortè paradoxum quibusdam videbitur, 11. unum inter & alterum insultum articuli firmandi, quo minus fluxioni in posterum opportuni sint, strenuè roborantibus post pa oxysmum usurpatis: 12. si liceat, dictæ materiæ & salia dissolvenda, antequam omnino concrecant & in ipso si licet, concretionis initio: Ad Curationem enim nodosæ podagræ, lapide philosophico opus esset, aut Medetæ balneo in quo senectam deposuit Jason. Præire cunctis debent vomitoria, omnium quippe maximè necessaria, quorum enumeratio antea est facta; crebrò autem an rariùs in usum ducenda sint, docebit necessitas, aut dietæ ratio, ordinata vel suffraganea de quò habita: convenit autem solum hic eradicans Emeticum, è croco metallorum aut vitriolo albo, quod nunquam non in usum duci debet; cum cætera ad præcautionem mali satis sint in iis qui nunquam id experti; Convenit quoque sæpius à coena concitatus vomitus ventriculo prius cibis gravato, cujus laborem nox sequens emendabit, patientemque inflaurabit; Semel ad minimum in mense id vacationis genus advocabitur, utpote maximè efficax præsidium, saltem vere & autumno, vel necessitate postulante, cujusque tempestatis initio. Id verò annotatione dignum salia Alkali dicta, quæ è vegetabilibus per calcinationem extrahuntur acerrimos & pungentes spiritus edulcorare, inter quos sal Tartari potentissimus est: Idem accidit in corporibus nostris, quorum salia recentia acuantur tantùm à sublatiis eorum spirituosiss, quarum retuso aculeo, salis corpus ενεve & innoxium restat; Neque potest ulli noxius esse usus salis Tartari cum jusculo assumptus, vel conserva aliqua betonicæ, chamæpithios, cichorii, sub quacunque tandem forma; Podagricis eximie conducit, non solum quatenus temperat, sed & evehit per urinæ vias Salinam materiam & tartaream mali causam. Eundem prodeunt effectam salia chamæpithios, betonica, absinthii, ebuli &c. Tutò intus assumitur saccharum Saturni cum conservis appropriatis, adque mitigat, indice gustu, sed veneream cupidinem infringit, in commodum forsitan podagricorum. Eiusmodi remediorum exhibitio ultimis Lunæ diebus fieri debet, præmissis levioribus quibusdam eccoproticis. Purgantibus, podagræ maximè convenientibus, superius commemoratis, accedat hoc specificum, Pulvis scilicet nofter arthriticus, qui semel saltem in mense, circa plenilunium, cum maximè turgent humores, à drachma una ad scrupulos quatuor, plus aut minus, pro morbi magnitudine, virium præsertim ægi habita ratione, usurpari debet: Qui sunt plethorici & Podagrâ graviter vexantur, si quoque illum in usum ducere poterunt, suspectis præcipue tempestatibus, uno aut altero die ante novilunium, ex pingui caponis jusculo, vino albo, cremore hordei, lactis sero, cujus haustum à sumpto medicamento ingerere convenit.

℞. Rasuræ cranii humani insepulti, turbith, hermodactyl. Gialapæ, sennæ, cremor. Tartari, disgryd. garyophyll. ana ʒj, misceantur, ac in subtilem pulverem terantur: Baurus, Medicus Italus, laudibus extollit Cryocostium, cujus simplicia, cum maximè caleant, ejusque operatio paulò vehementior sit, vix utile puto siccis corporibus, sed tantùm summè frigidis & humidis; ita ut prædictus pulvis vicem aliorum supplere possit, excepto Mercurio, cujus vim & energiam cæteris omnibus antepone: Actum supra de eum exhibendi modo, vehiculum ei debetur quod cito operationem perficiat, quales sunt pilulæ coccinæ minores, similiaque purgantia colocynthidem admittentia, scammonium,

eileborum nigrum, è quibus, si lubet, concinnari pote it extractum, pilulari forma, permiscendum Mercurio. Si quos jam invasit podagra, liberari ab ea postulant, aut saltem mitius tractari, si post purgationes universales triplicis corporis regionis, pro exigentia, & gradu affectionis, præmissa dieta sudorifica, per annum subsequenteribus pilulis utantur, quibus tanquam sensibilis desit vacuatio, diutino tamen usu nec interrupto, materia ejusmodi Tartareâ cum urinis evehitur, de quo toties actum: facultate demum omnino specifica, in quam semper intentum esse decet Medicum, cuicunque demum insistatur methodo, articulos roborant.

℞. Pulv. chamæpit. ʒʒ. liquir. Hispan. ʒij. beton. ʒiʒ. ossium mespitorum ʒij. omnibus in pulverem subtilem tuis cum f. q. terebinth. Venet. f. pilul. à ʒj. ad ʒiʒ. & ʒij. quotidie, tribus horis ante prandium exhibendæ, post deambulando & leviter se exercendo: Illius remedii basis est Chamæpitis, quam nonnulli simpliciter terebinthinæ remiscunt, addunt alii betonicam, usus ut supra: Exacto primo anno, utendam hoc remedio singulo vere & autumno, spatio xxx. aut xl. dierum, effectû observato, ita ut si venter liberè fluat, res naturæ committatur, remediisque eò conspirantibus: si pigra sit, sollicitetur pilulis usualibus, identidem assumptis fortioribus purgantibus, ut dictum; vitata interim vitiosa dieta, cavendoque ne quod una manus adstruit, altera destruat. Absorbentia siccandi vi polleant, qualitate manifesta, cui si specifica associetur, præstantior & vegetior oriatur effectus: Ossibus cujusunque generis, crudis aut calcinatis, ea vis inest, sed humana, ex iisdem partibus quæ affliguntur desumpta, efficacius agunt ratione similitudinis.

℞. Diætorum ossium ʒij. C. C. erudi & calcinata ana part. ij. ocul. cancr. subtil. pulverisat. part. i. pulv. aut medullæ farinaceæ sarsaparill. part. iv. omnia in pollinem terantur; quibus, si lubet, adjici poterunt sem. anis. fenicul. coriandr. cinnamom. succini, moschi, sed exigua quantitate ac solum ad gratiam gustus: mane & sero assumatur cochlear integrum, procul à cibo; cum destiterit podagricus ab usu prædictarum pilul. chamæpithios, vel intermedio, quo eas non usurpabit, tempore. Cauteria brachiis inusta, vel tibiis, humorem in articulos fluentem intercipiunt alioque deducunt, maximi solatii, tum ad præservationem arthritidis, tum curationem, præsertim si ægri legibus dietæ non obtemperant, qua de causa ea admittere tenentur. Succedunt jam remedia doloris urgentiam spectantia, ad quorum disquisitionem, ob ægrorum impatientiam, tormentique vehementiam Medicorum solertia impellitur: In memoriam revocetur, quod pridè dictum, materias salinas, acidas & mobiles, simul permittas sese mutuo temperare: Eademmet podagricum dolorem sedant: Lixivia è cineribus caulium, sarmentorum, cinerum clavellatorum, Tartari, similibusve salibus Alkali in mitigationem doloris concurrunt, maximè si vitriolica admisceantur, in quibus lateat anodium sulphur & sal, potenti discutiendi vi prædictum: vitriolum album in aqua stillatitia caulium dissolutum: Plumbum nativa dulcedine mordacitate sal podagricum exuit, exterius admodum ex prædicta caulium aqua, ut & silicis, cujus sal in cineribus latens eximie est virtutis. Phlegma vitrioli albi, aqua spermatis ranarum, simileve liquores, quibus sæpe narcotica adduntur, duplici nomine utilia sunt, qua sensum obtundunt (de quibus infra) & ope naturæ sulphureæ, qua temporant humo:

humorem. Maxima pars eorum qui podagricis auxiliare manus porrigunt, cataplasmatis ineptè utuntur, unde plus damni, poris cutis occlusis, quàm commodi accedit; Referendū poris ii & in id elaborandum quo foras eliciatur id lixivium, dum sub forma est liquida: Eum in finem utendum aquis apoplecticis, tantoperè ab Authoribus decantatis, confatis è salibus & vitriolis supra memoratis, Oxoronia Zvingeri, Aqua ex urina & vitriolo dia simul maceratis, digestis per putrefactionem, egregiam opem fert: Eximia est iis in doloribus camphora, digerit, halitumque insensibilem juvat, mediante summa acrimonia: Ex aquis supra dictis utiliter admoveatur, etiam in intensissimis doloribus: Vidi qui dissolvant opium, digerant, postmodum distillent, utiliterque ejusmodi mixturam dolentibus articulis admoveant, etiam maximè vigente dolore: ejus efficaciam augebit additio camphoræ: In id satis sunt hæc præsidia, quanquam & alia non minùs generosa afferri queant & præscribi. Somnus vacationem omnem cohibet, excepto sudore: atque ubi fluxio vehemens est, doloresque intensi, nihil gratius & utilius ad eum accersendum, nec quicquam æquiparandum venit Laudano; cujus duo, tria, quatuorve grana possunt præberi horà somni, imò pluribus ex serie noctibus. Per quietem humores concoquuntur, natura vires resumat, & insurgit hostem superatura: Alia prostant somnifera laudani succedanea, sed istud cæteris palmam præripit. Maxima Medicorum pars contra narcoticorum & stupefacientium usum insurgit, eaque impugnat; quod non desint alia præsidia tutiora quorum ope doloris vehementia demulceri possit, ac satius sit, ex ipsorum mente, ejulatus non compescere quàm ægrum enervem reddere per ejusmodi medicamenta; Lepidum sanè & plausu excipiendum excusationis genus, quasi verò per ea tam insignis imbecillitas partibus & ægro inuri queat: Reverà intus assumpta narcotica, si dextrè in usum non flectantur, damni non sunt expertia, quippe quæ intempestivè data in cerebro congelationem quandam, ut ita dicam, pariunt, spirituumque quandam *anæsthesiam*, non mediante refrigeratione, sed fixatione, quæ sulphuris, luxuriantis in iis remediis, soboles est, unde inducta immobilitate spirituum animalium, illorum influxus prohibetur, hinc mors per suffocationem sequitur: sed si viget atrox dolor, ab ejusmodi remediis admotione nihil quicquam simile pertimescendum, cum certum sit dolorem, vel una die urgentem, majorem nervis inferre labem & debilitatem, quàm topicorum admotionem sex dierum spatio continuatam; Supponamus verò stuporem inde aliquem superstitum esse in partibus, mille præsto sunt remedia eam labem eluere valentia, balnea, frotus, emplastra, laconica & alia quæ brevi tempore id præstant: adde his narcoticum fore innoxium suæ antidoto annexum: Omnes prope autores in vehementia doloris podagrici hyoscyamum in usum ducunt: ad opium quidam ascendunt: si splen multum induruit cicutam illi innoxie apponimus, quod & oculis utiliter superimponitur, quanquam cerebro proximis: Ego autem non vereor, comprobante felici evento, in usum ducere utramque illam plantam cataplasmatis forma, addita cassia, camphora, spermate ceti, atque axungia humana, quæ præstantissimum est antidotum eo in affectu. Sedato dolore ad roborantia accedendum, inter quæ vinum optimum, quod ut extus ad motum partibus nervosis utile est, sic intus assumptum maximè innoxium est omnibusque cerebri propaginibus. Qui alias insultus arthriticos sustinuerit, ad-

mittere necesse habent remedium quod siccandi vi roborat partes nervosas, quarum tonus & temperamentum nativum per similia conservari postulat: Paulus Ægineta, antiquus & doctus medicus, podagricorum articulos linimento ex sale & oleo perfricat: conducit id remedium mitigatis doloribus, sed præstantissimum est in iis præcavendis: Partur oleum ex violis luteis (cheirinum vocant) ex iteratione florum infusionibus, quod optimum evadet additione florum verbasci.

℞. Prædicti olei ℥j. salis marini decrepitati, dissoluti & in alkool redacti super porphyrite, saponis albi veneti ana ℥iv. m. fiat instar nutriti. Eo vesperi omnes articuli unguendi, præsertim pedum & manuum, præcæteris partibus maximè doloribus obnoxii: post inducantur tibialia & cheirothecæ laneæ in introitu lecti. Quondam mihi fuit notus Medicus doctus, qui cum podagra per annos triginta fuisset infestatus, (fuit is Dom. Quartier Ducis Bullionæi Medicus) demumque totidem annis supervixisset, reliquo vitæ tempore, (prætergressus enim est annum centesimum) beneficio supra scripti linimenti, decem annis ante obitum, incedens visus est sequè firmo talo, ac si nunquam eo affectu tentatus fuisset: Plurimis forsan adstrictior hæc diætæ & medendi methodus tædiofa censetur, quia sic redit labor actus in orbem. Agriculis, quibus vita sobria, exercitiumque indefessum, talia præscribere superfluum est: Divites, qui laboris tædio servorum ministerio omnia exequuntur, quantum velint debaccantur, nihil moror. Desinentibus paroxysmis familiaris est usus Emplastri diachalciteos, quod reverà innoxium est, sed exigui solatii; Prostant meliora, qualia sunt Empl. de hermodactylis, de minio magistrale, vocant Emplastrum Sandicis, Gummi Caranna spiritu vini dissolutum, ut & Tacamahaca singularis sunt efficacæ: Emplast. betonica, mastiche, storax ac benzoin, liquefacta cum prædicto spiritu, egregiè conferunt. Balsamus Ebuli, paratus cum lumbicis, castellis lactantibus, addito sale præstantissimus est. Balnea & frotus ex herbis neuroticis, lixivio ex aqua chalybeata confecto, incocctis, addito vino rubro, sale, sulphure & alumine, mirè corroborant, Lac aluminis singulariter valet, quod sic paratur.

℞. Aq. vitæ ℥j. album. ovorum rec. num. vi. dia una convascentur cum 3. aut 4. grandioribus aluminis frustulis in olla terrea vitreata; ea satis erit agitata & commovisse, si prius in dicto vini spiritu facta fuerit infusio herbarum nervialium salvie, majoranæ, torismarini, inde remedio virium accessio fiet: hoc verò calefacto, cum ovorum albumina indurescant, & crassescant, ac in grumos abeant, satius erit seorsim excalefacere vinum rubrum optimum, (de alicante si proster) dentum in vas igne exceptum, duplam aut triplam quantitatem alterius lactis aluminis injicere, atque in eam miscellam immergere lintea duplicata, ac calidè admoveere; sed quorsum plura, cum prædicta satis efficaciam sint. Ridiculum se præbet qui topiorum dissolutionem pollicetur, nam si induruerint, tale quid tentare, laterem lavare est: sed materia existente adhuc viscidâ, credo rem non omnino esse impossibilem, si modò nasciscamur remedium quod illam subeat, ac similitudine substantiæ cum illa conveniat; Tale est sal armoniacum, tum naturale tum artificiale, imò compositum ex fuligine & urina animalium. Sed sal urinae volatile, crebris depurationum sublimationibus, viribus antecellit. Partur poris sufficienter referatis, vel balnei ope vel Laconici, aut ad lixivii vaporem, parati cum sac-

cibus aut scoriis flavis reguli antimoni: (cujus sulphur potentissime attrahit: nec minori dissolvendi vi pollet) Accipiat sal urinae, misceatur cum optimo spiritu vini, ex hac mixtura fiat lotus: Oream arsenici digerit & ad superficiem allicit, nec remedium extat hoc in opere æquiparandum; si tantillum ejus misceatur cum butyro Majali vel alia pinguedine, leniterque infungantur artus: Dissipantur aliquando ejusmodi tumores exsudante materia quadam viscida, pinguedinem referente, & sæpe exoritur postulae aquae guttas fundentes non secus ac ova igni exposita. Cardio vero, circa hujus remedii usum, in hoc vertitur, ne festinatio queratur, ejus enim effectus per sæpe duodecimo demum, vel decimo quinto die se exerit. Quidam, ut Dariosus, apertionem partium circa articulos per ruptoria moliantur; & ante factam ollam concretionem utiliter vesicatoria admovent. Ego autem in ea sum sententia priorum consilium supervacaneum esse, atque eum qui mali causam antecedentem per remedia intus assumpta impugnat, externis facile posse carere, vel saltem à dolorificis hisce abstinere, cum iniquum sit afflictio afflictionem addere. Priusquam colophonem imponam de sanguinis missione aliquid adiciendum, quæ in corporibus plethoricis, in iis qui lautè & opiparè vivunt, mero indulgent, præcautionis gratiâ nunquam non fieri debet: vere brachii venæ tundantur & autumno: In melancholicis referentur hæmorrhoides; mulieribus cieantur menses si substerit: Galeus intrepidè asserit præsentaneum esse auxilium in maximis doloribus, præcipuis fluxionibus & ingentibus inflammationibus: his tribus sæpè simul concurrentibus primo podagrae insultu, quis eam sæpius instituendam negaverit, juxta necessitatis urgentiam? Hujus remedii cum tam eximia sit utilitas, quodnam queso majori certitudine, minusque accipiti spe poterit decerni! Nunquid in urgentia dolorum purgationi anteposenda? Quanquam Bayrus asserat se ipsum podagra ad extremum afflictum, ab assumpto Elect. suo Caryocostino in doloris urgentia, semper libertatem pedum restitutam fuisse, ut solus, nemine fulciente, sellam perforatam adire valuerit: Pè illi fidem adhibeamus, Medico quippè docto, seni & experientissimo: Constat tamen vel non purgandos podagricos urgentibus doloribus, vel id ad *rius* faciendum, aliter commotâ camarinâ malum ingravescere certum est: præcavebitur id dampnum si ea ipsa die qua assumptum purgans, exhibeatur noctu laudani dosis, ut supra dictum; Eo pacto orgasmus humorum sistitur, figuntur spiritus, tandem immixta causa mitigatur malum, restituiturque natura pristinae libertati. Positis his regulis, non difficilis erit usurpatio plurium particularium remediorum, præter specifica dicta: sed multitudo deterret ægros, confusionemque invehit tum in Medici animum, tum eorum qui ægro assident: Et quanquam sylvam medicamentorum hac adduxerim, non ea tamen mihi mens est, ut omnia in usum duci debere velim in eodem subiecto: Medici est ea eligere quæ unicuique ægrotanti commoda credit: Medicinalia consilia artis magistris directores habere debent, quo rectus usus inearur & opportunus, hacque utilitas emergat, futura alias gladius in manu furiosi, si quis verò artis ignarus ut intendit uti, deceptum se à sinistro usu, agnoscat: discat idem totam curationis summam in electione opportuni temporis sitam esse, quod non omnibus obvium est, sed in tantum qui in artibus operibus consueverunt & canos acquirere; hæc non annus nedum dies una docet. Antequam suam faciam illud moneo, hoc consilium ab

amico extortum, atque in ejus gratiam & reverentiam à me conscriptum fuisse, ejus curiositati potius quam necessitati satisfacturo. *Hækenus Theod. Turquetus de Mayerne, Tract. de Arthritide.*

Curatio Clariss. Vilielmi ten Rhyne.

Arthritidis cura est in causæ sublacione, hoc est statuum, ossa inter periostiumque delitescentium evaporatione, quæ apud Japonenses hoc modo perficitur. Tenuiora folia summitatesque artemisiae latifoliae colligant, collecta siccant in umbra, siccata manibus fricant ambabus, cauliculos, foliorum fibrillas, aliasve inutiles reliquias, vel sordes abjiciunt, cæteram molluginem servant ad usum, quæ tum gossypii instar est, si præparata sit bene. Ille est moxam aptendi modus, tum apud Japonenses, tum Sinas vulgarissimus, lippisque & tensoribus non minus quam insignibus quasi Doctoribus notus: Nec minus communis est isthæc medicina quàm ejus usus; hic enim copiosius quàm alibi infelix losium, illa panacea crescit. Hanc igitur ex arefacta ac mundata artemisia molluginem, pollicis ac prioris digiti apicibus in parvam, minoris pisi, vel paulò amplius, magnitudinis, formant stupam, acutiori prismate, basi latiore prædictam: Vel etiam purificatum herbæ gossypium charta obvolvunt, & diducta palma circum volutant, ut illa plantaria lana magis & æqualius compingatur, de qua sua cultro præscindunt stupas, duos circiter scriptorios calamos crassas, quas delecti loco (digito parum saliva imbuto prius submodofacto) imponunt, atque ellychoio aliove vel flammæ vel ignis subiecto (sic sæpè una stupa sequentem alteram) incendunt, ut hoc medio articulorum ille tortor, doloris omnis auctor, status extricetur, & agatur in fugam. Has ergo artemisiales turundulas, vel plana manu, vel extremis digitis inturandæ parti imponunt. At hic primò arteriarum pulsus in affecto loco explorandus est (quod Sinæ Japonæque non ita attendunt) ut exactius constet de statuum hospicio. Quin corpus servandum est in eodem situ; uti dictæ gentes notant. Hanc ergo facile combustibilem, modò siccata sit congruè, stupam (quam idcirco etiam in ignariis suis pixidibus secum portant Sinæ) in apice cum conflagrante bacillo (quem potentiores Sinesium, non Japonensium quantum mihi saltem consistit, ex rebus aromaticis in olfactus delicias confici curant) accendant; quæ lentè ardens flamma turriculam hanc in cineres non omnino convertit, sed parvum ejus segmentum in basi relinquit, quod epidermida nulla violentia attrahit, pustulamve, sed plerumque cineritiam tantum maculam, etiam si quoque sæpius super eadem plagula illa renovetur inustio, superstitem sinit; quoniam cucurbitulae instar peccantes humores, teste visu, alliciens, eosdem imbibit, ut planè consumi, cutemve nimis corrodere nequeat; humores enim ad hoc stupæ incendium celeritè etiam consuunt, quam in urbe vicini paries cum proximus ardet. Neque valdè dolorifica est (quod, præter ingens levamen, hoc genus auxilii summopere commendat) inustio; mollis namque est hæc stupa, nec spissa, nec magna, neque ad ipsam cutem flamma penetrans, atque ipsa conflagratio momentanea est. Hæc imbecillioribus in locis ter quaterve communiter reiteratur inustio; aliis verò in plagis, si robustiores sint, statumque profundius hæreant; Verbi gratiâ in Ischiade (in qua crustas valde multas, magnas, ubi Sineses ac Japonenses parvas, ac inter se propinquas inurendas præcipit Hippocrates) quandoque vires, trigesies, etiam quinquagesies, imò pluries, illa reperitur; donec ma-

le suadus ille flatus exhalet; atque hinc nullus mali alicujus metus est, neve doloris reliquæ; & quamprimum finitum est hoc comburium, licet inultam partem tractare, vel pro lubitu comprimere; hoc enim dolorem sedat, & ut plurimum tollit moxæ incendium, si bene successerit.

Inuulsionis hujus utilitati quidam contrariam, uti supra attigi, experientiam opponunt, dicentes, quod podagrici uulsionum vexaminibus animales simul & vitales vires exantlent, nutritionem vitient, & (quod quidem levissimum est) cutis plantiæm cicatricibus deformant. Verum in Japoniam ac Sinam concedant illi antagonistæ, ubi experientur homines cujusvis ætatis, sexus ac conditionis, in quocunque doloris, cum externi, tum interni, insultu, nec non tumoris accessu sua moxa urere, & crebrius urendo robustiores evadere, urere etiam tametsi sani degant, ad formidatæ mali procatarsin: Quanquam, fateor, nonnunquam contingat, ut longâ, forti, & sæpius iteratâ inuulsionem in leipothymiam concidant; & inuulsio hæc in regionibus calidis [ubi per perpetuò patulos corporis poros spiritus plures exeunt] minus proffit, quam in locis frigidioribus, ubi corporis habitus contrario se habet modo. Præterea etiam macri tenerique non ita fortiter, nec ita frequenter, quam validi carnosique, urendi sunt. Et quod cicatrices attinet; ego saltem existimo, sanitatem ægritudini præferendam. Verè igitur, quod de igne generatim Plinius, de hac inuulsoria stupa figillatim dixerit; est & ipsi igni medica vis; maxima autem nostro: Ita valentissimum super omnia medicinæ auxilium simpliciter esse ignem comprobat Galenus, ubi dicit; Ulsio ex his est præstidius, quod totam ejus quod infestat substantiam exinanunt. Quod sic interpretatur M. A. Severinus; Nullum esse vitium tam ferreum ac impenetrabile, quod vi ignis domari non queat; præsertim si ejusdem vires atque usus ad amissum intelligantur: Uti hæc non minus acutè, quam prolixè persequitur prædictus autor: Quippe uti flamma aère, tanquam suo pabulo ac incitabulo fovetur, sic hæc artificialis inuulsio noxiis flammis, eorum flabellis, magis succenditur, & quod primum est, eosdem exhaurit atque dispellit. Attamen debiliori naturæ subveniendum, levisque separanda escara est, hoc pacto; Contusum allium escaræ imponendum, quod iterum ejusdem corticis lamella, in ore parumper humectata, contegendum, ut emplastri loco serviat; atque ita post diem naturalem auferenda sunt ista ex allio tegumenta; nam separationi tunc proxima est crustula; postquam, dum decidit, pellucidior in cuticula cicatrix remanet, raris rotunda pustula; quæ si nihilominus suboriatur, minutiore forcipe leviter incidenda est, ut peccanti materiæ exitus pateat: Verum abstinendum à violentis mediis; nec fortioribus instrumentis, scalpello cuitellove, &c. auferenda est illa crusta: Uti barbara Hottentorum gens solet, quæ, si pars quæpiam læsa lenioribus (nam præter ovillum, bubulum, vaccinumve sebum in extremis doloribus nullum agnoscunt pharmacum) telorum acumine (quibus hostes aggrediuntur externos) internos etiam dolores demerere conantur, dum post violentam scarificationem, mali causam exugere tentant ore; quos inter optimus ille Chirurgus est, qui fortius fugere novit. Verum quis nostratum crudelem illum mendedi ritum non aspernetur? Cum exinde dolor exacerbetur, hinc febris sæpenumero sobolescat: Escara illa facili ratione tollitur, si modo plantaginis folium (rusticorum apud Japones communis in vulneribus & ulceribus medicina) betæ, bras-

sicæ, Syri &c. modicè tostum manibusque frictum, ut mollescat, applicetur; atque ita patienti animo crustulæ decidentia expectetur & cura. Ubi notandum si illa plantaginis folia [ignitis carbonibus prius imposita, ut lentescant & concidant, manuumque palmis compacta iterum explicentur] nervoso sui latere calidè simul & humidè applicentur, illinc fonticuli instar ichor exsudare; si verò parte glabra adhibeantur [cum consolidationem exigit ulcusculum] illa citò & sine notabili cicatrice [quod cum negligunt Japones, & unctiosa putrilagine luxuriare plagam, & emanantem inrudescere saniem faciunt, deformibus ex hac inuulsionem nævis sædantur] coalescit vulnusculum, convenientius etiam quàm si vel electa instrata fuissent emplastra, propter pinguedinem maximè postponenda. Verum non est præcipitanda illa escaræ ablatio, etiam si plagulæ levissimè tantum adhæreat; Naturæ remittendum illud opus, neque sistendus est saniei fluxus; neve globulorum introductione excitandi sunt meri fonticuli, suoque exeat, quantum velit odor: Quare diutius illa folia fibrilloso latere super plagam retinenda sunt, quia sic insanum ichor liberè effluit; verum parte glabra non ita diu; quia tunc nimis citò vulnusculum consolidant; servanda ergo super plagam nervosa foliorum facies, & ne illa decidant, obliganda, vel conglutinantibus emplastris (si ligaturas non ferat plaga) detinenda, atque ad minimum bis viginti quatuor horarum spatio renovanda sunt. Si verò plantago (quæ in Sina ac Japonia, ubi hic mendedi modus usitatissimus est, perquam abundat) deficiat, brassica, beta, tussilago, hedera, vel consimilia substitui possunt: Quæ si defint singula, uti mare peragratis accidit, diapalmæ, basiliconis, vel, quod magis probo, fisticum Paracelsi, alteriusve emplastrum succedaneum sit.

Ast tanti non est monstrasse portum, nisi scopuli, qui cum periculo allidi possunt, simul ostendantur. Prohibent igitur Japones, quorum inuulsionis praxim hic imprimis doceo,

1. Ne in febribus ardentibus, sive continuis, sive continuis quamdiu illæ typum servant, vel exacerbationes cum suis accidentibus patiuntur, corpora inurantur moxæ, experti febrem cum suis symptomatibus exinde intendi.

2. Moxæ usum vetant in intermittentiis paroxysmo, quod accuratè observant Japones; verum extracundem inuulsionem hanc seduli inculcant & strenuè administrant.

3. Moxæ comburium interdicit in grave dine; secus febrem, eamque nonnunquam gravissimam, supervenire inquirunt, præsertim si corpus tegmentis non bene muniant: Quod semper in inuulsionis opere observandum injungunt ob metum febris, uti experientia comprobant; secus enim externum aëris frigus adaperitis inuulsionem poris, quibus flatus egressi fuere, se insinuat, atque vetus malum in pejus sæpe pervertit.

4. Gravidas etiam urere, nisi centum diebus jam transactis, recusant: Quod de his locis intellectum velim; namque non semel feminas foetum recens enixas adversus cephalalgiam; aliove cum capitis, tum pectoris dolores magno cum levamine injuri præcepi.

Post inuulsionem, [hoc est, primis post primam inuulsionem diebus] uslam partem digito, vel potius munda syndone, in aqua calida ac subsalsa leviculè tinctis, & lenissimè, formidine febris, iteratò molliterque contrectant; præcavenies, ne aqua nimiam saluginem contraxerit, digitusque perfrigidus,

286
 dus, præhumidusve sit. Quanquam hæc monitoria regula in omnibus non habeat locum; id tamen commodi adfert probè observata, quod purulentum ichor ex insulto stigmate, citius tutiusque proleffet.

His adde, si lubet, Hippocratis monitum, Dextras urere aut secare lethalius (saltem damnosius) esse.

Enim verò quibus hic labor nimis videtur (nam Japones veri *massevoi* sunt) aliis cauteriis actualibus utuntur; in quorum usu illam præceptorum exactitudinem non sequuntur; Conficiunt ergo ex siccis integrisque artemisise &c. foliis herbaceam turundam, digitum longitudine, non crassitie superantem; hac longiuscula stupa inurendam partem cæcis deciesve cautè tangunt & leviter, aut ultima vice eandem plagæ aliquando fortius imprimunt. Hanc & prædictam pariter operationem *Sin kia* nuncupant Japones, cujus nomen & usum à Sinis (quibus hæc hodie saltè non ita familiaris est) acceperit: Huic ego vulgatam cum mora inunctionem anteponebam. Ad quam juxta artis leges bene absolvendam sua habent schemata Sineses & Japonenses Præctici, in quibus loca totius corporis perustioni designata notarunt exigua anatomes notitia: Malim ipsos consuli sensus & venas pulsantes in circuitu iauri. Hanc pyrotechniam chirurgicam plerique Japonum ad morborum prophylaxim quotannis saltè semel, ut plurimum bis, imò pluries, administrant; eodem quo nostratium malri ritu, qui ad ægritudinum præventionem, præsertim veram tempestate, cum in orgasmo sunt humores, corpus evacuare & sanguinem fundere assuevere.

Hactenus *Wilelmus Ten. Rhyne Dissertat. de Arthrit.* Quibus non omnino consentit *Herman. Nicol. Grimm.* qui compendii sui medico chymici pag. 361. sic scribit. In India Arthritis inter primarios & infimos versatur. Hujus causa est quod sanguini suum sal volatile suppressitur; unde nihil, nisi acris & acidus succus nervosus generatur; ad quod non parùm facit prava diæta, aer calidus, & excessus in horto venereo. Sed hæc de re quid dicam, nisi quòd fortè juxta Dei pœna hisce hominibus superveniat? Nam plurimi ex inferioribus in manus barbitonorum conscientia carentium incidunt, qui propter avaritiam omnes eodem modo tractant. Quamprimum enim de dolore capitis, humeri, brachii &c. conqueruntur, statim lue venerea infectis adjunguntur, probeque mercurio unguuntur, ita ut debilis sanguis adhuc magis sudando exhauriatur, & illi miserius ex Nosocomio venereo exeant, quàm introiverint. Plurimi ditiores sese quidem (quod gustus inferni est) exuri permittunt; sed sine fructu, nisi fortè subtilis & volatilis vapor solummodo partibus exterioribus insident.

Consultationes.

Præservatio Arthritidis.

Pro præservatione Arthritidis, sanguinis missionem, & purgationem, certis anni temporibus, tibi proficua judico; ut & usum decocti ligni Guajaci. Inter utramque tempus purgationis, videretur mihi consultum esse, uti aliquando leviori purganti medicamento, quod prima solùm viscera aliquando aggravata expurgaret, quare sit usus hujus electuarii frequens.

℞. Succu fœnicul. depurati lib. ij. mell. despumat. ℥j. coq. lento igne usque ad succ. consumptionem, refrigerato adde hermodact. ℥j. M. dosis Casta-

neæ magnitudo bis terve in hebdomada cum decocti anisi, fœniculi; carvi sem. agar. ℥j. hujus loco velim aliquando in ingressu mensæ assumere cochlear unum Syr. de Spia. Cervin. quem sæpè in hac dispositione proficuum cognovi, exhibeatur dissolutus in vino vel jure carniùm, & quoniam ferè solùm serolum humorem educit, & aliqua ex parte biliosum, minùs pituitosum & crassum, poteris aliquando uti his pilulis videlicet semel in mense.

℞. Agar. troch. hermodact. ana ℥j. turbit. elect. ʒj. trochisc. alhend. ʒj. mirobal. Chebul. Citrin. ana ʒij. rhei, mastich. Zinzib. ana ʒij. spec. hier. simpl. ʒi. cum melle rosac. f. pasta pro pilul. quæ crassa & viscida recrementa educunt potissimum. Ut artus firmetur advigilandum ne pedes, vel cæteri artus ullo frigore premantur, aut humore madescant, abstergendi tam vesperi, quam mane sicciore linteo. Lavandi item singulis 14. diebus aqua chalybeata, salsa incoctis rosis, salvia, iva, verbasco, artemisia, vel id genus similibus. Post abluitionem perungendi oleo rosaceo omphacino, intrito sale. Ad mali præsentis Curationem jam veniendum. In principio influens humor statim vacuandus venit, & revellendus, quod commodissimè fieri potest vomitu & medicamento purgante: quod licet quibusdam non probetur, tamen ego multà experienciã didici mirum in modum prodesse; neque novum illud est, & inusitatatum: etenim *Trallianus* lib. ij. expressis verbis jubet exhibenda solutiva, non solùm præservationis ratione, per morbi intervalla, sed in ipsis malis paroxysmis. Intercipiuntur viæ, ut dictum est supra, quoties medicamentum purgans per os assumendum erit: nam sic fiet, ut exagitatus & ad motionem expeditus humor, minùs illabatur in juncturas. Si dolor vehemens accesserit, utatur hoc cataplasmate quo frequenter feliciter usus sum in magnis doloribus tam ischiadicis, quàm podagræ.

℞. Cicuta, parietar. Laph. malv. ana quantum placet, coque in vino albo bono, coctis & contusis adde axungiam porcina recentem & subtilissimè tritum fursur. Et F. Cataplasma; applicetur loco dolenti, postquam fluxio desinit & dolor cessavit humoris resolutio tentanda est sicuti cum decocto rad. althææ flor. stæchad. Lavendul. Calameath. Chamæmel. Melil. & salis momenti, & hoc Cerato.

℞. Diacalcit. ʒij. diachyl. ireat. ʒj. Emplast. & melilot. vel oxycroc. [ubi magis resolvere velis] ʒb. emolliantur infillato oleo vulpino, & extend. super alutam. In hunc usum etiam mirè valet decoctum vulpis integri adjectis ranis, & lumbricis, & herbis paulo ante dictis, hisce addam [licet quæ hactenus scripsi sufficient] hoc naturale remedium, cujus ego experimentum vidi hisce meis oculis. Episcopus quidam mihi familiariter notus, graviter laborabat arthritide: Cum ubique auxilium imploraret, remediaque undique conquireret, intelligit Monachum quendam eodem morbo laborantem, remedio sequenti curatum esse. Accipitur testudo mascula (cognoscitur inter cætera ex caudæ discrimine, & leni, sub inferiore testa incisura) ubi luna fuerit maximè lumine diminuta, priusquam cum sole conjungatur: amputentur vivæ crura omnia, ea confuta in sacculos, ex pelle hædina angustos, alligentur membris patientibus, ita ut dextrum crus testudinis dextro cruri ægotantis respoudeat, sinistrum sinistro: item anterior crus dextrum, brachio dextro applicetur, sinistrum sinistro, quo loco alligari debeant non expressit Siculus Medicus cujus fuit experimentum certissimum: Monachus verò supra genua suspenderat, & in brachiis

brachiis supra cubita. Quibus postquam usus esset, cæpit paulatim melius habere, genua quæ humore mirum turgida fuerant, cæterique pedum articuli egregiè detumuerunt, adeò ut membra jam agiliora sine scipione levarentur. Aptavimus his intellectis idem remedium Episcopo, ex quo tempore cæpit paulatim melius habere, sed cum statim mihi abeundum fuit, intelligere non potui an penitus convaluerit. De differentia testudinis nihil addidit Monachus: Si quid tamen inde auxilii sperandum sit, arbitror in podagra frigida, applicandas terrestres; in calida aquaticas. Nam illud discrimen observare soleo, in unguento quodam quod ex testudinibus ad arthritidem compono, quo aliàs sum feliciter usus. Nolim hoc aut simile remedium parvi fieri, quod ab usu communi, aut à ratione alienum videatur: nam multa sunt in rerum natura, quæ experientia talia comprobant; licet ratio nihil inveniatur, quo illa dijudicet. *Reinerus Solenander. Consil. 20. Sect. 1.*

De Doloribus Articularibus, Colicis, & Nephriticis. Pro Sereniss. Vladislao, Polonia, & Suecicæ Regis.

Ad Clariss. Jo. Gasparem Crafft, Regiæ Majestatis Archiatrum.

Serenissimus Rex, naturalem eam totius corporis, & partium principum constitutionem sortitus, quam accuratissimè expressit Clarissimus ejus Archiater; non sine hæreditaria labe, doloribus Arthriticis, Colicis & Nephriticis per intervalla torquetur; quorum quidem arthritis nunc sævit atrocius, & diutius, ad augmentum quippe perducta; à renibus forsitan, & intestinis ad articulos tota irumpente materia; non quidem errore naturæ doctissimæ, quamvis non didicerit, ex Hippocr. cum leviores sint articularum morbi, quam aliarum partium.

Quorum omnium causa materialis frigida omnino est prædominio, tartareæ particeps, calidiusculis ferositatibus immixta; cujus causam eandem agnoscimus hæreditariam dispositionem, quæ affectas partes imbecilliores produxit: ut propterea frequentius dolores hujusmodi invicem connectantur; atque rarè arthritici, non aliquando nephritici, & colicis doloribus divexati fuerint. Et quamvis omnium fons, & origo referri possit ad viscerum naturalium intemperies; censemus tamen, capitis humiditatem primas obtinere, à quo fluxiones ad articulos plerumque decurrunt; imbecillioris potissimum ex epilepsia, qua antehac laboravit; cujus intemperie luculenta habuimus indicia; gravem nempe capitis præcedentem dolorem; quem primo excepit partium superiorum arthritis, quæ & omnes jam articulos obsidet.

Ex quibus patet, præsentem affectum omni quidem periculo vacare; cujus tamen difficillima sanatio sit futura, perfecta saltem, imò nec præservatio effatu digna, & tuta satis, ac diuturna; cum sit antiquus, hereditarius; atque roboratis articulis, immineat periculum, ne materia in penitiora corporis remeante, dolores nephriticos, & colicos excuscit. Quidquid eorum sit, in certa spe sumus, fore ut Serenissimus Rex, hoc in primis tempore, quamprimum à præsentis insultu incolumis evadat; cum jam in declivi sit, & remedia nuper adhibita juvamento fuerint; usque adeò quidem, ut nullum vestigium superstes sit futurum eorum humorum, qui articulos obsederunt; atque cum humores, tenues aliòquin, brevi adeò temporis spatio

in nodos concrefcere non potuerint, de aliqua saltem præservatione certior allucet spes; accedente imprimis temperantia Serenissim. Regis, qui tantum non est abstemius, & quod palmarium est, exercitiis addictus; eam potissimum sortitus constitutionem à naturæ ortu, quæ morborum est medicatrix, ut ab affectu æquè pertinaci, ac gravi convalescere potuerit; Epilepsia scilicet & quidem ea ætate, quæ difficillimè plerique sanantur.

Agitur verò nunc de superflua materia in articulis discutienda. Quod quidem si hætenus ad vota Clarissimi Archiatri non successit; probatur nobis exercitium par viribus Regiæ Majestatis; non tamen equo; juxta Hipp. præceptum, à quo solo Scythæ ischiade laborabant; necnon, & præ cæteris topicis, accommoda frictio manibus spiritus vini perfusis; infusione in eo facta florum ivæ, salviæ & rosæmarini. Quod si fortè obduruerint humores; qui proinde validiori emolitione, & dissolutione opus habeant, confugiendum primò ad Gal. Emplastrum ex caseo veteri, & perna decocto; atque ejusdem oleum veus salinum, suffumigia, & alia, quæ his proportione respondeant. Quo autem, favente Numine, res ad vota magis succedat, instituenda est blanda, & familiaris aliqua purgatio, cum universalis, tum particularis capitis: atque hoc excrucandam, missis calidis; roboratis pro virili articulis; quanquam fieri nulla ratione posse censemus, ut hæreditaria eorum imbecillitas, seu laxitas omnino amoveatur. Victus ratio est adhibenda, atque si, quod veremur, accessio aliquando invadat, localia erunt usurpanda.

Purgationem universalem quod spectat, ea bis in anno omnino repetenda; levioribus tamen medicamentis; atque missa etiam venæsectione, si abundè fluxerint hæmorrhoides: sin minus quam pro usu, Vere saltem, ex Hipp. & Galen. præcepto, sanguis modicè educetur. In purgantibus verò, clysteres locum habent; quorum usus aliorum purgantium erit vice Vere, & Autumno, atque sævientis ischiade; acriorum etiam præsentis erit remedium, addita colocynthide; quanquam & sint utiles futuri purgationis familiaris loco, quolibet tempore, & Hipp. 6. Epid. 3. & Lib. de Humoribus, sub finem, his verbis: *si doloribus articularibus intestinorum à dextra parte superveniat dolor, reddit ægrum quietiorem; hoc autem curato, magis dolet.* In quam rem dejectiones etiam in ischiade commendavit Lib. de Affectionibus. Quod si accurata adeò purgatio exigi non videretur, medicamentum saltem aliquod habeat in familiari usu, præter clysteres præscriptos, paratum ex pilulis arthriticis, aut de hiera cum agarico; quarum vis augebitur, exigente quandoque usu, addito modico pulvere hermodactylato; qui hac formula Patavii proflat.

℞. Turbith. hermodactyl. pulverisatorum ana ℥j. sem. diagydi ℥iij. Zinziber. ℥j. sacchar. alb. ℥ss. cujus compositi integra dosis est ℥j. quorum loco vomitus esse posset, si ipsi Sereniss. posset assuescere; quod facilius à cibo, & oxymel. usu consequetur. Purgatio capitis fiet erhinis, & apophlegmatismis nostris; atque ex Fernellii consilio, cujus opinio in hoc casu rationi est consentanea, perfrictiones ad ejus futuras, & occiput, sacculis calidis, sale, surfuribus, milio, & seminibus calidis repletis. Quibus tamen hoc tempore supersedendum duximus, cum dolores in declinatione sint universales; atque vigeat æstus; non sine aliqua virium imbecillitate; spe fricti, fore ut pauca in articulis superstes materia, exercitiis, & victu paulo tenuiori, & attenuante potissimum, futuro tempore calidior; atque diaphore:

phoreticorum imprimis, & topicorum à Doctissimis Viris præscribendorum usu, elidi prorsus, & dissolvi possit. Alios scopos quod attinet, tempore frigidiori, in quamplurimum internorum remedium censu, quæ ex usu esse possunt, probatur nobis præ cæteris Terebinthina Cypria; immixtis ossibus combustis, & iva arthritica, cum modico balsamo Orientali. Conferet enim summopere emundandis renibus, & roborando ventriculo, ac intestinis: in cuius usu, ne nova materia ad renes influat, dejectorium sæpius præscribendum. In externis, instar omnium erit inunctio, tot laucibus à Gal. celebrata ex oleo veteri salito; vel præscripta frictio, cum aqua vitæ, non neglecta materia, quæ in dies succrescit; & ad articulos illabi possit; quæ omnino divertenda est, & evacuanda, vomitu, dejectione, & sudore, ne roboratis articulis ad partem aliquam nobiliorem irrumpat, & graviora inferat mala. In quam rem, & eadem lege, opportunus erit usus illarum aquarum Thermalium, quæ antehac iuvamento fuerunt; ut & Vinaceorum vindemiæ tempore. Commendantur autem Hipp. & alii Græcis, ad præsertionem, & sanationem, inunctiones in ipsis articulis, cum potissimum dolores à mucosa materia ad articulos laxiores influente ortum ducunt. Nec abs re, cum magna vi polleat ignis absumendi materiam viscidam, & lentam; articulos roborandi, & constringendi. Quod tamen remedium in doloribus universalibus Regis Sereniss. locum non habet; nisi dolor ischiadicus majus faceretur negotium, atque refractarius, & pernicax evaderet. Tunc enim inurenda esset pars affecta juxta Hipp. consilium 6. Aphor. vel ferro candente, vel si Sereniss. Rex hoc respueret, medicamento caustico, quod commendat Gal. ex radice Iberidis, confusa cum adipis suillo; Materiam verò divertendæ, & pro tuto magis usu remedium corroborantium, fonticulus sinistro brachio inustus præserti esset remedium, si admitteretur. Invadente verò arthritide, potissima cura sita est in internis remediis, & victu. Interna in ipso principio constantibus viribus, validiora usurpentur; putà, pulvis hermodactylatus; vel pilulæ de hermodactylis; exhibitio ea die ipsa purgante medicamento, quia turget materia, ex Gal. præcepto. Sæpius enim non minus æstuant, atque ad fluxiones proclives sunt humores in arthritide, quam turgentes; ac proinde ad evacuationem æquè proni. In victu, quiescendum in accessionibus; & à vino abstinendum; cibo tenuiori utendum. Atque si his demulcebatur dolor, topicis superfedendum; cum periculo perorsus non vacent. Repellentia verò quod attinet, urgentibus doloribus; videntur quidem ex usu, ex Hipp. 5. Aphor. 25. ubi commendat frigidam largè affusam parti affectæ; quod scilicet *levat, & extenuat, solvitque dolorem.* Cui adstipulantur plures Medicinæ Scriptores, dum ad opiata confugiunt, irrita repellentium usu. Verùm quia Etastus inter Recentiores, quælibet repellentia improbat, quarta Disputatione contra Paracellum, illius sententiam nos quoque amplectimur, in hac arthritide à materia frigida; cui consultius ducimus superfedere quibuslibet localibus; ne materia magis impingatur, & inculcetur in parte affecta, evadatque arthritidis rophacea, & immedicabilis: quam sævientem dolore, leviora concedantur; ut aqua rosarum primò, cum albumine ovi; mox & cum vitellis, & modico aceto; vel perfusio partis affectæ lacte tepido chalybeato; vel fons ex moderatè calidis, ab Hipp. commendatis, Libro de Affectionibus; qui 5. Aphor. cit. affusam frigidam

parti affectæ in arthritide calida præscribit; ex Gal. in Com.

Extra accessiones, & earum declinatione, hæc potissima; in victus ratione, cibi, & potus parsimonia, ac temperantia; hæmorrhoidum modicus fluxus; repetita sæpius purgatio totius, & capitis; atque in rebus omnibus nonnaturalibus temperantia. Tandem cum nec ruffici Podagra torqueantur, nec eunuchi, & pueri, ante Venerorum usum; neque mulieres, quibus menstrua non defecerint: id quidem Hippocr. ævo contigit, quo nullos in victus norma committebant errores: Galeni tamen seculo, & nostro potissimum, pueros, eunuchos, & mulieres podagra exercet, ob promiscuam vitæ rationem in omnibus sex rebus nonnaturalibus. Potus medicatus parabitur ex cerevisia, & immixta mulsæ, vel aliquo hujusmodi ex melle illi affuso. Atque hæc in Sereniss. Regis salutem potiora duximus: quam illi à Regum Rege, ferventibus votis precamur. Archiatro Præclariss. expendenda, & exigente usu administranda. *Bened. Sylvat. Consil. Centur. iij.*

Arthritis cum impotentia motus in pedibus.

Excellentissimus, Augustissimæ Majestatis Generalissimus, sexagesimum octavum ægens, temperamenti totius & capitis calidi & humidi, cum aliquo excessu caloris in jecore & corde; qui in victus ratione satis cautè vivens, æris tamen inclementis, tum diurnis, tum nocturnis si equenter seipsum exposuit, ut Munus & Ministerium suum tanti momenti requisivit: incolumem nihilominus diuturno tempore vitam duxit: sed quinque jam transactis mensibus, prægressa capitis molesta gravitudine, non sine insulto calore, incidit in dolores articulares, pedes occupantes, dum antea ab occipite per dorsum & scapulas materiam defluentem sensibiliter percipiebat. Dolores autem succedente tumore, remissi sunt, sed motus impotentiam reliquerunt, quæ adhuc in præsens perseverat. Et cum topicis medicamentis resolventibus & roborantibus hucusque adhibitis malum non cesserit, & salutis recuperandæ spes totam, in Te. Vir Præclarissime, modo Viennæ commorante reposuerit, de agendis tum pro curatione, tum pro præsertione auxilium implorat.

Dolores articulares, quibus Excellentiss. Vir, Generalissimus Augustissimæ Cæsareæ Majestatis quinque abhinc mensibus correptus fuit, arthritici potius, quam podagrici, cum Hipp. appellandi sunt, qui non à partibus læsis, à quibus inutiles desumi possint medicæ indicationes, sed potius à causa lædente nomen desumere solebant; & idcirco cum eodem Podagræ nomen, & manibus, & pedibus competere potest, quotiescunque insignis fuerit dolor stabilis, & ægrè medicamentis cedens; sicut è contra Arthritidis pedibus quoque competit, dum dolor non adeò fixus & stabilis, sed mobilis, ab uno ad alium articulum migrat, nec diuturnus est, sed facilè medicamentis cedens; & ita causam respexit Hipp. ipse, quam expressit sub illis verbis, quod Podagra fiat à sanguine, à bile & pituita corrupto: Arthritidis verò à bile & pituita commotis; ac si dixerit, Podagra provenit à crudo succo in visceribus coctionibus destillatis genito: Arthritidis autem non ita, sed à materia pituitosa, eaque catarrhali, bili commissa; & hinc Fernelius suum inventum facilè deduxit: sicut enim Podagra à visceribus naturalibus sumit originem suam, & per venas succum crudum atque biliosum, sanguinem inquinantem, in articulos recipit, ita Arthritidis causa potissima in capite

generatur, catarrhalis nempe materia, quæ biliosæ ferositati immixta, à jecore per venosum genus ad caput elata, non per vasa, sed per musculorum spatia ad articulos defertur, sicque sine sanguinis corruptione, sive inquinamento, ex sola pituitæ & bilis commixtione arthritici dolores excitantur; quod quidem contigit Excellentissimo Viro, qui in victus ratione, quoad potuit, semper moderatè vixit, nec de visceribus naturalibus quicquam conqueritur: ætatis autem inclementiam & vigilias in Castris cum evitare nequiverit, capitis naturalem calidam & humidam intemperiem non parùm adauxit, & idem ad pituitosæ catarrhalis materię productionem aptius reddidit: addita verò aliqua ferositatis biliosa in jecore genita, per venas, atque tandem per carotidas in caput facillè elata, catarrhalem ipsam materiam ad partes inferiores, ad articulos scilicet per musculorum spatia secum duxit, & dolores arthriticos peperit.

Quæ cum ita se habeant, non erit in Arte versatus, qui non videat fontem mali, ut dicebat Celsus, tolli & exicari debere, si Præservatiōnis ratio habeatur, cum affectus iste recidivare soleat: si verò Curationem exposulet, ut in casu præsentis, dum materia in articulis, si non omninò tophacea, saltem valdè densa atque dura relicta fuerit, tunc valdè Emollientibus & parùm Resolventibus est utendum, hisque toto tempore usque ad ver venturum, quo ineunda erit purgatio, primas vias expiando. Totum venosum genus quodammodo depurando; sed præsertim caput purgando, & ejusdem humidam intemperiem corrigendo: dum iisdem præsidis musculorum spatia exicari, & articuli roborari poterunt.

Quibus intentionibus satisfieri posse sperandum, cum sexagesimum octavum annum suæ vitæ attingens, ab hujusmodi arthritica fluxione immunis semper vixerit, ex quo conjectari licet, naturalem ad hanc dispositionem non habuisse; sed ex accidenti propter injurias externas in eandem incidisse.

Quare alacri & confidenti animo erit ineunda Purgatio, & primò in præsens curativa, mensè verò Aprilis venturo præservativa. Et pro enodandis articulis tumore affectis, Balneolum præscriptum administrandum erit, ex radicibus malvarum, althææ & liliorum alborum, in lixivio dulci, aut aqua communi decoctis, paratum, in quo per horæ dimidiam manè & vespèri erunt detinendæ atque tractandæ partes ipsæ affectæ; postea inungendæ linimento pariter ita præscripto.

℞. Adipis asserini ℥ij. pinguedin. felis ℥j. s.l. alb. in patella torrefact. aquæ vitæ juniperinæ ana ℥j. m. bulliant lento igne ad consumpt. aquæ, deinde reformetur linimentum; quo tempore congrua & parca erit servanda vivendi ratio.

Præservativa verò medela proximo Vere erit aggreudienda. Et pro prima intentione, Leniens bis exhibendum erit.

℞. Pot. ex manna clarif. ℥vj. aquæ florum citri parùm, m. f. potio.

Vel ℞. Syr. ros. solut. clarif. ℥vj. aq. florum citri parùm, m. f. potio. Quinque verò intermediis diebus sumat summo manè hujusmodi Præparans.

℞. Julap. acet. ℥ij. aq. florum citri ℥j. misc. pro syr. & sic pro aliis.

Pro secunda intentione, ad ulteriora præparantia deveniendum, & esse poterunt succi depurati, cum decoctione ita paranda.

℞. Succo depurat. cichor. borag. betonic. ana ℥j. decoct. in jure pullæ facti cichor. borag. endiviæ, acetos. ivæ arthriticæ ℥iv. m. pro syr. & sic pro septem aliis; quibus assumptis, præbeatur infusum hujusmodi.

Tom. I.

℞. Rhabarb. opt. agarici trochisc. ana ℥j. fol. fenæ Orient. mund. ℥ij. cinnam. integri ℥j. aq. meliss. q. s. m. inf. per hor. xij. deinde fiat fortis expressio, & colaturæ adde syrupi ros. solut. ℥iv. m. f. potio, cui, tribus transactis horis, superbibatseri capr. ℥ss. duabus verò horis ab assumpto sero prandeat. Sed interim in horum dierum intermedio aperiantur jecorata dextra, & parçè sanguis educatur.

Inde pro tertia intentione explenda, pilulæ capitales tribus vicibus, quarto aut quinto quoque die circa noctis dimidium erunt præbendæ, ut

℞. Pilul. capitales Paracelli ℥ij. m. f. pilulæ, & aurentur. Intermediis verò diebus assumat syrupos capitales ita parandos.

℞. Succo depur. cichor. betonic. ana ℥j. decoct. cichor. endiviæ, betonicæ, stœchados, chamædryos, chamæpityos ℥iv. m. pro syrupo, & sic pro aliis. Et interim Errhino aliquo capitis purgatio coadjuvanda erit, ut

℞. Pulveris majoranæ, ireos Florent. ana ℥ij. nigellæ ℥j. m. pro Errhino.

Postrema tandem intentio Decoctio sudorifico erit perficienda, sine quo reliqua non suffecerint; & idè hypocaustum parandum erit, ut caput potissimum, una cum toto corpore sudet. Decoctum autem hunc in modum coacianandum.

℞. Sarsaparill. el. lign. visc. querc. ana ℥j. ligni rosimar. santal. alb. rasp. ℥ss. aq. still. cichor. lib. ij. betonicæ, ivæ arthriticæ an. ℥ij. m. f. infus. per horas xxiv. deinde bull. ad consumpt. dimidii, & colatura servetur pro tribus vicibus, summo manè; hora una ante ingressum hypocausti assumenda. Pro potu verò consueto

℞. Residuum lignorum, aq. comm. opt. ℥xv. m. bulliant ad consumptionem tertiæ, in sine ebullitionis adde cinnam. elect. integri ℥ij. bulliant parùm, deinde colaturæ adhuc ferventi adde sacchar. alb. ℥iij. vel ad libitum, & frustula citri recentis, ut agitando fiat aqua, itaque dicta Cedata. Maneat autem primis diebus in hypocausto solum per horæ quadrantem: cæteris per horæ dimidium, & non ulterius; mox sudet in lecto. Decimo verò quoque die præbeatur potio ex manna clarificata, & in hujus Decocti sudorifici usu quadraginta diebus perseveret, semel in die. Sed interim victus ratio non adeo tenuis esse debet, verùm quotidie præter panem biscoctum, nucleos pineos, amygdalas atque passulas, in prandio caro assa est concedenda, aut palumbæ, aut pulli junioris: in coena verò nonnunquam pitana hordeaca. Quod si fortasse tumor durus in aliquo articulo remanserit, vespèri sub ingressum lecti pars ipsa petia, ol. lil. alb. imbuta, erit involvenda, totaque nocte detinenda: manè verò catandum ut pars ipsa in hypocausto sudet, pedes nimirum altiores detinendo. Mox quotidie à Sudore balneo præscripto erit utendum, & articulus nodosus præscripto linimento inungendus.

Quadragesima autem jam dictis diebus peractis, totum corpus vestibus diu ab ambiente frigido muniri debet, noctu verò operimentis, sive calcitris, ita ut quandoque sudor exciretur, articuli verò fluxionibus obnoxii, sed sani & immunes existentes, frequenter spiritu salis vola manus calida fricari debent, ut roborentur; & sub ingressum lecti Conserva aliqua capitalis in usum ducenda, ut è floribus betonicæ, vel rosimarini: imò & anni tempore calido; etiam rosarum.

Quibus omnibus, quantum fieri poterit, congrua vivendi ratio erit addenda. Primò caput ab injuriis externis, tum calidis, tum frigidis erit custodiendum. Secundò Semel in die cibum capere,

B h erit

ent adversus hunc affectum egregium Præservativum; si minus, saltem cœna sit parcissima atque frugalis, & decem saltem horis distet à prandio. Inter carnes omnino omittatur suilla, vitetur bubula, & animalia omnia annosa atque pingua: sic & extremitates, ut caput & pedes vituli & c. ita & caro volucrum aquatilium. Inter pisces vitentur cœnosi, glusinosi, Conchylia & Ostreacea. Lacticia omnia nocentiam aliquod asferre possent, sed præsertim caseus, potissimum antiquus. Edulia ex pasta parata omittenda, exceptis levioribus, ut vermiculis Apulienibus, & hujusmodi. Omnia legumina debilitant articulos, hordeo & oryza exceptis. Ex oleribus caveat ab usu lactucæ, fœniculi, apii, fungorum & tuberum. Ex fructibus permitti possunt fraga, melones optimi: nonnunquam persica & pyra cocta. Ex condimentis, abstinendum à larido suillo, ab allio, cæpis & aromatis, excepto cinnamomo & pipere ruditer contuso; acida quoque nonnisi raro usurpanda. Vinum sit rubrum, nec dulce, nec austerum, non valde generosum. Tertio somnus nocturnus saltem septem horarum necessarius esset: quo deficiente, suppleat diurnus. Quarto exercitium, etiam laboriosum, quam maximè convenit, sed ante cibum ut propterea Hipp. dixerit, Labor articulis & carnibus, somnus visceribus. Ultimo alvus quotidie exoneranda, & si opus fuerit, arte sollicitanda prunis aut passulis in vino dulci decoctis, saccharo aspersis, & in prima mensa comans, superbendo jus carniū tenue. Venus autem articulos extremè lædit. Tandem animi pathemata, nisi evitari possint, saltem aliqua geniali consocietate divertantur. Quæ omnia eximio atque invicto Excellentiss. Viro à summo Deo salutaria ex corde precor. *Raymund. Jo. Fortis Consult. T. 2. Cent. 4.*

Arthritis universalis cum tophis in manibus.

Illustrissimus vir trigessimum quintum annum agens, temperamenti totius ad humidam vergentis, hereditatis tamen calidioris, habitus mollis & delicatioris, ex Patre podagrico natus, nonnullis abhinc annis arthritidis insulibus obnoxius, cum Autumno 1673. Roma discesserit, Bononiam perveniens, ibique commorans, post tempestatem Austrinam in hyemis principio eadem Arthritide universali, nempe omnium articulorum correptus fuit, eaque cæteris præteritis sæviori atque diuturniori, imò toto anno 1674. usque ad hunc diem, Tophis in manibus relictis. Cùm autem hucusque nullo modo Præservationem ullam tentaverit, sed tantummodò ab accessionibus, levioribus medicamentis seipsum paraverit, modò variæ atque diversæ curationes hinc inde eidem considerandæ veniunt; quæ cùm sibi invicem contrariæ & contra indicantes videantur, apud ipsum electio incerta, imò nulla restat. Inter multiplices autem quatuor proponuntur, iudicio tuo prudentissimo perpendendæ: Prima est, bis in anno, primis expurgatis viis, circa Æquinoctium, & semel misso sanguine, assumere serum vaccinum, aut caprinum stillatium, rickoraceis, & malvis prius alteratum, hocque ad triginta dies, eo fine, ut corrigatur & edulcoretur acris atque salina qualitas in sanguine existens, quæ in accessionibus podagricis ad articulos præcipitatur. Secunda curatio est illa, quæ diuturno solius lactis vaccini usu, etiam in mensa perficitur; quod curationis & præservationis genus & Germani, & Galli, & Itali, præsertim Parmenses experti fuerunt. Tertius curandi modus, forsan à summa tua Prudentia inventus atque præscriptus, est vini Antipodagrici solutivi usus ad quadraginta dies, tum Verno, tum Au-

tumnali tempore. Quartus modus de quo præsertim consilium à te petii, est, post prægressam totius & capitis convenientem expurgationem, Decocti sudorifici usus, quod quamvis communi Neotericorum opinioni contrarium videatur, attamen cùm à te, pro temetipso, jam Podagrico existente, utiliter usurpatum fuerit, ab ore tuo pendere intendit Illustriss. iste vir, dum auxilium implorat.

Jure merito exclamabat Trallianus, unus ex Medicinæ Principibus, Podagram incurabilis nomen acquisivisse ob Medicorum inscitiam, ejusdem causam ad amissim ignorantium. Hinc sit ut medicamentum quod Podagricum aliquem sanat, alteri non prosit, imò sæpè noceat; & præterea multæ intentiones contra indicantes, pro individuorum diversitate, à Medicis Artem callentibus proponantur, & felici successu executioni mandentur. Sic primus Purgationis modus pro Præservatione utilis esse poterit iis, in quibus generatur copia biliosa & falsi humoris, sine tamen pituitæ mistura, qua presente, jam dictus medendi modus satis prodesse non poterit. Secundus modus nimirum diuturnus atque continuus lactis vaccini usus, juvabit gracilia corpora obstructionibus carentia, affectu hypochondriaco vacantia, caput humidum non habentia, neque destillationibus catarrhalibus obnoxia, & bile quidem, sed qualitate potius, quam quantitate peccante scatentia: in his enim Podagra facilè nodosa & tophacea evadit; quibus absentibus conditionibus tantum abest ut lactis usus juvare possit, quin potius & Podagram augere, & alia lethalia mala inferre soleat. Circa tertium Præservationis modum, vinum Antipodagricum purgans medicatum, & à me in usum ductum, valde profuit habitu mediocri præditis, à catarrhali destillatione immunibus, sine excedenti jecoris calore; in quibus ob intensas applicationes & nimia studia, additâ quoque libera victus ratione, cruditatum copia in venis acervatur, præsertim Æstate & Hyeme, quæ vere & Autumno à natura ad articulos pro minori malo transmittitur; unde Gal. cum Hipp. dicebat, quod *Dolores podagrici Hyeme & Æstate sunt: Vere autem & Autumno moventur.* Et idcirco cum vinum purgans ineunte Vere & Autumno, nimirum toto mense Martio & Septembri, in prima mensa quotidie epotum, cruditates epicratico modo per alvum educere valeat, mox Natura quicquam quod ad articulos deponat, amplius non habet: unde Præservatio. Postremus præservandi & simul curandi modus, consistit in Decocti exiccantis sudorifici usu; hoc autem competit destillationibus à capite obnoxius, & serositatibus quibuscunque scatentibus; quæ frequentissimè in Junioribus podagricis observantur: ut propterea Decoctum sudorificum mirabile sit, tum pro serositatibus per corporis peripheriam educendis, & ab articulis divertendis: tum pro exiccandis spatiis, & delendis viis intermusculosis, per quas cum Fernel. frequenter humiditates ad articulos feruntur: atque tandem efficacissimum & unicum evadit remedium pro capite exiccando, & feliciter ejusdem humida intemperie auferenda; quam felicitatem expertus sum ego Podagricus triginta quinque annorum, ex Genitore podagrico natus, ter hucusque ad sexagesimum usque quintum ætatis annum hoc præstantissimo remedio ab arthriticis & podagricis doloribus curatus atque præservatus: absque eo, quod nec minimum quidem Podagræ vestigium in meipso modo septuagenario fuerit relictum. Verum tamen est quod exactissima diligentia & observatione eget remedium hujusmodi, sine qua plures relictæ neglecto usu, ad motum impotentes redditi fuerunt: cum eodem tempore quo partes mandantes exicca-

exiccatione indigent, recipientes, à Podagra de-
tente, sæpè humectatione egeant, ne tophacea
evadat Podagra, si non est, neve magis consume-
tur, si fuerit. Ex jam dictis omnibus apertum erit
cuilibet in Arte perito, quantum Illustriss. Viro
prodesse possit, imò quam necessarium sit ut ad Me-
dici præsentiam seipsum conferat, qui præservandi
non solum, sed curandi quoque directionem præ-
scripturus est. *Idem Tom. 2. Centur. 3.*

Arthritici Dieta.

Cùm Illustrissimus & Excellentissimus vir ex Ma-
tre podagrica natus, olim arthriticis & podagricis
doloribus à capite & toto procedentibus fuerit ten-
tatus, & tandem in consistente ætate majora reme-
dia, Decocta scilicet sudorifica, vinaque medicata
purgantia in casum fuerit expertus, illud nobis di-
cendum venit, quod qui bonam victus rationem te-
nere nequeunt, iis optimam medicinam præscripsisse
supervacaneum fuerit; multi enim, dicebat Cel-
sus, cùm ex toto convalescerent, periculosa vitæ ge-
nus subitò mutant, & inordinate agunt, sicque, ut
Aretæus, tanquam ab inferis elapsi, licentiosio-
rem vitam ducunt: unde delicatos curandos non
contingere, melius & fortunatius esse, dicebat Aë-
tius. Et licet qui Veneri & Gulæ indulgent, si hæ-
reditaria his accedat imbecillitas in articulis, difficul-
ter admodum præservari possint; nihilominus pro-
nunciavit Hipp. quod qui juvenes sunt, & nondum
tophos contraxerint, si Medico intelligenti obe-
dientes fuerint, accuratè vivunt, laboris amantes,
& alvum apertam fervent, sanari, magisque præser-
vari possunt; in quibus Virum Excellentissimum de-
liquisse minimè dubito, & ideo & manus, & pedes,
& cubitos, cruda à venis & catarrhalis à capite ma-
teria majori & vehementiori ferocia, quam antea,
invasit, tumoresque & laxos & duros, at non ad-
huc tophaceos reliquit.

Et quoniam novas & repetitas purgationes æger-
rimè permittit, quas forsitan nec facile tolerare pos-
set, idcirco spem totam in congrua vivendi ratione
reponens, hanc sibi præscribendam mihi mandavit,
quam primo in hujusmodi affectibus universalem, se-
cundò quidem particularem assignabo.

Et quidem summa prudentia Vir Excellentissimus
ad rectam vivendi rationem confugit, cum Gal. asse-
rasset non paucos Arthriticos vidisset, quibus jam ar-
ticulorum ossa denudata fuerant, attenuante congrua
victus ratione in totum persanatos, alios ad multo me-
liorem statum redactos; quæ vivendi ratio cùm in sex
rerum nonnaturalium recto usu consistat, has omnes
examinabo, earumque salubrem usum Viro Excel-
lentissimo significabo.

Et primò si de aëre loquamur, ad calidum & sic-
cum vergere debet; & licet consulat Celsus, loca,
cælum & cibum esse sæpè mutanda, in meliorem ta-
men fieri semper debet mutatio.

Partes autem affectæ, pedes nimirum & manus,
nec nimis caleant, nec nimis frigeant, & siccæ po-
tius, quam humidæ detineantur.

A radiis solaribus, à crepusculis cavere debet;
æque caput hyemè igni exponetur, sicut neque
aëri ventoso ac nubiloso.

Secundò victus debet esse tenuis, tenuitatem ta-
men intelligendo respectivam, non absolutam, res-
pectu scilicet victus savorum; & ideo Aëtius audien-
dus non est, qui ab omni cibo & potu abstin-
entiam præcipit, sed potius cum Fernelio dimidium ci-
bi & potus circumcidendum esse, dicendum, quod
forsan desumpsit à Paulo dicente, quod præca-
vet à Podagra ciborum detractio, eorumque pro-
bitas; sicque repetebat Fernelius, quod famem

Tom. I.

interdum tolerare bonum.

Varietas tanquam pestis fugienda, minus enim
nocet simplex cibus malus, quam bonorum multi-
plicitas; simplex itaque cibus est, non solum ut
unus, verum & à condimentis immunis, coquorum
enim adparatus est præcipua cruditas causa; nec
ingeri debet novus cibus, priori non bene confectus;
nihil enim deterius, quam comestio supra comestio-
nem; sit autem potius attenuans; non itaque cras-
sus, non glutinosus, non concoctu difficilis, sed te-
nuis substantiæ, pauci excrementi, facilis coctionis
& distributionis; nec alimenta sint humores funden-
tia, salsa, vaporosa & caput tentantia.

Quare inter carnes vitentur suillæ, bubulæ, li-
cet à Tral. biliosis concedantur, ovinæ, aves palu-
stres; vitentur pariter extremitates animalium, capi-
ta & pedes. Caro caponum succum quendam conti-
net glutinosum, & propria natura parùm articulis
amicum, præsertim antiquorum; carnes enim omnes
antiquæ peccant in hoc quod pravum succum gene-
rant. Inter pisces, palustres & cœnosi, ut an-
guilla, unca, & hujusmodi alii prohibentur; sicut
quoque testacei & ostreacei, quos armatos appel-
lant. Inter Lacticinia, caseus potissimum prohibe-
tur; de reliquis verò lacticiniis, & præsertim de
lactis usu dubitari solet, cùm apud Gallos, & quæ-
dam etiam Italos lac Podagræ, etiam tophaceæ, ut
remedium fuerit expertum, præterquam quod ab
Hipp. quoque in cura Arthritidis & Podagræ recen-
setur; de quo ego ita decerno, quod lac concedi,
& convenire possit in Arthritide biliosa & gracili-
bus corporibus, à siccitate namque facile nodosa
redditur; & ideo emollientia & humectantia con-
veniunt; unde & Gal. victu humectante curavit Ar-
thriticum illum ab eodem in Campania repertum,
ab aliis Medicis ad morbum exiccatorium dedu-
ctum; ut ubi pituitosa materia, & cruditates abun-
dant, suspectus est lactis usus, & omnino interdi-
cendus, quando catarrhalis materia à capite ad
articulos deferatur; unde Hipp. *Lac dare caput
dolentibus malum.*

Ova admittuntur, sed sine ullo unctioso condi-
mento. Prohibentur omnia legumina, hordeo & ori-
za exceptis: omnibus enim qui in oppido Aëno
ob famem leguminibus vescerantur, articuli de-
bilitati fuerunt. Omnia edulia ex pasta parata no-
xia. Inter fructus, horarii præsertim prohibentur,
pomacea item omnia à Dioscoride. Inter olera, pro-
hibentur lactuca, fœniculum, apium, asparagi, ostro-
boli, fungi, tubera terræ. Inter condimenta, viten-
tur aromata, frequens usus acetii, sed & succi limo-
num, aurantiorum, allii, cæparum.

Inter carnes eligantur phasiani, gallinæ cohortas-
les, atagene, perdices, turdi, aviculæ montanæ. In-
ter pisces, saxatiles, & habentes substantiam albam
ac friabilem. Inter edulia ex pasta, admitti possunt
vermiculi Apulientes.

Inter fructus concedi possunt fraga, cerasa substy-
ptica, uva pensilis, ficus nonnunquam, & parce.
Inter olera libenter admittitur horrago, intybus
quoque, quandoque brassica non valde cocta: Ante
prandium ventriculum roborant gingiber conditus,
vel acorus conditus. A cibo verò diacydonium
cum pipere.

De vino valde dubitatur; Paulus enim ait, quod
qui per totam vitam à vino abstinuerunt, omnes
opem senserunt, aut ex toto liberati fuerunt; sic
Rhafis ait se vidisse relinquentes vini potum, sani-
tati restitutos. Fabulantur enim Antiquiores,
Podagram esse Bacchi & Veneris filiam, paupe-
ribus inimicam, & Melses rationem reddit: vi-
num enim per se nocet oculis atque nervis, præ-
terquam quod suo calore fundendo, attenuando &

Bb 2

apc

aperiendo fluxiones conceitat, quatenus dilatat vias, & humores fluxiles reddit, & apud Chymicos, eodem sulphureos tartareosque parit. At tamen quoniam Podagræ minera in capite & ventriculo esse solet, ideo probæ concoctionis magna & præcipua est habenda ratio; propterea non omnibus vini abstinentia & potus aquæ conferre potest, unde & ipse Paulus subdebat; Si nihil prohibeat; & Celsus præscripsit tempus, dicens, quod quidam, cum toto anno à vino & venere sibi temperassent, totius vitæ securitatem consecuti fuerint; & si tanto tempore sine vino perdurare nequierint, consulit quod ubi triduo aut quattiduo vinum delibaverint, uno aut altero die aquam interponant; & qui nullo modo aquæ potum sustinere possunt, vinum eligant, cum Paulo, modicum & aquosum, nigrum potius, quam album; & licet album dicant ab articulis ad urinam humores divertere at tamen quoniam, ut aperiens citò è ventriculo desinit, alimenta quoque cruda, & non bene concocta immaturè secum ducit, & ideo cruditates in venis multiplicat. Quod si à ventriculi imbecillitate non desideretur, aquam bibere conferre poterit, fantalinam, si bilioni fuerint, lentiscinam si pituitosi, & china optima steratam, si valde graciles fuerint.

Tertiò somnus & vigiliæ sint moderata: ab immoderato namque somno caput repletur, sicut ab immoderata vigilia cruditates generantur; unde Galen. dicebat quod somnus concoquit, vigilia digerit. Intercedunt autem duæ horæ ad minimum inter cenam & somnum, & à somno pomeridiano cavendum.

Quartò exercitium quam maxime necessarium; unde Hipp. *Labor articulis & carnibus eibus, somnus visceribus*; & ideo laboris amantes esse debere Podagricos jubebat idem Hippoc. Verum tamen est quod labores cibum præcedere debent; ita enim nervis, cartilaginibus & ligamentis robur & firmitatem confirmant, calorem naturalem excitant, alimentum deferant, & excrementa discutunt atque resolvunt; motus tamen immoderatus non sit, nam lassitudo articulos largius excalefacit, & materiam à longinquioribus partibus attrahit. Corpus itaque exercetur matutinis horis ambulando, vespertinis in rheda. Et quoniam manuum non adeò facilis evadit exercitatio, ideo pila manibus iisdem affectis tractetur, & melior, si fuerit ex succino parata.

Quintò alvi excrementa promptè & quotidie excerni debent; quantum enim conferat Podagricis soluta alvus, innuit nobis Hipp. dum Dyfenterias Podagricos sanare affirmavit; unde & Aët. perfectam curam in fame & Clysteribus reponebat: & ideo nisi spontè fiat, arte sollicitanda erit evacuatio pilulis mallic. vel crem. tart. in pituitosis, electuario lenit. ad ʒ. sem. in cæteris; prunis quoque Damascenis vel Gallicis coctis & saccharo conditis. Nec spernenda evacuatio & exiccatio capitis post pectinationem, spongia litivio dulci ex fermentis parato, & betonic. rosis, serpillio, calamento, majorana alterato imbuta, expressa & exiccata caput ipsum detergendo, deinde pulveribus aspergendo ex caryophyll. in aq. rosac. maceratis, moxque exiccatis.

Articulorum quoque aliqui evaustio & roboratio ex Antiquioribus, addenda, quod adeò antiquo salito præstare solebant: nos autem spiritu salis, vola manus madefacta, articulos fricando.

Venus ut Podagræ mater & Nutrix, semper mala: non enim est de illis morbis Podagra, qui coitu sedantur: quare Galenus duplici nomine coitum, Podagricis inimicum esse dicebat, primò quia articulos enervat; secundò, quia vires ventriculi labefactat, sicque Podagræ materiam multiplicat, & partes affectas debilitat; ut propterea Hipp. Eunuchos &

Pueros ante usum venereorum à Podagra immunes pronunciaverit; unde proferebat Paulus quod venus extremè lædit, imò & omnis voluptas.

Tandem animi motus omnes violenti sunt evitandi: ita enim biliosis non parum obesse potest, humores ipsos accendendo, agitando, attenuando, & ita ad motum fluxibiliores reddendo: sicut reliquæ animi perturbationes, vigiliis inducendo, cruditates multiplicare valent. Applicationes autem & studia nimia, calorem & spiritus à ventriculo divertendo, effectum eundem producant, eoque magis; statim, aut parùm ab assumpto cibo; præterquam quod caput quoque quam maxime repletur.

Et quamvis ex jam in universali præscriptis Excellentissimum atque prudentissimum Virum particularia sibi que propriis electurum minime dubitem; nihilominus ut desiderium meum in sui beneficium omnino propensum agnoscat, & præterea quoniam affectio hujusmodi morbosa ultrò progressa est, ideo particularem quoque vivendi rationem subdam.

Ex primò circa aerem, ut Patavinum inspiret, quantum fieri potest, consulo, ut qui mediocriter inter Venetum nimis crassum & humidum, & inter montosum nimis tenuem atque subtilem existat. Cuiusmodi verò nullo modo Septentrioni sit expositum. Ubique crepuscula fugienda, nec radius solaribus, neque igni caput exponendum; indumentis potius copiosis corpus diu noctuque à frigore muniendum.

Secundò de cibo & potu pauca sunt dicenda, statum enim Excellentiss. P. exigit tenuem cibum, non valde tamen attenuantem, quia corpus ad gracilitatem vergit; ejusque viscera æstant, at boni succi, pauci excrementi, facilis coctionis & distributionis. Potus parcissimus esse debet. Sed ut ad magis particularem usum deveniam hoc anni tempore à pollis junioribus vel palumbis turricolis vario modo conditis discedere non debet, addito in prima mensa ierculo ex oriza aut hordeo, sive ex lacte, ovis & saccharo parato. Autumnò verò venturo aves sylvestres, perdices, alaudæ, aviculae montanæ eligi poterunt. Pro potu vinum tenuis substantiæ rubrum, nec austerum, nec dulce, nec generosum, nec nimis oligophorum, Prandium & cœna conceduntur, intercedentibus tamen novem aut decem horis. Verum integro anno (nec tædest Excellentiss. Virum) talis debet esse usus, ut tam in prandio, quam in cœna comedat, ex nuper præscriptis alimentis quantum comedere potest, quousque sitis accedat, & bibere cogatur: mox bibat unica vice ad saturitatem; vinum autem sit frigida non nive refrigeratum; sicque prandium & cœnam claudat exigua assumpta Conserva persicorum & cydoniorum, & toto jam dicto anno à cæteris omnibus & carnibus, & piscibus, & fructibus, & oleribus prorsus ablineat. Anno verò transacto, ad victum licentiosorem seipsum traducat, meliora alimenta ex superius descriptis seligendo, quantitatem in prandio adaugendo, & parcam cœnam sibimetipsi instituendo.

Tertiò somnus sit saltem septem horarum nocturnus, quo deficiente suppleat diurnus, nec se somno tradat, nisi una aut altera à cœna hora præterita.

Quartò motus corporis nullo modo negligendus, præsertim matutinis horis, etiam si pedes ægrè laborem ferant, ita & manus pilam aliquam, aut quid simile tractando exercentur; erit reassumendum.

Quintò excrementa, licet pauca, sunt tamen bis in mense ad excretionem sollicitanda; idque commode præstare poterit usus elect. lenit. ad ʒ. parùm ante cibum assumendi; non enim alvam slypticam reddit, ut reddunt Clysteres. Articuli verò sani,

fani, manu spiritu salis illita confricentur, sicut tumoribus detenti, ita quotidie illiniantur.

℞. Adipis anser. ℥ij. pingued. felis ℥j. salis albi ℥ss. Spiritus vini ℥ss. m. bulliant omnia ad contumpt. Spiritus vini, & fervetur ad usum quotidianum.

Tandem applicationes legendi, scribendi, magisque gravia negotia tractandi, à cibo omnino cavendæ: caput enim Viri Excellentiss. facillimè repletur.

Hæcque pauca extra podagricam accessionem observanda præcipio, quibus universalis præmissi, rationibus & autoritatibus comprobata. Nec severa nimis Excellentiss. Viro præscripta vivendi ratio videatur; sicut postea severissima esse debet in accessione ipsa: Urgentibus enim doloribus, & carnibus, & vino omnino parcendum, ut cuilibet notissimum est, & victu verè tenui tunc temporis utendum. *Idem Tom. 2. Centur. 4.*

Ischiadici Dolores.

Illustrissimus & Excellentissimus Comes Generalis quadraginta quinque circiter annorum, est à Parente articulari morbo obnoxio oriundus, temperamenti sanguineo-biliofi, habitus corporis mediocriter carnosus, vultus coloris ex rubro flavescens, ad iram præceps, viscera habens calida & sicca, cum lienis obstructione & duritie. Olim ob errores, qui iis, qui Castra sequuntur, in sex rebus nonnaturalibus contingere solent, catarrhis colicisque doloribus frequenter cruciatur. Postquam verò ante annos octo in loco superioris Hungariæ paludoso, inter assiduas, easque per sepe molestissimas mentis occupationes unius alteriusve anni spatium vitam egisset, & cibis, præsertim verò piscibus sæpius vesceretur suffumigatis & muria conditis, dolorem sensit in Enarthrosi ossis femoris, ea præsertim parte ossis, quod Ischion indigitatur, qui inde jam per femora ad genua & crura descendit, jam inverso ordine à cruribus per genua ad regionem Ischiadicam ascendit, mox hæc, mox illa loca magis magisque affligens. Hic dum in summo, seu *ἀκμή* constitit, motum progressivum tremulum effecit, ac genua vellicando, convulsivo similem. Invasit autem plerumque circiter principium somni, observando certas quasi, periodos, quanquam subinde etiam de die tristitia sua fecerit interludia, præcipuè dum gravior aliqua præcellerit animi passio. Ex signis propositis conclusum est affectum esse dolorem Ischiadicum, à rheumatismo dependentem; pro quo extirpando quamplurima quidem usurpata sunt remedia, tum via methodica & regulari, tum etiam aliquando empirica sine regula. Methodica via corpus reddebatur fluidum per digestiva, purgatum est per epicrasin, & fortiter; sectæ sunt venæ, sanguifugæ applicitæ hæmorrhoidibus; sanguis autem extractus semper duas ferme partes continebat feri tenuis & corrupti. Item excitata sunt Cauteria in brachio & supra genu partis dextræ dolore magis allictæ, revulsionis & derivationis gratiâ. Semicupium adhibitum est ex Vinaceis, Balneum plenum ex Decocto capiti & pedum Vervecis, bibit lac caprinum, asininum, acidulas: Sed omnia hæc sine expectato effectu sanitatis. Hinc statutum est, subesse huic malo fermentum aliquod peregrinum, seu malignitatem veneream, quam usurpatione Decocti lignorum, seu proprio ipsius mali Alexipharmaco, per sudorem in Laconico exterminare allaboratum est per duas vel tres septimanas: hinc assumptione Mercurii dulcis sine salivatione; sed omnia citra sequelam sanitatis. Quapropter derelicta via Methodica ac rationali, tentavit Excellentissimus Comes Empiricam cujusdam Medici Anglici hic exi-

Tom. 1.

stentis, qui, spretâ omni diætæ lege, ei victus ratione omnia concessit, præter halesces & brassicam conditam: ac compromisit, se solo vino aduste medicato in dies sub certa dosi introsumpto, integram valetudinis statum Excellentissimo Comiti rediturum. Proinde sumpsit spiritum illum vini modo præscripto ultra annum & adhuc eo utitur, quo se in tantum adjutum scribit, ut dolores antea intolerabiles nunc non sentiat amplius, nisi circa magnas aëris, & Lunæ præsertim crescentis mutationes: illosque ita remissos, ut non impediant in suis functionibus, sed possit cum illis ambulare, equitare, pergere curru, domi & ruri fungi suo munere militari, sine notabili impedimento; hoc præcisè tamen animadvertens, quod dum leges diætæ circa cibum & potum transgrediatur liberius, sentiat se fieri constipatum, donec accepto sibi familiari Enemate, alvus denuo reddatur fluida. Quia tamen Excellentiss. Comes unice integram anhelat sanitatem, quaerit consilium & auxilium, ut possit etiam ab hoc per intervalla recurrente dolore reddi liber & immunis, sine periculo recidivæ.

Mirum non sit, quod Illustrissimus & Excellentiss. Comes Generalis ex arthriticis Parentibus natus, inter trigessimum & quadragesimum annum ischiadico dolore divexari cœperit, cum jam à semine paterno causam sine qua non, ipse contraxerit, ut idem Galenus dixerit, necesse esse Arthriticis prius articulos invalidos habere: quam invaliditatem in eorundem frigiditate consistere voluit Aretæus. Causam autem materialem suppeditavit prava vivendi ratio, forsitan in omnibus sex rebus non-naturalibus, cum primò loca paludosa octo abhinc annis incoluerit, unde lienosus; & aëris inclementis caput & totum corpus in Castris exposuerit; cibis pravis humiditates serosas multiplicantibus, & præsertim piscibus salinis frequenter usus fuerit, atque forsitan generosioribus vinis in Hungaria consuetis. Nec somnum concoctionibus adeo necessarium semper capeffere potuisse credendum, & corpus atque articulos coxæ & crurum equitando nimium exercuisse, & imbecilliores reddidisse; sicut forsitan inutilium & inutilium excrementorum evacuatio sanitati prorsus idonea non fuit. Atque tandem animi pathemata, à quibus omnia mala prodire posse credidit Plato, valdè molesta Excellentiss. Comiti fuere: hinc excrementorum copiam necessariò fuisse genitam non est qui non videat; quorum portionem crassiorem in primis viis stabulare, & obstructions conservare facile credi potest, sicut crassiorem sanguinem atque limosum in splenicis vasibus stagnare, Medici tactus judicavit. Cùm autem non exigua eorundem excrementorum pars ad massam sanguineam sese insinuaverit. Natura gravata, eandem ad imbecilliores partem, ad coxæ nimirum articulos deposuit, & ischiadicos, sive coxendicos dolores excitavit, quos quamvis Græci inter arthriticos reponere recusaverint, sub genere tamen Arthritidis eisdem collocavit Galenus, & idem crediderim ego, potius à toto venoso genere, visceribus naturalibus nempe, intempæie & morbo organico affectis dolores hos ischiadicos magis, quam à capite desluente originem duxisse: etenim si à capitis rheumatismo magis procederent, Decoctum sudorificum profuisset, & plures dies administratum etiam sanasset, præterea si à catarrhali materia à capite desluente, scilicet progressu densata fuisset, & motum coxæ diutius impedivisset, nec levamen à spiritu vini frequenter hausto adeo facile accepisset. Quare potius ego censerem materiam serosam, exiguæ cruditati immistam, toto ad coxarum articulos transmissam fuisse, & in præsens per intervalla non tantùm ad acetabulum per-

Bb 3

Yala;

vita, verum & ad musculos per spatia transmitti, ut sanguis ipse eductus confirmavit; & idem docuit Hipp. primò podagricos dolores fieri à sanguine, à bile & pituita corrupto; peculiariter verò de ischiadico, hunc fieri, quando in sanguifluis venis articuli coxæ sanguis à bile & pituita agrotaverit, locutus de ischiadico dolore legitimo; sicut spurius dicendus est ille, qui in coxæ musculis, Iliaco interno, pforis, & glutæis peccantes humores continet & conservat; ut propterea facilem consensum ad suras, imò ad pedem, usque ad extremum digitum, existimaverit Aëtius, dicens, *Auspiciatur hunc dolorem vicinorum muscutorum dolor, maximè lomborum, poplitei, talum, & quibusdamiorum cruris affligitur;* imò & ad summum pedem usque pertingit, ut Paulus. Non tamen negaverim aliquam quoque à capite destillationem, si non per vasa, saltem per parietes medullæ spinalis ad muscutorum spatia defluentem, spurium dolorem coxendicum fovere posse.

Quod si res ita se habeat, massam sanguineam depuratione egere, ut Comes Excellentiss. ab insultibus ischiadicis præservetur, unicuique patere potest. Et quoniam à visceribus naturalibus intemperie & organico morbo affectis, quotidie sobolescit excrementorum proventus, idcirco eorundem viscerum providentia habenda est, non omninò capite neglecto. Et tandem, ne pars affecta adeò facile excrementa suscipiat, exiccanda atque roboranda erit alioquin tractu temporis & declinante ætate, crassiores humores in ventriculo ipso hætere, & glutinosi atque mucosi evadere possent, aut illisque doloribus, omninò motum impedire.

Quæ mala ut avertantur, proximo Vere Purgationem præservativam regularem infra describendam Excellentiss. Comes inire tenetur, primas vias expiando. Secundò obstructions mesenterii & lienis aperiendo & auferendo. Tertio Massam sanguineam depurando. Quarto caput expurgando. Quintò intemperies corrigendo, atque demum coxæ musculos exiccando, & articulum ipsum roborando.

Ut igitur prima expleatur intentio, integra hebdomada consumeada, repetito Leniente, in principio & sine assumendo, ex syr. ros. solut. vel ex cassia, elect. lenit. & tart. parato. Quinque verò intermediis diebus Præparante præscripto ex syr. acetos. de cortic. citri, atque florum citriana ʒij.

Pro secunda verò intentione exhibeatur summo manè jus pullæ aperiens alteratum foliis cichor. borag. endiv. lupulorum, fumarizæ, pentaph. & asparagorum, in quo diluantur gr. xxi. salis tart. fixi, cui præmittantur duo aut tria cochlearia julpis cetosi, in quo rhabarb. globalis semper detineatur infusus. In horum autem usu pergat ad nonum usque diem: mox assumat medicamentum hujusmodi.

℞. Floris call. rec. extractæ, elect. lenit. ana ʒß. pilul. de tribus cum rhabarb. ʒj. m. f. boli, quibus post horam superbibat feri capr. aut asia. depur. lbjß. tribus verò horis ab epoto sero prandeat.

Inde ad tertiam intentionem explendam, & secundam perficiendam lerit deveniendam, præscribendo pro sequenti die tale Præparans.

℞. Succ. depur. & per arenam trajecti, cichor. agrimon. ivæ arthritic. ʒv. sal. tart. volatiliz. gr. x. m. pro syr. & sic pro aliis quatuor horis ante prandium assumendis. Die verò sequenti summo manè assumat bolos ita parandos.

℞. Elect. Lenit. ʒij. rhabarb. maturi ʒß. m. f. boli, quibus post horam superbibat cyathum aquæ stillat. cichorii & agrimonizæ, tribus verò horis ab assumpta aqua prandeat; & ita in horum usu perseveret ad decimum quintum usque diem: quibus trans-

actis, assumat pulverem hermodactylatæ præparatæ ad ʒiß. rot. ʒij. tribus aut quatuor horis ante cibum. Sed interim die secunda succorum aperiatur vena brachii lateris magis affecti, præsentè Medico, & quantitas sanguinis educatur pro ejusdem conditione, & prout Assistenti visum fuerit.

His peractis capitis quoque purgatio non erit inutilis, Extracto pilul. cochiarum, aurearum; vel pilulis capitalibus Paracelsi, quæ tamen non nisi quatuor aut quinque interpositis diebus ab assumpta hermodactylata exhibendæ sunt. Interim verò syrupsu capitales ita præscribi poterunt.

℞. Succ. depur. & per arenam trajecti, cichorii, beton. ana ʒj. decoct. betonic. borag. majoran. agrimon. ivæ arthritic. ʒv. m. pro syr. & sic pro aliis. Quo eodem tempore per nares quoque capitis erit tentanda purgatio Eribino ita parato.

℞. Pulv. majoran. ireos ana ʒij. nigell. ʒj. m. f. pulvis per nares attrahendus more tabaci.

Quintæ intentioni satisfaciendum refrigerantibus, & sanguinis biliosi acrimoniam, & forsitan etiam melancholici aciditatem demulcentibus & edulcorantibus, quibus cautè valdè procedendum, ne ferositates inutiles in corpore multiplicentur; quæ incommoda ut evitentur, & obtineamus intentum, lac asininum quadraginta diebus in usum duci poterit, de more cum saccharo, summo manè assumendum: hoc enim cum quam citissimè per corpus digeratur, caput implere minimè poterit, & minùs obstructions augere, ut docet Galenus.

Postremæ intentioni satisfacere poterunt, primò infusions in aquis sulphureis, mox ipsa sulphurea larta pluribus diebus administranda, & tandem vindemiarum tempore vinacea generosa, dum interim Ceratum oxycroceum super aluta extensum parti affectæ, coxæ nimirum, erit applicandum, singula quoque hebdomada innovandum.

Et nisi præscriptis executioni mandatis, Præservatio ex voto succedat, vinum meum Antipodagricum supplere poterit, bis in anno, nimirum ineunte Vere & Autumno, quadraginta continuatis diebus assumendum, cujus dosis est primus cyathus in prandio & coena, præmissis lenienti aliquo medicamento, ut primæ viæ à facibus expediantur; hujus autem descriptio ita sequitur.

℞. Rad. chinæ opt. lentisc. è Chio ana ʒij. Baccharum juniper. manip. j. ivæ arthrit. manip. j. fol. sena. rec. mund. ʒv. hermodactylor. ʒij. Turbith. ʒij. mechocac. ʒj. cinnam. integri ʒß. Contund. contund. incid. incid. & m. ponantur in doliolo simul cum duabus nostris stulis Italicis vini, & post infusionem trium dierum, potus ejusdem incipiatur manè & vesperi, ut dictum fuit ad cyatum unum in prima mensa, per quadraginta dies, Vere & Autumno; in cujus usu perseverandum jam dicto tempore, tribus saltem annis.

Quibus omnibus congrua vivendi ratio erit addenda, quæ licet à Viro Excellentiss. Adstanti sit præscribenda, aliqua tamen notatu digna subscribam. Et primò quod nisi palustrem incolatum mutare possit, saltem crepuscula tum matutina, tum vespertina evitare debeat, sicut & aëris inclementias præsertim frigidiores; affectæ verò coxæ articulus pelle agnina de more vestitus custodiatur. Secundò ab humidioribus & glutinosis alimentis absteineat, ut à carne suilla, agnina; ab usu casei; & à consueto butyri condimento; à leguminibus; à fructibus; à lactuca, & à copioso potu. Tertio fugiat somnum pomeridianum. Quarto exercitium quidem convenit, sed ut monuit Hippoc. *Labores ante cibum*: imò Paulus docet, quod conferant deambulationes, assidui flexus, saltus & cursus. Quintò Venus extreme lædit: sicut maguoperè juvat quotidiana alvi evacuationio:

curatio: namque ab abstracta alvo articulus coxæ aggravatur; & idèd nisi sponte respondeat, pilulam de tribus cum rhabarb. singula hebdomada in usum ducat. Tandem animi pathemata, quantum fieri potest, arcenda; & ab intensis applicationibus, præsertim legendo, aut scribendo, repleto ventriculo abstinere, alacrique animo vivat. *Idem Tom. 2. Cent. 4.*

Præservatio Arthritidis.

Amplissime & Consultissime Vir, fautor, & amice pl. colende, literis Ampl. V. certior fio, quod non parum sollicita sit, ne posthæc fluxionibus arthriticis affligatur. Quamquam verò pro tempore morbus hic nondum adit, necessarium tamen erit, ut præservatio non negligatur, cum vagæ fluxiones dolorificæ, de quibus querela est, eundem prælagere soleant, quatenus pedetentim postea magis ipsis articulis sese insinuant.

Cum autem antecedens causa fluxionum podagricarum à cruditate concoctionum oriaur, omninò requiritur, ut ante omnia eò respiciamus, quomodo erudititas concoctionum vitetur, & superflua serosorum humorum copia consumatur & evacuetur: deinde pars recipiens una cum copite corroboranda veniat. Frius convenienti diæta potissimum consequimur, ubi primò respiciendum ad refectiorem spirituum, per aëris ambientis usum, ubi frigidus, humidus, nebulosus imprimisque æstuosus is vitandas, quasi natura non emendatur, arte corrigendus erit, fumo excitato per pulverem, qui prunis ardentibus injiciatur, ex *Tacamahaca, Mastiche, Olibano, Benzoi, succino* & similibus, cui interdum Gallia Moschata admisceatur. *Radix Juniperina* frequenter incensa plurimum etiam hic inservit, ut etiam lignum sassafras frequenter naribus adhibitum, & in Musæo diversis in locis repositum.

Porò cibus & potus etiam observetur, ubi eligantur alimenta facilis concoctionis, non admodum serosum sanguinem generantis quorum usus moderatus sit, juxta communem regulam, cuius stomacho nihil melius, quam cibus non repleri, nec fame torqueri, quod eò magis naturæ congruit, quò magis ordinem observamus, ne quocunque tempore, etiam absente fame, quæ tamen perfecta concoctionis indicium est, quosvis etiam diversarum qualitatum cibos ingeramus. Tabes cibos in specie non difficulter quis colligit ex illis, quæ libello nostro de tuenda sanitate literatorum proponuntur. Quoad potulentia, nihil deterius frequenti ingurgitatione, qua copia serositatum cumulat, & caput atque articuli debiliantur. Hic igitur, ut etiam in cibus, Temperantia regnet, ubi vina immatura, tartarica & terrefreitatibus adhuc permixta, sicut etiam fortiora, penetrantia, vitentur, electis temperatis Neccarinis & similibus, quibus interdum decoctum Rad. Glycyrrhizæ necnon infusum ligni sassafras, cum passulis minoribus, &c. addatur. Primus haustus in prandio sit vinum medicatum infusionis rad. Helenii, quod coctionem juvat, fluxiones consumit, & serosas humiditates per vias urinarias educit. Præter dicta sapsidus etiam ad corroborationem ventriculi respiciendum, quò melior alimentorum digestio subsequatur. Huc ergo pertinet conditura & præparatio ciborum, quæ calorem nativum imbecilliorum necessaria, quando cibi Cinnamomo, Galanga, Nuce moschata, Croco, Mace, & similibus parumper (nimis enim conditura aromatica sanguinem reddit acriorem) aromatizantur: Sic etiam radices Petroselinii, sem. Anisi, Foeniculi, Cumini, herba Majoranæ, Salvizæ, Rosmarini, Satureiæ &c. conceduntur. Quod si viscida pituita ventriculi plucis sese insinuet, indi-

cante id ipsum appetitu dejecto, jejuno stomacho plurimum usus Oxymellis Squillitici ꝑij. superaddito haustu vini Absinthitis conferret, cui intentioni Aloës insuccatæ usus singulis septimanis etiam conveniret, scrupuli quantitate mox ante cœnam assumptæ.

Verùm ubi talis *nausea cum sit* deprehenditur, indicium est, bilis effusionem stomachum occupasse; quo casu Syr. Acetos. Citr. Rob. Ribes Conserv. Rosarum Vitriolata & similia ante cibum succurrunt: cum cibus olivæ immaturæ, Cappares, Herba acetosæ cum pullis Gallinarum, Columbarum, carne vitulina, hædina, &c. laudantur. Contra *evaporationes à ventriculo ad caput* post cibum aliquid corroborandæ concoctionis gratiâ sumatur de confect. cotiandr. simplice, Nuce moschata cond. sicc. Diacydonio cum speciebus, Cydoniis conditis, Conservâ rosarum rub. antiq. cum Magisterio Corall. rub. permixtâ, & similibus, imprimisque confectio Morfeolorum contra fluxiones, cujus ꝑij. post cœnam conveniet.

℞. Conserv. ros. antiq. ꝑij. Diacydonii s. ꝑvj. Mastich. opt. Nucis Mosch. condit. sicc. ana ꝑj. Sem. Cotiandr. præp. ꝑij. Ambræ gryfææ gr. iij. Sacchar. opt. in aq. rosar. solut. ꝑvj. F. Confectio in morsulis. Præter diætam, ubi moderatus animi, corporisque motus, necnon conjugalis amplexus rarior includitur, pro superfluis humoribus serosis evacuandis semestriales evacuationes instituantur, ubi primò per quadriduum Oxymellis Squillitici unc. j. sem. in decoct. rad. Cichorii quotidie bis usurpator, superaddita quarta die purgatione; quæ fiat Mechoacæ nig. ꝑij. Rhabarb. opt. ꝑj. Cremoris Tartari ꝑij. misce f. pulvis. Cum autem Amplit. V. constitutio plenior sit, præmissis hisce, verno tempore venæsectionem non dissuaderem, ubi subsequenter diebus, pro dissipandis reliquiis superfluitatum serosarum in ipso habitu corporis, sedorem provocarem ad dies aliquot assumpto Rob. Ebuli, cum a qualibus partibus aq. fumarizæ & aq. veronicæ dissoluta, quæ tamen omnia propter quotidianas mutationes quibus corpora nostra subjiciuntur, pro Medici præsentis directione fieri poterunt. Quod secundo loco capitis atque articularum corroborations atinet, post prædicta universalis, fiat pileolus capitis gestandus, qui

℞. Majoranæ, Rosmarini, Salvizæ, Betonicæ, Fl. Lavendul. Ros. rub. ana m. s. Nucis Mosch. Caryophyll. Macis ana ꝑij. Santal. Citrini, albi ana ꝑj. Thuris, Lign. Aloës ana ꝑij. Moschi, Ambræ ana gr. iij. F. pulvis grossus pro Cocupha. Imò Balsami Capitales hic etiam commendantur, ut Bals. Majoranæ, Rosmarini, Nigellæ, Succini, Macis &c. quantitate pisti naribus, temporibus, & cervici frequenter adhibiti. Interius conveniens est Balsam. Foeniculi, ex ejus oleo, tinctura & sale diligenter præparatus, matutino tempore quantitate sabæ dimidiæ sumptus: ut etiam confectio Rotularum, quæ

℞. Nuc. Mosch. condit. sicc. num. j. C. C. usq. præp. Eboris præp. ana ꝑj. Ol. nuc. mosch. per expr. ꝑij. Sacchar. opt. in aq. Lavendul. solut. ꝑvj. F. Rotulæ. Ad articularum robur firmandum fiat balneum pedum ac manuum, in quo decoquantur sequentis.

℞. Fol. Myrti, Plantag. Salv. Origan. ana m. j. Fl. Rosmar. Balaustior. ana m. j. Bacc. juniper. ꝑij. Aluminis. Cinerum vitium ana s. j. F. decoctum in aq. pluviali. Hac fomentatione præmissâ, post exiccationes & sufficientes absterfiones, oleo sequenti fiat frictio.

℞. Ol. comm. s. j. adde fl. lil. cotvall. q. s. aliquoties ebulliat, rursus de novo semper flores imponantur.

tandem coletur, exprimat, & cum $\frac{z}{ss}$. olei, $\frac{z}{j}$. fa-
lis tolli permisceatur. Hæc sunt, quæ servationis gra-
tâ consignare volui: Deus *apponat* det incremen-
tum. Bene vale. Dab. Darmitadn, 12. Maii, 1616.
Gregor. Hortius Oper. Medic. Tom. 2.

Podagræ Cura, per continuatum usum
Lactis, pro Illustrissimo Barone,
Hypochondriaco, & jam à viginti
annis arthritico.

Ad Clarissimum Virum Laurentium Mayr,
Serenissimi Maximiliani Ducis Bava-
riæ, &c. Medicum.

Intellexi, hisce diebus, ab Illustrissimo Domino
Barone N. sibi ab Excellentia tua, Medici cujus-
dam Bruxellensis, exactam morbi Podagræ carationem
(quæ diu peragitur continuato usu Lactis, seu
vaccini, seu caprini; interdicto interim omni alio
potu ciboque;) fuisse transcriptam; nihil tamen
Excellentiam tuam, cum Patientis statum perspec-
tum non haberes, de ejusdem Lactis usu in specie de-
terminasse; sed informationem, Medico Dogmati-
co scitti necessariam, desiderasse. Itaque cum Illus-
trissimus Dominus Baro, illam mihi commisisset pro-
vinciam; paucis desideratam informationem signa-
vi; addita subinde meâ, hac super re, qualicunque
opinionem.

Is igitur Illustrissimus Baro, annorum est quinquaginta octo: temperamento totius, à natura, sanguineo-biliolus: caput calidum, humidum: cor temperatum satis: hepar & renes calidiores: ventriculam ad frigiditatem vergentem in activis, in passivis paulò humidiores, obtinuit. Functiones siquidem vitales & animales internæ, omnes alacres, vegetæ; motus animi celeres; sensus externi, quantum ætas permittit, sine labe; si dolores articularum inter sensum rectus depravatum connumeratos exceperis. Motus corporis, viginti abhinc annis, læsus vehementer: tandia enim arthritide & podagrâ præcipue laborat; adeò quidem, ut, etsi paroxysmo liber sit, ægrè tamen, & non nisi tripes, ab aliquot annis, incedat; pedibus, totoque nervoso genere, quantum apparet, multum debilitatis. Capite raro dolet, quoad partes internas; sed defluxionibus crebro obnoxius est; quin omnem arthritidem suam oriri, primò ex defluxione à capite, cervice, in scapulas; ex his, vel in humeros, cubitum, manus; vel per dorsum, in coxendices, genua, pedes; ipsus Illustrissimus Pater advenit, non sine præcedente occipitis dolore externo, quoad tactum sensibili; & sensu interdum frigoris oborto, quo totum corpus perhorrescit: eo serè modo, quo *Fernelius Lib. 6. De Partium Morbis, & Sympt. Cap. 18.* arthritidem fieri contendit.

Oeconomia naturalis non usque adeò integra: ventriculus plus appetit, quam concoquit; plus etiam ingeritur, quam robur ventriculi, in hac ætate, superare potest; hinc status plurimi, crebræ hypochondriorum murmuraciones, cruditas, punita multa perpetuò subnascuntur; quæ partim omnia, extra paroxysmos, per fontationes, ructus, & crepitus frequentissimè rejiciuntur; partim, tempore paroxysmi, materiam præbent, molestæ & dolorosæ in articulos defluxionis: excretionibus enim istis ordinariis subsistentibus, paroxysmum arthriticum imminere, Illustrissimo Patienti, ex observatione propria,

certum est indicium. Hepar calidius est; & serum biliosum copiosè cumulatur; humores quoque aduri, credibile faciunt urinæ; quæ, præsentè arthritide, vehementer tinctæ apparent. Quare fluxionis materiam, partim pituitosam, partim serosam; biliosam, non sine aliqua adustione, crediderim: quod ipsum articuli hoc modo obsessi satis clarè confirmant. Præterquam enim quòd in principio paroxysmi, membra arthritide laborantia intumescant, rubeant, incalescant, doleant; in fine tandem etiam absumptis & resolutis serosis, calidis, & tenuioribus articulum obsessis humoris partibus, illud quod terreum est & frigidum, relinquatur, exsiccat, & in tophos indolentes vertitur; uti ad tactum advertere licet. Renes, qui antehac, rectè, partes suas agere videbantur, annis abhinc circiter duobus, calculos progenerant; quos ab initio raro quidem, magno tamen cum dolore, protrudebant; nunc verò crebrius, sed sine eximia molestia, laxatis scilicet meatibus ex repetito pluries calculorum transitu, effundunt.

Cæterum arthritidis ista hæreditaria non est, sed acquisita; sine dubio ob peccata in sex rebus non naturalibus commissa, à Viro militiam & aulam per totam suam vitam sectante. Quatuor vel quinque septimanis, subinde liber est à paroxysmo; quibus elapsis, defluxiones per occiput cum dolore sentit; quæ paulò post, eo quo supra narravimus modo, aut in chiragram, aut mox podagram, aut utrumque simul; aut etiam dolores ischiaticos desinant; prout scilicet materia multa, vel pauca, se exonerat; atque in hanc vel illam partem procumbit; vel novæ etiam, & plures defluxiones, sibi invicem succedunt. Crescit, seu augmentum sumit paroxysmus, assiligitque undecim dies; decrescit exin totidem. Tandem dolore evanescente, etiam tumor in parte affecta residet; qui dum adest, cute multum extensa, atque adeò plurimum extenuata, ruptionem quasi seu ulcerationem minatur. Cum verò evanescit, proripit in parte detumente, per aliquot dies, relinquit: sine dubio, quia sal volatilis, serosi humoris, ibidem insensibiliter evanescentis, cutaneas partes lacessit; sale interim fixo, unâ cum crassiore ac pituitosiore humore, qui discuti non poterat, in tophos (ut supra quoque diximus) abeunte.

Remedia ad hunc affectum Illustrissimus Pater variis, uti intelligo, à variis Medicis præscripta, adhibuit; effectu, qui in hisce casibus sequi plerumque assolet, nullo. Inter medentes fuit ultimus, Clarissimus quidam Archiater Helmontii sectator strenuus. Cura, paroxysmi tempore, cæpta est; sed tantum absuit, ut *Archeus tunc iratus* compelleretur; quin paulò post furibundus evaderet: *materia forsan casuali*, illum nimis irritante, novasque *ideas morbificas* inibi producente. Hæc serè sunt quæ circa statum, hujus Illustrissimi Domini Patientis mihi cogitanti occurrebant; & ad rem videbantur pertinere; ut Excellentie tuæ pro informatione, transcriberem; quibus rite perpensis, Lactea illa cura rectè instituitur, vel rectius intermittatur.

Ego sanè (si, exercitii causâ, & mihi aliquid addere concessum sit) existimo, duo esse potissimum; quæ pro præsentè in considerationem Medicam duci possint. Primum est, an; & quomodo Lactis vaccini, vel caprini usus arthriticos absolutè juvare possit; alterum, an ille ipse Lactis usus, Illustrissimo Baroni, per menses & annos continuatus, interdicto interim omni alio ferculorum genere, in prædicta corporis & morbi constitutione, tutò conveniat? Primum multis confirmare, vel etiam dubium reddere, nunc quidem ego nolim, cum Medici illius Bruxellensis experientias, observationesque in dubium minimè ducam. Alterum tamen quod attinet, dico: Si *Lac non prodest iis, qui defluxionibus, catarrhis, multum obnoxii sunt*, ut *Matthiolus in Commentario ad Dioscoridem, de Lacte*, explanat: *quia vaporosum est. Si Lac calidius*

culosis obest, ut Galenus Lib. 3. de Alimentorum Facultatibus Cap. 15. monet: quia iis materiam, caseosâ suâ substantiâ, præbet; qualem in se plurimam habet lac vaccinum, utpote crassissimum. Si Lac ventriculo frigido, pblegmatico, vitandum: quia in eo acescit, ut vult Galenus in Commentario ad Aphorismum 64. Sectionis 5. Si Lac flatulentis, quibus illa murmurant, &c. malum, ut docet Hippocrates Aphorismo citato: quia lac in se flatulentum est, ut vult Galenus De Alim. Facult. loc. cit. ubi ait: In plurimis, lac in ventriculo, vertitur in stutus, suntque paucissimi, quibus id non accidat. Si Lac, nervorum vitii laborantibus, respiciendum, ut prodit Dioscorides Lib. 2. Cap. 64. quia vaporosum fluxiones in nervos auget. Si Lac hepaticis noxium, ut idem Dioscorides loc. cit. monet, quia, ut ego quidem, pro præsenticali, interpretor, à calidiori hepate facile corrumpitur, unde obstructions, febres, aliaque plura, in iis præcipue, qui plosculum de illo assument, atque omni exercitio carent.

Si Lac, inquam hæc nocumenta; ita, ut modo enarravimus, constitutis adfert; equidem Lactis hæc Curam Illustrissimo Baroni non suadeo: utpote in quo omnia illa enumerata, quæ Lactis usum impedire dicuntur, abundè concurrunt; sicuti ex superius data informatione liquidò constat. Neque etiam mihi persuadeo; quòd symptomata illa, quæ diæta huic lacteæ supervenire solent, & ab Excellentia Tua Illustrissimo Patienti prudentissimè insinuata sunt, ab assistente Medico ordinario tam facile præcaveri possint: in Viro nempe quinquaginta octo annorum, viginti annis arthritico, & quod potissimum est, perpetuò sedentario, copioso cibo assuetò; viscerum diversâ laboranti, ac simul hypochondriaco, &c. Sane maximum periculum, meo quidem iudicio; minaretur huic curæ, ordinariò succedens, uti scribitur, stomachi labefactio: ex qua non solum lactis difficilior coctio, faciliior corruptio, obstructions difficiles, febres lentæ incurabiles, sed etiam totalis inappetentia, & ex hac totius corporis labes, facillimo negotio, suboriri posset. Ut taceam, mirari aliquem merito: cur inter caprinum lac, & vaccinum, nulli fiat in hac cura ab Authore differentia? quam tamen de Alimentorum Facultatibus loc. citato fecit exactè Galenus: ubi ait: Lac, quod feri habet plurimum, etiamsi semper eo utare, nihil penitus affert periculi, quòd verò huiusmodi humiditatem habeat exiguam, caseosam autem crassitiem multam, omnibus, qui ipso multum utantur, est periculosum. Ingolstadii 25. Novemb. 1663.

FRANCISCUS IGNATIUS
THIERMAIR

Euse differitur, quomodo Podagricis Lac prodesse & obesse possit? Præterea describuntur aliqua remedia antipodagrica.

Lac, quod præsentì Illustrissimo Baroni dissuaseram, & ille deinde consultò intermisit; non aliis æque, Podagrâ affectis, dissuadendum simpliciter intelligo. Neque objectiones contra usum Lactis, in Consilio factæ, ita rem universaliter concludunt; ut illud in quibusdam Podagricis prodesse non possit. Est enim, ait Alexander Deodatùs, in Præfatione sui Valerudinarij, reverè aliquando; ubi personis, rebus, ac temporibus, optanda sit peculiaris quadam, & extraordinaria, dummodo prudens, curatio; quin etiam periculosa remedia, rectè usurpata, interdum optimè succedunt.

Verum qui fieri possit, ut podagrici, per conti-

num usum Lactis, juvari queant? superest, ut monstremus, Equidem existimo, per continuum ac diuturnum Lactis usum, totius quasi corporis habitum immutari, & quoniam Podagra morbus est tartareus, salinus, credo viscera simili tartareo myalmate infecta; sanguinemque salino excremento imè prægnatum, medicamentoso hoc alimento abundè temperari, demulceri, & obtundi, donec tandem diuturnitate suavissimi & simplicis alimenti, ita attemperata & quasi renovata fuerint omnia; ut calor non amplius extraneus, non amplius sylvestris, sed naturalis, domesticus, mitis, in nobis redundet; nutriturque sanguine, & succo alibili dulcissimo, modo tamen viscera non ita inquinata sint, ut correctionem adhuc aliquam admittant.

Aristoteles Lib. 3. Hist. Animal. Cap. 20. alique Philosophi & Medici ferè omnes, lac ex triplici substantia constari docent: butyrofa, caseosa, & serosa; ita quidem simul commixtis, ut Galenus Lib. 3. de Alim. Facult. Cap. 15. attestetur: Lac optimum, omnium ferè ferculorum, optimi succi alimentum esse. Quid igitur mirum, si lac etiam podagricis proficit cum & partes lactis singulæ, singula ferè arthriticorum symptomata, peculiari qualitate, respiciant? Pars butyrofa pinguis, [ob quam mitigatorium epice-rantilicum lac vocavit Galenus Lib. 2. Simpl. Cap. 13.] viscerum humorumque acrimoniam blandissimè demulcet, & salium coagulationem prohibet; Pars crassa sive caseosa (cujus ratione, emplasticam vim Lacti Galenus Lib. 10. Simpl. Cap. proprio de Caseo tribuit) suâ terrestri pinguedine, tartari podagrici obtundit sævitiam. Pars denique serosa (quam absterforiam Galenus vocavit Cap. de Sero Lib. cit.) frigida & humida est, saltem quoad temperamentum prædominans, ut rectè distinguit Melchior Sebizius Lib. 3. de Alimentorum Facultatibus, Cap. 7. §. de Sero Lactis; unde serum viscera magis contemperat, salia in corpore latentia paulatim solvit, abstergit, & tandem, alvo obtemperante, paulatim per secesum vel urinas expellit. Atque adeò improbabile non est, continuum Lactis usum podagricis quibusdam prodesse posse.

Interim non desunt sagaciores quidam, qui dubitant: an potius Lactis usus, vel an exquisita & simplex victus ratio, diutissimè continuata, podagricis emolumentum præstet majus? Nam uti temulentus Bacchus, & liberalior Ceres, hanc abortivam prolem, Podagram dico, infelici conjugio, procreant; ita hominis corpus ab omni impuritate facile præservant, sobria abstinentia, & abstinentis sobrietas. Multos morbos, ait Seneca Epist. 95. multa secula fecere, inde pallor, & nervorum vino madentium tremor; & miserabilior ex cruditatibus, quàm ex fame macies, inde incerti labantium pedes, & semper, qualis in ipsa ebrietate, iitubatio. Petrus Borellus Cent. 3. Obs. 11; narrat: integrâ, per annum, ab omni potu abstinentiâ, podagricum liberatum. Valefcus de Taranta, ut ex illo refert Henricus Petrus, Tomo secundo Nosologia, Dissertatione 48. de Arthritide: podagricum quendam, quotiescunque imminere paroxysmum sentiret, ab omni cibo & potu abstinentem, solâ inediâ fuisse liberatum. Marcus Gatinaria, vini abstinentiâ à Podagra liberatus, diutissimè sanus supervixit, ita in Consilijs suis Thomas Mermannus. Aded nempe verum est: Abstine, & efficies, quod Medicina nequit.

Cæterum modus adhibendi Lac in podagricis; non idem ferè ab omnibus præscribitur. Clarissimus supra nominatus Medicus, ad quem meum direxi Consilium, in suis ad Illustrissimum Baronem Consultationibus, ita priùs scripserat: Non gravabor, inquit; bat, secretum, quod existimatur pro Podagra curanda unicum esse edicere, quod aliquibus Bruxellis & alibi

alibi veritatis indicium ac curationis fuit. Quod Vir Clarissimus Pescier, summa cum felicitate, aliàs Professor in Gallia, palam fecit, quod primo intuitu ridiculum, attamen altiori speculatione veritatis lumen elucescit. Inhibetur itaque tali modo affectis omnium ciborum compositio; ac solummodo Lactis usu, seu recenter emulsi, seu tepidiusculi ebibiti, vel etiam levi ebullitione cocti, contenti debent esse, quod quidem, non sine pravia facta purgatione levi, debet esse remedium, sed etiam per menses aliquot continuandum, ac annos. Quoad lactis vero electionem, seu vaccinum, seu caprinum sumas, nullam Medicus ille ponit distinctionem, quam aliàs Galenus solet & alii conficere. Nec veretur, primis diebus, aliquid carnis elixæ permittere, cum pane in lacte cocto, prout agri vires tolerare videntur, ac denique nullo alio potu, quam Lactis debet ager suum extinguere; cui seu saccharum, seu mel adijcias, ne corrumpatur, non abs re fallurum existimo. Notandum tamen in hoc lactis usu venit, quod stomachus labefactatur; aliquibus alvus solvatur; aliis urina promoveatur; inde accidit ista prudenti Medico erunt compescenda. Lactis quantitas determinari non potest; sed pro tolerantia, & conferentia virium & aeri, limitanda: omni ocliduo, vel non fluente, purgetur patiens Rhabarbaro, vel cum Passulis, vel alio vehiculo, adhibito. Hæc Medicus ille.

Alii fusi hanc curam nobis descripsere, sequentem in modum: Ante omnia, pro necessitate, corpus præparatur remediis, cujuscunque complexioni accommodis; & ad removendas obstructions, aliaque, quæ impedimento esse possunt, dimovenda obstacula, purgetur epicraticè sapius; spatio ferè quindecim dierum. Observatur interea diæta exactissima, admittit solum mediâ vel quartâ parte, pro virium scilicet robore, de solita aliàs quantitate ciborum. Deinde aliis iterum quindecim diebus, in prandio, cibi solidi, bonæ substantiæ, panis levis, ova, gallinæ, pernice, caro castratorum, ac præcipuè vitulina, concedatur quidem; verum manè jejuno adhuc ægro, quatuor aut quinque horas ante mensam, uti etiam in cœna, nil nisi lac ad uncias octodecim aut viginti, singulis vicibus, porrigitur; & lactis quantitas modò dicta, successivè, si vires & stomachus tolerant, ad uncias quadraginta, pro vice, augetur. Tandem, corpore paulatim ad lactis assumptionem assuefacto, omnia esculenta, poculentaque, præter lac, omittenda sunt; ægro solo lacte contento, ad menses, uti ajunt, duos tres & amplius; eâ quidem quantitate, quam stomachus, vires, ac ipsa necessitas videtur exigere. Tota quantitas, quæ singulis diebus bibitur, in tres partes divisa, una manè, altera in prandio, tertia loco cœnæ, accipitur. Quod si patiens tantum lactis, unâ vice, ob ventriculum nimis debilem, ferè non sufficeret; tota unius diei dosis, quatuor distinctis vicibus, sumenda erit; servatâ semper quatuor horarum distantia, ab uno haustu ad alterum.

Cæterum, si fortè magna febris, aut ingens dolor, succederet, subito à lactis usu desistendum consulant; & totam curam, ad affectus illos compescendos, dirigendam esse; quibus sedatis, lactis usum, sine ullo cibo, reiterandum idemque per menses integros, uti dictum, continuandum. Porro, cum in usu lactis, varia symptomata sese ostendant, utpote corruptio, acescentia lactis in ventriculo, sudor in capite & pectore, alvus fluida nimis, aut etiam constipata, vel magna interdiu urgens sitis, sequentes regulas constituunt. Acescentia lactis omnium optime, admixtione sacchari, cum lacte impeditur; lacque eligitur ex vacca sana, quæ per aliquot tempus frumento, fursibus, fæno, stramine, aliisque herbis in locis siccis enasci solitis, pascebatur; atque hæc recens, in vas aquæ calidæ immerfam, & multum illicò ebibitur. Sudor prohibetur, si pars

una aquæ hordei, cum quatuor lactis mixta propinatur. Fluor alvi sistitur, ebullitione unâ vel alterâ lactis, addendo pauillum salis. Alvus constipata corrigitur, granis quindecim vel octodecim Rhabarbari pulverisati, manè cum lacte, aut aqua Cichorii sumpti. Sitis nimium molesta, aquâ fontanâ, aliisque rebus, dummodo non acidis, restinguitur. Interim, cum excrementa quotidie generentur; non negligunt clysteres, medicamenta lenientia antipodagrica; uti etiam inunctiones, linimenta, & quæ alia in podagricis tanquam specifica agnoscuntur.

Et hæc ferè intentio generalis est eorum, qui Podagram seu arthritidem lacteâ hac curâ demulcere confidunt. Quod si quæras, quid ego hæc de re sentiam? candidè, ut semper soleo, tibi respondeo: Lactea hæc cura rationibus suis, quas ego ipse superius in principio Scholii mei diligenter adduxi, non destituitur; neminem tamen exinde sublevatum exactè, qui hoc remedio usi sunt, ego quidem novi: omnes enim vel doloribus recenter ingruentibus denovo ab hac cura desistere coacti fuerunt; vel podagricos dolores intercurrentes, lubentius tolerare, quàm perpetuam & molestissimam solius lactis tolerantiam sustinere maluerunt. Et crediderim ego, si qui exinde emolumentum cepere majus, illos non tam à solo lacte, quàm à simplici victus ratione & vini abstinentia esse adjutos. Profectò, ut verum fatear: Duo propemodum sunt, quæ me ab hac tam stricta lactis cura deterrent, vel saltem quemvis cautissimum reddere debent: Inappetentiæ scilicet periculum, & morbus magnus. Nam quid ages, si post continuatam aliquot mensibus lacteam curam, febris, vel morbus aliquis magnus, cum virium jactura ægrum prehenderit? illico à lactis usu desistendum esse dices. rectè. Quidsi autem ventriculus tanto tempore lactis affectus, omne aliud genus ciborum respuat, aut difficillimè sustineat? atque adeò imbecillis patiens, viribus prius deficiat, quàm ad alia assuefacta Natura iterum refocilletur?

Vel quid si, continuatâ lacteâ hac curâ, ventriculi tonus eousque labefactetur, ut paulatim, extincto vel immutato stomachi fermento naturali, omnimodis subsequatur illius languor, vel universalis omnium inappetentiâ? ex qua corporis successiva emaciatio, tabes, ac consequens proximi interitus periculum? maturè iterum, inquires, à lacte abstinentiam. Scio, at verò si ventriculi labefactatio, in principio hujus curæ, plerisque aut saltem multis superveniens, assilimari debeat tanquam ordinaria? uti Clarissimus Vir Laurentius Mayr superius in suis literis prudenter annotavit? nonne meliora semper sperans æger; facillimè eo usque destruetur; donec ventriculum, adeò pertinacè confidentiâ destructum, ad sanitatem reducere impossibile, aut certè difficillimum sit? Scio profectò fuisse aliquos, qui, postquam diu strictiori lactis curæ sese subjecerant, atque etiam melius exin habere videbantur, magno tandem aliquo morbo ex improvviso deprehensi citò interierunt.

His argumentis, ego quidem motus, nulli unquam suaderem, ut intermisso omni cibariorum genere, huic lacteæ methodo se solum subijceret. Suaderem potius; ut mediam quisque viam & securam magis ingrederetur, hoc potissimum ordine institutam. Lactis usus, tempore matutino, ritè adhibeatur, uti supra monitum est: in prandio carnis, aliarumque rerum totalis & diu continuata abstinentia non servetur, sed potius plura alia (parca licet manu) indulgeantur, quæ cum lacte analogiam habeant, Naturam pro necessitate & rerum circumstantiis corroborare queant, stomachi tonum conservent, inappetentiâ arceant; idcirco pulli, gallinæ, capones solo lacte & fursibus nutriti, caro vitulina, hædina, castratorum juniorum, ova tremula, oryza, panis levis in la-

Nostra ægra continuo mædet, habet pulsum undosum, qualis observatur in iis, qui sudant: quo ergo magis sudant, eò melius habent; sicut econtra, quo minus sudant tales, eò diuturnior erit morbus. Hinc etiam arthritici confirmati commodè per salivationem Mercurialem cæteris paribus tractari posse, annotat Kerkringius in *Observat.*

Medium secretionis hujus salis scorbutici ex massa sanguinea est impetus quidam febrilis; nam ægra, prægressa lassitudine, patitur aliqualem calorem totius, utut moderatum & vaporosum, eum tamen præternaturalem, occasione succorum in primis viis à debita crasi degenerantium, & vitiosè in se agentium, emanatum; quem comitantur præcordiorum pathemata, hinc supervenit pulsus, calor, sudor, & præcipitatio salis acidi, & protusio ad articulos.

Nempe in omni articulari morbo doloroso eoque tam fixo quàm vago

1. Semper observatur febricula, plus minus intensæ, à principio morbi usque ad statum perdurans, sub quo iterum evanescit.

2. Semper & ordinariò tam veram quàm vagam arthritidem pathemata quædam circa primas vias solent præcedere, aut comitari, adeo quidem, ut quis, si sine causa manifesta cessat appetitus cum nausea, sudore suppresso, certus sit de Paroxysmo instante, utut in statu successivè redeat appetitus, urgentibus intereà doloribus.

Febris hæc est varia: est enim nunc continua lenta, febri catarrhali similis, omnique vespera exacerbatur; nunc instar febrium intermittentium, quæ nunc cum, nunc sine notabili horrore increscit.

Insuper observandum, quod arthritis nunc sit fixa, nunc vaga: arthritis vaga scorbuto est propria; fixa tantum est sine scorbuto: omnis tamen fixa in principio ferè plus minus vaga observatur; sicut contra vaga confirmata tandem fixa evadit. Et quò fixior est arthritis, eò facilius postmodum irritatur, & difficilius curatur; econtra quo magis vaga, eò difficilius irritari potest, curatu tamen facili existit. Utriusque autem differentie ratio consistit in eo, quod in vaga acidum scorbuticum peregrinum saltem se insinuet superficietenus partibus nerveis; econtra in fixa penitus istis infixum hæreat, nec post Paroxysmum finitum spicula talia instar spinæ locis sint infixa, hinc quieta illa extra Paroxysmum levi occasione, terrore, ira, &c. motu partes in motum eiere, & etiam sine febrili impetu Paroxysmum arthriticum renovare possunt. Conf. Rhumelius in *scriptis*, qui distinguit arthritidem in hæreditariam, nodosam & solutam: ac hæreditariam vocat, cujus character à parentibus implantatur; nodosam autem, ubi sinovia ab acido podagrico primò in cretam, postmodum in corpus calciforme quasi coagulata conspiciunt; sicut tandem solutam, in qua acidum adhuc in lymphæ fluctuat, & partibus nondum infixum est. Harum nodosam & hæreditariam simpliciter incurabiles esse dicit; solutam aliquo modo curari posse, putat.

Quoad causam occasionalem: ex casu patet, ægram fuisse gulosam, unde ex chylicatione læsa, & inde orta cruditate acida symptomata in primis viis atrocità, anxietates nempe præcordiorum, abdominis tormina, appetitus prostratus, alvus clausa, &c. deducatur, haud tamen exclusà illà causa universali Willisi *Tr. de Scorbuto*, aère scilicet.

Arthritis præsens vaga in se est sine periculo, modo ritè tractetur; alias metus est, ne rigiditatem aut contracturam membrorum circa articulos inferat propter acidum corrugans partes nerveas vel coagulans sinoviam, hinc immobilitas membrorum; unde etiam interna, quæ peccans acidum concentrant,

figunt, repellunt, &c. vitanda.

In Paroxysmo hæc Indicationes locum habent;

1. Succorum in primis viis effervescentia, adeoque hinc natus impetus febrilis, appropriatis absorbentibus cum diaphoreticis compescatur, præsertim cum madida semper sit ægra; propter diaphoresin enim Paroxysmus fit minor, quò magis sudant, eò citius cessat malum, & minus torquentur.

2. Symptomata circa præcordia & primas vias appropriatis volatilibus tollantur.

3. Dolores leniantur, & tumores artuum resolvantur & discutiantur, acidum rodens, tam internis quàm externis, moderatè anodynis, removeatur.

Hinc præmittantur, si opus fuerit, venæsectio & clysmata, quæ hoc in casu, ubi murmura abdominis, & præcordiorum symptomata obvia, sunt perquam proficua, applicentur: quibus, si aciora velimus, qualia in nostro casu requiruntur, addatur ℞. ad ℥ss. olei destillati terebinthinæ. Vel, si adsit Indicatio, etiam pulvis laxativus ex tartaro vitriolato cum aliquot granis scammonii sulphurati vel extracti trochiscorum alhandal propinetur. Potio passulata scorbuticis conveniens est. Antimonium diaphoreticum cum resinis junctum est egregium, liquor terræ foliatæ tartari, cum dimidia parte spiritus salis ammoniaci mistus, dosi gutt. 30. 40. 50. &c. dat egregium digestivum.

Istis præmissis, pro primo scopo conveniunt pulveres ex arcano duplicato Mynsichti, antimonio diaphoretico, bezoardico minerali, cinnabari antimonii aut nativa, auro diaphoretico, &c. semper insistendo madori, & continuando tamdiu, quamdiu nempe durat principium morbi, & symptomata febrilia sunt præsentia.

Pro secundo scopo adhibeantur volatilia, v. g. spiritus salis ammoniaci, carminativus, lumbricorum terrestrium, tartari, cochleariæ, &c. unà cum repetito clysmatum usu usurpandus est. Volatilia autem non usurpentur, nisi præmissa fuerint salia fixa, aut terrea absorbentia, sal acre scorbuticum temperantia; alias ex horum concursu cum sale scorbutico phlogoses, effervescentiæ & similia solent observari. Cicuretur ergò acidum illud per Martialia, figatur per alcalia fixa, per terrea & marina, temperetur per arcanum duplicatum, tunc ad volatilia fiat accessus.

In doloribus spasmodicis scorbuticis & hysteriis præscribatur sequens potio.

℞. ▽ *Menib.*

Puleg. aa. ℥i℥.

Ess. Castor. ℥ij.

Liqu. C.C. succin.

℞ *amm.* aa. ℥j.

Laud. opiat. gr. iij.

Syr. cort. Aurant. ℥ss. M.

Tandem pro tertio scopo usurpentur varia volatilia interna, & externa discutientia, & moderatè anodyna. Spirituosa externa aut partibus dolentibus affricata, utut bona sint, omnibus tamen non conducunt, quia non tardè acidum quietum in motum concitando Paroxysmum vel revocant, vel dolores exasperant, forsitan propter effervescentiam cum causa materiali peccante in parte affecta. Magis conducunt paregorica blanda & lumbricalia. Sic enim hæctenus curavi virum, qui habuit dolores arthriticos in genu, cum aliquali rubore erysipelaceo, cui optimè confert emplastrum de spermate ranarum, cum copioso saccharo Saturni mistum. Præteritâ septimanâ cum denuò & optimè ambulare posset, pro spina parti infixa evellenda ordinavi aquam arthriticam ad extrâ, cum spiritu salis ammoniaci mistam;

oc

ut hujus illinitione Paroxysmus præcaveretur, optimeque habebat per quinque vel sex dies: sed ecce! abusu hujus spiritus recrudescere Paroxysmus, & continuato spiritu semper intensior fiebat, unde denuò emplastrum diaphoreticum jussi applicandum. Adeò ergò ubique idiosyncrasia respicienda.

Extra Paroxysmum:

Curato verò sic Paroxysmo, sub universali declinatione propinanda remedia ex pino, vel potius pinastro, quæ est genuina arbor antiscorbutica & articularis: Præfertur tamen essentia pini decoctum strobilorum pini cum ana cerevisiæ & aquæ communis simul, v. g. ita: R. horum strobilorum ℥℥. ad minimum; coqu. in aquæ & cerevisiæ ana Mens. s. ad medietatem, additis sub finem passulis pro grato sapore, pro dyscrasia sanguinis scorbutica emendanda, & ballamo artuum quasi renovando, & tandem sale scorbutico corrigendo. De colatura bibatur omni manè & vespera bonus haustus calidè, & expectetur semper desuper in lecto blandus sudor. Tinctura vitrioli Martis Zvelfferi est delicata, & imprimis mulieribus præscribenda.

Ad recidivam præcavendam tandem cura lactea ad aliquod tempus continuanda, & strictè observanda. Lac enim est optimum arthriticorum præservativum, & salis arthetico & scorbutico peccanti appropriatum: sed observetur legitimus usus. Usurpandum autem

1. non nisi specificis & universalibus præmissis, adeòque conveniet id pro colophone curæ, ne recidiverit.

2. extra Paroxysmum saltem, quando nempe symptomata remittunt, & æger in statu apparenter sano est; quo tempore lacticia diu continuentur.

3. primæ viæ prius sint mundatæ, ut rectè Hippocrates præcipit; aliàs corrumpitur, & caseum hinc inde deponit in primis viis, hincque ex hujus viscido symptomata exasperantur.

4. stomachus adhuc valeat in digerendo, quo nempe lac in hoc individuo assimilari queat, secus enim in mucum degenerat.

5. in lac, sive usurpetur simplex, sive cum radice chinæ decoctum, instillentur aliquot guttæ spiritus salis ammoniaci, cochleariæ, vel alius scorbutici: vel simul usurpentur elixyr proprietatis, cum spiritu salis ammoniaci vel spiritu quodam scorbutico paratum. Quidam tamen hypochondriaco-scorbuticus ex usu lactis, cum radice chinæ decocti, in pertinacem obstructionem alvi incidit, non autem hoc contingit, si lacte solo cum spiritibus cochleariæ & spiritu salis ammoniaci usi fuerint. Adeò ergò probe observanda cujusque idiosyncrasia erit.

Hinc singulis mensibus convenient pilulæ aloëticæ Glassianæ, quæ sunt substantia aloës mucilaginosæ, separati à substantia resinosa, quarum hæc iners, imò internè usurpata visciditate suâ hæmorrhoides ciet; contra mucilaginosæ substantia in aqua solubilis extrahi eadem potest, præsertim si menstruo illi addatur parùm aceti scyllitici; ita pilulæ hæc ante cenam No. v. vi. vij. ad viij. assumptæ, altero die manè bis vel ter laxant alvum, & inter usuales in morbis chronicis primatum obtinent. Interim observavi ex harum usu in muliere plethorica, cui naturaliter menses deficiebant, pariter affectus hæmorrhoidales excitatos fuisse; sicut in aliis binis scorbutica & hysterica, quæ exin turbas in primis viis passæ. Melius ergò specificatur mucilago illa, attenuando eandem per sal tartari, ceu universale corrigens purgantium, quod ad aliquot grana menstruo aqueo ad-

Tom. I.

ditum, extrahit mucilaginem melius, inspissandam dein, hinc etiam in pilulas redigendam. Vel etiam addatur massæ pilularum earundem parum tartari vitriolati, v. g. illius serup. j. hujus gr. xij. sic enim sine ullo symptomatum superventu in usum vocari poterunt. Unde qui easdem pilulas, chronicis affectibus laborantes, possunt ferte, usurpent eas omni menstruo spatio semel aut bis, præ scopo mundificandi primas vias, idque imprimis, quando morbus à priori radicitus evelli nequit, sed per epicrasin evacuandus: extracto etiam hellebori nigri specificari possunt, ut fiant pilulæ usuales pro scorbutico-hypochondriaci; sicut pulvis rhabarbari cachectico-istericis; & qui viscidioribus succis abundant, illis addatur gummi ammoniacum in vino vel aceto solutum & inspissatum, vid. Ludovici de sale tartari volatili, & in Pharmacia.

Tandem diuresis non negligenda. Copiosior urinae fluxus, ac largior sudor, imprimis manè, præservativa sunt Podagricorum: per urinam curantur extra Paroxysmum, per sudorem in Paroxysmo.

De salivatione instituenda vid. Kerkringius in Specilegio.

Arthriticam nostram curavi ita: Vocatus ad eam, cum esset *ivospa*, gulosa, &c. hinc pro tumoribus, & febrili impetu mitigando, venæ sectionem institui in brachio, cui aliàs erat adsueta, idque cum levamine factum. Neque enim hæc omittenda est in hisce casibus, præsertim ubi suspicio adest sanguinis vel suppressi vel coacervati, quemadmodum pariter largam venæ sectionem in virgine simili modo affecta, & ultra dimidium annum menses non habente, institui.

Hæc præmissa, propter symptomata præcordiorum præscripsi clystma emolliens, cum sale tartari paratum, cum levamine. Insequenti autem die ordinaris vi sequentes pulveres:

℞. Arcan. dupl.

℥ii diaphor. aa. scrup. j.

Laud. op. ferm. gr. ij.

M. f. Pulvis pro 2. Dosis.

Hinc ex hujus unius usu sudor copiosus erupit; cumque antea saltem erura dolore & tumore affecta fuissent, etiam brachia dolere & tumere incepere: interim continuavi hunc pulverem die altero in decocto strobilorum pini cum passulis parato; post verò superveniebant insignes passiones hysterice, quibus confirmabar, hæc symptomata supervenire occasione impetus febrilis; hinc omisso decocto ordinavi clystma sequens:

℞. Spec. carmin. M. iij.

℞is tartari ℥j.

Coq. in l. q. Væ communis:

Colat. ℥ix. adde

Elect. de bacc. lauri unc. j.

Ol. destill. succ. ℥℥. ad. ℥j.

Vitell. ovi No. j. M. f. Enema.

Hoc applicatum fuit cum levamine, præsertim cum simul internè omni bihorio assumerentur guttæ ʒ℥. liquoris cornu cervi succinati; quorum usu passio hysterica evanuit. Hinc pulveres modò laudatos iterum usurpare jussi: sed ne nauseam excitarent, decoctum strobilorum pini omisi, & saltem in potu ordinario, cui spiritus cochleariæ instillabatur, usurpare jussi. Item loco priorum pulverum sequentem ordinavi:

℞. ℥ii diaphor.

Arcan. dupl. an. scrup. j.

Cinn. ℥ii gr. xv.

M. pro 2. dosis.

Ca

expec-

expectando desuper blandum sudorem.
His pulveribus mane & vesperi interponebat
interne pro anxietate præcordiorum, lipothymia,
&c.

℞. carmin. ʒ. ʒ.

Cochlear. ʒ. ʒ. M.

Dosi gutt. 30. bis vel ter in die capiebantur, toties,
quoties lipothymia imminerent, & sanè hinc statim
levamen circa præcordia percepit.

Externè locis tumentibus imposuit lumbricos vivos,
donec moriebantur, cum levamine sensit. Imò in fine
morbi usurpavit crebrius spiritum salis ammoniaci pro
reliquis melle sanguineâ corrigendis, & sic conva-
luit.

Sed superiori anno hoc ipsum malum recurrebat,
hinc mox post venæsectionem, præmissâ blandâ laxa-
tione, cum minus urgerent symptomata febrilia, ac-
cessum feci ad spiritum salis ammoniaci, bis quoti-
die ad gutt. 30. 40. continuandum, quia aberat fe-
bris. Externè, cum deficerent tunc temporis lum-
brici, jussi usurpare spiritum salis ammoniaci cum
calce viva paratum, mistum cum aqua articulari &
spiritu tartari. Sed nihil conducebat, potius dolo-
res augebat. Hinc mutando consilium ordinavi em-
plastrum diaphoreticum:

℞. Tacamah. ʒ. ʒ.

Empl. diaphor. Myns. ʒ. ʒ. vel ʒ. ʒ.

Malax. c. f. q. ol. destill. ʒ. ʒ. f. ʒ. ʒ. ʒ.

Inducatur super linteam, applica circa egnu,
manus, &c.

quod dolorem levabat, & ita sanam demum dimisi-
tegram.

Observationes.

Podagræ Specifica.

Si ullorum medicamentorum, certè Antipodagræ-
corum, quaestiosa est venditatio; nam cum morbus
ipse sit molestissimus, in tanta desperatione admitti
facile solet, quod vel leve testimonium commendat;
deinde, cum in primariis plerumque recidat perso-
nas, & quibus unctius vivendi copia est, numma-
riam æstimationem non detrectat, haud diu licitan-
tibus ægris. Atque hæc res effecit, ut nemo non
Chemicorum, modò secretior adspiraret Eleusis,
Specificum aliquod jactaverit ad invidiam unum om-
nium optimum, non jam particulare tantum aut
certis individuis, sed generi humano profuturum,
sed quibus laudibus, ut aliàs quoque, non respondit
eventus; namque & hodie inter tam varios tamque
delicatos Chemicorum labores desideres, quod tan-
tis præconiis par sit. Paracelsi quidem elogium ex
hac etiam parte, ut Salisburgensis inscriptio testa-
tur, summum fuit atque invidendum, sed quod
Poëtice Hyperbolæ potius, quam vero experi-
mento imputari possit. Spiritus Calcis tartareus Ba-
sili Valentini, quem verus imprimis & Gallicana
editio jactat, & ipsum illud Oleum dulce Antimonii
Rogerii Baconis, quondam magnis laudibus de-
prædicata, altum nunc dormiunt auctorum fortunæ
aut temporum conditioni relicta. Sua etiam alii ob-
trudunt speciosis & sacrosanctis Salis, Mercurii, Sul-
furisque nominibus velata, sed quibus Universalis
aut Specifici largiri efficaciam religio vetat,
nomen impune est. Olim, & nunc quoque alibi,
nulla remedia majore applausu sunt celebrata,
quam Cnosseliana ista, & inter ista, Aqua Arti-
cularis interna, Sulfure, ut videtur, fixo metallico pro-
gnata, cujus in effervescentiâ illâ sanguinisque acido
temperando vires deprehendit longè maximas, qui eam
invenit, Auctor. Ego autem, quinvis non dubitem
plurimis eam perferis, tum imprimis Serenissimo Re-

gi Uladislao, velut in Podagræ exemplum nato, cre-
bro & frequenti usâ profuisse, tamen nec æquè om-
nium remediorum, nec semper unius, eandem fuisse
fortunam vel hoc ostenderit, quòd ipse Rex modò
ad ista, nunc illa, tandem Empirica & rusticana, An-
gelicam sylvestrem, diabolarem plantam & trivio-
notam, ipsis verò tot millibus redemptam, prolapsus
sit, eludente arcaniorum vim morbi pertinacia.
Quid quod idem jam tum olfecisse visus est vir
copiosissimæ eruditionis magnusque aliàs Cnosselii
vindex D. Bernitzius, dum de medicamentis ejus hoc
scribit; *In quibusdam vis medicamentorum Cnosselianorum se paulò remissius exseruit, & vel maxime annis uno vel altero obitui Viri laudatissimi proximis. Aded & validudo usurpata identidem remedio contemnit, & quibus cedere initio adlueverat, ad extremum vincit. Quam verò nec uni remedio, quantumvis laudato, sidendum sit, tot numero remedia, tum interna tum externa, suis singula individuis destina-
ta in illâ mole Antiarthriticorum Cnosselianorum facile ostenderit. Jactent Batavas suam in Podagrâ Indi, Knâ Turcæ, Moxam Sinenses & Japonæ; nec dum tamen compertum est, universale quidquam fuisse, aut omnibus promiscuè temperamentis idoneum.*

Joh. Nicol. Pechlinus in Observat. Physico-Medicis.

Lac Arthritidis medela.

Est quidem contentio Chemicorum in hoc pro-
banda, quòd guttulis potionibusque exiguis
levare ægotantium fastidia conati sint. Verùm cum
Morbi Tartarei atque fixi non facile unâ atque alterâ
molitione subigantur, tandem etiam diuturnas illo-
rum usas fastidiri cœpit, ut solent jucundissima
quæque diuturnitate gratiam amittere. Itaque cogi-
tum est, num reperiri posset, quod sapore suo
gulæ ingenium, atque utilitate morbi hujus sal-
leret molestiam. Oportune autem accidit, ut sive
fortunâ hujus seculi; seu auctoritate majorum,
in Arthritide percurandâ unica esset Lactis com-
mendatio. Cùm enim naturæ nostræ nihil affinius
& palato gratius excogitari potuerit, minimè ti-
mendum erat, ne alimentum tam commodum, jam
& plurimarum gentium usu probatum, sperneretur.
At in illâ seculi ad varia ciborum genera
properantis ingluvie magno constitit vel vali-
tudinis causâ defuetam pridem escam & paupe-
riorum mensis damnatam revocare. Vicit tamen
aliquos lecti dolorumque impatientia, & innoxie
medicinæ major cœpit esse veneratio. Ille morbo-
rum *tuorum*, Podagra, diætæ plerumque &
comilationum soboles, simplici tandem & domestico
remedio obnoxium se præbuit, & cum aliis medi-
cinis tantum obducatur, hæc unâ in totum vin-
ci se posse plurimorum experimento ostendit. At ne
quis laudes hæc heri aut nudius tertius natas exi-
stimet, ecce unum Celsi, alterum Plinii testimo-
nium, quorum ille, *quidam*, ait, *cum asinino lacte*
epoto se aluissent, sic autem legit Ludovicus Non-
nius, *in perpetuum hoc malum evaserunt*; iste libro
XXIX. Cap. IX. *Sunt*, inquit, *inter exempla, qui*
asininum bibendo liberati sint à Podagrâ Chiragrâque.
Circumspectè sanè & ex vero; nam non perinde om-
nes, sed quosdam duntaxat hoc remedio convalescere
ad pudorem hodie nostrorum intelligimus. Et ut ali-
bi in Hispaniâ atque Italiâ, jam verò etiam Galliâ,
à longo inde tempore ad Hæctica febris morbiq;
Hypochondriaci tabifici sanationem ultimum fuerit
in Lactis, maxime Asinini, usu præsidium, tamen
qui ad expugnandam Arthritin eo usus sit, proxi-
mè

mis hisce seculis repertus est nemo. Donec ante annos aliquot Religiosus nescio quis apud Comitem Mengensem, collapsam pridem methodum revocare, & morbo æquare articulari ausus est, qui utrum proprio experimento, consultò an fortuito, an verò aliorum indicio eò deductus sit, incertum est. Constat autem intra paucos annos plura ejus rei facta esse experimenta, & Joannem Georgium Greiselium, Medicum Viennensem celebrem, peculiari Dissertatione lactis naturam in sanandâ Arthritide examinasse; sed & ante aliorum, imprimis Gabrielis Fonsæ, Archiatri Romani, calculo probatam curam invaluisse. Scio quidem & Fonsæ & Greiselii eam esse sententiam, non omnibus promiscuè convenire lactis usum, neque uni isti sanationis successum adscribendum esse, negari tamen non potest, plurimis illud naturis idoneum esse, & in quibus respondet, experimentum esse probatissimum. At verò abstinentia simplexque victus multum etiam aliis profuit, & exemplo suo commonstrant Podagrici, ubi remediorum pompa inanis est, tenui modicoque victu doloris tandem asperitatem vincit. Lac autem, quando semel cum corpore in gratiam rediit, non in infringendo tantum paroxysmo, sed & debellando penitus fermento Arthritico, efficacissimum esse experimentis credo. Est in Arthritide Sal quoddam tartareum acidiusculum, modò fixum, nunc volatile, cui emendando etsi multa sint destinata, tamen nulla aded sunt & corpori affinia & morbo congrua, quàm quæ lento longoque usu fluidorum corruptelas vitiatamque texturam mutare solent. Digna ergo elogio Lactis materia, ex quo primum flamina nostra constata, cui sugentis primum ora assuevere, cui venter jam maturè conciliatus, quo hodieque tot gentes sine ullo palati fastidio victitant, & cui uni etiã, cum omnia sale quodam oris ingenio accommodentur, sine illo gratia coustent. Jam verò quid sanguini humoribusque magis cognatum, in quorum naturam particularum texturæque similitudinè facillè vertitur, & continuato usu id tandem efficit, ut per iteratas circulationes salis Arthritici aculei (solent autem salia sæpius calcinata, sæpius lota, spicula sua amittere) obtundantur, & separato per Alyum aut Renes tartareo fermento, velut positus reduvitis, novus recoctusque sanguis emergat. Atqui hanc ego curam hoc absoluteiorem fore confido, quo lactis usus est diuturnior & diæta in cæteris morosis. Sed deficienti statim ad prima experimenta delicatuli nostri, & contenti invenisse, quod Paroxysmum reprimat, inceptum pridem magno negotio victum cum tempore deserunt. Fuerint autem aliqui, quibus Lactis usus malè cesserit; hoc verò non tantum cum alimentis, sed & remediis habeat commune; aded primum Ventriculi indoles exploranda & videndum, num quotidiana ferat, & lactis aculescentis corruptelæ vincendæ usque par sit; nam si succumbat, mutanda vitæ formula, ne continuato nocentis usu in crimen rapiatur speciosa sanatio. Video autem plurimum interesse, quem in modum lacte utamur, hætenus enim levius illa curata sunt. Satis initio videbatur Lac commendasse, idque calidum; at quibus thermopotandi ratio perspecta non erat, exactam utendi formulam præcipere non potuere. Sorbillanda primum sunt lacticia, & ut fervent à cocturâ, idque stas horis & illâ copiâ, quam suis cuique Ventriculus vitæque ratio indicare videtur. Et quò minus sit ab acore aut coagulo periculi, emendandum lactis vitium Theæ coavique misturâ, atque ita ventriculo etiam debiliori conciliatur, & oris gratia non offenditur. Quid quod herbis quoque nonnullis floribusque Balsamicis & sale volatili sæcundis corrigi Lac atque animari possit; quo compendio in omni

Tom. I.

chronico affectu; accommodatis suis cuique morbo Appropriatis, mira præstitisse nuper Empiricum vidi. Agris ille suis Theoposiz exemplo ollas præcurabat stanneas & necessariam supellestem, jubebatque decocto ferventique jam lacti Herbas inferri; in Arthritide quidem Nervinas Cephalicasque, flores Anthos, Betonicæ, Lavendulæ, Stæchados Arabicæ, folia adhæc Veronicæ, Salviæ; Agrimoniz, Majoranæ &c. intermixtis quoque Theæ foliis: Atque ita, quàm fieri poterat, calidè sorbillata potio tum in eluendis salium spiculis, tum solvendis venarum obstructionibus, plus profuisse visa est, quàm mucida illa & intra paucas horas vaporescenti Apozemata olim profuere. De Lactis autem varietate non temere providit Natura, ut quibus Vaccini copia non esset, Caprillum saltem aut Asinimum suppeteret, speciem quoque indicante necessitate. Cerrè enim, quibus à Vaccini lactis pinguedine periculum erat, Caprillum illud vel Asinimum, ut quæ Nitrum aliquod absterisivum hæta sunt, succurrere potuit. Quid quod etiam, ubi Lac in totum repudiat Ventriculus, varianda sint experimenta & videndum, annon alio genere Thermoposiz & diluto aqueo debilitati vel oris aut stomachi velicarij possimus. In quâ classe cum tantum non infinita se commendent, & Theæ & Coavi & quarumvis herbarum imo & lignorum Infusiones, jam etiam Juscula & Gelatinæ, delectus pro morbi corporisque conditione erit habendus. In universum autem constare debet in elixiviando, ut sic loquar, sanguine majores semper futuras vires diluti aquei, quàm lacticiniorum, quòd tenuior aquæ textura porositasque absorbendis salium particulis magis sit accommodata, quàm crassa illa & fibrosa lactis substantia. Id tamen nunc quoque ab iis, quibus occasio suppetit, attendi velim, an perinde apud omnes gentes hæc cura respondeat, & qui inde à juventute lacti indulgere, à morbo hoc sint immuniores, quàm alii quique. Tum etiam hoc, cur Scythas Hippocraticos in illo Lactis, imprimis equini, usu, Podagra aded divexet; urum Hippacis, coaguli vel casei equini, an verò non intermixtæ equitationis hæc sit noxa. *Idem ibidem.*

Sinensium Moxa.

Nonnulli etiam non contenti internis remediis externa quoque advocarunt, & in Vesicatorum Cauteriorumque usu plurimum posuere præsidii. Sanè ego Vesicatoris, affini Cauteris materia, liberatos fuisse aliquos à præsentis paroxysmo vidi; at neque hoc perpetuum erat, nam si lentior materia fluorem detrectaret, aut Venarum Tubulis, quibus imminet Vesica, motus linea minus exactè conveniret, etiam illam curam eventus frustrabatur. De Cauteris majus quid est, illa enim & profundius penetrant, & colliquatis in tabum carnibus cæteræ materiæ viam muniunt, modò eis partibus inurantur, in quas prona est defluxio. Sed nec illud omnibus, nec tam morbo ipsi, quàm accessioni paratum est remedium; nam, quamdiu tabo fluit vulnus, à paroxysmo ut plurimum præstat immunes, quando siccat occluditurque, novam dolorum ministrat materiam. Quare, nisi internis quoque certetur ad expugnandum morbi focum sanguisque dyscrasiam, aut ipsis illis Cauteris, continuatâ successione lineâ, origo fluoris petatur, vana est omnis & umbratica de tollendo morbo contentio. Verùm in tam difficili & desperatâ Arthritidis sanatione etiam illud in magno habitum, quod dolorum accessionisque fastidia levaret; itaque cum hoc Vesicantia & Cauteria promitterent, eorum alibi usus invalescere coepit, crudelem

Cc 2 imprimis

imprimis manum recipiente Barbarorum ingenio; sed neque in Italiâ efficacem medicinam reformidare tubum, in plurimos eam usus sollicitante morborum naturâ. Certè averruncandis Catharris defluxionibusque, à quibus plurima inde mala Hetruriam aliasque plagas infestant, nullum promptius, quàm à Cauteriis auxilium, non vni illis alterisque, sed plurimis ad fontem usque mali continuatis. At cum pridem Sinesium Indorumque in hac medicinae genere mira *ἰσχυρὸς* nostro quoque orbi cognita esse cœpit, & non in designandis modò ustionis locis, sed & deligendo Cauterii genere singulare Barbarorum ingenium innotesceret, ut solent peregrina quæque & ex illo orbe petita grata esse, vilescere cœpit vulgarium materia, & quasi externæ lanuginis major etiam apud nos esset prærogativa, neglectis aliis in unam illam, Moxam intelligo, omnes laudes collatæ. Edidit ergo de lanugine illâ librum Hermannus Buschhofius, plurimisque eam & invidendis elogiis ornavit; quem deinde proximè sequèbatur alius Moxæ in Germaniâ laudator, publicatâ in eam rem disputatione, at dispari ausu, ut qui sermone in Fonticulos deducto argumentum vel deseruit, aut plagio scedavit; de lanugine enim ipsâ vix hilum reperias, cumque conjecturâ ejus ingenium ortumque tentare potuisset, maluit filere. Hactenus ergo de Moxâ quid & quale esset nihil cognoscebatur, donec magnus ille Indiârum Sinæque scrutator Wilhelmus ten Rhyn, à Societate Belgarum Indicâ ad Japonensium Imperatorem medendi causâ missus, non Herbam tantum, sed & utendi formulam planè mirificam, Barbaræ arcanum gentis, epistolis quibusdam, & editâ de Arthritide dissertatione vulgasset. Et verò cum me quoque ex Antipodum terris alioque cœlo, urbe nempe Nangasacque Insulâ Decimâ, epistolæ honore dignatus sit, non possum committere, quin in veteris amicitie symbolum aliquid inde delibem, quod deinde majore cum diligentia effectum dedit. *Primam ergo*, inquit in literis anno hujus seculi LXXIII. mense Novembri datis, *investigationis imaginem mihi sumsi inustionem corporis cum Artemisia, Japonæ Moxam vocant, quâ nihil illis in omnibus morbis est usitatus hanc suam panaceam facientibus.* Non itaque, quod olim opinabar, lanugo illa est Artemisicæ compositis argenteæ, sed ipsa illa herba latifolia siccata, quod postea demum comperit Amicus ille, vera est & genuina Japonensium *Moxa*. Utrum verò folius herbarum siccoris fibræ excusso ex angulis pulvere, an simul etiam illita superficie lanugo in Moxam coeat, dicere non possum, quod quæ super eâ re scripsit Rhynius, ad me non pervenerint. Sed cum nihil sit in Moxâ specifici, venditantibus hanc pro generali Cauterii materiâ Japonensibus, & plurima quoque domi nobis suppetant, quæ eadem agant lenitate, non puto causam esse, cur ad externa properemus, & illa, quæ quaestioso titulo in orbem hunc delata sunt. Et verò non tam Moxæ nobis cognitio profutura erat, quàm formulæ utendi locorumque, quibus inuri solet. Certè enim in hoc singulare quid habent istius orbis hospites, & quod fidem omnem exsuperet, quodque Cl. Rhynius Dissertatione pulchrè nobis descriptum dedit. Quare si istam viam ingredi sederet, quod hactenus quidem à nemine factum memini, utique ineptissima quæque & dominata operi huic sufficere magnisque successibus beate utentem possent; quod enim illis, fortè & nobis liceret in speciem Panacæ & medelæ universalis cauterium ejusmodi adhibere. Sed fuit jam olim & hodiernum ille inurendi mos universo Orienti, quin & Africa, familiaris, mutatâ duntaxat pro regionum conditione remediis tum formulâ tum materiâ; ut qui tam sollicitâ atque exquisitâ methodo usi

sint, ut Sineses Japonæque, hactenus quidem nulli fuere inventi. Notum quidem est Hippocratem, aut quisquis est auctor libri de Affectionibus, in morbo coxendico atque in Podagra inustionem laudasse cum lino crudo factam idque pluribus locis; adeò in Græciâ quoque jam tum curiositatis Sinicæ vestigia apparere. Memorat Herodotus & ipse scriptor vetustissimus, Libyæ populis jam à multis retro seculis, credo cum ipsâ origine, usitatissimum fuisse inurendi modum cum lanâ succidâ aut Oesypo ovillo: Ubi miror Mercurialem, diligentem alioquin Antiquitatis censorem, pro Oesypo substituire nescio quid foedi & ominalis, quod libro II. Variarum Lectionum Cap. II. ab ipso factum video. Nimirum fugerat Mercurialem illa urendi formula, quam nunc à Barbaris & remotissimis gentibus explicatam habemus. Ægyptiorum tamen ut in cæteris, ita in his quoque, supra omnes Afros major fuit diligentia, ut qui ustionem cum gossypio & lino crudo frequentissimè instituunt, & ad plurimos inde affectus adhibent. Deduxit hoc doctè & latissimè Prosper Alpinus lib. III. de Ægyptiorum Medicina Cap. XII. Quæsi cum Japonensium illis conferas, non valdè aliena sunt, quamvis non pari subtilitate excogitata. Exemplum unum quoque attigit Joannes Rhodius in tertiâ Observationum Centuriâ, Obs. XXXIIX. In *Theatro Anatomico*, inquit, *Patavii perhibebat Joannes Veslingius se in Ægypto observasse sanatum ad Hydrocele Sexagenarium ustione per limum Ægyptiis familiari.* Non ergo tam sollicitos esse oportuit nositates in deligenda Cauterii materiâ, cum ubique se monstrat, quod subjeci peregrinis & tam malè emtis possit; quid quòd nulla amplius sit mora, quin nostram quoque Arthemisiam pari æmulatione præparemus, & ubi illa ad manus non est, lino, gossypio, aut stupis herbaceis necessitati subveniamus, quod factum jam tum esse hodieque fieri compertum mihi est. Ignes tamen esse alios alijs molliores, adeoque in hunc usum aliquam nonnullorum prærogativam, diffiteri omnino non possumus; *Idem ibidem.*

Arthritidis Natura.

DE Naturâ, vitæ nostræ unicâ custode & magistrâ, sunt qui ita loquuntur, ac si arbitrio quodam aut affectu actiones regeret humanas; adeò sollicitudini ejus deberi, quod morbi excitentur, qui vitæ periculum minore malo aut dolore aliquo redimant; Febres etiam nihil aliud esse, quàm Naturæ offensæ inque iram despumantis conatum, quo, quidquid toto sanguine heterogeneum est ac peregrinum, atteritur, & si feliciter res cedat, ejicitur. Egregiam verò & utilem humano generi fictionem, dum nunquam antè, quid Natura illa sit & quo vehiculo utatur, explicatum dederiant. Putant ergo, quæ Naturâ iratâ & victrice fiunt, ab bonum omnia finem spectare, nihilque metuendum, modò eam benignam experiamur atque amicam; adeò etiam Crises imperfectas, aut *parva & vasa* materiæ in articulos nerveasque, hoc verò est, sensilissimas partes, Naturæ bono coræque imputandas esse. Verùm ego melioris benigniorisque Naturæ argumentum fore puto, si jam tum initio prohiberet, ne quid in primâ alterâque Collisione committeretur erroris, & si quid commissum esset, non protinus vel periculo salutis aut ærumnoso dolore, qui ipse sæpe multis mortibus deterior, expiari deberet. Aliquid tamen est, quod Natura ea, quæ ob vitium aut custodis errorem primâ regione eliminari non potuere, sanguine tandem recepta textureque ejus implicita non ferat, sed irâ aliqua aut excandescentiâ, & ex illâ natâ ebullitione, qui esse irarum

torum mos solet, aggrediatur atque collidat, & ex collisione particularum nata materiae morbificae ramenta, comminuta jam ac emollita, corpore excreant, aut si digerere vel excernere impedita non possit, sic cruda atque incocta in ultima corporis, inde & articulos, infelicem sanè & cruciandam partem! deponat. Quò magis mirandum est reperiri, qui gratulari ægrotantibus solent, quod à lethifero morbi periculo Naturæ bonitate liberati nunc tandem in aliud & benignius, si Dis placet, malum incidant; & hoc indepti sint, ut in futurum à febris acutis aliisque Chronicis immunes degant. Itaque, ubi in corporis habitum materia aliqua se infixit, quæ tumore, rubedine ac dolore infesta sit, in promptu est solatium, oportune factum, quò defæcato sanguine & liberato viscere, principali in ignobiliorum partem, in cutem, in carnos inque articulos Natura rejecerit, quod in sanguine mortiferum fuisset. Sed ut Arthritidis, metallici morbi, designem ideam, est illa, ut me verbo expediam, fluidi aliquando biliosi, plerumque tamen & maximam partem serosi acris, intra articularum tendines fibrasque nerveas & Periostium collectio, unde subinde inflammatio *εμπυρετική*, ut plurimum etiam tumor œdematosus, tensio & lævisimi cruciatus oriantur. Cur autem in articulos magis quam carnes visceraque descendat hæc materia, non à Naturâ, illa enim, ut est benigna mater, totam lubenter foras expelleret, sed vitio partium præliminari, sive illud hæreditarium sit seu aliunde adicitum, repetendum. Nimirum jam ante sive ab intempestivo motu, seu Venere, sive etiam frigore, debilitati articuli, id verò est, digestivo fermento orhati, quidquid edappellitur, aut in vicinia oberrat succi maligni, facile retinent vigore aliàs partis excutiendum. Quò inde manifestum esse puto, quod carnea quæque partes, ut calidiores, materiam illam vivido fluidi fermento cedentem, non antè admittant, quam medicamentorum aut victus errore repulsa aditum sibi ipsa fecerit, vitæ jam infesta & gravis. Quoties vidimus impedita illa per Emplastica & Repellentia articularum inflammatione seu tumore, jam in Ventriculo, jam Pulmone, tandem etiam caput, conversum humorem lethifero morbo, Anorexiæ perpetuæ, Dyspepsiæ, Diarrhœæ, Asthmatis, Caduco aliisque malis periculosis ansam dedisse. Unicè ergo in id incumbendum, quò maturè liberentur partes principes, & concentrata jam materia diffusis particulis in articulos revocetur sic lentius jugulatura. Ubi tamen notandum, quando sedem fixit materia, ita eam cum parte velut propriam specificamque consuescere, ut sanationi non facilè sit locus, & votis jam suspiriisque illa in articulos recidiva frustra optetur. Unde apparet, materiam sic dictam Arthriticam, non tam naturâ suâ, quam partis mandataria vel recipientis vitio, talem esse. In pedum autem articulos vel idèd crebrius descendit hæc sanies, quòd in illâ corporis staturâ & frequenti pedum à frigore & calceorum pressione offensâ Circulatio lentius procedat, & sic succi nocentioris in Poplite ossaque Metatarsi effusioni janua aperiatur. Vidi, qui Tuberculum aleret in primo Metatarsi osse, à nimia calceorum stricturâ, quò jurabat, ortum; ex hoc tuberculo, quando Podagrâ laborare cœpit, quòd jam maturè factum, volaticus primùm exsurgebat dolor, qui per aliquot dies in universi corporis sphaeram violentis ictibus, velut spiculis, evagatus, tandem redux in hoc tuberculo residebat, & totam ferè hyemem miserè excruciabat, non nisi cum primo vere datâ missione; & hic erat annuversarius labor. Quando autem in hoc morbo dolor sit tam vehemens tamque atrox, singularem ejus causam esse oportet. Sit spiculata, sit acris & corro-

Tom. 4

siva succi peccantis qualitas, sed tumori, sed tensioni tum internæ tum externæ, quòd doloris istius ferè proprium est, sola non sufficit. Et verò neque à corpori Seri inter tendinum ac ligamentorum spatia errantis & distendentis repeti negotium potest, cum plerumque, quò minus est materiae, hoc tensio dolorque sint atrociora. Adeoque censo ego effervescentiam esse aliquam succi maligni cum rore articulari aut glutine, qui ossa tendinesque lævigat & obducit, hunc enim, ut habet plurimum salis Alcalini, cum acido acriori ex facili fermentari atque turgescere; ex hac deinde fermentatione, quam bullæ statusque sequantur, quòdunque ibi nerveum est ac sensibile, est autem plurimum, mirificè tendi, rodi & quasi discerpi, donec tandem positâ effervescentiâ, quòd plerumque infra noctis aut diei naturalis spatii fieri solet, mitescens succus sub cutim propellatur & propulsus lentè evaporet. Antequam verò eò res redeat, summi occupant ægrotum & detestabiles cruciatus; partis quin etiam affectæ ea est subtilitas, ut omnia quantumvis molliter admota jam medicamenta, jam tegumenta plumarumque leviculis contractus, imò & officiosam manum vel è longinquo reformidet, etiam tum, cum nec dum apparet in externis tumor, omnisque in interioribus sævit dolor; quando enim tumor in cutim efferti cœpit, jamque videndum se præbet, aliqua plerumque est dolorum remissio, & minor nunc quoque ab externis offensa. Ergo gaudent laborantes, & morbum se vincere posse putant, quando ab interioribus ejecta materies poris fugæque in auras vicinior est. Sed novi identidem affluxus secretaque per intervalla sanies novis iterum doloribus occasionem præbere, ægrumque etiam futuri formidine excruciare solent, adèoque non statim omnis remissio superati morbi vel initium aut signum est. Quando verò sæpe recurrit hic morbus, & continuis septimanis, mensibus quoque & annis, ægrum divexat, doloris quidem impetus sunt minores, sed in lentum tabificumque morbum transire omnia videntur; itaque victo cum tempore partium tono elisoque fermentorum acumine marcescunt omnia; sanguis ipse vapidos & fixus nihil amplius *parere* potest, aut, quæ unica vitalis roboris est facultas, volatilisare potest; atque hinc, quæ fluida esse solebant, crassescunt, volatilia fixantur, & sanguis tandem univèrsus in calcem Tososque lentè concrevit. Quid quòd Serum quoque, quòd per glandulas conglomeratas conglobatasve feceruntur, in tartareum gypseumve magma non infrequenter transit, & non Urinæ tantum, sed & Saliva, postquam resedère, duram calcariamque crustam scrutanti ostendunt. Sic ergo hominem elumbem membrorumque ministerio carentem impotentia usque detinet, & non amplius doloribus, sed nato ex prævisa morte corporisque marasmo tardio, lentè conficit. Quòd autem sub finem morbi articularum dolores mitiores sint quàm olim; & tandem planè intercidant, inde est, quòd fibris nervis tendinibusque tot Paroxysmorum exercitatione attritis laxatisque sensus partis tandem pereat, & mutati in vappam succi acumine destituantur. Noti mihi sunt Arthritici, qui etsi semel aut bis in anno gravissimè decumbunt & aliquot septimanas detinentur, nulla tamen alia symptomata infestiora habent, quàm membrorum *εμπυρετική*, appetitum prostratum, sitim inexhaustam, & noctes diesque insomnes, cætera dolorum immunes. Infelices autem, quibus jam tum initio & sic subitò morbus hic malè habet, ut protinus in Tosos unumque & perpetuum Paroxysmum transeat. Vidi ego Juvenes viros, decorâ omnes formâ, torosos & succi plenos, planè Jovialis & sanguinei; hoc verò est, optimi temperamenti, qui nescio in

Cc 3 Ves

Veneris an hereditatis occasione sic confestim viribus membrorumque usu multati fuere, ut jam à trigésimo ætatis anno Tosos sudarent, unus etiam alterque jam ante quadragesimum ætatis annum, ad extremum non tam doloribus quam tædiis consumti, interirent. In illis autem sic omnia in calcem coierant, ut quidquid redderetur spūti sudorumque, præ gypsum copiam candelceret. Fuit etiam me teste, cui in utroque pedum digitos primores, Metatarsi ossa, collecta calx podagrica atritis subtus fibris perruptaque cute copiosè descenderet, & nunc Fabæ, nunc Pisi, nunc ramentorum inconditorum formam eximeretur. Calx explorata cum Aceto fermentata, inque aquam nonnihil immittere falsi lixiviosi videbatur. Alii Puero quatuordecim annos nato & ipsi à teneris Arthritico, post toleratos aliquot annorum dolores immanes tandem etiam in sinistri cubiti articulum tumor incubuit, qui laxatis cum tempore tunicis in sacculum propenderet, quod videbatur, glutinis alicujus aut adiposæ materiæ promum condum. Verum apertus tumor liquorem prodidit falsum, statimque ad auras in albam calcem concretescentem; at non longè post suborta virium animique deliquia puerum è medio suffulere. Ex fideli testimonio habeo, adulto jam viro simile quid contigisse, & coeuntem in calculos gypsumque materiam Arthriticam, aliam ex aliâ enatam, inque sacculos sub utroque cubito collectam, sæpius in anno vacuari debuisse, datâ interim quadam malaciâ & à sævioribus symptomatibus immunitate. *Idem ibidem.*

Varie Arthritis medela.

UTi in aliis, ita cumprimis in hoc morbo observandum, quæ medendi formula cuique conveniat, nam hætenus quidem non licuit nobis esse tam beatis, ut uno omnibus remedio occurreremus. Varianda sunt omnia pro conditione individui, & tum in avertendo, tum curando hoc morbo, suis cuique videtur, sua cuique sanatio deberi videtur. Quibus calidus est sanguis & biliosi succi abundans, quibus sero perfusa sunt omnia, quibus acida, quibus alcalina, quibus austero-vitriolata, quibus alia insedit acrimonia, quibus sanguis mobilis est & facile effervescent, quibus Ventriculus & Intestina laborant, & articularum textura tenera est atque delicata, aliud singuli poscunt & certum remedii genus, & non perinde una eademque in Paroxysmo deprehensis immunibusque convenire videntur. Neque exiguum curæ momentum in tempore positum est; nam statim initio Paroxysmi medicamentis certare velle, ubi Natura *paracram* affectat enititurque, temerarium esset; subveniendum, fateor, ei, sed ita, ne peregrino medicinæ genere vel festinemus nimium aut retardemus propositum. Id verò in universum curandum est, ut Naturæ illam motum febrilemque fermentationem, quam nocentis separatio sequitur, ex parte adjuvemus, neque temere ei moram imponi patiamur, quod intempestivo Opiatorum ac Refrigerantium usu fieri aliquando solet. Singulare tamen est & communibus regulis adversum casus esse, quos experientia nobis monstravit, ubi vel initio Paroxysmi nec Purgans neque Minorativum, sic nostri vocant, reformidare Arthritici solent, imò leviores plerumque experiri insultum, detractâ è primis viis materiâ; nempe, ut illis in Ventriculo atque Intestinis morbi later fermentum, ita parte ejus ab alvo deductâ minorem esse effectum oportet. Novi ego Empiricum, qui medicamento Chemico, sive Crystalli Lunæ essent, seu Martis aliquod Vitriolum, etiam in inveterato jam morbo, postquam bideo ante Pateticum dedisset, alvum magno cum fructu pro-

vocabat: Et est forte ab hac occasione nata Purgantium cum Opiatis mixtura, & famigeratum illud ex Pillulis Aloëphanginis & Laudano Opiato compositum, quod & dolores sedare & alvum simul ducere posset; & verò, cum intensi dolores morant Purgantium medicamentorum effecta soleant, cum ratione factum, ut converso ad dolores ipsosque articulos Opio Purganti per ventrem grassandi locus relinqueretur. Longè verò mirabilius & contra scribentium vota, esse etiam, ubi magnum curæ dolorumque compendium præstet sanguinis missio; vidi namque, qui Popliteæ vel Saphæne Sectionis vehementissimos pedum dolores, velut fascino, sedaverint; verum non dolor tantum, sed & inflammatio hos exercebat, sine dubio ab impeditâ sanguinis circulatione prognata. Opiata & ipsa, quamvis intempestivo usu noxia, sola sæpe sunt, quæ in salebris deprehenso manum commodent usumque præbeant fidelem. Sunt certè casus, ubi tanta est spirituum à dolore irritatorum ferocia, ut nisi fræno occurras vagantesque toto corpore coercitas, in furorem orgasmumque multò majorem, quàm pridem, sint erupturi. Continendi ergo sunt in officio & sic domandi, ne irritantis materiæ sensus ad eos perveniat; quod ne totum palliativum esse credas, ipsi quoque corrigendo humori impendere se Opiata solent. Quò tamen melius res succedat, jungenda sunt Opiatis Sudorifera, & proficiendum, ne narcotica vi fermentandi illa, quæ tam sæpe ad secretionem necessaria est, penitus infringatur. Reperti tamen etiam sunt, qui invitante huc dolorum periculo, solo sibi Opio quietem & à Paroxysmo immunitatem præstitere; nimirum illi, quibus, obtinetæ robur partiumque principum *inhibet*, grassantem per viscera materiam admittere impone fuit. Similis huic nec infrequens conatus, sic Emplastris aut Aquis uti repellentibus, quo muneri tuo & humanitatis officii vacare possis, quod aliqui magno & suo & aliorum commodo experti sunt, quamvis ita Paroxysmum distulerint tantum subinde & crudelius redeuntem. Hic autem quisque naturam suam exploratam habeat oportet; accidit enim compluribus, ut propulsa unâ parte materia in aliam; sæpe etiam meliorem, sese inferat, nec ante quiescat, quàm dolore aut graviore molestiâ mimum impleverit. Tutius semper, quamvis non æquè efficax, remedium in Præcipitantibus aut Absorbentibus; nempe, cum illa pondere suo sanguinis compescant orgasmum, & acidus imbibant humores; utique cæteris medicaminibus palmam facile præstent: verum, in hisce quoque non minus ac externis, opus est prudentiâ, & sæpe per varia eundem, antequam reperias, quid cuique sigillatim conferat; aded facere, qui modò hoc, modò illud admiserit præsidium, varietatem indicante morbi ingenio. Et in Emplastricis quidem nunc illud Diapalmâ, nunc Apollitorum illud, nunc & de Spermate Kanarum, & de Minio Camphoratum, nunc Sticticum Crollii, & Noribergeense, nunc alia, neque semper in eodem, profuere. Smegmata, Spones, Salia, Minium, Gummi, imprimis Carannæ permilla, sunt qui ferre possunt, sunt etiam, qui recusant. Cataplasmata, & in his illud, quod ex floribus Sambuci, Pane albo & momento Croci cum lacte & oleo Rosarum in pulvem decoctis constat, certo duntaxat tempore cum fructu adhiberi solent. Spiritus articulares, Salia volatilia, & si quæ sunt aquæ specificæ, experimentis quoque tentanda sunt, antequam discernere possis, quid cuique ad unguem conveniat. *Idem ibidem.*

Remedia Arthritis Prophylactica.

Si quid autem Paroxysmos morbiq; radicem ever-

tet, non hoc Purgantibus, non Sudoriferis, non aliis peragetur, sed illis, quæ sanguinis immutare texturam, & si in Sale vitium est, acrimoniam ejus elixivare vel eluere commodè possunt. Quod cum Chemicis aut Pharmaceuticis ægrè præstiteris, quandoquidem pleraque illa acra sunt & in illâ consuetudine Naturæ adversa, in victu medicato quærendum erit præsidium; ut enim illa Naturæ magis congrua, ita & visceribus minus infesta in sanguinem faciliè admittuntur; & cum propter familiarem Naturæ qualitatem feliciter est calidiorum, quàm frigidiorum, cum humoribus conjugium, Theriopotandi ratio unica erit & optima medela; & in hisce non lactis tantum, quod supra attigimus, sed & fluidorum summa est commendatio. Et verò noti sunt, qui continuato Lactis usu nodosam Arthritin sic penitus excussere, ut velut renati novum accepisse habitum viderentur: sed neque perpetua hæc nec una omnium felicitas. De Theæ potu, qui jam nobis quoque invaluit, certum est, eam sic commodè imbiberi salina quæque & tartarea, ut tum hos tum alios quosque morbos, si non propulset, certè tolerabiliores reddat. Et in universum de aquis coctis, & nunc Hordeo, nunc Avenâ, nunc Carnium leviculâ tincturâ imbutis, jam verò & medicatis, non vana est persuasio, professe in Chronicis & illas multum posse. Ut ne dicam Frigidæ usum non temerè rejiciendum, modò corpus per pluviam ejus non abnuat & faciliè erum excernatur, quod Acidularum, & quæ vivi fontis scatebris erumpere solent, beneficium est. Equidem ex Hydropotis neminem faciliè reperias, qui hunc in morbum prolapsus sit, nisi ubi hæreditarius character victus quoque morositate superavit. Novissim Sartorem hydropoten, cæterâ quoque parè & sobriè viventem; hunc congenita labe sic inquinaverat, ut inter perpetuos Arthritidis cruciatus ipsos triginta annos vitam traheret, & tandem membris doloribusque fractus optatam sæpius mortem benignè exciperet. Non exiguum tamen est, quod à molli isto victu proficiscitur vitium, Ventriculi *atonia*, fermentorum universi corporis & carniæ velut effœminatio, ita ut, nisi desertus pridem victus revocetur, laboribus sustinendis pares esse non possiat. Quæ etiam talia sunt, ut ad relinquendam novam victus rationem faciliè impellant, fructumque & vitam initiò felicitis medelæ expectationem fallant. De Vino autem notum est, quibus querelis in hoc morbo infametur, & quâ auctoritate, quod Nazarenis ex ceremoniâ & religione prohibitum erat, valetudinis causâ à Medicis quoque prohiberi soleat. Sed ex Theologiæ castris jam tum prodiit, qui Medicos confunderet, vir maximo & festivissimo ingenio, Jacobus Balde; hic enim cùm exemplis, tum adhibitis in consilium rationibus ostendit in suo *Podagricorum Solatio*, hoc libri nomen est, non in totum vino prohibendos esse, qui ex Arthritide laborant. Etsi enim nonnulli vel ad odorem aut minimam Vini sparsionem statim in morbum hunc prolabantur, at certè aliquos etiam Vino, cum maxime laborant, resciri posse negandum non est. Est in nonnullis Ventriculi vitium, quod *nauseopaxia* vocamus, est Intestinorum quædam imbecillitas à frigido fermento orta; hanc Vino confirmare omnino opus est. Et experiuntur illi, quibus hæc res in consuetudinem abiit, si non morbi, certè Paroxysmi aliquam remissionem; quàm verò molestum est siti, non levi supplicio, torqueri, tam gratum est frui eo, quod appetentiam, imprimis Vini, compescat. Sanè, quibus sitis est intensissima, solent si neglecto cætero sensu unum hoc quærere, quo urgenti symptomati occurrant; adeò vidi, qui contra Medicorum auspicia, invigante hac appetitu, quem repri-

mere nefas erat, Vini Cyatho & siti & morbo consulerint; nam protinus velut Mercuriali virgâ tacti in soporem, rerum omnium, etiam dolorum, oblitia & leviculum sudorem, quod maxime optari solet, incidere. Nimirum, cum dolorum est *ακμή*, & non habent regri, quò evadant, Vini veteris & excocti Cyathum propinari posse faciliè credo, tum quòd animum lentè torpescentem vinosi spiritus ex parte resciant, tum quòd sensus & ipsius doloris materiam hypnotico Sulfure oportunè deliniant. Esse tamen etiam, ubi vel ad paucissimas Vini guttas spiritus protinus inflammentur novoque Paroxysmo scena instruat, quotidianum est, ne quis temerè imitandum putet quod paucis in exemplum transit. Ipse ille humor Arthriticus in plurimis Tartari æmulus est, & vivi se Tartari elementa è Podagricorum sputo eruisse singulari specimen probatum dedit Kerckringius; adeò periculosum erit eis, in quibus Tartarei regnant humores, regnant autem in plurimis, vinum dare bibendum, imprimis novellum, musleum, hoc verò est, Tartari plenum; quod enim anaosum est, verus jamquæ à Tartaro defæcatum, hoc tale est, quale indulgeri nonnunquam posse mihi quidem persuadeo. Sed de affinitate Tartari vinosi cum Arthritico illo hòc minus laboro, quòd ex fidelis Oenopolæ narratione habeo, plerisque omnibus, qui Herbipoli propè Mœnum vina bibunt mustea ac novella, dentium alvearia vivo perpetuoque Tartaro obsita esse: Cui simile est, quamvis portentosum magis, quod B. Schefferus Protomedicus Francofurtanus mihi retulit, adfuisse se exenterationi Canonici Herbipolensis, cui interior Ventriculi atque Intestinorum paries Vini Tartaro obductus erat totus, quòd non aliunde, quàm à copiosissimo Vini mustei Tartarei-que usu ortum rebatur. Quòd autem non perinde omnibus hic Tartarus in Articulis defluat morbum-que creet, à particulari Vini locique ingenio, jam & cætero vitæ ordine, repetendum erit. Sic autem ego de Vinis decernam, quando constat non eadem omnibus propriis esse, Dulcia quæque & excocta meliora esse Acidis, Gallica Rhenanis, & sicubi horum usus invaluit, in Arthritide frigida laborantisque Vestriculi symptomate, Vinum vetus & defæcatum, in calidâ & ebullitioni sanguinis sociatâ, novellum leve & *εὐχρόνον* tolerari posse, copiam tamen ubique exitiosam esse, *Idem ibidem*.

Podagræ Cura prodigiosa.

Omnium morborum infinita tantum non sunt medelæ, & in iis plurimorum inventio non tam Medicis quàm vulgo debetur. Facit hoc desperatio, ut, cum ordinaria & quæ à medentis manu proficiscuntur, non profunt, ad alia eaque fortuita convertamur, non fallente sæpe successu. Suedent ergo, qui adsunt, affines, amici & alii, ut est humanum tangi miseris Laborantium, hoc, illo remedio, quamvis non intellecto, ad sanitatem uti. Hinc ergo immensa nata formularum copia, quæ, si Observatis fides, etiam insperatè profutere. In Podagrâ autem dici non potest, quæ non in illa Individuorum varietate & ægrotantium tædio excogitata sint medicamenta, adeò ut non faciliè discernas, quid cuique pro ingenio utile esse possit, juvante magis singulorum experientiâ, quàm Medicorum consilio. Est ubi calida, est ubi frigida nonni è profunt, plerumque autem ex utrisque temperatorum maxima utilitas. Rarum est dura quæque & extrema in remedii partem venire, veniunt tamen, neque ignis tantum, sed & Nivis supremique frigoris in hoc morbo utilitas explorata. Satis novum & peregrinum, quod de M. Agrippa Plinius narrat,

eum in acerrimo impetu morbi, Podagram intellige, in acetum calidum crura demersisse, & tanti putasse pedum usu sensuque omni carere, dummodo & dolore illo careret. Rarius autem & ingens, quod nunc referam, exemplum. Peditum erat Præfectus jam per tres septimanas rigidâ hyeme pessimè à Podagrâ habitus, jamque remedia olim utilia nihil conducebant; itaque in desperationem versa impatientia alia & fortuita poscere videbatur, & ut in ejusmodi casibus fieri solet, sua quisque conferunt consilia: Sed ante alios Villicus quidam, in eodem pridem morbo deprehensus, nullum aliud remedium sibi profuisse sanctè adfirmabat, quàm ambulationem super nivibus; hanc ergo, ut erat solum nivibus cooperatum, tantum non suadet, & certò profuturam esse regré credenti adjurat. Victus doloribus æger inepto consilio facilè morem gerit, sed quòd nec stare nec ambulare posse initio videbatur, primum nives, quibus pedes perfricet, adferri jubet. Adrepentinum frigus omnium statim dolorum remissio, & jam fidens sibi in auram frigidiorè educi se patitur n. d. iis pedum plantis. Inde consecrà super nivibus ambulatiunculâ domum refert pedem omni dolore defunctus, atque ex illo anni unius, quod aliàs factum non erat, à morbo immunitas. Sed hoc quoque inuittatam fatis, quòd Regi sanguinis Principi post identidem frustrata Medicorum consilia evenisse scio. Nempe ad deliniendum dolorem Podagricum Frigidâ falsâ uti ille solebat maximo cum fructu. Ut aded tot sint futura Podagricorum remedia, quot sunt, qui ex hoc morbo ægrotant, individua; pleniusque enim cum tempore tædium subrepat, & fortuitorum, quàm excogitatorum, major est gloria. *Idem ibidem.*

Quaedam benè habita & crassa admodum mulier annorum 25. quæ semel adhuc tantum pepererat, cruciata magno affligebatur circa coxendicis articulum, mox etiam in poplite, tandem in manibus, pedibusque, & in dorsi regione atque cervicis, ipsiusque mandibulæ articulo: tumor cum rubore in certis locis se manifestabat, adeoque torquebatur, ut ex contactu, decubitu, & sessione dolores intolerabiles pateretur. Vocatus ego à vino illam abstinere jussi, illiusque loco aquam coctam & sac amygdalinum bibere. Pilulas has quoque exhibui.

℞. Pilul. sine quibus ℞ij. cum aq. salviæ fermentur. Sequenti die inungere jussi loca dolentia.

℞. Ol. chamæm. Ol. amygd. d. ana ℞j. unguent. dialth. ℞b. m. unguentur manibus madefactis prius aquâ vitæ. Sequenti die permanente summo dolore, sub vesperam bibit sequentem julepum.

℞. Syr. papav. julep. rosat. aq. ros. ana ℞b. m. quievit & sudavit, sicuti post narcotica sumpta fieri solere, jam sæpè observavi; quia verò sudor profuerat, ut deinceps quoque sudaret, ordinavi ita.

℞. Ligni Guajac. ℞j. Sassafras ℞j. rad. enul. ℞b. fol. Chamæpit. m. j. fl. anth. Salv. ana p. j. fol. sen. ℞iij. sem. Coriandr. ℞j. sem. Fœnicul. ℞ij. sem. Cartham. contul. ℞j. F. decoctio in Colat. ℞j. infunde agaric. trochisc. ℞ij. f. spozema pro 4. vel 5. dosibus; addendo sacchari ℞iij. inde melius habuit, & iterum

℞. Lig. Guajac. ℞ij. Sassafras ℞j. rad. enul. ℞b. fol. Chamæpit. m. j. fl. anth. Salv. ana p. j. fol. sen. ℞iij. sem. Coriandr. ℞j. sem. Fœnicul. ℞ij. sem. Cartham. contul. ℞j. F. decoctio in Colat. ℞j. infunde agaric. trochisc. ℞ij. f. spozema pro 4. vel 5. dosibus; addendo sacchari ℞iij. inde melius habuit, & iterum

sanitati restituta est. Præmonita prius, ut parcè coenaret, aliquando quoque coenam omitteret. *Felix Platerus, Observ. lib. 2. p. 491.*

Advocatus quidam, post varios morbos, quibus à teneris annis erat obnoxius, & tandem post dysenteriam, & podagram, in Arthritidem, plurimis articulorum locis simul affectis & dolentibus, inciderat, cujus causam cum illi exposuissem; curationem sequentem præscripsi.

℞. Hermodactyl. veri ℞ij. ager. rhab. ana ℞j. myr. robal. citrin. chebul. ana ℞b. rad. pentaphyll. aristol. ros. ad ℞b. spic. mastich. succin. ana ℞j. cubeb. zinzib. ana ℞j. diagridii, ℞j. extract. chamæpit. ℞j. resin. Laric. q. l. f. massa pilul. sumat bis in septimana, ad ℞b. Multum ille successum pilularum prædicavit; Electuario etiam sequenti usus est.

℞. F. Chamædr. chamæpit. ana ℞b. fol. salv. be. tonic. thymi, ana ℞j. sem. hyperici ℞ij. rad. acori veri, pentaphyll. ana ℞j. succin. eboris, cineris cranii humani, ana ℞b. margar. ℞b. mell. anthos. ℞ij. F. Electuarium. Capiat ℞j. alternis diebus manè superbibendo aq. hyperic. & chamæpit. ℞ij. dulcorando eas cum hydromelite vero, quod malvaticum vinum refert, ut sudaret quoque altero die, quoties pilulis præcedenti usus esset. *Felix Platerus, Obs. lib. 2. pag. 498.*

Quidam gravissimos dolores articulares, podagricos, & Chiragricos, sæpissimè levabat caulibus rubris, apud ignem calefactis, & locis affectis impositis. Butyro recentiaur majali caules primò oblinebat, deinde applicabat, & sæpius renovabat. Sequenti quoque experimento, post universalia remedia, plurimi à dolore, tum podagræ tum Chiragræ, ac morbi articulares liberati sunt.

℞. Stipites duos sambuci, 10. vel 12. digitorum; à quibus extrahatur medulla interior, tum impleatur crasso sale, & luto, utrinque foramina sigillentur, ne sal excidat, postea in tegula ignita sæpius circumvolvendo comburantur, & f. pulvis: cui addatur ol. Lavendul. & rosac. q. l. coeant in unguentum, quo loca affecta & dolorosa inunguntur. *Petrus Forestus Observ. 10. & Schol. lib. 29. de Arthritis, de, &c.*

Joanni Picquet fluxio arthritica & valde dolorosa, incredibilis humorum rabies, mox in has, mox in illas partes, quia nervi, & arteriæ, & venæ sanie quadam scatebat, Phlebotomiâ quinquies celebratâ melius habebat. Prudentis est medici videre, an non securè vena his in morbis aperiatur, an verò prudenter prætermittatur. Si facultatis retentricis imbecillitas est, prudenter omittitur. Si exochymia est, immò virulentia, quæ tantæ tragediæ author sit, ad daciùs id faciendum. *Guil. Ballonius, lib. 2. Epidem. & Ephemer.*

Pharmacopæus quidam *Gratianopolitanus* decumbebatur ex doloribus articularum, qui pedes & brachia, aliasque partes affligebant, cum tumore, inflammatione, & febricula: à 20. diebus hoc affectu laborabat; eique novies propro nutu secta fuerat vena, aliquoties etiam purgatus fuerat; tandem meo jussu, illi exhibetur pulvis in jasculo ex Calomelanos, ℞j. diagrydii gr. viij. Caryoph. num. j. blandè & copiosè purgatus est, ac multo melius habuit; deinde sumpsit manè & serò julepum refrigerantem, in cuius dosi matutina infundebantur sen. ℞ij. cum sem. Coriandr. ℞b. frigidè per biduum. Postea sumpsit eundem pulverem pari successu & integrè curatus est. *Lazarus Riverius, Obs. 31. Cent. 1.*

Franciscus Alexander Medicus, de Francisco Pechio scribit, eum jam quinquagenarium morbo articulari graviter afflictum totis annis 20. turri inclusum fuisse, vi-

se, vixisse autem solâ aquâ & pane. Ea diætâ beneficio naturæ materiam absumptam, & motu & exercitio articulos adeò roboratos, ut liberatus nullos unquam dolores podagricos senserit. Ex quo perspicuum est immoderationem in victu hujus morbi quasi matrem esse. *Joan. Crato Consil. 21. lib. 4.*

Cum anno 1605. Consul quidam Hafniæ secunda vice Podagra corripere, & præsertim pollex dextri pedis ea affligeretur, venis dorsi pedis valdè tumentibus, jussi actutum illi incidere, vena ad locum affectum, & tanto impetu profiliit sanguis quanto vix ex mediana: Cui postea sequens cataplasma applicui, ingentique miraculo ab omnibus doloribus liberatus est, ita ut tridui spatio in publicum circa ullum incommodum iterum prodire potuerit.

M. H. boni Henr. rec. sine flor. man. IV. flor. sambuc. camom. sicc. ana m. ij. grossè conscinde, coque in l. q. aq. sambuc. ad putrilaginem, adde gummi carannæ ʒb. camphar. ʒb. m. f. l. a. Catapl. S. Pauli Quadrip. Botan. class. Tit. Bonus Henricus.

Nobilis sanguinei temper. eufarcus, gonagra à tribus diebus laborabat; statim sanguinem ad ʒj. m. t. jubeo, qui cum valdè impurus apparuisset, postridie iterum s. m. ad parem quantitatem præscribo, qua se multùm recreari sensit sanguine priori simili educto. 30. demum sanguinem detracto ad ʒx. postridie medicamentum ex senna & rheo in decocto convenienti cum diaphœnic. & syr. ros. propino, quo benè omninò habuit: Simile in duobus aliis mihi contigit eodem temperamento & habitu donatis, in quibus s. m. ter aut quater repetita in ipso initio affectum penitus sustulit, oxycrato solvendo partem affectam, & postea illinendo oleo rosaceo. *Francisc. Chomel Obj. 9.*

Matrona pro præcautione, seu præservatione à chiragra & podagra, singulis mensibus utrumque pollicem, tam manuum quam pedum, circa radices unguium scarificare solebat: In eum finem conjux N. Cucurbitulas scarificatas pedibus applicabat. *Joan. Juntischenius* verò assererat jamdiu se ex eadem laborasse, nisi baculo innixus, summo conatu incedendo, præludia illius avertisset, vel potius consumpsisset; Quod & de me verè affirmare possum, alius enim certè in lecto decubuisse: Ego verò in despectum doloris circum curstavi, & motu illo materiam potius evaporare feci quam sedem ibi figere permisit. *Philip. Salmuth. Centur. 3. Obsev. 46.*

Mense Novembr. Anno. 1675. venit ad me rusticus conjux, petens à me consilium pro filio 12. annorum, arthritide manuum & pedum cum contractura laborante; cui ego tum sudorifera ex sambuco, rusticorum theriaca, paucis aliis admixtis, dein paragonica præscripsi, doloribus paulisper per sollicitum hybernium remittentibus. Sed paulò post, ejusdem mulieris rusticæ infantes, ni fallor, bini eodem malo, sed mitius infestabantur, & à sudoriferorum usu statim ab eodem liberati sunt.

Anno eodem, mensibus Januario & Febr. *Joan. Schultzen*, Civis Thorunienſis filiola quadriennis, malo hoc gravissimè tentabatur, tam in superioribus quam inferioribus articulis; & quamvis diversa adhibita fuerint remedia tam interna quam externa, etiam pretiosa, frustranea tamen omnia fuerunt, puella enim consumptis caræ & viribus, doloribus fracta, contractura accedente, vitam cum morte commutavit. Sed parens hujus interdum podagra, & levissimè tentatur: Videbatur igitur malum apud istam puellam, licet in tenerissima ætate, hære-

ditarium fuisse.

Hoc verò Anno 1676. Mense Januario, Februario, usque in Martium arthritide vaga primùm; dein in manibus & pedibus nodosa afflicta fuisse *Elisabetam Binnerin*, puellam 16. præter propter Annos natam recordor, cujus uterque parens nunquam podagra laborabat. Sed hæc jam ab ejusmodi doloribus planè libera vivit, licet alias valetudinaria sit.

Nos causam arthritidis puerorum & infantum rejicimus in ingluviem & intemperantiam hujus seculi, crassorum scilicet ciborum & potuum, præsertim apud nos Septentrionales, cujus fructum liberi, per hæreditatem quasi à parentibus, intra se habent & percipiunt per ætates. *Simon Schultzen.*

Quidam *Hanoviensis pagi* Filivvel Incola adhuc in vivis, Arthritide diu afflictus sub monte pollicis pedis nodum seu verrucam accepit, quam tonfor ebrius cum forſice ovina non jubenti improvise abscedit, unde gypseus humor, hinc sanguis ichorofus effluxit, insignis verò dolor & lipothymia accessit. Ex hac apertione tandem hæc utilitas secuta est, ut quidem non dolor omnis emanaret, istas men multò levior jam invadat, & dum vulnusculum illud apertum manet, accedens paroxysmus, effluxa tali materia albidâ, mitescat, & crus à diuturnis & atrocissimis doloribus incurvatum, atque linea furca ante suffulciendum, nunc liberè extendi & absque sustentaculo possit moveri. Hæc narravit mihi oculatus testis *Isaac Heraus Pharmacop. Hanoviens.* curiosus artis nostræ minister & filius, cujus parens aulicus medicus fuit *Gustrovia*, quique antecessoris sui *Joan. Angel. Salæ* multa scripta & secreta hæredibus reliquit. *Salomon Reifel.*

Nobilis quidam, *Dr. è Tannhausen*, duabus circiter horis ab urbe nostra distans præterita æstate, per aliquot septimanas, doloribus podagricis, quibus per decennium jam obnoxius mirè excruciatuſ fuit. Cùm audivisset esse Empiricum quendam in Franconia, qui dirum hunc morbum curare posset, eum advocari jussit, à quo, nescio, quibus medicamentis, per tres septimanas usus, in eadem interim sævitia persistentibus cruciatibus. De utroque interea femore tumorem durum exurgere videt, de quo, cùm interrogaret Empiricum, responsum tulit, esse causam materialem Podagræ, per divina sua medicamina, ad exteriora corporis protrusam, misero ægro spem faciens, de pristina sanitate mox mox recuperanda; pro tumoribus his tollendis, adhibuit unguentum, (propt̄ colligere potui) ex oleo laurino cum Mercurio vivo subacto constans; à cujus applicatione utrumque femur intensè inflammabatur; reiterata itaque, renouente quamvis ægro, per triduum inunctione hac, inflammatio latius serpere incipiebat, exortis flavis lividisque pustulis circa scrotum partesque adatas. Monitus de Gangræna ab adstantibus, meum consilium implorat. Adveniens, inventio nobilissimum *Dr. Patientem*, in miserabili statu, totumque abdomen, ad genus usque, intensissima inflammatione correptum rubris lituris, hinc inde, ad alias partes tendentibus. Notebam primò, in tam ancipiti statu, aliquid præscribere, ne Empiricus occasionem haberet culpam in me conferendi, si sinister sequeretur eventus. Victus tandem & ægri & adstantium precibus, præscribo pulve em exsiccantem ex farina fabarum, pulv. baccar. lauri, olibani, myrrh. ceruss. & sacchar. saturni, quem partibus abdominis flavis lividisque pustulis scrotibus inspergere jussi. Pro Gangrænosa inflammatione ordinabam spirit. vini rectif. cum cro-

co & camphora. Internè verò propinabam Mixturam sudorificam, ex aq. card. ben. fl. sambuc. ana ℥ss. Animonii diaphoret. ℥j. myrrh. rub. ℥j. spirit. tart. ℥j. camphor. gr. vj. Laudan. opiat. gr. iij. Syr. papav. errat. ℥ss. à cuius usu, cum per subsequentem noctem integram, alterumque diem largissimè sudasset, Dei gratiâ, intra biduum, restitutus fuit, remanente saltem sava crassa, anteriora corporis investiente, quæ ipsa crusta post aliquot dies exaruit, & sponte decidit. *Ex Joan. Georg. Laibio.*

Civis quidam nostras, pistor, David Rumpler, septuagenario major; robustus aliàs, & huc usque vix aliquo morbo tentatus anno 1674. 16. Julii, corripitur Arthritide dextri femoris à coxendice usque ad extremum pedem & digitos, nihil proficientibus purgantibus Medicamentis per epicrasin adhibitis, neque scarificationibus, donec tandem, post sudores natu æ motu excitatos, sensim dolores remiserunt, aut potius omisso crure dextro, lævum occuparunt, sed præscripto sequente electuario sudorifero blando, decima Decembris ejusdem anni in totum evanuerunt. Electuarium sudoriferum tale est.

℞. Rob. juniperi, è succo sambuci cum sacchar. ana ℥ij. syr. sambucin. ℥j. m. pro aliquot dosibus. Anno Christi 1675. 13. Martii, denuò dolores reversi sunt, & brachium dextri lateris usque ad extremitatem manus occuparunt, graviores prioribus in femore. Instituta sunt purgationes aliquoties cum euphoria, præsertim hoc electuario.

℞. Elect. laxat. extr. fol. fenn. nostr. ℥vj. m. Dein scarificationes & sanguisugæ applicatae, plurimum sanguinis serosi extraxerunt: sed tamen dolorem omnem haud sustulerunt. Sudabat postmodum in Laconico per plures dies, assumpto prius electuario sudorifero superius descritto, cum euphoria: sed parùm levaminis sensit, neque etiam emplastra, neque inunctiones anodynæ, neque suffumigationes ex blandioribus articulos roborantibus & materiam discutientibus aliquid profuerunt; quin dolores nonnihil remittentes, postliminò reversi fuerunt, exortis interim hinc inde in superficie corporis seu cutis pustulis pruriginosis. Tandem 13. Junii noctu post vomitus biliosos plurimos naturæ vi promotos biduanos atque diarrhoeam triduanam, non absque virium prostratione, Arthritis illa diuturna planè desit. Sed stupor quidam digitorum, manus utriusque & præsertim minimorum ista consequutus, adhibito aliquoties vapore decoctionis formicarum cum myrmecio, tandemque applicato emplastro nostro miraculoso, etiam sublatus est, natura pristinum robur & motum manuum acquirente. *Ex Simon. Schulzio.*

Divexabant *Zyrtopanm* dolores vagi arthritici, à quibus jam per biennium cura mea liber, tandem circa festum natalitiorum Christi, advertit ex diæta non satis ad leges Medentis gubernata redire, ut solent, genuum labores, & punctiunculas, corpusque totum lassitudine gravari. Rogatus ab uxore ut Medicum familiarem advocaret, mense Martio id se facturum respondit, nec enim Januario convenire pharmaca, sed veris initio: Intet hæc invalescunt cruciatu: genuum, & invisentes foeminae (quod genus ad medelas communicandas officiosissimè promptum est) alia atque alia suggerunt remedia. E quibus unum præ cæteris eligit æger, cataplasma ex farina triticea aceto incocta, quod postquam genibus applicuisset, cessare dolores quidem, sed graviori malo succedente. Enim verò repulsus versus supra humerum arthriticus, ad cor usque & cerebrum pervasit, unde anxietates febris, & ex intervallis deliria,

tandemque mors ipsa, in conspectum venire. *Ex Olao Borrichio.*

Anno 1654. percelebris Medicus Joannes Freitagius, Physicus Ratisbonensis, sapiens Chiragra & podagra infestatus, Anno ætatis supra sexaginta tertio & climacterico, non sine animi lætitiâ completo, postridiè incipit denuò afflicti chiragra, cujus nullam ferè rationem habens, medicamenta tantum adhibuit levia externa, sed succrescente tumore totius manus, retento in digito annulari annulo aureo, accumulatis quoque doloribus, tumor tandem circa internodium hujus digiti ruptus, & tephacæ quædam exciderunt, manum verò sphacelus totam invasit, ac subinde partes spirituales petens, bono viro, præter spem conceptam, obitum acceleravit. *Ex Joan. Helvvigio.*

Dominus Hameltong, nobilis Anglus florentis ætatis, intolerabili torquebatur arthritico dolore in articulo humeri dextri, ita ut se emori malle, quam tantum dolorem diutius perpeti diceret. Tres dies & noctes ob doloris magnitudinem insomnes duxerat: Præscripta conveniente diæta purgavi ipsam cum pilulis cochiiis, decoctum validè diureticum aliquot diebus bibendum dedi, & sequens emplastrum loco affecto applicui.

℞ Gummi galbani spiritu vini dissoluti, tacamaq. hac. spirit. terebinth. dissol. empl. oxycroci, ana ℥ss. misceantur & extendantur in corio. Hoc emplastrum per octiduum adhæsit, quo spatium immensum ille dolor totus evanuit, ita ut sine ullo impedimento brachium rursus liberè movere posset. Cum jam sanatus esset, Bredam versùs (quod tunc temporis à nostris obsessum erat) profectus fuit, ubi voluntarius arma sumens, aliquandiu post cum hostibus fortissimè pugnans interfectus est. *Lirand. de Diemberbroeck in Obs. & Curat. Medic.*

Magnus quidam Generalis in Europa, ætate quinquagenarius, corpore robusto, solitus est 16. septimanis & ultra, pedibus & manibus sine motu decumbere; dolor in eis erat acerbus, cum tumore & rubore, ita ut calida medicamenta externè usurpari non possent. Huic vesperi sequentes dedi pilulas.

℞. Extract. Pilul. Aloephang. Diacatholic. ana ℥j. Laudan. Aromatic. gr. iij. misc. f. Pilul. num. vij. inauratæ. Sequenti die vesperi sudavit ab hoc sudorifero.

℞. Spir. tart. Sp. C. C. ana. ℥ss. Tinct. tart. antim. ℥j. Essent. Ligner. gut. xvi. Decoct. Lign. Sassafras ℥ij. misc. f. Sudoriferum. Externè in forma Cataplasmatum sequens applicavi, quo dolores cessarunt, ut quarto die sanus fuerit.

℞. Farin. tritici q. s. coquantur in lacte vaccino ad formam cataplasmatum, adde Sapon. Hispan. ℥j. Sacchar. Saturni ℥ij. Sal. ammon. in aq. sperm. Ranar. soluti ℥j. misc. f. Cataplasma, quod semper calidè applicari debet, & quamprimum frigescere incipit renovari.

Mercator quidam corripiebatur podagrâ, cum dolore intolerabili, inferiùs in ambobus magnis pedum digitis. Ego ei ad sudandum sequens sudoriferum exhibui.

℞. Rob. sambuc. juniper. ana ℥j. sal. C. cervi gr. vi. mag. tart. ℥ss. ocul. cancr. præp. ℥j. Spir. lign. Guajaci ℥ss. extract. Laudan. Aromatic. gr. iij. decoct. Sassafras ℥ij. m. f. sudoriferum. Externè sequens applicui, atque vesicam pulvillis super induxi; ne avolaret virtus.

℞. Sal. tart. sal. ammon. ana ℥ij. tinctur. croci ℥j. Solve in aq. sperm. Ranarum q. s. misc. Hoc citò applicari debet; quod statim dolorem mitigavit, & repetitum aliquoties totum abstulit.

Officia

Officiarius quidam nauticus semper in autumnus, magno atque intolerabili dolore in flexura humeri atque cubiti corripiebatur. Hunc purgavi per sequens.

℞. Resin. Jalapp. scammon. ana gr. vj. Mag. succini, gr. viij. Mag. tartar. ℥j. pulp. Prunor. ℥ss. misc. f. Bolus. Aliquoties etiam sudavit per hoc:

℞. Theriac. Andromach. ℥j. Spir. tart. C. cervi ana ℥j. Antimon. diaphoret. gr. xvj. ocul. Cancr. ℥j. Decoct. Sarsaparill. & Chinæ ℥ij. misc. f. Sudoriferum. Externe hoc emplastrum multum profuit, ut æger brevi, ab omni dolore liberatus sit:

℞. Cerae Citrii. ℥ij. Gum. Ammoniac. ℥ss. Saponis Hispanici. ℥j. Sulphur. citrii. in ol. lini dissolut. ℥ss. Sal. Armoniaci. Tartar. ad nigredinem calcinat. an. ℥ss. opii ℥ij. misc. f. emplastrum.

Insignis quidam Dominus in India, vehementi podagra corripiebatur, sine rubore. Primis in annis, in momento sedatus est dolor per spir. Corn. Rhinocerotis, applicatum. Aliquot anni postea, ætate auctâ & diætâ neglectâ, hoc medicamento quidem sedatus est dolor, sed pertinacior fuit, cum rubore & tumore inferius ad genu & dolore magno. Tunc applicui sequens cataplasma; quod miros effectus edidit.

℞. Medull. panis Tritici ℔j. coque in Lacte Vaccino, & adde Sapon. Hispanici, ℥j. Croci Oriental. ℥ij. Sal. Armoniac. ℥ij. m. f. Cataplasma. *Hermann. Nicol. Grimm. Compend. Medico-Chymic.*

Adolescentem me in trivialibus ad Drusi fossam tenuit oppidum, in quo cum Rhenano Baecho non modicè epulabantur Consulares viri, qui omnes ferè claudorum tragædiam agebant ex articulari morbo; Hic tribus, ille quatuor pedibus, incedebat, iste rheda, alius sella, vehebat, portulabatur alius ad curiam; unus ex iis miseriarum pertæsus, ad primum Arthritidis insultum, affectam partem ad ignem præligari mandabat, atque ita doloris impulsorem vi extorquebat morbumque abigebat confestim. *Vvilem. ten Rhyne Dissert. de Arthritide p. 102.*

Me primum in Japoniam adventantem invisit nostrorum interpretum, unus in rebus medicis præ cæteris curiosior, ille claudicans, baculique non leviter innixus ad me proreptabat, culpans gonagræ molestiam, cum illo de remedio mihi agenti regerebat; Cras fortè mirabere præsentanei medicaminis energiam; quapropter ad dictum diem ad me reversus, sine ullo incommodo procedebat; Ecquid hoc rei esset? mihi percunctanti respondit; En tibi promissi eventus fidem. Emplastris ex Japonica papyro plurimis, inultas plagulas tantum defendentibus, obiectum genu ostendit; ita nos expellimus articularum dolorem, effatus: Verùm postea innumera exempla dubitationem omnem non minus ex animo meo, quam omnem dolorem ex ægrotorum artubus inustio hæc, abstulere. *Idem p. 107.*

Peditum erat Præfectus jam per tres septimanas rigida hieme pessimè à podagra habitus, jamque remedia olim utilia nihil conducebant; itaque in desperationem versa impatientia alia & fortuita poscere videbatur, & ut in ejusmodi casibus fieri solet, sua quisque conferunt consilia: sed ante alios Villicus quidam, in eodem pridem morbo deprehensus, nullum aliud remedium sibi profuisse sanè adfirmabat, quàm ambulationem super nivibus; hanc ergo, ut erat solum nivibus copertum; tantum non suadet, & certò profuturam esse ægrè credenti adjurat. Victus doloribus æger inepto consilio facilè morem gerit, sed quòd nec stare, nec ambulare initio videbatur, primum nives quibus pedes perfricet, adferri jubet. Ad repentinum frigus omnium statim dolorum remis-

sio, & jam sciens sui in auram frigidiorè educi se patitur nudatis pedum plantis. Inde confecta super nivibus ambulatiuncula domum refert pedem omni dolore defunctus, atque ex illo anni unius quod aliàs factum non erat, à morbo immunitas. Sed hoc quoque inusitatum satis, quod Regii sanguinis Principi post identidem frustrata Medicorum consilia evenisse scio. Nempe ad deliniendum dolorem podagricum frigida salsa uti ille solebat maximo cum fructu. Ut adeò tot sint futura Podagricorum remedia, quot sunt, qui ex hoc morbo ægrotant, individua; plerisque enim cum tempore tædium subrepat, & fortuitorum, quàm excogitatorum major est gloria.

Γαλακτοπυσία, de qua in superioribus, remedium in Arthritide non ita tutum est, ut ad eam quasi ad sacram anchoram confugiendum veniat, nec ab uno aut altero exemplo fausto inductio est petenda. Fa-teor quidem ab ejusmodi usu dolores remittere, & articularum imbecillitatem aliquatenus imminui; verum non sic eradicatur causa morbi, inò in ipsis interaneis dum coërcetur & excursions in artus minimè facit, vires acquirit visceribus principibus ut plurimum funestas: Hujus rei plurima in praxi exempla videre contigit, inter quæ sequentia seligam. Vir quidam Nobilissimus 66. annos natus postquam in podagræ medelam per duodecim annos lacte & pane pro omni alimento usus fuisset, in tantam cerebri, nervosi generis, & memoriæ debilitatem aliaque incidit, symptomata, ut morti jam proximus videretur, ni mutata diætata vires novas acquisisset, lethoque sic ereptus fuisset. Eiusdem Nobilissimi Frater annos 60. natus postquam per annos octo eadem diætata lactea usus esset, in dies serosa colluvies abundantissimè in pulmones fluxionis causa, aggregabatur; & debilitas summa inducebatur; meo autem consilio cum ad juscula carniùm, carnesque ipsas redisset, melius multò habuit. Alias præterea 58. circiter annorum, cum per septem annos in arthritidis ipsum vexantis solatium lacti ac lacticiis totum se dedisset, in affectum pectoris tam gravem incidit, ut subinde se suffocatum in meritò crederet; verùm abdicata diætata lactea volatilibusque & relicentibus usus, non prius liberatus est pulmo ab hoste lethali ipsum infestante, quàm materia tartarea in artus expulsa affectionem podagricam renovaverit per intervalla, quam tamen multò facilius & commodius tulit, quàm morbum suffocantem sic fugatum. Videant itaque Tyrones ne confidentius curas ejusmodi suscipiant, eò per dissertationes ab Excellentissimis Viris serio conscriptas, inducti; nam sicut una hirundo non facit ver, sic & neque super uno aut altero exemplo cura aliqua generalis est instituenda; sed tantum sic materia ipsis præbetur experimentorum ulterius conficiendorum, an autem proximi sui periculo illa cessura sint penes ipsos est videre. Arthriticorum historias, quorum alii à clunibus ad ultimos pedes topis lapidosus extus incrullati visi sunt, alii in lumbis, coxendice, genibus & malleolis rigidi & inflexiles facti sunt; ut & aliorum in quibus pro mitigando dolore varia superius explicata medicamenta cum successu adhibuimus, hic non addimus, ne sine necessitate nimii simus.

Quod de Cura Arthritidis Lactea observavimus, idem multò potiori jure nobis dicendum venit de Cura per Salivationem mercurii provocatam, quam in Miscellaneis Curiosis Illustrissimæ Societatis Germanicæ, tantopere commendant Præstantissimi Viri, Andreas Lovv, & Christianus Helvvichius. Nam præterquam quòd à paucis exemplis conclusio generalior deduci non debet; nescimus annon aliquid Siphy.

Siphylidia Symptomaticæ adjunctum fuerit casibus propositis; quod in Praxi multoties nobis occurrit, atque mercurio aliisque secundum methodum nobis familiarem super adjectis, semper pro voto fuit sanatum. Fatemur interim, quod etiamsi semel de ejusmodi adjuncto non constaret, in arthritide aliâ vagâ & atrocissimâ, curatio hæc nobis feliciter cesserit.

Genuina ac certa Arthritidis cura

Ex Clariss. Conrado Bartholdo Behrens. Ephemerid. Curiosor. Naturæ, Centuriâ 1. & 2.

Anni ferè elapsi sunt quinque, ex quò Viennâ Austriæ rediens, formulam decocti antipodagrici secum Hildesiam attulit, Illustrissimus Dn. Carolus Paulus Zimmermann, S. Cæsareæ Maj. Consiliarius Aulicus, ac Episcopi Regiminiſque Hildesienſis, Cancellarius; quod cum in se ipſo semper feliciter probatum, subiande aliis idem petentibus communicavit, à quibus eodem pariter successu semper adhibitum est, adſtitique ipſe aliquot Reverendiſſimis, ac Illustriſſimis Personis, d'versæ ætatis, temperamenti, diætæ ac vitæ generis, qui quamprimùm insultum dolorum ejusmodi, sive in pedibus, sive in manû, sive in brachijs, perceperunt, statim decocti hujus uncias circiter septem singulis dimidiis horis assumentes, cæterisque circa diætam observatis, ab iisdem immunes evaserunt. Urina autem in copiâ secessit, in quibusdam etiam alvus laxior reddebatur, veluti purgante assumptò. Quod me permovit, ut eum dictus Dn. Cancellarius, pro suo publica commoda promovendi favore, formulam decocti typis imprimi curasset, ejusdem exemplar Actis Ill. Societatis Nostræ inferere dignum judicarem, nullus dubitans quin idem planè effectus etiam aliis in locis subsequutus sit, & nunc demùm Ars nostra de triumphatâ quoque invictâ hæc Deâ, quò epithetò olim Lucianus podagram mactabat, imposterùm sibi gratuletur.

Locò autem formulæ Germanicò idiomate expressæ, Latinam, Exterorum in gratiam, dare liceat. *R. Polypodii querni, Hermodactylorum, rad. Cbinae, Sarsaparilla ana ℥iij. Guajaci ℥vj. Hermodactyli crasse contusi, & reliquæ species minutim incise, in ollâ magnâ, cum aq. septem, & vini albi mensuris Viennensibus duobus ac dimidiâ, ad quartæ partis consumptionem coquantur, postea fiat colatura. Remanentia denudò cum mensuris quinque semis aquæ, & sesquimensurâ vini ad quartæ partis exhalationem coquantur; colatura servetur.*

Decocti hujus tantum, quantum poteris, bibe; quò plus bibes, eò citius convalesces; quamvis ultra quadriduum in usum non veniat. Quò tempore omnibus jusculis, lacte, & fructibus abſtinebis, nec aliò potù, præter hunc, uteris: E contra variæ salubres carnes, assæ in primis conducent.

Die quartò lene laxans adhibeatur. Et hæc ratione omnis podagrica, ischiadica, aut rheumatica fluxio citò curatur.

Dolores intrâ octo vel decem horas cessant, modò diligentè potaveris, nec præter aliquam loci, quem fluxus occupaverat, debilitatem, quæquam remanet. Nullatenus purgat hoc decoctum, sed omne malum per urinam deducit.

Additamentum ejusdem Vri Clarissimi.

De famosò decoctò antipodagricò, cujus descriptionem communicavi, quædam adhuc continuare animus est. Scilicet, præcipuum quod ipsi sub ini-

tum obmovebatur, quantitas nimia ejusdem est; quæ ventriculum quasi obrueret, ut fibris ejusdem nimis relaxatis, tonòque destructò, decoctum illud non rectè digereretur; adeoque vel effectù suo frustraretur, vel graviora mala corpori induceret. Verùm hæc ipsa absque ratione timeri experientia in subjectis omnibus luculentissimè comprobavit; ne dicam, quod decoctum ipsum ventriculum non admodum gravet, sed ceu liquidum quoddam, ac particulis activis imprægnatum, adeoque mobile, urgente simul decocti pondere, tandem perlaboratur. Duorum autem imprimis ægrotorum exempla se obtulerunt, quorum alter propter ventriculi debilitatem colicis doloribus frequentissimè obnoxius existit, adeo ut quoties extra urbem pernoctetur, & juxta cum vinò cerevisiam non assuetam bibere cogatur, semper colicam statulentam patiatur, incubum quendam referentem. Hic ipse, cum ante biennium paroxysmò suo podagricò corripetur, & status publici ratio præsentiam ejus flagigaret, decoctum, quod ob ventriculi debilitatem semper averſatus fuerat, quartâ circiter paroxysmi septimanâ hausit, tali quidem cum effectù, ut sudor ex pede affectò erumpens odore decoctum referret; Dominus verò æger intrâ quadriduum molestissimò hospite suo liberaretur, inque publicum prodiret, nec quicquam verò, seu sub curâ, seu post eandem, de colicâ suâ, aliaque ventriculi imbecillitate perciperet. Alter verò Aeger ventriculò quoque imbecilliore, & frequentiore colicâ gravatus, simili ratione decoctum consuetò successù hausit, absque molestiâ, nisi quòd alvus enormiter solveretur, & intrâ biduum ad triginta vices purgaretur.

Secundum quòd circa hujus decocti usum observavi, est illud, in Gonorrhæâ affectis usurpatum, podagram quidem abigere, sed circa gonorrhæam ne quicquam mutare: Quamvis duo, in quibus hoc ipsum notavi, gonorrhæâ ab aliquot annis jam inveteratâ laborent.

Tertium est, quòd à quòdam decoctum hoc cum solâ aquâ paratur, laudabili etiam cum effectù.

Quartum, quòd ante menses duos exemplum demùm mihi occurrerit, in quò decoctum expectatione suâ frustratum est. Aeger scilicet 30. annorum, parente natus, cujus pes alter diurnò ulcere laborat, podagricò quoque insultu corripitur; qui tamen, quòd esset levior, euporistis ac domesticis tum removebatur. Post quatuor circiter septimanas, iterum paroxysmò eodem obruitur, & quidem quòd multæ comestationes nocturnæ, saltationes aliaque ejus generis præcessissent, tantâ cum vehementiâ, ut præ doloribus quatuor noctes insomnes traheret. Vocatus ego, primùm topicò quòdam externò doloribus lenimentum dedi, alteròque die decocti usum susci, quòd etiam absolvit æger; ita tamen, ut multas sedes liquidas diarrhææ instar pateretur, parum verò urinæ remitteret, & nihilominus dolor arthriticus pedis dextri cessaret. Vix autem dies duo præteribant, cum ille, seu quòd pedibus justò diutius insistisset, seu aliâ ex ratione, quam ægri etiam Medicis non libenter aperiant, iterum dolore pedis dextri corripetur ad eò acri, ut propriâ sponte decoctum iterum peteret. Suasi etiam ipse, absolvitque Dn. Aeger alteram curam cum magnò quoque obsequiò; nec tamen alvum ita liquidam experiebatur, & majorem urinæ copiam exercebat. Appetitus quoque sub curâ ipsi augebatur; dolor tamen pedis non remittebat, ac insuper tumor ejusdem superveniebat. Unde ad alia medicamenta accessi, quæ etiam ita cesserunt, ut post quindecim demùm dies æger in publicum prodiret, & omnia rectè se haberent. Quamvis verò hòc casù decoctum effectum suum non præstitit, non minùs tamen specifiçi antipodagri nomen mereatur, cum non omnes in morbo

morbô circumstantiæ eodem modô se habeant. *Hætenus Conradus Bartholdus Behrens.*

In aliis earundem Ephemeridum Observationibus, pro specificis deprædicantur; tum Cortex Peruvianus, & præservativè & curativè sumptus, in satis parca dosi, scilicet ad ℥j. aut alterum, iterando dosim plûs aut miûs frequenter secundùm statum morbi; tum aristolochia rotunda, è quâ cum spiritu vini essentiam conficiunt, ac etiam extractum pilulare antipodagricum eliciunt; tum aristolochia clematidis, cujus descriptionem nobis exhibet Celeberrimus Hædus quæ à Solani lignosi scandentis, seu Dulcamaræ descriptione non multum abluat, & cum eadem præter virtutem demulcentem & vulnerariam, laxantem etiam vim possidet. Præmemoratus autem Hædus ex radice Aristolochiæ Clematidis ℥j. baccharum juniperi cum turionibus mj. caryophyll. aromat. & cinnam. acuti grossè contus. ana ℥ij. in spir. vini rectificati mensurâ unâ intusis, essentiam parat, quæ ingruentibus doloribus ad cochlear unum manè & vesperi per tres dies propinata, morbum curat; ac de quâ si quis præservativè, noviluniô instante ℥ss. assumperit, stupendum inde experiri debeat effectum, ac plenâ gaudere sanitate.

Cadaveram Anatomica Inspectiones.

Anno Domini 1670. fati cessit Perillustri Dominus Capitaneus Ammon, qui vitam suam longo spatio annorum Arthritide excruciatu transgessit, ita ut manibus & pedibus contractus remanserit.

Aperto cadavere, causam contracturæ digitorum tam manuum, pedum, quàm reliquarum juncturarum indagans, easdem calce vulgò dicta plenas spatia omnia occupantis reperi tanta quantitate ut ipsa ossicula loco suo naturali cedere necesse fuerit, unde dislocatio ossium digitorum, tam manuum, pedum, & juncturarum facilè inde colligi potest; cum enim tanta materia ad articulos transmandetur, ut mole sua priûs nervos, membranas, tendines, obruat, & ad obeundas ritè actiones motui & sensui convenientes suffocet, tandem & ipsa ossa suo loco dimovet. *Dom. Joan. Jacob. Dobrzensky In miscellaneis curiosis anni 1671. Observat. 65.*

Dom. à Rapolstein in Alsatia degens, cum per multos annos podagrâ dirâ vexatus esset, tandem supremum diem clausit: A morte, quum exenteratum fuisset corpus, condituraque mumiatâ curatum, Lien inventus fuit planè exsuccus & omni culpa carens, marsupii in modum inanis, sinistris hypochondriis affixus. *Ex observat. Jacobi Moccii Professor. Med. in Academia Friburgensi Brisgojorum.*

Vidua P. Auberti patiebatur dolores atrocissimos in Ischio sinistro, qui sese ad extremum pedem porrigebant: Cum dolor in coxa gravior evasisset, & tumor in parte appateret, concolor tamen, tum etiam pars compressa multùm doleret, nec non ægra dolores lancinantes in eadem perciperet per vices, vocati fuere Chirurghi qui abscessum profundum latitare asseruerunt: Sicque consilio habito pars aperta est caustico & scalpello, nullum pus effluxit: Post xv. dies ab apertione hydropica facta est, & tandem suffocata interiit. Aperto cadavere, & sectâ coxâ usque ad os, in loco apertionis inventæ sunt parvæ quædam glandulæ suppuratæ, quæ pus concretum continebant, ita ut non potuerit effluere. *Riverius Observ. 53. Centur. 2.*

Amedeus Faber lignarius, 40. annos natus, biennio variis morbis, ac postremo etiam dolore Ischiadico laboravit, & tandem extinctus est.

In dissectione ad rotatorem femoris dextri ingens

Tom. I.

abscessus, humorem purulentum copiosissimum, supra libræ pondus continens, inventus est: hinc erosio articuli ligamentis, inhibitis etiam musculis, *Luxatio* quam passus erat æger: Deinde sub musculo Psoa sinistro, cui ren incumbit, quique in cruris internam partem infertur, ingens atheroma, ultra libras duas puris crassioris continens. *Fabritius Hildanus Obs. 71. Cent. 1.*

Vir Doctissimus & Piissimus Gentis hujus pariter, & literarum decus D. D. H. H. cum crebris dolorum, vomitus, & cruentæ mictionis paroxysmis, per plures annos graviter obnoxius vixisset, tandem remediis sequentibus constanter usus, nephritide ferè immunis, absque graviore quopiam insultu supra septennium vixit. Curationis methodus, quam Generosus quidam edocuerat, sine pharmacia quavis, ad hunc modum habuit, vino & Pomaceo abstinens, pro potu ordinario Allam tenuem ex Brasio Avenaceo bibebat; porro semel in hebdomada manè cœpit haustum ejusdem Allæ ad libram circiter unam, cum pulveris ossium senelorum coch. iij. in eo dissolutis; horum usu intra paucos menses morbo calculari valedixisse visus, mox Arthritico laborare cœpit; ejusque paroxysmis gravioribus per totam nephritidis vacationem subinde infestabatur; iisque demum, levi quavis occasione in tantum obnoxius siebat, ut, si statim à pastu corpus, vel animum, scilicet deambulatione aut studio ullatenus exerceret, dolorum insultus certissimè expectaret: Cujus ratio erat, quod sanguis particulis salinosis, & liquor nerveus acetosis usque ad prænitiditatem saturi, scilicet quando furco nutritio recentis perfusi simulque incitati turgent, illicò superfluitates suas, scilicet materiem utriusque indolis morbificam, in Articulos valdè debiles deponent.

Itaque venerandus ille vir torturæ ita crebræ ac ferè continuæ pertæsus, ex consilio cujusdam amici urinam propriam unoquoque manè bibebat; cujus usu intra mensem unum aut alterum doloribus Arthriticis paulò miûs plestebatur, sed mala vice affectus nephriticus recrudescere cœpit; nam dolore circa lumbos, cum vomitu & dysuria subinde afficiebatur, & brevi postea urinæ suppressio totalis successit; quæ, nullis remediis saperanda, post duas circiter hebdomadas Dominum Clarissimum è medio sustulit.

Cadavere aperto viscera omnia, exceptis renibus, maxime sana & firma apparebant; attamen ren dexter jampridem ferè absumptus fuerat, superstite tantùm exiguo glandularum acervo, vasis omnibus & uretere coalitis, & penitus occlusis, ut nulla prorsus urina illuc à longo tempore transierit: Ren sinister satis largus intra cavitatem, & ductus suos magnam sabuli, & calculorum aggeriem continebat; insuper lapillus rotundus, obdurus, & albicans in ureterem spatio circiter trium unciarum delapsus, ibidemque fixus, lotii transitum penitus occluserat; ureteris membrana, ubi calculus hærebat crassa aded, & callosa, proindeque indolens evaserat, ut hic nullo modo sursùm, aut deorsum dimoveri potuerit.

Videtur in hoc casu, quòd, cum sanguis & succi nervei particulæ coagulativæ, nempe salinosæ, & acetosæ primò in renibus coeuntes affectionem nephriticam diu excitarunt; postea supra dicti pulveris usu salinæ usque in corporis habitum protrusæ & non facilè redditæ, in Articulis seminum Arthriticum congenerent, renibus interim ferè liberis: Tandem verò cum ab urinæ propriæ potu, minera salina in renes reduceretur, morbus Articularis in Nephritin exitialem commutabatur. *Th. Willis de Arthritide Tom. 2. Operum.*

D d

ARTICU-

ARTICULARIS MORBUS.

Vid.

ARTHRITIS.

ARTICULORUM CHIRURGIA.

vid. in Biblioth. Chirurgicâ.

ASCARIDES.

Vid.

VERMES.

ASCITES.

Vid.

HYDROPS.

ASITIA.

Vid.

ANOREXIA.

ASPHEXIA.

Vid.

PULSUS DEFICIENTIS.

ASTHMA.

Vid.

RESPIRATIONIS LESIONES.

Hic tantum Clariss. Menjoni de Asthmate Dissertationem producemus.

Dissertatio Pathologica de Asthmate.

Cum vivere nostrum spirare sit, nec ante respirandi quam vivendi finem faciamus, omnis spiritus difficultas, quam Hippocrates simpliciter *πνῆμα* ac interdum *πνῆμα δυσφοειλῶς* appellavit, non potest non esse minax ac periculo suspecta.

Generales ejus causæ mendicantur, vel ab usu seu auctō seu imminutō, vel ab instrumentis respiratoriis destinatis: hæc tergemina sunt, primò moventia, puta thoracis muscoli; secundò deducentia, scilicet laryngis & truncus asperæ arteriæ; tertio excipientia, nempe pulmo naturâ suâ *πνεύμων* rarus ac foraminosus, organum spirabile & vocale per excellentiam prædicatus, hinc Virgilius

Spiramenta anima lethali vulnere rupit,
hoc est pulmones confossit.

Thoracici muscoli inflammati, sauciati, acerbè dolentes, convulsi aut resoluti sive ipsi per se, sive propter accisam universi corporis animatam facultatem, ut in apoplexiâ, officio suo desistant; Laryngis etiam in angina, animæ iter intercludit; sed nunc de Asthmate succurrit meditari, nobili pulmonum morbo, respirationem disturbante atque violante, dum nempe *prohibet spiritum intrò ferri, cogitque ipsum eitrò extrò ferri.*

Pulmo præ cæteris membris est *πνῆμα* *λεῖψον* *υἰαῶν* *εἰρημῶν* soletq; fluxionibus objici, quandoquidem naturâ suâ exstuat, ab ortu ad obitum irrequietè agitur, ac *καρπῶν* *πιβύλων*que consistat parenchymate; fervore autem & motu potenter attrahit, ac propter fungosam

mollitudinem imbibitum humorem arctè amplectitur ac obstinatè retinet. Pulmo insuper jecori & cerebro tanquam incudi & malleo interjectus, ab utroque everberatur; sed præcipuè quoniam cerebri basi, ubi glans pituitaria sedet, subiectus est, ad ipsum per foramina palati patentemque asperæ arteriæ semitam, ceu incile quoddam, humores ex facili decumbunt. Quin etiam ne perenni motu exaresceret, opus habuit à faucium adenibus *καρπῶν* sive irrigari, quò humore plùs justò nec minutim sed *εὐδελῶς* delabente, pro naturali madefactione sit morbosa inundatio. Ut taceamus pulmonem allabentes noxios humores ignaviter repulsare, quia post glandulas expultricem possidet omnium partium maximè infirmam, nec nisi per asperam arteriam, quâ superfluitates sinu suo recepit, posse ipsum eandem rejectare, quòd sit *μὲν δὲ*.

Asthma Latinis suspirium vocatur & anhelatio; eoque correpti dicuntur Hippocrati *ἀσθμῶν*, *ἀσθμῶν* *ἀσθμῶν* & *ἀσθμῶν*, ac *ἀσθμῶν* anhelanter respirare significat. Homerus equos anhelatores appellavit *ἀσθμῶν*, *τῆ φωνῆ* per onomatopœiam originem trahente à venti sibilò.

Asthma auditur à Medicis, *Denja* & *difficilis sine febre respiratio*, ab angustia fistularum pulmonis. Febris absentia asthmaticos à peripneumoniacis, pleuriticis ac empyicis determinat; vel si febricula asthmatici forsitan alliterit, hæc est *ἀσθμῶν*, *obscura*, blanda, halitiosa ac imputris, qualis cæteras ferme omnes fluxiones comitari solet propter meram ebullitionem serosi laticis: raro etenim genuina asthmatis materia corrumpitur, putridam febrem succensura. Ad didimus ab angustia fistularum pulmonis, nam ex cursu anhelii propter adauctam à caloris incrementò respirandi necessitudinem, siderati ob intercisam *ἀσθμῶν* *ἐπιπλοῦν* *ἢ ἐνοσημῶν*, & cynanchici quibus *τῆ κλεισθῶν* hoc est gutturis isthmus obseptus est, non nisi abusive dicuntur *ἀσθμῶν*.

Asthma aliud aliudve nomen obtinet prout se intendit. Primus ejus gradus dyspnœa simpliciter dicitur per quamhand quidem ex naturâ fluit spiritus, sed is nondum cum *πνῆμα*, hoc est *stridore*, exilit. Secundus gradus asthma nomine generis vocatur in quò thorax *καρπῶν*, *substrepit*, velut in *ἐξασπμῶν*, ab aère itu redituque suo vel obvium obstantisque sibi phlegma pingue atque viscidum, ut ventus vela, feriente ac cum ipso colluctante; vel iniquiora spatia percurrente, nam *ἀσθμῶν* *καρπῶν* *ἐπιπλοῦν* *ἢ ἐνοσημῶν* *ἀσθμῶν* *ἀσθμῶν* *ἀσθμῶν*, ut de sternutatione Hippocrates, spiritus per angustos tramites evadens sonitum necessariò elidit. Hocce pectoris murmur Aretæus nuncupavit *καρπῶν* (lexicographi tamen scripserunt *καρπῶν* per o, ad differentiam *τῆ καρπῶν* *rimam* significantis) istamque vocem Aurelianus Latinam fecit, *rognum* appellans: Hippocrates verò fictitio nomine *τῆ καρπῶν* dixit, item *τῆ καρπῶν* ac *τῆ καρπῶν*, ægros verò *καρπῶν* & *καρπῶν*. Tertius demum suspirii gradus vocatur orthopnœa, non quòd recta sit respiratio, sed quòd pessima, nempe ironica ac *contrariò* *vocabulò* *sua* *virtutè*, ut loquitur Aurelianus, sicuti *fel-la* dicuntur *καρπῶν*, Pontus *ἀσθμῶν* *inhospitalis* cognominatus est *ἀσθμῶν*, & febris Epiala appellatur quæ minimè *ἀσθμῶν*; vel specialius quòd ægrotans præter respirationem sonoram, non nisi *ἐν ἰσθμῶν* *χρῆματι*, erectâ videlicet cervice, thorace sublevatò, dorsoque in nullum fulcrum innitente aërem trahere valeat; alias enim curvato collo minus patuli sunt spiratorii meatus, ac in schemate supinò, et si non ita raptim huus morè cerebro præcipitet, pulmones tamen proprio ponderi tunc incumbentes vertebrique proximiores alas suas commodè non explicant, qui etiam thorax semetipsum tunc comprimens ægrius distenditur. Adde quòd homine supinato, alvina viscera diaphrag-

arteriæ ramos per pulmonem carptos ac ductos contractent, Galeno tamen collubatum non est spirandi anxietatem ab ipsis creatam; asthmatis propriè sic dicti nomine donatè, quòd germanum asthma din perseveret, dyspnœa verò à suppurantibus exorta pulmonum tumoribus, pure è maturâ vomica eructato, volueri celeritate mortifera sit, corde nimirum pestiferâ purulentæ qualitate afflato.

Contendant nonnulli humore vel tuberculo tenente lævas pulmonum arterias, respirationem *ἐπιπνεύσει* exerceri, tussimque ac pectoris gravitatem abesse. Tolerabilis esset hæc opinio si aër ore bibitus, juxta sensa Neotericorum, ne dicam juxta deliria Medicinæ ægrotantis vel potiùs morientis, ad cor non pertingeret, sed asperas tantummodò perlaberetur pulmonum arterias causâ contemperandi sanguinis, per circulationem mediis pulmonibus ad sinistrum cordis thalamum procurrentis. Sed, amabo, ad quid tepeferi opus habet sanguis pulmones trajectans qui longè intensiorem caloris gradum in lævo cordis sinu jamjam adeptus est? Deinde annon evidenter patet, vel ipsis Chymicorum fornacibus, cor flammæ vitalis clibanum, cum ad refrigerationem, tum ad fuliginem expulsionem, aëris flabello indigere? Quòd si aër ad cor usque non perducatur, qui sit ut illud à tetris odoribus tam subito concidat, à jucundis tam promptè recreetur? Cum igitur inspiratus aër primò per asperas, moxque per lævas pulmonum arterias ad cor necessariò transeat, non est cur his perinde ac illis occlusis æger non anhelet.

Proindeque salvâ observantiâ quæ magnis debetur nominibus, cogimur hic deficere à doctrinâ Galeni memorantis Historiam de Antipatro Medico qui absque febre & spirandi molestiâ, sed aliâs bellè habens, omnigenâ pulsus inæqualitate cum systematicâ tum singulari sex mensium curriculo narratur laborasse. Galenus ab ipsomet Antipatro de ista pulsus inæqualitate percontatus acutè argutèque respondit hanc deberi artus strictis que pulmonum arteriis, non propter inflammationem quoniam febris aberat, sed propter ipsarum *σπέραι* vel à crassis succis vel à crudo tuberculo, nam ab utra harumce causarum affectio oriretur, ausus non est pronuntiare prudens ac synceros Galenus. Miranti autem Antipatro quare ergo asthmatica atque *ἐπιπνεύσει* orthopnœa non premeretur, causâ à Galeno allata est, quòd asthma progignatur à materiâ asperas pulmonum arterias impediente, ac in Antipatro illis spiritui perviis, læves solum pulmonis arteriæ præpedi-tæ essent. Nos contra fatemur quidem obturatis lævibus pulmonum arteriis, pulsus in Antipatro ob cordis cognationem ac forsitan quoque ob cursum circumstantis sanguinis tantisper interpellatum, factos esse inæquales; At ejus respirationem interim fletisse illibatam judicamus aut propter obstruentis humoris paucitatem, aut propter tuberculi tenuitatem, unde perpaucæ pulmonum cavitates angustabantur; ita ut post sex menses elapsos, vel incurante pleniorè humorum ubertate, vel diffracto tuberculo, ceu tempestate suam rumpente nubem, hujusque materiâ latius per pulmonem diffusâ, levis quædam spirandi difficultas unâ cum palpitatione cordis, ut refert Galenus, primò supervenerit, quæ ad decimum-quintum usque diem vires acquisivit eundo, donec dyspnœa ad summum provectâ miscellus Antipater, sublato penitus commercio aëris ultrò citroque commeanis, statim vitâ cessavit.

Præter geminam asthmatis causam à Galenò notatam, videlicet pituitosum humorem in pulmones *ἐπιπνεύσει*, & crudum ipsorum tuberculum, quibus spiritus *δι' ὅσων ἀμυδρῶν*, nonnulli recensent bronchiorum ab exarscto pulmone subsidentiam per quam

aëris *δι' ὅσων* sunt *ἐπιπνεύσει*; Verùm pulmonis marcorem ad phthisin spuriam, non ad asthma pertinere suo loco observabitur.

Alii alias iterum adjungere proximas asthmatis causas, Primò pulmonis constrictionem sive à costâ aut vertebra interius laxata; sive ab insigni tuberculo ligamentorum vertebrae dorsales committentium, etiam absque *καρδίαι*: Secundò pulmonum cum pleura à tenacibus succis connexum: Tertio pus, serum vel sanguinem in testudinatò thoracis antrò cumulatam, unde pulmo spatii defectu ægrè se pandit: Quarto sanguinis pulmonum venis complexi seu plenitudinem seu *ζῆλον* ac *πομφολογισμὸν*: Denique septi transversi aut proprium tumorem, aut depressionem à visceribus prægravantibus ut in scirrho hepatis, aut compressionem sive ab altò intra abdomen aquarum acervo ut in ascite, sive à vaporibus sursum assurgentibus ut in morbis hysteriis & hypochondriacis, sive à turgidis infernis præcordiis puta ventriculò cacochymia cibive præcatente, hepate ad liene oppilatis aliterve inflatis, atque intestino coloflatibus factò.

Attamen spirandi *δυσχέσια* ab istis & consimilibus causis ortum habens, quoniam vel sympathica vel sympathica, *ὅδ' ἀσθμῆ* asthmatis nomen obtinuit esse ad illud descendat; cum germanum asthma affectus sit primigenius & chronicus: quo pacto Agasis filiam vetustum gestantem thoracis tuberculum dixit *ὅδ' ἀσθμῆ* Hippocrates fuisse *πρωτογενῆ*, nec ab ipso asthmatica denominata fuit, nisi postquam è conamine quò magnum pondus extulit, phyma illud cum strepitu perruptum esset, pusque ad asperam arteriam expansum. Si hæc ita se habeant, quantò minus legitimi asthmatis causis adijci debet, ut vult Platerus, cartilaginum extremis costis appositarum in osseam consistentiam per senectutem induratio, thoracis motui officiens.

Obesi ac *εὐσπέραι* strictiore præditi vitalium tabulato crebriùs asthmata impetuntur, atque asperiam è ab illo *σπέραι* sive *τραχύνται*. Nulla ætas ab hacce morbo immunis vivit, nec puerilis, nec juvenilis, nec senilis, ut tribus aphorismis nos monuit Hippocrates. Senes tamen præ reliquis suspirio affligati sunt, quoniam stillæ è cerebro conciliatur laterum infirmitas ob quam fieri necesse est *εὐσπέραι* materiæ in pulmonibus, cujus nulla perfici potest *ἀσθμῆ*. Mulieres quia algentes madentesque asthmata viris magis opportuna sunt. Autumnus affectio ingravescit, et maximè hyeme necnon etiam noctu ac per constitutiones cæli nimbofas, vel quòd nova suppeditetur desillationis materia, vel quòd phlegma *εὐσπέραι* jamque stabulans in pulmonibus sed quietum & quasi prostratum, à symbolis cum algido madidoque aère qualitatibus, ceu comparato subsidio, tumescat, exalteretur, fiatque ex modica mole *πυλῶρον*, haud secus ac torpida reptilia à sole exagitantur, venenum enim nec scorpiis innascitur quando pungunt, nec viperis quando mordent. Nix per inane volitans, inter evidentes asthmatis causas adversissima est, *tacitarum vellus aquarum* apud Martialem; dixit *vellus*, quomodò de Deo dante *nivem sic ut lanam* canebat Divinus Pfalter; *tacitarum aquarum*, quòd *plumæ* nivium *crustula*, ut loquitur Arnobius, impetuose non ingraant, contra quàm imber & grando.

Cæna sobria ut stomacho quietem, ac cerebro pacatum somnum, ita etiam pulmone pacem dat; ac econtrario paroxysmus asthmaticus facile concitatur vespertina crapula & ingluvie, præcipueque; dum edulis flatulentis æger *δυσχεύει*; item usu venereo, contentis celeribusque exercitationibus, quas Hippocrates *δυσχεύει* appellavit, ac potissimum si quis *πρὸς ἀσθμῆ* *ἀρδύαν* viam emetatur, vel *ιινερε* gradiatur *ἀσθενῆ*, ut loquitur Aurelianus.

Quæ

Pueri asthma felicius extricantur ob robur caloris nativi; viri citius extinguuntur; senes vix unquam sanescunt: ἀμύθη δ' αὐτῶν, inquit Aretæus, *Mors differitur quibuscumque in opere conficiendo, aut lanis elaborandis pulmo incalescit & accenditur; quales sunt calcis opifices, fabri ætarii & ferrarii, ac balneariorum*

Quaritur causa morbifica longius recessit versus extremos tracheæ arteriæ ramulos, tanto operosius educitur; quamobrem æramosior est anacatharsis materiæ lævis pulmonum arteriis coercitæ, harumque impedimenta propter cordis vicinitatem periculosa intestant, ut fidem facit enarrata de Antipatrō historia. Annosum asthma vix excutitur, nam sputi materia in dies magis magisque bronchiis adhærescens, crebriorem efficit anhelitum, hincque increbrescens sputum glutinosius reddit & lubricum fieri prohibet, unde nequit in posticum everri; sicque sputum viscosum & spiritus crebritas ἐξ ἧσιν ἀλλήλοισι τιμωροῦνται, ex doctrinā Hippocratis, mutuum opem sibi conferunt ad perniciem ægrotantis.

Asthma μηδὲ μᾶλλον excedit anni spatium, nam si autumno ægrotare quis cœperit, vere aut æstate futura vitam faciet; in hyeme sequenti autumno moriturus est.

In genere morbi ἀνιχνεύονται ancipitis sunt prælagii; ægri namque modicè anhelantes, etiam si venæ æquis moveantur intervallis, quandoque παρὰ μέτρον ἀκροῦσιν ac inopinatâ tempestate ἀπὸ δὴ ἄποστα ἀβρίπνυται ἐν βίῳ, sicut ex adverso ὀρθοπνοϊκοί, ὑπερσπασμαῖοι, strangulatorum more manus prætendentes ac ilia ducentes, cum pulsa inæquali imò intercalari, nonnunquam præter spem βιωῦσιν ac serenitati reddantur.

Tussis sicca improbat & ut signum & ut causa: ut signum aut laterum imbecillitatem, aut materiæ inobedientiam demonstrans; ut causa, nimirum vel factō novo βόρῳ ἐπιμεινῶν vel motō βόρῳ iam ἐπιμεινῶν; quicquid enim humorem ciet nec citatum excludit, ingeminat τὰ ἐμπεράγματα, ac impulsâ nec expulsa materia nihil remittit de sua pertinaciâ, quin potius altius ἀφροδῶν atque inculcatur.

Si asthma societur febris in malis æger est, quod hi ambo affectus sese invicem foveant, febris nempe asthmatis materiam agitet, sputumque exiccando, illud excretioni ineptum reddat; ac asthma vicissim, obstando nē aër ad cordis eventilationem plenâ manu capiatur, febrem intendat. Sed pleuritidem vel peripneumoniam asthma superaddi multò adhuc pejus est, ob suffocationem penè inevitabilem. Perfacilis autem existit peripneumonia ἐν ἀσθμῇ, pulmone propter iteratas quassationes, quas ἀσπασμοῖς vocavit Hippocrates, conflagrante ita ut sitim quoque accendat.

Postremò dandus genuinus sensus aphorismi Hippocratici, qui gibbi ex asthma aut tussi ante pubertatem sunt, moriuntur. Nonnulli existimant, ut puerulis ἀπὸ σπινῆς, sed negligenter ac oblique gradientibus, pedum figura, propter ossium in ea ætate mollitiem ac flexibilitatem, sensim pervertitur indeque malè pedati, puta vari varivæ τὰ ἄσθμα, pariterque prava decubitus forma, apud Hippocratem κατ' ἄσθμα inflectit spinam; sic potiori jure hanc ante annos puberes anhelandi assiduitate ac tussendi conatibus posse intorqueri, quandoquidem arbores ventorum vi solò velluntur.

Attamen similis veri est asthma & tussim invehit à gibbo, quàm dorsi vertebraς συγγνωμοειδῶς coagmentatas vinculisque validissimis naturaliter colligatas, ab asthma & tussi συμφορῶν ἐν ἀσθμῇ amittere, hincque gibbum inferri. Quapropter sic construendus videtur aphorismus, quicumque gibbi sunt ante pubertatem, illi ex asthma aut tussi moriuntur.

Laxatis enim in ætate impubi thoracis verticillis ac inde oborta gibbositate, non spondyli modò, sed vicinæ etiam costæ propter astricta valcula suffraganea ac sanguinem convehentia auctu suo inhihentur, juxta pronuntiatum Hippocratis, quibus dum adhuc pueri sunt, priusquam corpus adoleverit, spina in gibberum curvatur, iis corpus ad spinam crescere non solet. Interim verò pulmones augeri non cessant, quibus continendis cum impar sit thorax angustior, primùm asthma & tussim tandemque mortem obrepere necesse est. Secus enim costorū rachitidos in adultis quorum thorax justam magnitudinem jam attingit, dyspnoeam quidem provocabit atque tussim, sed vitâ incolumi, cum gibbi sexagenarii & septuagenarii passim occurrant, illi videlicet qui naturâ sua valentes sunt ac legibus diæteticiis studiosè obtēperant. Veritas porrò in gibbis puerulis esse ἀσθμα καὶ ἀνιχνεύεται probat exemplum τῶν ἐν ἰσχυροῖς in infantibus, per quem occæcatis alimenti viis, penis ἡρόφιον ἐν ποσῶν, ut loquitur Hippocrates, nutrimentum non capit nec amplius increfcit, adultis postquam execti sunt (quos intestatos vocabat Plautus) debitam veretti staturam nihilominus servantibus.

Sunt qui censeant in aphorismo laudato agi duntaxat de gibbis à phymate frigido tumefaciente ligamenta vertebrarum dorsi, non quòd phyma fat habeat duritiem ut violenter ipsas pertrahat ad interiora pectoris, sed quòd vinculis vertebrarum malè affectis nec suo officio fungentibus, ipsæ inter movendum suâ sede spontè excident. Arbitrantur itaque ab ejusmodi phymate pulmones arctante, primùm asthma & tussi ægrotantem exerceri, postmodam verò spinâ conversâ, gibbum quasi auctariâ vice lethaliter intervenire, ac idcirco legendum esse in aphorismo non ἐξ ἀσθμῆς sed ἐν ἀσθμῇ, eo quòd gibbositas sit quid ἀσθμῆς ἀσθμῆς atque tussis. At contra Hippocrates enuntiatio absoluta existit ac indefinita, nec minus vera est de gibbositate à causis externis ut icthū & casu, quàm ab internis ut tuberculo prognatâ, eo quòd vertebrarum commætus pariter intercipientur, quorum penuriâ, uti dictum est, tollitur ipsarum secretio.

A T H E R O M A.

Vid. in Bibliotheca Chirurgica.

A T R O P H I A.

De Atrophia, hanc habet Dissertationem Pathologicam verè elegantem, Clariss. Antonius Menjorius.

Nutritio in plantis ob ignaviam ingeniti caloris fat diuturno tempore intermittere potest, vitâ incolumi: bulbi namque & arborum furculi, hyeme vivunt absque alimento. Sed in animalibus saltem perfectioribus (quorum calor insitus, activior est ac voracior, & quibus insuper calor influens non deest, quo plantæ destitutæ sunt, per caulas corporis omnes dispersus isque innato ardentior magisque prædabundus) nutritio & vita pari passu ambulant, illaque prorsus cessante, hæc etiam lentè deficit: quod si animalia quædam per hybernâ tempestatem sese illatebrent, ea frigidiora sunt, imò horum nonnulla instinctu quodam naturali cæcâque providentiâ cibos æstivo tempore in usum reconduunt, alia verò crudis crassisque quibus luxuriant humoribus à ventriculo undique raptis nutriuntur, præsertim cum in latibus gravi premantur veterno per quem fit præparcus substantiæ effluxus, sicut e contrario

Atrophia. *Atrophia* dicitur Hippocrati. Placet quibusdam ita animalia adipe propria saturari: at quis credit pinguedinem, saltem subcutaneam quæ toti corpori est pro tegumento, colliquari, & ad ventriculum confluere, ut in chylum vertatur? deinde animalia ista macilefcere necesse esset, cum tamen obeficra fiant:

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Cum igitur nutritio pertineat ad *τὴν* animalis, ac idem sit cum ejus vita, ita quoque atrophia haud integram nutritio *ἀσπίδα*, verum tantam hujus minutionem complectitur, ut ad sensum non profus appareat; secus inedia undecim dierum juxta Plinium, quinimo septem dierum secundum Hippocratem lethalis est, ac Jugurtha Numidarum Rex Romæ in carcerem tractus sex dierum fame contabuit. Proindeque *τὸ* non est *μῆλας* merè privativum, sed imminutivum, sic *ἀσπίς* notabilem non verò absolutam coctionis privationem sonat: *ἀσπίς* non omnimodam pulsus abolitionem designat: hæc enim in corpus vivum nunquam cadit, sed tam exilem pulsationem ut nequeat tactu deprehendi: amentes dicuntur qui parum, non qui nihil mentis possident; ac aves *ἀσπίς* pedibus constant, sed brevibus adeò atque tenuibus ut non sint ex usu.

Est igitur Atrophia (quam exprimerè uno Latine verbo non queas, nisi audeas dicere *innutritionem*) insignis nutritionis diminutio, quæ corpus paulatim emarcescit. Arelanus *nutritio desertionem* nominat. Plinius *ἀσπίς* vertit *cibum non sentientes*; alibi autem *ἀσπίς* vocat *qui ab imbecillitate vires colligunt*. Quidam inter Latinos Auctores macrotam dixerunt & macritudinem, forsitan *ἀσπίς* quòd corpora gracilia videantur longiora.

Triplex est corporis substantia adiposa, carnosæ & solida: quanquam adiposa cæteris prius liquefcant, non est tamen subjectum *ἀσπίς*, cum vitæ careat, nec propriè nutriatur: solida quoque partes est ratione substantiæ suæ terrestris sint *ἀσπίς*, ratione tamen humidi primigenii ipsis radicaliter inhaerentis, liquabiles sunt, ac per marcorem, venæ, inquit Aristoteles, in venulas, & nervi in villos abeunt; sed detrimentum illud nimis puillum est, quàm ut corporis moles inde deturbeat; quapropter una carnosæ substantia verum censeri debet atrophiæ *ἀσπίς*. Notandum autem cor ad proportionem reliqui corporis non tabescere, ac *τὸ* *ἀσπίς* corda post mortem inspoliata aut saltem minus marcida reperiri, ob virtutem valentissimam succi alimentarii attractariam quæ visceri principi jure indita fuit.

Naturaliter semper aliquibus *δεσπῆσι*, nullis verò in eorum locum subeuntibus sit atrophia ex Celso; quod comparari potest impensis vestigalia superantibus, aut exportationi quæ advectione potior est. Substantia autem regenerata non respondet effluxæ, vel vitio objecti id est sanguinis, vel vitio nutrientis partium facultatis. Addit Galenus attractricis recenterisive infirmitatem, & immoderatum exercericis motum: unde plerumque bene ingerentes, digerentes atque egerentes, proindeque nullo morbi seminario, nullo fomento in visceribus latitante, nihilominus emaciantur, quòd alimentum à membris vel non attrahatur, vel tractum non retineatur, sed expellatur ac discutatur.

Sanguis vel deest, vel inidoneus corpori dispensatur, ideòque respicitur à membris quibus melius videtur non profus nutriri quàm mole nutriri; quamobrem non modò famelici, sed *κίβδηλον* quoque id est vitioso vescentes alimento, prietentes sunt atque *κίβδηλον*. Si quæras cur inanis cachexiæ sagina

potius non exurgat? Respondebitur dari pravitate gradus, ac in cachexiâ sanguinem nutriendis partibus haud esse ita exolum, ac proinde hunc affigi et si non permutetur, fierique gluten non cambium; at in atrophiâ sanguinem esse planè alienum, ideòque penitus repudiari.

Sanguinis tam penuria quàm improbitas oritur aut propter externa errata, cibos scilicet seu qualitate peccantes seu quantitate; dum, inquit Celius, *nimio timore aliquis minus, aut aviditate nimia plus quàm debet assumit, ita vel quod deest infirmatur, vel quod superat, corrumpitur*: aut *κίβδηλον* hæmatocæve culpâ, ob viscerum istis functionibus devotorum labem; non enim ingestis nutrimur, sed his quæ ingesta concoquantur, nec vitæ primæ coctionis in secundâ, ac multò minus hujus errores in tertiâ coctione emendari possunt, quòd imbecillior calor insit membris externis, quàm hepatis. Notum est illud Hippocratis *ἀσπίς*, *κίβδηλον* καὶ *κίβδηλον*. *ἔτσι* *ὀπίσθησι* καὶ *ὄξυδωμότρησι*, *venis calido pradii, frigidis habent carnes, & graciles existunt; his vena prominent, & ad iram sunt proniores*. Partes enim dum impurum ac fervidiorem sanguinem ab æstuantibus visceribus nutritis subministratum fastidiunt, frigent ac macilefcunt, affinis sanguinis inopiâ: interimque sanguis ille reflitans præ copiâ distendit venas, suoque fervore iram accendit. Interdum etiam sanguis fibris quibus concrefcit orbatus, ad alendum inutilis redditur, qualis est *σείρολος*, videturque Hippocrates *ἀσπίς* *ἐκλύσιν* appellasse. Præterea sanguis exercitio, curis, doloribus, vigiliis similibusque causis absumitur; sed quod mirum, sanguis etiam cultissimus si exuperet, hominem emaciat se potest, vel calorem nativum obruendo, vel vasorum obstructione cursum sibi intercipiendo. Ita vir quidam in Oeneade cum nullo vidu redintegraretur, sed in dies magis intabesceret, venâ sectâ in utraq; manu, & sanguine extracto, quousque exanguis redderetur, hoc solo remedio perfectè liberatus est, cum omnia prius fuissent incassum tentata: & Galenus mulierem ex menstruorum octimestri suppressione gracilissimam, libris tribus sanguinis intra triiduum eductis, restituit.

Vitio nutrientis facultatis sit *ἀσπίς* propter indigentiam naturalis caloris sive partibus implantati, sive à corde influentis; partes enim ita affectæ appellatis alimenti etiam amicissimi fructum non capiunt, quòd ad *ὄξυδωμότρησι* sint inhabiles.

Hæc in genere sufficiunt: In specie enim morbi macilentia ortum dantes, innumeri sunt, propriis locis privatim exponendi, ut febris heclica, phthisis, cruditates ventriculi, alvi profusiva, lumbrici alimoniam omnem *ἐκλύσιν* ac furripientes, contumaces ac indomitæ mesenterii obstructiones, *ἀσπίς* sive morbus desiccatorius ab Hippocrate descriptus, qui nihil aliud est quàm *κίβδηλον* hypochondriacum; sic diuturni melancholici velot larvæ ambulant, vulgatumque est illud Trajani, referente Dione, ut ditescente filio plebs depauperatur, sic augete liene, corpus marcescit, *ἔτσι* *ὀπίσθησι* inquit Hippocrates, *ἔτσι* *ὀπίσθησι*, *ubi lien flores, corpus tabescit*; quam sententiam invertit Galenus *ἔτσι* *ὀπίσθησι*, *τὸν* *ὀπίσθησι* *ὀπίσθησι*. Delapsus quoque cartilaginis xiphoidis corpus extenuat ob subjecti ventriculi coarctationem: item decidentia cartilaginis spinam terminantis, non propter comitem dolorem, nam dolor & acerbior & diuturnior alibi cietur absque tali macie, sed quòd vasa per continuitatem angustentur.

Infinium esset causas omnes procatarticas recensere, quibus corpus excussum dimittitur ac exhaustum. Notabimus duntaxat infantes quia teneros & rariore habitu constantes, senum & magis adhuc veterum utpote impuriorum accubitu deflorescere, ob malignorum vaporum admissionem; senes verò

inde reflorescere, ut patet exemplo Davidis, cui jam decrepito ad vitæ protractionem virgo juvenis accubuit; Ut enim omne siccum naturaliter ebibit cognatum sibi humidum, sic corpora præ senio exarefacta, benignas infantium expirationes avidè suscipiunt, hisque refocillantur.

Præter marasimum universalem per quem corpus pumice siccius redditur & de quo dicebat Poëta *In omni nusquam corpore, corpus erat*: datur particularis membrorum atrophia, primò venis annotinis, quæ scilicet annonam sive sanguinem convehunt, dissectis, obstructis aut compressis, seu à ligatura arctiore, seu à vicino tumore, seu à luxatione ossium: deinde proprii caloris defectu, vel propter algidam intemperiem ab incautà frigidissimorum aut narcoticorum remediorum admotione, vel ob arteriarum quibus spiritus vitalis affluit angustiam, vel propter quietem quæ calor torpescit ut in paralyti; unde Hippocrates: *Macies partium inquit, vel ex diuturna quiete, vel ex vinculo quod ad fracturas pertinet, proficiscitur.* Item *Usus roborat, otium extenuat*, ac Imperator Germanicus crurum gracilitate laborans, sola post cibum equitatione curatus fuisse fertur. Attamen hic opus est distinctione; Aristoteles enim docet homines calidos, nec excrementitios & quibus proprius calor satis est, *την κατὰ φύσιν* id est sedendo pinguescere; at frigidos, excrementis præcatentes, & adventitio egentes calore, quiescendo attenuari.

Ægri ἀτροφία cibis etiam convenientibus utuntur, sine renutritioe, sine virium refectu; quin potius frigosi magis & vasculi quotidie evadunt, usque dum *ἡσυχία*, ut plebeia loquendi formulâ dicebat Hippocrates de Hegesipolis filio, id est nisi ossa super sint. Hic morbus sui ipsius est *ἀσθενία*; Cavantur enim luminum recessus; nares acuminantur; collabuntur tempora; retortarum ac rigidarum auricularum lobi invertuntur: malæ protuberant; buccæ quasi consuuntur; os patulum est; depressa labia ac dentibus affixa risus præbent imaginem; cervix nonnihil tortuosa est, gracilis & ad speciem longior, non versatilis; sed velut rigens & intenta; larynx prominet; claviculæ procul à thorace distant, profundæ foveæ interjectæ; costæ perspicuè diaumentantur, earumque cum vertebra articulationes ac in sternum inflexiones redduntur aspectabiles; ipsarum interstitia inania sunt, rhombi figuram secundum ossium circumductum præ se ferentia; curvatur cartilago xiphoïdes; operata scoptula tota sese aspectui offerentia expansas avium alas imitantur; eminent vertebrarum spinæ, & utrinque ad eorum latera tergum, ut canebat Divinus Psalter, quasi vomere in longum sulcatur; hypochondria vacua & quasi excavata sunt, ac superius revulsa; epigastrium atque illa dorso cohærescunt: ad os sacrum & illum pelvis ossa cœnitur; coccyx caudæ instar exeritur: artus omnes sunt *καλαμῶν* arundinacei cum articulis conspicuis ac nodosis; nam quemadmodum homines carnosus sunt *εὐαγροί*, sic extenuati *ἀσθενῶν* ex Hippocrate. Uno verbo ossium idea dantaxat remanet, horumque compages cute obducitur flavâ, exuccâ & rugosâ, quam à similitudine cum serpentum exuvio *ὀφθαλμῶν* appellant: eadem cutis translocet, ita ut subjectarum venarum livor sensibilis sit: nullis etenim humoribus ejus spiramenta amplius occupantur, sicque pluribus, patentioribus ac redioribus hiat spatiosis: unde *ἀσθενία*; *Ossa atque pellis homo totus est, quin extra inspicere in sole, etiam vivo licet: ita is pellucet quasi laterna punica.* Ungues denique ut in feris avibusque rapacibus nœnantur, depassâ digitorum pulpâ quæ unguium sulcimentum existit, ac æger adeo maceratur ut per annulum trahi possit. Huicce *ἡσυχία* iconi appendamus effigiem jejunæ famis apud Scythas, ut fingitur, habitantis,

quam Ovidius ad vivum sic expressit.

*Hirtus erat crinis, cava lumina, pallor in ore;
Labra incana situ, scabri rubigine dentes;
Dura cutis per quam spectari viscera possent;
Ossa sub incurvis exlabant arida lumbis;
Venis erat pro ventre locus, pendere putares
Pectus, & à spinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies, genuumque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali.*

Naturâ graciles crassis sunt minùs valetudinarii ac in morbos lapsi majores habent ad sanationem opportunitates, ob vim caloris nativi, meatuum libertatem & perspirandi commoditatem; hinc aphorismus: *qui naturâ suâ sunt valde crassi, breviora vita fruuntur quàm graciles.* At macies præternaturalis nocentior est obefitate morbosâ, propter graviozem inopiæ quàm redundantia injuriam: quo pacto *tenuis & exquisita diætâ paulo plenioribus periculosiores sunt.* Præsertimque in infantibus atrophia pessima est, quod plurimo ad corporis incrementum opus habeant alimento, quodque rarior jam eorum textura, adipum carniisque consumptione amplius rarefcat. Scriptum est ab Hippocrate *corpora quæ longo tempore extenuata sunt, lentè esse reficienda; quæ verò breviter breviter.* Hic enim spiritus cum humoribus solummodo direpti sunt, salvo interim vitæ fundo, nempe illæsis partibus spermaticis, Nam *ἀσθενία*, inquit Galenus *ἡ φύσις δὲ τῆς τροφῆς, διωκτικὴ ἐστὶν ἡσυχία, diffusa est natura per particulas solidas, virtus illarum existens.* Illic autem partes solidæ, quibus insidet virtus concoctrix, sunt colliquatæ, proindeque segniùs cibationi incumbendum. Quemadmodum patieribus præ vetustate aridissimis, calx nequit agglutinari, nec plantæ ad *ἀσθενία* perductæ in posterum reviviscunt; sic homines *ἀσθενῶν* recorporare potis non est: quicumque enim ex ulso ellychnio affundit oleum, ille oleum & operam perdit. *Hæc lenus Menjorius.*

Indicationes, ut & Curatio Atrophiæ deducuntur & quasi emergunt à variis illius causis quæ supra enarratæ sunt; quandoquidem autem illæ causæ in variis morbis inde effectis occurrunt, non est quod hic de iis pluribus agamus, eò etiam minùs quòd, curationes generales &c. ex aliquot celebrioribus Autoribus pro more tradendas jam habeamus.

Curationes.

Curatio Clariss. Joh. Hartmanni.

Atrophiæ evacuationes acres & solutiones non tollunt, sed exasperant quasi, tantùm si colluvies interiora viscera gravat, præsertim ventriculorum, vomitus lenes sunt imperandi, præsertim ab aqua benedicta. Ejus nimirum peculiaris vis hæc est, ut non tantùm saburrâ eliminat, sed etiam ventriculorum ad concoquendum instiget. Unde post aquæ Benedictæ usum, semper videmus appetitum corroborari, augeri que, licet aliquandiu ille sepultus, parùm aut omnino nihil effecerit. Hoc itaque auxilium moderatè institutum in principio hujus curationis multùm prodest. Deinde humectantia imperanda sunt, quæ tamen ita imperari possunt, ut simul obstructions viscerum expediantur. Tartarus ergo vitriolatus cum decocto passularum & syrupis humectantibus, quales sunt syrupus violarum, tussilaginis, betonicae sumptus, illas solvit. Externa in hoc casu laudabilia sunt in pueris. 1. Balneum ex decocto capitis & pedum vervecis in aqua fluente tamdiu ebulliendo præparatum, & con-

consumptis omnibus carnibus ossicula tantum possint eximi. 2. Decoct. cort. salicis rubri in aqua fluminis. Hæc balnea præsertim in pueris maxime atrophia subjectis eam solvunt laudabiliter, si septies, octies, novies, in iis laventur, semel atque iterum de novo præparatis. In Balneis spina dorsii vel ol. olivar. aut unguento aliquo Resumptivo tota inungenda est. In victu dentur humectantia, juscula & brodia, raro assa. Emulsio amygd. dulcium cum aqua tussilag. & betonicæ. It. quandoque cum semine papav. albi & melonum maxime utilis est. In adultis Balneum aquæ dulcis, in quo cineres Corylorum, malvæ, bifmalvæ, parietariæ, betæ, lactucæ, semen lini, ossicula item Vervecum contusa ebullierint, sæpius institutum, membrorum atrophiam pellit. Isdem utile est lac Caprillum. Item aqua destillata ex sanguine suillo, ex plantis refrigerantibus & humectantibus mirifice prodest. Aqua ista sic paratur.

℞. Sanguinis suilli ℥ij. frica manibus ut omnes fibræ auferantur, adde foliorum betonicæ, tussilaginis, rosarum rubrarum, malv. ana m. j. fol. lactucæ m. β. sem. melon. excort. ℥j. aq. tussilaginis ℥ij. destilla per alembicum ex B. postea aromatizetur cum tabulis manus Christi perlat. ad singulas libras ℥ij. de hac aqua bibat sæpius. Sic lac humanum ex uberibus ipsis haustum mirifice prodest. N. B. iis, qui ex sumpto philtro atrophia laborant, lac equarum auxilium est præstantissimum: semper tamen cum paucillo sacchari exhibendum. Consumptionem corporis desperatam nihil scilicet proficientibus aliis remediis, hoc aliquando modo curavi.

℞. Mellis virginici q. placet, inunge ollam non vitreatam recentem intrinsecus, postea olla plantetur in acervum formicarum, ita ut orificium ollæ tegatur cribro mediocriter laxo, & sic formicæ currunt per-cribrum & incidunt in mel in eodem hæsitantes, atque sic nihil palearum vel impuritarum aliarum intromittitur. Supra collectarum formicarum f. q. funde sp. vini q. f. digere vase clauso in B. per unum atque alterum diem, dein destilla per B. primo lente, donec nimirum sp. vini prodeat, quo ablato, reliquum ebulliente B. destilla & reserva. Hujus aquæ cochl. j. in qualibet septimana ter vel quater jejuno ventriculo cum pane tosto exhibitum, atrophiam corporis mirabiliter tollit. Interim vel totum corpus vel tantum partes distantes aliquoties eodem liquore inungendæ sunt (manus, brachia, pedes) quod si nec curatio celerior succedat, tandem procede sequente modo: (hæc cura magnetica etiam in febribus valet) vide infra de aridura.

℞. Ovum recens coque in urina consumpti (hominis) in olla nova, ut urina ovum planè contegat, ebulliendo, donec ovum indurescat. Quod ubi factum fuerit, remove ollulam ab igne, & ovum coctum hinc inde foraminibus perfora ligatulo acuto, ut foramina pertingat vitellum, postea idem ovum perforatum in eadem urina reliqua coque semper vertendo ovum, donec urina planè consumpta fuerit: postremò ovum sic paratum sepeli in acervo formicarum. Quando itaque ovum à formicis consumptum & exesum fuerit, mirabili *σωτηρία* consumptio corporis desinit, & nutritio subsequitur pristina elegans. Interim verò superioris liquoris usus non est negligendus. In Atrophia puerorum à Dracunculis (seu vermiculis in cute, juxta partes carnosas & musculosas à vitiatò nutrimento progeneratis) si quæ comedunt, nihil tamen apponitur, hæc cura est approbata.

℞. Radicis bryoniæ ℥j. vel ij. coque in lixivio è cineribus quernis parato in pulcullam, quæ pueris dracunculis laborantibus in loco calido (balneo) illine totum corpus & relinque aliquandiu, sic

vermiculi per poros exerunt capita nigricantia. Itaque universa cutis statim radenda est novaculis. Amputantur hac ratione capita vermiculis consumptoribus (Mittesser) & causa vitiatæ nutritionis auferitur. Hæc verò operatio semel atque iterum repetenda deinceps fuerit, donec nempe certum extiterit, vermiculos omnes esse sublato. Exinde pueruli balneentur aliquoties in infessibus illis, de quibus supra dictum est, vel ex capitibus & pedibus vervecinis, vel ex corticibus salicum rubeis præparatis. *Joann. Hartman. in Practic. Chymiatric.*

Curatio Clariss. Joh. Michaelis.

Balneum ex decoctione pedum vervecis prodest ob mucilaginem, quam habent. Si metus sit veneficii, corylus addatur. Semen lini humectat, ut & semen althææ, Ex nucibus cum sem. foenugræci F. Emulsio. Quod & nuclei pini & pistaciæ pertinent. Quidam lacti caprillo præferre volunt Lac asinum, sed lac humanum magis prodest interdum. Vid. Paulum, qui hoc modo convaleuit. Unguentum *Lufitani* describitur in Praxi ejus admiranda lib. 1. hist. pag. 107. & ita se habet.

℞. Gumm. tragacanth. arabic. ana ℥j. Infund. acet. rosar. diem & noctem. Postea addatur ol. violar. ℥ss. butyr. recent. ℥ss. camph. ℥j. m. in mortario cum lacte muliebri, ut fiat unguentum. Convenit porro aq. sang. suilli, cochlear. testudin. oscrearum. Syropus de testudinibus, elect. resumptivum &c. Externè in aridura particulari convenit arcanum solis Felicis Vurzii, sp. lumbricor. terrestrium, formicarum. sp. vitriol. in quo sal. Aronis, raphani, armoraciæ & sem. urticæ infusa fuere, unguent. Agrippæ, nervin. August. It. Pingued. humana, vulpina, lupina, ursina, canis, taxi, ol. stillat. juniper. taxi, ceræ, piperis. Quidam etiam addunt aliquid euphorbii. Pueri hujusmodi atrophia laborantes è vermibus mittantur in balneum, illinantur melle & spina crustæ panis fricetur. Si à ventriculo oriatur atrophia, corroborantia ventriculum profunt, ut ol. stomach. Cratonis. Non minus & empl. ejusdem & de tacamahaca convenit. Si ab hepate alentur aq. ex hepatibus, & ea quæ hepar roborant. Atrophia scorbutica singularem requirit curam, si enim vulgaria tantum adhibeantur, affectum non attingunt. Cum enim adsit sanguinis vitium, antiscorbutica postulantur. Datur quoque atrophia ex nimio fluxu mulierum albo. It. ex Gonorrhœa, quæ ex alio capite curanda. In atrophia mesenterica conveniunt ea, quæ profunt in hypochondriaca. Radix graminis hæc bona est, quæ habet vim aperiendi. Si humor cordialis absunt, arefit cor & atrophia oritur, ut observavit D. Michael. in puella, cujus cor ut pyrum erat arefactum. Prodest ergo electuarium resumptivum cum rob. passularum, aq. caponis cum syrup. de testudinibus. Unguentum resumptivum externè & pinguedo humana: emulsiones præparari possunt cum aq. destill. ex testudin. & amygd. dulc. nucl. pini & pistac. aq. Ferdinandi Epiphani, aqua contra atrophiam, aq. antihæctica ex cancris Schroderi diligenter & recens destillata citra empyreuma. Decoctum & juscula ex sem. q. refrig. pistac. pin. amygd. clysteres alterantes & nutritives & alia, quæ in febri hæctica prodelle solent, loco hoc quoque mutatis quidem mutandis commodè adhibentur. *Joann. Michael. in Prax. Clinic. General.*

Curatio Clariss. Epiphani Ferdinandi.

Aqua Cochlearum rectè destillata atrophia medetur, valenter nutrit, illa sæpe sæpius felici cum successu semper sumus usi. Proposuimus singulare remedium,

diū, & quo aliās ipse somma cum languentium utilitate, foelicissimoque successu sum usus. Remedium hoc siagulare ad impinguandum partim est à Cardano desumptum, & partim ex nostro Marte inventum, & à nobis aqua mirabilis dicitur, cujus hæc est descriptio, quæ mihi semper secreta fuit, nunc autem ad languentium commoditatem & studioforum curiositatem, publicandam esse censui.

℞. Sanguinis porcini juvenis & adulti nuper decollati ℞ij. terebinth. Venet. ℞ij. liquirit. raf. ℞℞. passul. m. v. ficum ping. numero 50. rad. ireos ℞ij. pinear. mundatar. m. iij. fol. tabac. m. ij. micæ panis ℞℞. destillentur in vase vitreo optimè obturato fervetur, in loco frigidissimo. Mirabilis est hæc aqua sumpta ad ℞ij. cum modico saccharo alb. per 15. dies: impinguat valde, & restaurat omnes hecticos, etiam morituros, sed morituri postea redeunt ad consumptionem statim; est gustui grata, maximæque ac incredibilis efficacitæ. Inter cætera quæ maciem arcent, sunt somnus longus, gaudium, lætitia, quies è contra, curæ, sollicitudo, anxietas, & nimia Venus, corpora siccant. Cibi saluti & herbarum fugiantur tanquam parum nutrientes, acetum maximè improbat, nam præterquam quod vitam brevitat, corpora etiam exsiccat, approbamus aquæ dulcis Balnea, inunctiones universales ex ol. amygd. d. rec. & pinguedine gallinæ cum rosaceo, & juscula restaurantia. Si nactus fueris ægotum aliquem divitem, & supra dicta remedia non juverint, tunc confugere poteris ad balneum lactis, quod tantopere laudat Avic. in macilentis, consumptis, hecticis, arefactis, & marasmo confectis. *Epiphanius Ferdinandus Hist. 20.*

Consultationes.

Atrophia in Pueris.

Consultationem accepi pro Infante Illustriss. peregrinis equidem doctrinis ornatam atque illustratam, quibus tamen minimè opus habuit existimatio vestræ sapientiæ, quæ apud me cuilibet auctoritati præcellit. Quare & ego vobiscum censeo Nob. Infantem, sex abhinc mensibus in atrophiā paulatim perductum, adeo ut tandem marasum frigidum reformidare debeamus. Hanc autem ab alimentis defectu provenire nullus est cui non constet; non quidem ratione objecti, sed facultatis aut instrumenti; alimenta quippe oblata, quantitate, qualitate, & ordine nutritioni accommodata, ab imbecilli tamen facultate cõtrice ventriculi probè confici nequeunt; unde absoluta, non respectiva censenda, ab intemperie frigida & humida proveniens. Hæc autem non solum naturalis, sed potissimum ab impuro lacte, & destillatione à capite ad ventriculum magis adaueta; unde rectè dicebat Gal. quod à cerebro valde humido ventris quoque consequitur humiditas; cujus propria passio solet esse diuturnum alvi profluvium. Verum quoniam non sola intemperie, sed organico quoque morbo affici Infantem Nobiliss. vobiscum suspicor; cum facile jam à lacte impuro, & facilius mox à solidioribus alimentis exhibitis; actandem à cruditatibus manifestis, quotidie in ventriculo genitis, obstructions in lacteis, necnon in mesentericis venis necessario subortas esse conjiendum sit; ideo imminentæ chylicationi accedit quoque alimentorum non probè elaboratorum interceptus transfluxus, cui succedit eorundem corruptio, ac proinde necessaria quotidiana per alvum excretio; unde ob vitium tum facultaris tum instrumenti diarrhœa fovetur, non tamen stomachalis tantum, quoniam, si non

lientericæ, cœliacæ saltem passionis indicia hucusque apparuissent; ut propterea mirachialis, seu intestinalis propriè magis sit nuncupanda; quam flatus, umbilicum & partes illas distendentes à cruditatibus in iisdem locis, diebus aliquot suppressis elevati, abunde indicant. Hujus autem diarrhœæ causas immediatas fovere potuerunt, & deinceps poterunt dolores, vigilæ, inquietudines, gingivarum inflammationes, quæ dentibus erumpentibus, contingere solent; unde dicebat Hippoc. Alvi profluvia his esse familiaria. Quibus ita se habentibus, quid mirum si Illustrissimus Infans non nutriatur; sed quotidie gracilescat, cum alimenta primò imminutè concoquantur in ventriculo, mox in via perfectiorem elaborationem vix adipisci possint; transfluxu tandem eorundem ad hepar intercluso.

Ut autem nos medicam opem feramus, primis viis cruditatibus satis emundatis obstructions omni industria sunt referendæ; ventriculus exsiccandus; jecur roborandum; nec dentitionis difficultas posthabenda; & congruis alimentis corpus nutriendum.

Quæ omnia sicut præstari possent in adultiori ætate; ita hæc tenella in dubium revocantur. Nichilo minus quoniam audio plurima assumpsisse infantem, imò & vinum ab ynthire, beneque se haberet ad oblata; ideo salutis ejusdem non est omnino abiicienda spes.

Quare tribus aut quatuor continuis diebus, exhiberem mel rosac. simplex, vel etiam clarif. ad ℞ij. aq. cinnam. aspersum, mox aquam ex succo agrim. destillatam, in qua gutt. vj. aut vij. sp. tartari ter quaterque rectificati dissolutæ fuerint, quotidie plures dies præberem, vel infunderem ℞j. rhab. opt. in eadem aqua, vel in jure agrim. pentaphyl. & radic. gram. per noctem; eidem addendo gutt. spir. tart. matutinis horis pariter exhibendum. Et interim juscula omnia, quæ cibis parandis conficiuntur, china optima & modico lentisco alterarem. Neque quotidianam ventriculi aromatizationem omitterem, unica guttula olei veri atque legitimi cinnam. vel rotula, vel vini, aut juris cochleari instillata, & à cibo exhibitæ; sicut & usus salis abstinui, in gratiam quoque hepatis, non est posthabendus.

Dum verò hæc omnia intrinsecus administrantur, extrinsecus inunctio totius corporis, oleo amygdalino recenti uberiori, non est prætereunda, licet & totum abdomen, ung. ros. aliquot gutt. ol. lil. alb. affusus, erit inungendum. Ventriculo verò emplastrum à me pluries expertum applicari poterit, paratum: ex mentha viridi contusa termento, pulveribus mastiches, & rosar. cum vino malvatico, vel saltem albo generoso reformatum.

A quibus, obstructionibus diminutis, ad usum lactis, tanquam ad sacram anchoram, quamprimum confugiendum erit; faciliorem enim quam cætera alimenta concoctionem admittit, & quia satis erasum, ventrem sistit, valde nutrit, pauci est excrementi & huic ætati est alimentum familiare atque proprium. Quod si res bene cedit; à vino omnino erit abstinendum; ventriculo tamen semper aliquam corroboracionem conciliando. Dentitio autem erit promovenda, illinendo gingivas lacte canino, aut leporis cerebro. Quæ omnia felicem poterunt sortiri eventum, sub vestra prudentissima, & inculpata administratione, cui ideo omnia libentissimè committo. *Joan. Raym. Fortis Consult. tom. 1. p. 339. & seq.*

Frigi-

Frigidus Marasmus. Consultatio prima.

Senium irreparabile nobis esse testatur quotidiana experientia, quoniam quotidie resolvimur, tum extrinsecus ab ambiente aëre, tum intrinsecus à calore nativo. Et licet humidum instauretur; semper tamen deperdito siccius evadit, operationibus quidem aliquo tempore accommodatius, non tamen pro vita; prout humidum Juvenis cum humido Pueri collatum; unde jure merito irridebat Gal. Philosophum quendam, qui quadragenarius librum scripsit quo docebat quomodo Senium vitari posset; octuagenarius autem factus, adeo consumptus fuit ut risum apud omnes concitaret. Sicut autem naturale est quod annis labentibus evenit nobis; ita præter naturam quod immaturè juvenilibus annis contingit, ut in Illustriss. Com. Pat. nostro, 29. annum agente, qui hypochondriaco affectu illegitimo pressus, non tamen subsecuto exsiccatorio morbo, minusque nigro, aut corruptorio, ad gravem tamen adeo atrophiã, spatio mensium, modo perductus est, ut propriè magis marasmo eundem laborare affirmare possimus; cum humidi consumptione, ex siccitate adhucnum fiat, nondum verò facta sit, tunc enim Tabes genuina propriè nuncuparetur, frigidus autem hic, non torridus, minusque syncopiticus habendus, cum sit citra febrem & synco-

pen. Nec senium ex morbo hic propriè vocandus; cum hoc ex cordis affectu premanare dixerit Philippus. Marasnum autem consummatum & tabidum non esse, facile nobis suadere potest ejus signorum absentia; sicut enim calor vitalis non perit, squalidum corpus non est, cutis circa frontem nondum sicca & obtensa, nec oculi adeo concavi, neque collapsa tempora. Et licet abdomen, ex hypochondriaca affectione, tum gracile tum depressum sit, præcordia tamen vehementer adducta & contracta non sunt, nec thoracis cuti sicca ac arida; & veluti corium digitis apprehensa producitur, necdum pulsus adeo rarus observatur.

Ortum verò duxit affectus hic ab hypochondriaca affectione, ex venis lacteis & mesentericis à crudo & copioso cibo obstructis procedente, non tamen pylorum primariò & essentialiter afficiente; quæ ideo non legitima, ut illa à Gal. descripta, sed illegitima fuit. In omnibus tamen hypochondriacis semper solet Jecur accendi, cujus causa pylorus deinde in modica caliditate exurit, unde æstuationes circa partes illas, necnon arteriæ pulsatio, compressione facta, sicque ventriculus fere siccus esse solet, non solum quia ipsius calor ab immoderato jecoris fervore veluti extinguitur, sed quia turbatis somnis, profundis cogitationibus, nec non jugibus cruditatibus paulatim viscerum humidum substantificum absumitur; quo deficiente, calorem quoque languescere necesse est, ob jecoris vero incendium focci alimentales unã cum crudis, in nostro Pat. Illustriss. combusti quodammodo & liquati fuerunt, renum attractrice facultate non parùm adaucta; unde urinæ, tum copiosæ, tum in superficie pingues diutius apparuere; sicque partim ex primis concoctionibus malè peractis, (cum naturalia instrumenta quantò sicciora, tantò ad nutriendum inepta magis sint, potissimum innato deficiente calore) partim ex liquatione, & insensibili per halitum succorum alimentarium resolutione, consumptis humiditatibus, tum innominatis tum rotundis, siccitas modò cambium depascere non desinit.

Ideo sedulò agendum, antequam partem glutinosam corporis siccitas obideat, & tabes subornatur;

tunc enim omnino desperata res est; *Tabem enim curare nunquam speraveris, dicebat Gal. nam licet caliditas, si adsit, remitti possit, remanet tamen siccitas, quæ senectutis ritu hominem interficit.*

In quem finem, Medicæ intentiones ex fonte Diætetico potissimum sunt desumendæ, est enim omnino humectandum, sed substantificè, ut totum renutrietur, moderatè autem calefaciendum, majori namque calefactione egeret, si senium ex morbo adesset.

His itaque intentionibus satisficiant alimenta. Quoniam verò cibus non se ipsum ad omnes corporis partes devehit, sed ab ipsis egenis trahitur, & partes invalidæ præ siccitate, sunt ad attrahendum infirmæ; ideo alimentum ut faciliè attrahatur, necesse est; hoc autem erit tenuium partium, & moderatè calidum; cum tamen hoc parum admodum nutriat: crassum namque, viscosum, firmum & difficilis resolutionis debet esse, ut promptè assimiletur; ob hanc ideo contrarietatem non adeò facile alimentorum copia suppetit. Quare utrumque duntaxat præstare poterit lac humanum, utpote quod magis asinino nutriat, præcipuè si æger muliebrem mammam ore sugat, ut Euriphon, Prodicus & Herodotus Gal. præceptores censebant; idque quoniam lac statim multum, ut genitale semen, vim suam & facultatem amittit: cum præterea, ut non modo concoquatur, sed & distribuatur, ac partibus alendis assimiletur, nativus ejusdem & spirituosus proprius calor, jam dictarum facultatum imbecillitati non parùm prodesse possit. Quare, postquam postremis hisce diebus, lactis asinini uberiori usu naturalia instrumenta, in abdomine conclusa, abundè humectata & pervia reddita fuerint, statim Nutricibus erit committendus Pat. Illustriss. ut altera interdum, noctu altera lac ipsi præbeat, quarta, aut ad summum quinta quaque hora, & qualibet vice, antequam mammam sugat, sacchari fini cochlear deglutiat. Quantitas verò lactis sit ad mammæ dimidiam exinanitionem.

Et quoniam aliorum alimentorum lac societate non gaudet, ideo per aliquot temporis spatium solo lacte contentus sit; his tamen in die, tum mane, tum vesperi, vini albi subdulcis & parumper aromatici semicyathus, cum ossa panis madefacta concedi potest, cum frigido marasmo conveniat.

Sed quia exsiccatae sunt totius corporis partes, ac venæ, propter attractrice facultatis imbecillitatem, unde difficilis evadere posset etiam lactis distributio; ideo in hunc finem picationes ab Antiquioribus commendantur: quibus nos manibus oleo amygd. abundè inunctis, cutis non solum, verum & musculorum contrestationes, & placidas evulsiones substituiamus, iterum, vel tertio in die adhibendas; Dum eodem tempore inunctiones uberiores præcipimus, (cum temporis inclementia balneum non admittat) ut autem oleum jam dictum penetrantius evadat, bulliat cum paucis vino malvatico.

Mense verò exacto, sola sufficere poterit nutritrix, lactis inopiæ substituendo psitanam hordeaceam dilutam, cum emuls. amygd. dulcium, & nucleorum pineorum, cum pugillo sacchari, & cochleari instaurantis ex capone, in paucis jure dissoluto bis in die, quinta aut sexta quaque hora.

Et dum jam dicta omnia sunt, alvus clysteribus ex lacte & butyro, vel ex jure pingui & butyro, vel ex ol. amygd. & butyro, erit prolicienda, & quandoque saccharo fino addito, sollicitanda. Somnus utpote maximè necessarius, erit conciliandus martio pane, ex amygd. & saccharo, cum ꝑss. sem. papav. albi pro qualibet libra, simul contusis; cujus dosis erit ad ꝑij. quo non sufficiente, injiciatur clyster ex lacte, in quo dissoluta ꝑj. philon.

Rom.

Rom. rec. qui tamen non ultra tres horas aut quatuor contineatur. Et tandem, ad inhibendas pollutiones, quibus, ob renum & vasorum imbecillitatem, à calore contractam, obnoxius esse solet, hac inunctione illinatur renum regio.

℞. Ung. ros. Mef. ℥ij. popul. ℥j. ol. saturnini, id est de plumbo ℥ij. camphor. ℔b. succi sempervi- vi, ol. nenuph. an. q. s. m. ref. in mortario plumbeo. Abdomini continuo applicetur lana oleo amygd. imbuta, addita exigua portione mastichini; interdum omenta fucilla & vitulina iisdem oleis mada- facta.

In cæteris Aër sit temperatus; utraque exuperantia, tum frigoris, tum caloris nocere potest. Nutrices selectioribus refrigerantibus & humectantibus cibus alantur abundè, vinumque dulce iisdem exhibeatur, substantifica namque debet esse earum victus ratio; etenim Galen. Alinis quoque victus rationem præscripsit. Quies quam maximè conducit: Animi pathemata arceantur. Et læto & præfenti animo vivat.

Pro eodem Consultatio secunda.

Iusta curatio præscripta & administrata refræ-
nanda, & tandem superanda atrophia universalis, quæ Pat. Illustriss. ad tabem, sine febre marasum scilicet frigidum perducere videtur, cum duorum mensium spatio nihil profecerit, cogitandi anam nobis præbuit, ne in eadem persistentibus, marasum qui non adest, tandem succedat. Ex duabus autem causis nos resolventibus, considerata potissimum universalis diaphoresis, sive insensibilis resolutio, qua non procedente, neque corporis nutritio neque alimenti appetentia fieri potest; cum totius exinanitionem sequatur exinanitorum desiderium naturale: huic verò succedat suctio, dum vasa majora in centro à minoribus in circumferentia sanguinem attrahunt, ut necessarius appulsus sanguinis ad cor conservetur; quare exuguntur quoque venæ ventriculi, divinum cibi promptuarium à Gal. dicti, quam suctionem mox percipit ipse ventriculus; cui succedit tandem fames, appetitus animalis; & ita, quo copiosior facta fuerit totius habitus corporis resolutio & inanitio; eo majori, copiosiori & crassiori alimento indigebit corpus; morbosa namque tunc temporis evadit, & affectum illum constituit, à Gal. descriptum, his verbis. *Quandoque Pat. multos assumit cibos, qui neque crudi sunt, neque per alvum deiciuntur, neque plenitudinem efficiunt, neque etiam probè alere possunt; sed dissipantur, discutiunturque; celeriter.* Hocque nobis persuadet, quod sufficiens alimentum, lac nimirum Illustriss. Pat. præbetur, quod chyificationis nec imminutè, nec depravatè elaboratè signum exhibet, quodque sanguificationem satis idoneam subire conjiciendum; quoniam totius calor probus est. Quod si, aut ob vasorum exsiccationem ad partes non permearet, aut calor partium, ob imbecillitatem, hoc ipsum non actuaret; inutile certè in corpore retineretur, sicque cachexiæ jam præludium adesset: quæ jam dicta cum in nostro casu non appareant, alimentum insensibiliter resolvi credendum; eo potissimum, cum caloris immodici & acrimoniæ alia signa non desint; frequentes nimirum nocturnæ pollutiones, cum simulacris jucandis; atque adeo ab irritata, non laxata facultate provenientes; & præterea molestæ ac contumaces vigiliæ, corpus dissolventes.

Quare deliberatum fuit, non solam alimenti qualitatem, verùm & quantitatem esse alterandam; magis enim glutinosum, nec adeo facilis resolutionis debet esse, & quodammodo plenius; atque interim totius corporis obstructio continuo

procuranda, pollutio inhibenda, & somnus conciliandus.

Quibus intentionibus satisfieri debere censemus, bis in die, lac naturali substituendo artificiale, ex jure pedum vituli, horragine alterato, quo extrahatur emulsio ex amygdalis, nucleis pineis, & sem. melon. cum modico saccharo. Quod si fortasse observetur ventriculus aliquo pacto gravari, addatur quoque cochlear aquæ cinnamomi ut frigiditati ejusdem & cordis prospiciatur; progressu verò dierum, addatur quoque instaurans pullæ, non omissio interim lactis muliebris usu, duabus aliis vitibus, intra diem naturalem, addito pane, vino albo satis aromatico madefacto, ita ut quater in die alimentum assumat.

Extrinsicus verò inungatur totum corpus ol. violaceo, addito quoque myrtino. Somno autem conciliando, injiciatur Clyster ex lacte, in quo Phil. Rom. rec. ℥j. dissoluta fuerit; & tempora atque futura coronalis ol. nenupharino inungenda: hoc enim solo ad contumaces vigiliæ uti solebat Rhasis.

Ad nocturnas pollutiones sistendas, præberi poterit camphora; verùm à proprietate pariter prodesse solet pulvis ossium sepiarum ad ℔j. Mirabilis quoque censetur à Medicinæ scriptoribus tinctura corallo- rum chymica. Extrinsicus verò, cæteris incassum tentatis, præstat oleum ex seminibus hyoscyami; expressum, quo illinantur pudenda, & potissimum perineum. Quæ tamen omnia ab Excellens. Viris præsentibus summa observatione administranda & ad libitum corrigenda.

Pro eodem Consultatio tertia.

Historia tum præteritorum tum præsentium de statu Illustriss. Com. ad amissum ab Excell. Viro descripta ac delineata, nos movet ad renovanda ea quæ possint ipsum ad meliorem statum redigere; qui quoniam in nutritione consistit, victus quoque potissimum alterationem desiderat: in quem finem, primum immorandum præteritorum considerationi, & quærendum, cur à justa alimentorum quantitate corpus totum instaurari, sive carnis moles augeri non potuerit? quod dubio procul non aliunde promanare potest, nisi quia alimentum in sanguinem non convertatur; vel quia sanguis à partibus suscipiatur quidem, non verò assimilatur; qui rursus non assimilari potest, vel quia ab earundem partium imbecilli calore non actuetur, vel quia sensibiliter & insensibiliter dissipetur, ac resolvatur. Vitium primum non adesse credimus, quia copiosiora excrementa & cruditates in primis coctionibus accumularentur & observarentur, neque secundum, quoniam si sanguis copiosus produceretur, neque à partibus absumeretur, venæ copioso sanguine turgidæ, hujus nobis signum aliquod præberent. Superest igitur, ut vel non actuetur ob imbecillitatem nativi caloris partium corporis, vel dissipetur. Quorum utrumque nostro casu concurrere credi potest, sicut enim partes, caloris principio proximæ, satis humescunt atque nutriuntur, ita remotiores exsiccatae magis apparent. Verisimilius tamen, quod, cum corpus totum raræ texturæ, valde transpirabile & resolubile sit; sensibiliter ideo per sudorem & per halitus, insensibiliter alimentum, non tam cito à caloris imbecillitate in partes conversum, continuè resolvatur eoque facilis; cum propter vasorum & viarum exsiccationem, segerimè ad partes devehit possit, quæ mora ipsi resolutioni commodam & opportunam tempus præbet.

Quibus ita habentibus, medicæ intentiones esse debent, alimenti quantitatem augere: qualitatem altera-

alterare; illud opportuno tempore devehere; & totius corporis porositates densare.

Et primò, si de quantitate loquamur, ea fuerit quantam ventriculi vires tolerare possint: si de qualitate, crassior & resolutionis difficilioris præscribenda erit; si de alimenti distributione, laxantibus quidem & humectantibus, sed & attrahentibus utendum. Et tandem cutis densitas ex cautione procuretur, quæ necessariam excrementorum resolutionem, & caloris nativi transpirationem intercipere nequeat.

Itaque lacti his assumendo, ovum recens tremulum addi posse credimus: emulsioni verò substituere ptisanam hordeaceam, ab Excellent. Viro propositam, è re ducimus, cui addatur emulsio amygd. more Fernel. & pinearum nucl. cum pulli instaurantem, cum qua tamen simul bulliat vituli pes, omiffis seminibus melonum & plantaginis foliis, à qua ebibat haustum vini odoriferi, potius generosi. Mox quibusdam exactis diebus, poterit minutim incidere pulpa pulli, & simul cum ptisana misceri, masticationi instituendæ; omisso tamen instaurante: quæ si à ventriculo bene tolerantur, masticatio erit augenda pullis nuper natis, & sorbitiones minuendæ; ita enim majoris durationis, magisque firma evadet ipsa nutritio; cum, eorum, quæ facile nutriunt, veloces quoque sint excretiones. Totum verò corpus erit oleis consuetis inungendum; quæ inunctio si Viris Excellentiss. non sufficere videatur, paretur illitus totius corporis, manibus leviter faciendus, ex duabus partibus ungu. ros. Mes. & tertia medullæ crurum vituli, sic enim majori poros cutis obstruendi, nec exigua humectandi ac nutriendi vi polebit. Sed interim aliqua attractione omnino opus fuerit; quare loco molestarum picationum, manibus amygd. oleo inunctis contrectentur cutis, & musculi coxarum, tibiarum atque brachiorum, idque quinque horis ab assumpto cibo, quod tempus distributionis proprium est.

Et quoniam aliqua de vigiliis querelâ obauditur, & inunctiones capiti nocere ferunt, panis martius, utpote medicamentum alimentarium, à nobis proponitur, exigua quantitate assumendus. Quæ jam dicta salutaria fore speramus, Sapientissimæ Excellentiss. Virorum administrationis ope.

Pro eodem Consultatio quarta.

Si longè difficilior est humectare siccum, quàm exuccare humidum, cum illud non simplicibus, sed materialibus qualitatibus remitti debeat; quid dicendum fuerit, quid cogitandum de substantifica humiditate, quæ in hoc illustrissimo Comite jam sepe ex toto fuerat absumpta? Unde Hippocr. multo magis, semper errores in tenuiori quàm in paulo pleniori victu reformidavit, prout pariter exinanitiones quàm repletiones ipsas; quia non adeo difficulter evacuatur, prout ægerimè implentur corpora atque instaurantur. Rationi itaque consentanea, quin imò necessaria fuit, hæc paulatim & gradatim procedens in pristinum restitutio, dum de humiditate substantifica reparanda, & prius de intemperiebus siccis, omnium pessimis, auferendis, semper huc usque actum fuit. Neque ideo mirandum si hyemali adventante frigida tempestate, aliqua symptomata emerferint, inofficiosa nempe alvus, sedimentum urinarum consueto crassius atque limosius; & tandem somni breves: etenim primò ventris segnities, sicuti ex defectu biliosi excrementi sæpe provenire solet; ita casu nostro à congestis cruditatibus, ab ambiente frigido primò à capite in ventriculum expressis; mox & ab eodem refrigeratis visceribus, & ventriculo potissimam, productis

Tom. I.

(cum antiperistasis in illis gracilibus locum non habeat) aquarum proventu bilis facultas refracta, imò & partim expultrix oblita & segnior reddita, alvum à proprio munere vacare coëgit; cujus rei indicium præbere potest plumbeus ille color, instar non bene confectæ ptisanæ. Adactis autem cruditatibus, & eodem tempore constipa diaphoresi, & insensibili consueta evacuatione necessarid immutata, quid mirum si sedimenta in urinis crassiora apparere cœperint? Tandem somni brevitatis melancholicis familiaris esse solet, quia siccitas primum locum obtinet in vigiliis excitandis; unde habet cum Hippoc. Gal. quod senibus facillè vigiliæ fiunt, tum quia senectus plena curarum, tum quia senes exsiccatum corpus habent; quibus nos addere possumus vigilandi consuetudinem, quæ in Illustriss. Viro, ab animi studiis, sive timore facile originem duxit. Quæ omnia licet à nobis parvi facienda videantur; in Illustrissimo tamen Juvene omnino negligenda non sunt, ne confirmentur, neve augeantur, & ne absque medicis auxiliis, anxius propria mala foveat.

Quare proba concoctio est adjuvanda, somnus conciliandus. Et quia illa non parùm ab alimento concoquendo pendet; ideo alimenta concoctu facilia, nec adeo crassi succi; quibus conficiendis ventriculus agendo non repatiatur, sunt deligenda; atque ventriculo robur aliquod conciliandum: licet enim de nulla ejusdem querela fiat mentio; edulia tamen adhuc cruda dimittere credendum.

Ptisane itaque usus omnino rejiciatur, ut quæ non nisi febricitantibus, æstuantis ventriculo, & hypochondriis, continuò conveniat, crassumque succum producat, pineis præsertim adjuncta; & vi deterforia prædita, reliquos quoque cibos à ventriculo citius, quàm par est, expellat; hujus autem loco, assumat edulium aliquod ex ovis paratum, vel ex Apula pasta, vel ex oryza dilutiori, vel ex endivia & borragine in jure coctis, ovis additis. Nec caro pullæ amplius contusa, sed commansa assumatur, ut ita ventriculus magis uniat, nec adeò ut à liquidis laxetur. Ita conveniet caro tenerrima Volucrum sylvestrium, non tamen aquatilium. Pisces quoque saxatiles, & ova recentia. Vinum sit potius generosum quàm tenue, nigrum, non tamen omnino meracum. Quod si inter cœnam & prandium primis horis matutinis, pauco aliquo alimento opus fuerit, hoc sit jus pullæ cum ovi vitello conquisatum: quod nonnunquam malva aut mercuriali alterari poterit, ad alvum emolliendam.

Aliqua quoque ventriculum roborantia in usu habenda, ut grana mastiches, hora una ante cibum integra deglutita: aut salabsynthii, aut ejusdem conserva; prout extrinsecus pannus coccineus ventriculo adinducendus, & gestandus, ut calor ejusdem proprius foveatur potius quàm alienus accedat. Somnus verò accersendus auxiliis aliis à nobis propositis, & potissimum usu panis martii, qui parari poterit ex ꝑij. sem. papav. albi, pro qualibet libra amygd. & sacchari, ita enim unica sufficet uncia, à cœna assumenda, suavis etenim, nec minus noxium præscribi potest familiare somniferum. Meditationes sub ingressum lecti ablegandæ, his enim præsentibus somnum conciliare impossibile foret. Quæ in gratiam perfectæ salutis, à nobis ex intimo pectore Viro Illustriss. optatæ, raptim scripta fuere, à summa prudentia Viri Excellentissimi Adstantis melius disponenda.

Pro eodem Consultatio quinta.

Vitit ut Leo, Fortis, quia Gallum non hostem, sed amicum, imò gommilionem habuit, qui arena

Ec five

sive campo potitus; Leoni gloriam comparavit, licet palma cum campo, Gallo debeatur; Utinam verò in meam consultationum executione pro commilitonibus, Medicos adversantes, sive remedium subversores frequentes non haberem, qui aut ignari, ne unquam quidem à præscriptis discedunt; aut arrogantes, præscripta mutare contendunt. Quare tibi potissimum, in omnibus quidem, sed præsertim in re medica pererudito, atque prudenti Comes Illustriss. pristinam sanitatem debebit.

Duo autem nobis supersunt in præsens consideranda; Urinæ à naturali statu alienæ, & vitiositas in cæteris observanda. Urinæ quidem, primò coloratiores, aliquando verò cum tela supernatante densa adeò ut quandoque pelliculam referat. Crassior verò est ejusdem hypostasis, quæ fere statim à motione in media matula filamenta exhibet, & fundam petens, limosa, subrufa, conspicitur, rubrum pollinem potius quàm arenulam referens; quarum urinæ conditionum unica causa est, nimirum imminuta coactio, cum vitioso atque exuperanti calore; quæ quoniam in omnibus partibus perficitur; ideo cruditates variae conditionis sese nobis exhibent, prout vel à jecore, vel à veno genere, vel à partibus ipsis excrementitia cruditas superest ac seceratur, & quidem supernatans à partibus, filamenta à ventriculo & jecore; & à venoso genere limosam atque sabrum transmittitur quod & arenosam quoque in venis ipsis evadere possit, si major in istis vigeret soliditas, tunc verò parietibus matulae adhæret atque adeo nunquam calculo cogendo idoneum; necesse quippe est arenosa in urinis subsidere, non autem limosa, nec arenosa parietibus adhærere, ut calculum efformare sint apta; quæ enim in renibus generantur arenulae subsident omnes. Lithiasin autem præcedere solet materia tartarea, & sciendi aliqua difficultas; etenim lapis in vesica cogi non potest, nisi præcedente ejusdem insigni calore; à quo constringitur ejusdem musculus; unde urina coarctatur; Hippoc. *Vesica excalescens urinam non dimittit, sed retinet, & quod crassissimum & turbidissimum est, circumvolvitur & concrevit.* Ex quibus colligere est, coctiones omnes imperfectas & imminutas esse; nam si perfectæ forent, tanta alimentorum copia velocissimè corpus, non modò nutrire, sed impinguare potius deberet.

Quare nutriendi modum, quoad quantitatem & ordinem saltem, si non quoad qualitatem, mutandum esse censemus. Et quoniam cum Avic. nil deterius quàm comestio supra comestionem, ideo tempus diuturnius inter unam & alteram alimentum assumptionem erit interponendum; atque adeo ter die nutriendum, ita ut summo mane lac sugat muliebre, ad summam dosin, cum saccharo, & statim ab eo sumit cochlear aquæ cinnamom. Quinque verò aut sex horis ab assumpto lacte, prandeat, sitque prandiam quandoque prisana hordeacea, cum ovi recentis vitello, quandoque panis, jure optimo imbutus, quandoque edulium ex subtilissima pasta Apula paratum; mox pullum gallinaceum juniorem comedat, bibatque vinum album, odorum, iterum aut tertio in prandio. Hora verò prima noctis, ad cœnam se conferat, ex panatella cum emulsione amygd. dulc. & pineorum, cum saccharo & quarta parte, vel dimidia pulli junioris jam dicti, duobusque vicibus bibat. Interim manè surgat, & duabus saltem ante prandium horis, ambulans in cubiculo corpus exerceat; mox à cibo, hora transacta, decumbat, & hora 21. & 22. rursus surgat, & leniter ambulet, imò & in apricum nonnunquam prandeat; calor enim nativus, sicut à motibus violentis resolvitur, à nullo torpescit; ita à mo-

derato vivificatur, sicque coctiones perfectiores & excrementorum excretiones, vel copiosiores vel promptiores evadunt. Siti verò non semper indulgendum, sed oris collutionibus deludenda, vino albo tenui, quo usque jecoris, & renum calor accommodatis contemperari possit. Atque hæc potiora, reliqua Excell. Viro dijudicanda & statuenda committentes. *Joann. Raymund. Fortis Consult. 1. Cent. 3.*

Observationes.

Quidam Atrophia laborans mala citria summopere appetens unum integrum & magnum 4. librarum pondere comedit, quod, ut scimus, commanducatum à quolibet sano difficillimè concoctionis est; tamen hic æger citra devoratio meliusculè habere incepit & convaluit. Indulgeant quandoque Medici ægrotum voluptatibus cum modo & mensura, multiores enim natura à nullo edocta id quod est sibi utiè maximopere appetit. *Dominicus Panarolus, Observ. 36. Pentecost. e2.*

Vir quidam obesus & pinguis, ex febrili calore, & diuturna hepatis intemperie sicca, coniventibus cutaneis meatibus, non nutritus in atrophiâ incidit, cui, non proficientibus aliis remedijs, 14. diebus continuè ad normam Galeni ad picationem applicui: cujus usu ita impinguatum est corpus, ut paucis auxilijs adhibitis ad pristinum statum fuerit redactum. Picatores dicuntur illi, qui ferulis pedes illitis partem debilem concutiebant, & sic motu & calore, sanguinem & nutrimentum ad partem attrahebant, & hac ratione membrum gracillimum impinguabant. *Zacutus Læstianus, Obs. 136. lib. 1. Prax. Admirand.*

Anno 1594. mense Januario puer 13. annos natus, filius *Petri Von Ward*: civis Coloniensis, ex variolis tumores aliquot ex lentâ & viscida materia circa humeros, cubitum dextrum & genu contraxerat. Horum nonnullos, qui humeros occupabant, incidi, & processus superiores scapulae (quos rostra porcinæ vocant) extraxi: quo factò humeri nullo motu deperdito restituti fuerunt. Cubiti verò tumorem, quum ad id me parentum cogerent preces, discutientibus medicamentis resolvi: Sed non multò post, brachium usque ad humerum in atrophiâ incidit, & ita desiccatum est, ut periret motus omnis. Verum appetente vere, puerum denuo purgavi leni quodam medicamento phlegmagogo, qualia sunt Diacarthamum & Diaphenicum cum rhabarbaro. Deinde singulis diebus bis terve brachium decocto capitem, pedum & intestinorum vervecis vel vituli, cum lumbricis incoctis, infucare jussi, quoad pars inciperet rubescere. Tum præsto fuit famulus, qui parvo quodam instrumento excavato corneo, præcipua brachii vasa sugeret. Hinc totum brachium, humerum, collum, & pectus cum succo lumbricorum, & oleo amygdalarum dulcium simul mistis, inunxi. His Deo benedicente, brachium pristino restitutum fuit vigori. *Guilielm. Fabric. Hildan. Obser. Chirurgic. Centur. 1.*

Ante annos tres in Allatiam ad puellam decem circiter annorum ætatis, atrophiâ cruris per annos aliquot laborantem, vocatus fui. Circa puellam hanc diversi barbitonsores occupati fuerant, omnemque lapidem moverant, ut extenuationem illam partium musculosorum, ac claudicationem corrigerent. Ego cum primum denudatum crus inspexissem, dislocationem coxæ reperi, indeque Atrophiâ propter compressionem vasorum, venarum imptimis, & articularum provenire, parentibus indicavi; & quid circa affectum huncce tentandum, aut præterea de eventu expectandum, simul significavi.

Ante

Ante dies 15. ad puellam duodecim annorum claudicantem, & atrophia cruris laborantem; vocatus fui. Hanc barbitonfores nostri per menses tres in Xenodochio curandam habuerunt: circa genu quidem, ubi sedem mali esse arbitrabantur, multa adhibuerunt medicamenta, sed frustra. Nec immerito: quandoquidem dislocatio in coxa, quam barbitonfores nunquam observarunt, & claudicationis, & atrophiae sola causa erat. Hæc fecit ignorantia artis Anatomicæ, simul & fordida negligentia. *Idem.*

Anno 1597. matronam 63. annorum curandam habui, illam, cum propter herniam intestinalem, in gangrænam degeneratam, præter modum extenuata & emaciata fuisset, remissa febre, beneficio lactis muliebris post Deum in integrum restitui, & ad 15. usque annum post curationem supervixit. De gravissimo hocce affectu videat Lector Observ. 55. Cent. 1. singulis autem matutinis, absoluto somno, maximum hauritum lactis ex juvenula, & optimo corporis habitu prædita, rustica, ad lectum ægræ emulsum, ægræ propinavi. Deinde circa decimam prandebat. Aliud habeo exemplum memorabile de præstantia lactis muliebris. Dn. Jacobi de Tribus Paternianensis filiolus, 4. annorum ætatis, post dysenteriam gravissimam Lyenteria correptus fuit, quam secuta est periculosa atrophia, ita ut ossa vix cute obtegerentur. Juscula & quidquid assumebat, indigestè iterum per secessum exercebat. Suasi ut mater infantem semestrem, quem lactabat nutrici alicui committeret, periculumque faceret, an atrophiâ hancce ac summam extenuationem corporis, cum labefactione virium, lacte suo reficere posset. Mater consilium, infans verò papillas celeriter arripuit, & cum aviditate exfluxit, omnemque cibum in postremum respuit. Hæc cum ego viderem, & de salute ægri spem aliquam conciperem, singulis diebus regionem ventriculi, totumque abdomen sequenti unguento bis calidè inungere jussi.

℞. Ol. Mastichis & menth. ana ℥j. ol. nuc. moschat. Gummi. Tacamahac. pinguisimum ana ℥j. Terantur omnia lentissimo igne, percolentur & reserventur in vase vitreo. Hisce præsidio convaluit, & post multos annos supervixit. *Idem.*

Tria fuere veteribus, juxta Oribasium, coll. lib. 7. cap. 16. cucurbitularum genera, vitrea, ænea, cornea. Quorum priora trahunt perigaem; posterius citra ulla, soloris factu. Quæ cornea cucurbitula, licet nobis ferme in desuetudinem abierit, plurimi tamen etiamnum sit Indis, sub torrida Zona habitantibus.

Qui curaturi dolorem colicum, Juventis mihi notissimi, infudere primùm ore clysterem: mox applicuere abdomini cucurbitulas corneas. Quarum spiritu, per exile foramen, ore (ut Celsi verbis id efferam) educto; occidit festinanter cavum in digito. Cum ut cuti firmiter inhæresceret cucurbitula: tum ad eliciendum flatum intestinis molestum. Quem certè felicissimè, huic juveni, hac ratione, subduxere barbari. Quapropter domum reversus, donavit me tali cucurbitula. Cujus periculum equidem aliquando facturus, selegi mihi (uti etiam fecit Fabricius Hildanus, cent. 1. obser. 80.) brachium ab atrophia consumptum. Cui imposui hæc cucurbitulas loco picis, ac resinæ: quibus legimus, in simili necessitate, usam fuisse, antiquitatem etiam nobilissimam. Attrahunt autem hæc cucurbitulæ potenter; & abducta aptissimè cute, elevat venas, & arterias, præ macie in se collapsas. Quibus iterum adaperitis, commeanat denuò quocunque, sanguis, ac spiritus. Quorum indefinens affluxus, nisi cotidie subiret: in locum eorum, quæ continenter

Tom. I.

ex corpore, decedunt: non solum non aleretur, sed emaceraretur necessariò, membrum tali vitio infectum. Cui maciei nihil profectò salutaris est; hæc cornea cucurbitula. Præsertim si affigatur dextrè, juxta cursum venarum, arteriarumque illuc nutrimentum, ac vitam deferentium. Nautæ Juniori, effluxere, ex amplo brachii abscessu, tam frequens pus, & adeo copiosus liquor: ut subducto succo alimentali, & dissipato, plus æquo, calore vitali, conciderent venæ inanes: cessaret accretio: & tandem emarcesceret brachium univsum. Cui jam exarsæcto, ubi imposuimus aliquoties cucurbitulam corneam: vidimus ipsius succu, tantum caloris, ac sanguinis, ad cutis extrema attractum; ut exsuccum illud brachium, non modò non aleretur iterum; sed adipisceretur denuò pristinum vigorem: imò tantum virium, ac roboris; ut potuerit deinceps quocunque iterum navigare, & in mari, nullo non fungi officio. *Nicol. Tulpius Observ. Medic. lib. 3. Obs. 49.*

Medicus meticalosus, veritus, ob imbecillitatem, venam ferire Catharinæ Geriæ, acerbissimè ex latere dolenti, auxit tantoperè febrem; utique inflammationem, in membrana costas succingente, conceptam: ut ex retrotridi sanguinis æstu, ipsa non secus emarcesceret, ac si laborasset, immedicabilitate. Quam etiam non obscurè videbantur designare, spura ita frequentia, ac fordida; ut copia, capax pelvim; & foetore, spatiosum facillè replevisset conclave. Re autem ipsius, jam planè desperatâ, & morbo, ultra quartum mensem, in ipsam sævientem; apparuit ipsi, quasi ex machina Deus, excitandò, nescio quod, crudorum ostreorum desiderium. Quod eo quoque lubentius concessimus, quò minus hætenus profuissent portiones concinnatæ ex humidis ac frigidis herbis. Quæ spe etiam minime excidimus. Vix enim comederat cruda hæc ostrea, quia protinus imminerentur non tantum calor, ac febris: sed etiam usque eò perniciosissimus hic morbus; ut brevi integrè convaluerit. Exincto, ab aligido, ac viscido ostreorum succo pertinacissimo illo incendio; quò procul dubio, conflagrasset miserimè univsum ipsius corpus. Non temerè itaque Celsus. Quos ratio non restituit, adjuvat temeritas. Neque certè inconsideratè agere videtur, qui circumspèctè cedit nature inclinationibus; & obliquat prudenter sinus, ubi non licet, rectum tenere cursum. Satius quippe est, anceps remedium experiri, quàm nullum. Dubia namque spes, certa desperatione potior. *Idem Obs. Medic. lib. 2. Obs. 8.*

Tabes dorsalis, seu *ædiæ verticis*, duplex est Hippocr. Altera ab immodica Venere, lib. 11. de morbis. Altera verò, à destillatione in spinam dorsi, lib. de glandulis. Quam utramque speciem lubuit Balduino Ronsæo lumbaginem vocare. Quanquam hæc vox designet Festo, solam lumborum imbecillitatem. Præterquam tamen in tabe dorsali videre est, cum dolorem continuu; tum marcorem insuperabilem. Quorum naturam minus significanter cum exprimat lumborum imbecillitas: satius erit, stare ab antiquitatis sententiâ, quàm temerè ab ea desciscere. Dolorem autem hic parit, acida pituita; dilacerans magnopere vel membranam, quæ spinalem medullam proximè cingit: vel ipsos nervos inde oriundos. Sed si obstruantur venæ, aut arteriæ: sive à lumbis, sive à cervice huc delatæ: vel ob constringens frigus, à nimia Venere illis impressum: sive ob prolapsum crassioris pituitæ (cujus maximam copiam equidem aliquando illic conspexi) eripitur ægro, non modo consensus inter superiores, inferioresque corporis partes: verùm redditur præterea sterilis, propter interceptam, decidui seminis, materiam. Neque marcescit solum ipsa spinalis medulla.

E e a

dulla,

Nulla, quæ obstruit: sed contabescit utique cum illa corpus unversum, communicato paulatim malo, hinc per nervos cerebro; illinc per arterias cordis; uti per venas Jecinori. Quorum nobilissimorum viscerum functione, evidenter læsa: torpet necessarid corpus; marcescit animus; & consumitur miserabiliter homo. In quâ tergemina, nervorum, venarum, ac arteriarum via, invenire quoque est viam; inducentem, vel febrem convulsioni, vel convulsionem febri. Siquidem febris supervenit convulsioni; discutit (ut cum Galeno loquat) æstuans cordis calor, illud frigit: quod lenta, ac viscida pituita impellerat, nervis spinalis medullæ. Quod si verò convulsio sequatur febrem; vel exaruit spinæ medulla, præ febrili incendio; vel acris, fervide bilis, vapor, ab accenso corde, per arterias, illuc effusus; pupugit tam rigidè sensiles ipsius membranas: ut inde sequatur exitialis nervorum contractio. Potissimum si vires exhausterit præcedens febris. De qua propterea satis circumspicere Hippoc. lib. 2. aph. 26. *ἡσυχία ἐστὶν ἐν τῷ πυρετῷ ἢ ἐν τῷ κρῖνι*. Febrim convulsioni supervenire, satius est, quam convulsionem febri. Samuelli Vespretio elevabat impurus lien, tot vapores verus cerebrum: ut inde destillave it iterum plurimum acris pituitæ; primum quidem in occipitium, ac ce. vicem: sed mox inde, in spinæ medullam: & potissimum in lumbos, ilis, ac coxæ articulum. Quarum partium immanis dolor excruciatum ipsum tormento tam indefatigabili: ut amissio omni colore, ac decore, incidere in lentam febriculam: consumentem ipsum, mortē adeo tardā, ac misera: ut ante ejus accessum, non semel exoptaverit, languentem remittere animam, & reluctanter expulere spiritum: Quod ipsum etiam, in hoc morbo observavit, Auctor libri de glandulis: Sed ferendum fuit, quod non licuit mutare. Præsertim Tabæ hac, jam penitus infixæ, quàm ut cesserit vel tempori, vel remediis etiam convenientissimis. Argumento certè evidenti, perniciosa, sacra hujusmodi, labi, auxilia medica esse, non solum infirma, sed ausim dicere, nulla. Idem *Obs. Medic. lib. 3. Obs. 24.*

Curatio Pueri Cachectici & Tabæ consumpti.
Ex Clariss. Adamo Christophoro Thebesio, Ephemerid. Germanicar. Centur. 3. & 4.

Pancratius Emmerich, Civis honestus Hirschbergensis, curationem filii vix duos annos natum, à me ellagitavit, ut pote qui abdomine tumente, glandulis mesentericis obstructis, & sub nucum formâ in abdomine manui explorantis se manifestantibus &c. Febre hectica diuturnâ adeo consumptus erat, ut animam agere videretur. Restitutus est ille per Dei gratiam pristinae sanitati, & ex illo tempore per duos annos perfectè sanus vixit. Maximè autem apud hunc puerum, multosque alios hujusmodi ægros, pro scopo aperiendi, & humores corrigendi, conducere mihi visa est magnesia alba nitri, & pulvis antihæcticus Ludovici, cum lapidibus canerorum & crystallo præparatis mistus. Atque, dum hæc non suffecerunt, ad mercurium diaphoreticum ritè præparatum, quasi ad scaram anchoram, confugi.

Anatomica Inspectio.

Puella annorum circiter sex sexta fuit: Cum toto

vite curriculo morbis fuisset obnoxia, præsertim verò tumoribus œdematosi circa articulos manuum, quibus apertis ossa corrupta inveni, nulla tamen ferè materia aderat: Dein palpitatione cordis & asthma divexata, tandem *Atrophia* perit. Abdomine aperto, Omenti pinguedo absumpta erat, Intestinum cæcum, non lumbrici instar, sed crassum, ex meris glandulis rubentibus compositum; duorum scil. digitorum latum, in quo nihil nisi mucici aliquid: Mesenterii glandulæ scirrhusæ, Hepar à naturali magnitudine recedebat, ut quod plus justo magnum esset, Ren sinister dextro multo major & durior: ventriculus chylo vacuus, sed flatibus distensus. In thorace verò Pulmones à convenienti colore recedebant: Pericardium distentum aqua refertum, Cordis auricula dextra prætumida, cui inerat materia quædam alba, membranosa, crassa oblonga, in ipso autem dextro cordis ventriculo, materia pinguedini similis. *Ex Observ. Casp. Bauhini.*

In cadavere exenterato Nobil. C. A. B. hæc reperi, 1. Omentum glandulosum & adenibus undique refertum, adeo ut nulla ex parte membranosum apparet; crassum valde & tumidum: in parte dextra, circa regionem hepatis, putrefactum & lividum. 2. Hepatis parenchyma scirrhusum, tumidum, variisque maculis nigricantibus & griseis distinctum. 3. Vesicula fellea humore nigerrimo & bile atra materiaque quadam tartarea, sabulosa & friabili turgescerebat: 4. Ren dexter totus erat corruptus & putridus; sinister glandulis ovi columbini magnitudinem adæquantibus undique obstructus & quasi obvolutus: Pulmones toti flaccidi & variegati. 5. Partes circumjacentes proximè Hepatis gibbati partem, ut & renem dextrum putridum, planè erant corruptæ, 6. Cor, Lien, Uterus, Intestina & reliquæ partes naturales, *Ymag. lib. 6. Epist. 8.*

Quatuor annorum puer Maratino extinctus obiit: Animi causa à me secatur cadaver, cujus hepar dum inspicerem, erat supra modum magnum: Habebat Abscessum propè venam cavam, circa partem gibbosam pure circumquaque obductam. Lienem boni coloris & integrum. Omentum nullum, aut vix conspicuum. Pulmones, mirum dictu, nullos; quorum loco erat vesicula membranosa flatu repleta, venulis exiguis munita, originem sumens ab ipsa arteria aspera, quæ refrigerium afferre videbatur cordi. *Fontanus lib. 1. Respons. & curat. Medicin.*

Jacobus Knoll adolescens 17. annorum laboravit à puero calculo vesicæ, à cujus cruciatibus, accedente renum suppuratione, macie confectus, viribusque pene exhaustus è vita excessit. Cum juxta aliâ imum ventrem scrutando, ac duplici vesicæ speciem contemplantando, venam cavam dissectissem, corpora alba, pituitosa seu fibrosa, cavitatem earum ferè implentia reperi, quali in diu decubuis & à morbis chronicis sublatis sæpius vidi; statim cogitavi talia quoque sinus cerebri occupatura, cum quod uni majorum vasorum obtingat; alterum ab eo raro immune existat: Aperui itaque sinus tertium, in alterutro laterum occurrit corpus sive pituitosum sive fibrosum, certè non adiposum (prout quidam hæc corpora nominare solent) candidum, lentum, tenax, crassitie ferè digiti majoris; circa torcular maximè, & tantum non tantam cavitatem implens: In cavitatem hac tenacius erat quàm in vena cava descendente, ubi ad levem tactum rumpebatur, secus ac aliàs de his pituitosis corporibus observavi &c. Totum hoc corpus pituitosum ex sinu tertio extraxi, cui haud ægrè omnes ejus appendices succedebant, numero magnitudinè & ferè longitudinè vasorum respondentem, adeo

ug

ut plurimæ spithamæ longitudinem superaverint : præterea in ramulos & filamenta, ad humerum propè valorum divisibiles essent : Similia corpuscula pituitosa, in utraque carotide interna, prope insudibulum, notabilis magnitudinis aliquosque sursum scandentia inveni, non tamen tantæ longitudinis atque erant in venis tertii sinus, quod seu flaccidiora minusque tenacia forte abrumperentur : Adolescens autem hic nihil unquam apoplectici passus est, at sæpius convellebatur : *Jacobus Wepferus Exercit. de Apoplexia.*

Uxor Jac. Bagolle paulatim morbo admodum intricato correpta fuit ; Nunc enim palpitatione cordis ; nunc dolore & torminibus ventris ; interim tamen appetitus non multum prostratus fuit, ita ut pro more alimenta sumeret, quibus tamen parùm nutriebatur : Tussicolâ quin etiam & dyspnœâ laborabat ; Cum circiter annos 4. vitam hanc calamitosam vixisset, ac sceleti fere instar exteouata esset, paulatim stupore & frigore in sinistra manu præcipuè circa extremitates digitorum, correpta est ; symptomata tamen hæc ab initio tam exigua erant, vix ut percipi possent, nec aderat tamen multo minus inflammatio, imò nec dolor ullus : Interea tamen extremitates digitorum, & tota manus paulatim, & (quod mirandum) absque dolore sphacelata & penitus emortua est. Ego, tribus septimanis post inceptam sphacelationem digitorum vocatus, brachium ad cubitum usque, simul & digitos, carbonum instar nigros, frigidissimos, & ita extenuatos, ut ossa vix tenuissima cute obtegerentur offendi ; nulla tamen, ut dixi, aderat inflammatio neque dolor, imò nequidem in loco illo in quo calor natus nondum penitus extinctus fuerat. Porro cum etiam per exigua recuperandæ sanitatis spes superesset, rogatus tamen ut brachium amputarem, quia malum adeo lentè tandemque gressu incedebat vix ut percipi posset, visumante operationem corpus præparare : Postea brachium supra cubitum, & quidem in parte sana, feliciter & fere sine dolore à sanguinis profluvio abscedi, vulnus brevi digestum quidem fuit, adeo ut laudabile pus appareret, nihilominus circa 11. post brachii abscissionem, gangræna denuò truncum invasit, ita ut paucos post dies è vita discederet.

In cadavere hæc notata digna observavi. 1. Abdomen serosi humoris plenum & extensum erat. 2. Mesenterium steatomatis multis scatebat. 3. Sub vena Portæ, & quidem in ipso Pancreate, scirrhus admodum magnus conspiciebatur. Hoc principium & præcipuam causam hujus morbi tam diuturni, tamque gravis fuisse rationi consentaneum est : quia enim venæ Portæ subjacebat, facile impedire potuit quominus chylus ad hepar perveniret, totumque corpus nutrire, hinc viribus paulatim prostratis, & calore nativo diminuto, sanguinem optimum & laudabilem generare non potuit : Quare in juventute, & ante nuptias, debilis, pallida & palpitationibus cordis obnoxia valde fuerat : in matrimonio tamen melius se habuerat & proles aliquot habuerat : Circa annum verò 1600. symptomata omnia ingravescebant, ita ut continuo de dolore ventris, & quidem ea in parte, in qua scyrrum invenimus, conquereretur. Supervenerunt item dolores ventriculi & capitis, cum totius corporis imbecillitate, tussi continuâ, palpitatione cordis & appetitus imminutione : Itaque corpus ita sensim extenuatum fuit ut ossa vix cute obtegerentur : Attamen interim dum ita laboraret puellum genuit, qui hoc anno 1608. bene se habet. 4. Hepar durum, pallidum, ac si elixatum fuisset, apparebat. 5. Pulmo dextra parte materia purulenta ac fetida ; sinistra verò humore seroso imbutus erat. 6. Per totam Pulmonis substantiam scirrhi plurimi, colore lividi,

Tom. I.

in quibus materia nigra atramenti instar, contenta fuerat, conspiciebantur. 7. Lapidis plurimi hinc inde per pulmonem, diversi coloris, parvi tamen omnes, reperiebantur. 8. Cor sanguine planè exhaustum, extenuatum, ideoque valde diminutum & parvum erat. 9. Arteria venosa in monstruosam amplitudinem extensa erat, humore seroso impleta ; à quo quia simplici constat tunica, ita dilatata erat. *Fabric. Hildan. Cent. 1. Obser. 89.*

Cùm Christiana Pickia, triginta novem annos nata, Gregorii Jerken Pistoris Thorunensis conjux, per tres fere hebdomadas malè habuisset, & de Tumore abdominis cum continuo dolore conquesta esset, se gravidam esse à quibusdam mulierculis persuaderi passâ est, inque isto errore hucusque permansit, donec malo in dies crescente, Georgium Grunach Chirurgum ad se vocavit, qui ei oleum anodynum cum chamæmelino mixtum porrexit, utque eo abdomen cum dolore tumidum quotidie inungeret, jussit, hoc factò, in somno, 3. ab inunctione nocte, scilicet 21. Junii anno 1674. materię purulentæ fere duæ libræ per umbilicum effluxerunt, natura in ipso sibi umbilici centro parvulum foramen effornicante, & abdomen à congesta ista materia vitiosa liberante, non sine magno fetore viriumque insigni prostratione : Ego eadem die, hora pomeridiana ad eam vocatus, offendi debilem, in abdomine autem, circa regionem hepatis, duritiem aliquam cum dolore animadverti, urina nonnihil erat tincta, pulsus parvus & debilis, pectus purulenta sanie refertum, quam tussis crebra prodidit, quæ omnia atrophia artuum, præsertim superiorum, comitabatur. Appetitus cibi integer adhuc erat, Sitisque nulla eam infestabat, singulis etiam noctibus placidè dormiebat. Sed à 14. Junii durities ventris disparebat. Chirurgus interim canaliculum plumbeum subtilissimum semper indidit, per quem dies noctesque coctum pus copiosè effluere solebat, superimpositis emplastris idoneis : Ego ipsi primum corroborantia præscripsi, deinde ob materię purulentæ in pectore contentæ copiam, expectorantia. Die 26. Junii puris quantitas valde imminuebatur, abdomine quoque naturalem formam acquirente, sed post deligationem vulnusculi à Chirurgo mane hora 7. peractam, horrorem quandam percipiebat, tum etiam circa noctem subsequenter semper calorem p. n. aliquot horarum : A meridie puris quantitas major erat, abdomine ubique molli, pus autem per vasa umbilicalia foras erumpēbat, in quæ etiam Chirurgus instrumentum ad mediū digiti longitudinem immittere potuit, ad latera verò in carnem musculosam nullatenus. Unde facile dignoscere potuimus pus illud per venam umbilicalem, tumore mox coincidente, ex hepate originem habuisse : Hinc venæ umbilicalis sectionem Anatomici periculosam esse demonstrant, ceu videre est apud Riolanum Fil. Enchir. Anatom. lib. 2. cap. 15. in cons. med. Ideo etiam Epomphalia medicamenta admota umbilico purgare manifestum est : Scitum etiam ex Hipp. Abscessus ventris umbilicum esse terminum. Sed & aquam hydropicorum interdum per umbilicum erumpere, ejusque affectus esse graves hinc patet. Sic nos in præsentem coctum pus per abscessum umbilicalem usque ad mortem fluere observavimus natura scilicet illud undiquaque ex visceribus putridis foras expellente. Postmodum ulcus in mamma sinistra unum, alterum in sinistra natum exoriebatur, donec tandem totum corpus atrophis consumptum sceleton representabat, & tum misera illa die 29. Julii, hora media octava matutina placidè obiit. A meridie hora media prima, cadavere à Georgio Grunach, Chirurgo, aperto, inventum pus & lanies foetissimi odoris, in vasibus umbilicalibus.

Ee 3

licali.

licaibus, quæ ex hepate ulceroso scaturiebant & per umbilicum stillant. Hepar duritie & ulceribus tumidum, quinque libras civiles cum semelle ponderabat. Peritonæum, Mesenterium, Omentum, Pancreas; omnia plena puris, & vix non consumpta: Intestina etiam aliqua ex parte corrupta: Lien, Renes & Venter bene constituti erant: Uterus potenter matris plenus & ulcerosus: Caro musculosa circa regionem Hepatis eidem adhaerebat: Diaphragma, Mediastinum, putrida, Pulmones à pure consumpti, maximè in sinistra parte, ubi nihil de parenchymate pulmonis conspicebatur, imò pleura sinistra tota consumpta erat. Dextri autem lateris superior pulmonis lobus nonnihil adhuc de substantia pulmonis habebat, flaccida tamen & ulcerosa: Bronchia pulmonum, quæ adhuc salva erant, usque ad principium asperæ arteriæ versus palatum, pure scatebant. Cor saluum, sed flaccidum, ejusque capsula humore vacua: totum corpus planè consumptum. Hinc (exceptis liene, & ventriculo) præsentem affectum Phthiseos universalis nominæ appellandum censemus. *Simon Schultzeus in Miscell. Cur. annor. 1675. & 76. p. 35.*

Natus indulgens puellus, dum undis marinis nimium credit, ab istidem per infortunium abripitur, mensuræ profundo aegre à sociis inventus, deferitur in litus, & inter frequentes rotantium manus oborta vomitione, salivam aquam copiosè rejiciens, eripitur quidem morti subita, sed æger tamen domum refertur, & amicorum suavis, sacculis aëna marina plenis calentibusque obruitur, potissimum qua parte Hepar delitescit, quod de illius partis regione conquerebatur: Sed cum jamdiu sacculorum nullus fuisset, ille quidem lectum deserit, obambulatque cubiculum languidus & pallens, veram ignoto amicis morbi genere paulatim contabescit: Tandem huc translatus mihi committitur, animam aegre trahens: Ego re expensa ostendo conclamatum esse, hepar ferventibus arenis per ultimam, sanguinis motum illa parte non parùm sufflaminasse, eoque ex coacervatis ibi humoribus scirrhum Hepatis natum, meo quidem iudicio jam immedicabilem: Quid sit? biduo post expirat puellus, & quidem 24. hris ante convulsus.

Rogor ab amicis, salvum Hepar suspicantibus, ut aperto cadavere, mortis causam indagem, profutura non id fratribus reliquis, etiam temperamenti imbecillioris, ut sibi rectius prospiciant: Itaque resectis integumentis, dum hepar intentius contempletur, naturali longè majus duriusque offendo, atque ostendo altatibus non tantum viscus durissimum, sed & parenchyma ejus mille abscessibus minutis repletum: Erant autem abscessus illi, non fluido pure dissenti, sed duro alboque, quæ sepe in elephantiam suam carne quandoque videmus & abominamur: Nec immunis ab eodem malo Lien, circulatione sanguinis lucem in diversa transferente: Pulmo superna parte maculis nigris flavisque hinc inde versicolor, sive aqua marina illuc quoque novam calamitatem deportante, sive catarrhis ex capite sensim in pulmones desillantibus: Notavi enim sepe aliàs in pulmonibus mortuorum, quos catarrhi infestaverant, nigricantes illas pulmonum maculas, vera vel præsentis vel brevi sequentis corruptionis argumenta. *Olaus Bartheolus Observ. 95. In Actis Med. Bartholin. anni 1671. & 1672.*

Montispellali Virgo 18. anno ætatis moriebatur, quæ per integrum annum Atrophia laborarat & à Medicis diversimodè tractata erat: Aliis vermes subsesse existimantibus; aliis verò intemperiem partium nutritioni inservientium: Parer defunctæ

functæ cadaver aperiri petita Facultate Med. ca, *DD. Guichardus* dum fecat, aperto peritonæo summus foetor ab adstantibus non sustinendus, nares eorum ferit. Partes ergo naturales, tanquam facultatis læsæ, pertunduntur instrumento; Tum aliquot millensæ verrucæ circa Hepar, mesenterium & intestina repleta erant vermibus, & quidem lumbricis longioribus, ut etiam secundum longitudinem intestinorum hinc & terti simul juncti ad tactum deprehenderentur; Plura rima ob intolerabilem foetorem non licebat: Tanta verò corporis erat siccitas seu ariditas, ut etiam in tanto ætatis flore matrimonio inhabilis fuisset. Hoc sanè loco, licet utrique rectè senserint, dum & vermes adfuerunt, & vitium partium naturalium, attamen novum hoc erat verrucarum spectaculum: Foetor ille procul dubio ex illuvie putrescente, & materiam vermibus, ex qua, præbente. *Phil. Salmuth. cent. 1. Observ. 5.*

Cum Nobiliss. virum *Valentinum de Hoës* &c. per integrum fere annum Atrophia laborantem, tandemque lenta *Tabes* extinctum secarem: In hujus vesica fellea lapilli plusquam ducenti fere, partim quadranguli, partim cineriti, partim subflavi, & auro quasi micantes reperti sunt, Jecorisque substantia planè exesa; De dolore verò gravativo dextri lateris nihil unquam conquestus est. *Greg. Horstius lib. 4. Observ. 47.*

Tres occubere uni parenti filii, omnes tandem Marasmo tentati, ultimum dilectioni meæ commisit mæstus ille genitor: Nullum revera nec vel vestigium ullius Bilis in vesicula adveni, illæsi cæteris omnibus visceribus: Hinc culpam omnem in diatribata illa contuli medicamenta, crebrius illis defunctis adhibita: Hunc enim errorem illos errare sepius deprehendi, ut à vehementissimis quoque purgantibus non abstinere tenera ista ætate, adeoque præmaturè committant funeri corpufcula longiore dignissima via *Anonymus ad Gotthofredum Meibium in hujus Fundamentis Physiologicis cap. 16.*

Puella placentis, libis, tegantis, aliisque hujusmodi in butyro frictis cibis ultra modum sepius se ingurgitavit: Exinde cum malè se habere inciperet, mater ex consilio muliercularum multa quidem adhibuit, sed omnia frustra: Tandem ingravescente penitus malo, me quoque 21. Janu. 1673. in consilium vocavit: Offendi puellam satis debilem, & à calore p. n. extenuatam planè, cibum quoque nullum appetentem, crebrò vomentem, & diarrhæa gravi laborantem: Morosa insuper erat, atque à medicamentis ita abhorrebat, ut quæ & qua ratione ei sint danda, tædiosæ curæ haud postrema fuerit pars: Licet verò sub curæ initium calor planè remiserit, vomitus quoque & dejectiones non adeo crebrò infestant ægram, quia tamen extenuatio corporis, & appetitus virumque prostratio sensim in dies angebantur, solam mortem horum malorum unicum futurum remedium facile licuit colligere, revera die 1. Martii placidè obdormivit ægra.

Post mortem Chirurgus reseravit abdomen, sed ecce in isto viscera omnia, ipsumque Hepar, quod aliàs in justo majorem exceverat magnitudinem, apparebant sana; solum Pancreas induratum erat omni ex parte & planè scirrhosum: Glandulæ quin etiam mesenterii hinc inde visæ scirrhosæ, atque in eam auctæ erant molem, ut magnitudinem nucis juglandis longè superarent. *Georgius Segerus in miscell. cur. Anni 4. Observ. 87.*

Benjamin Vallenger generosus, annum agens 32. ex lapu ex equo circa regionem Lumborum contusionem passus est; Post biennium per vices, circa locum contusum multum doluit, vanaque sequuta sunt symptomata, nempe dolor colicus sæpe recurrens,

rens, urina pauca & ejusdem nonnunquam suppressio (verum absque aënalis) frequens vomitus, dolor ischiadicus: quibus accesserunt tractu temporis, difficultas spirandi, tussis continua & violenta, totiusque corporis macies: demum corpore extrema tabe confecto, suppressaque per tres dies expectoratione, obiit.

Aperto abdomine, Hepar floridum apparuit, at vesica biliaria fere vacua: ventriculus & intestina latis sana, nisi quod hæc flatibus distenta & in latus dextrum propulsa: Lien aliquantulum justo turgidior, ut & Pancreas. Renes flacciduli, alioquin satis quoque sani ureteres & vesica tum à calculis, tum à grumis aliisque materiis obstructivis liberi: Mesenterium [absumpta à tabe illius pinguedine] transparent, cujus propterea glandulae admodum conspicuae erant, sed justo flaccidiores: Partes hucusque à statu naturali parùm recedebant: Verùm circa mesenterii exortum *ingens apparuit tumor*, qui intestina in latus dextrum, ut dixi, detruferat: Tumor hic ab appendicibus diaphragmatis superne, ad os coccygis inferne, ad renem utrumque lateraliter, ad umbilicum usque antèrè protrudebatur, & vertebris lumborum sibì sola connectione firmiter adhærebat: Involvebat autem in sua mole magnam arteriam, veenam cavam, vasa emulgentia, plexus nerveos, tenes succenturiatos & glandulas lombares: Longus erat pedem unum, latus sex pollices, crassus quinque, pendebat circiter septem libras: In frustra dissectus, glandulosus apparuit & carneus, magis quàm humoralis: Aperto thorace, pulmones utrinque numerosis tuberculis, variae magnitudinis, instar cotyledonum vacuarum, albi coloris, substantiæ glandulosæ, ejusdem generis cum tumore abdominis priùs descripto, scaetebant: quorum unum majusculum erectum uncias duas pendebat: Adeo tubercula hæc pulmones undique obsidebant, (nam centum ad minimum numero erant) ut primo obtutu ex illis solis eos constare putares. Lobi insuper pulmonum pluribus in locis pleurae adhaescebantur, à qua difficulter separabantur. Anterior pars cordis unico coniformi tuberculo infestabatur. Dexter verò ejus ventriculus grumoso sanguine, instar gelatinæ refertus viscebatur. *Varibon. Adenograph. cap. 11.*

Puer octennis ab alio quodam puero baculo circa lumbos percussus, aliquot diebus post malè habere coepit, & septimanis aliquot præteritis, licet tempus vitæ ultimum cibo sufficienti nutrire, Tabæ consumptus obiit: Huic licet nec tussis molestæ esset, nec febris laboraret, nihilominus à quodam tanquam phthisicus fuit tractatus. Quare parentibus mortis causam scire cupientibus, & me ut cadaver aperirem rogantibus, ipsorum voluntati satisfacturus, cadavere denudato ventrem infimum turgidum reperi, & utrinque circa umbilici regionem ad tactum renitentem: Et quia nec tussim, nec febrim ipsi molestam fuisse intellexeram, illico necdum cadavere aperto, adstantibus significavi causam mali, in mesenterio latitare: mox ventre aperto, glandulas mesenterii non solum tumentes, sed etiam scirrhosus reperi, & ita conglobatas, ut duorum pugnorum magnitudinem superarent: In thorace verò & pulmonibus nihil penitus vitii occurrat. *Ex Observ. Clariss. Bauhini.*

Georgius Gebhardus variis morbis & longo cruciatu detentus per 13. annos, vix ægra trahens membra, vehementer contabescendo universo corpore, frustra hinc inde consultis Medicis, tandem obiit.

Dissecto corpore solum cor illæsum reperi, cæteræ partes erant scetidæ & putrescētæ, ventriculus inanis prorsus erat, omni chylo destitutus, nec ullam

aliam humorosam in se continens materiam, & consequenter oclusus quasi & parvus. In vesicula fellea, & meatu ejus cholera ad intestina deducente, obtulit sese massa quædam nigra, spectre vitreorum lapillorum, qui pileis & eorum fasciis & redimiculis, ornatus gratia annexi solent, adeo quidem ut bilis recipere gradu, propter obstructionem, spinam docti perforando, ad pedes deflueret, ubi concitavit ampullas ac vesicas ovi columbaei magnitudine, vel etiam majores, tantum a dolore ac dolorem moventes, ut mirum sit quòd non singulis horis æger in syncope incidere, quibus apertis nihil nisi cholera ichori commixta exivisse Mesenterium à tinctura istius cholerae undiquaque putridum erat. In renibus deprehendi materiam calculosam satis multam, præcipue autem in sinistro, ubi apparuit lapis haud exiguus, ita ureteri acuta sua cuspidate insertus, ut omnis urinae ad vesicam transitus sit interceptus. Pedes illius magis quàm in leproso squallidi erant. *Ex Joan. Fabri Observat.*

*De illis Glandulis novis patet unde pendeat atrophia partium, præsertim thoracicarum, quæ ex glandulis lacteis chylosum sugunt: Premitur subinde Receptaculum lacteum & siccum chyli remoratur, obstruitur, & inflammationes aliosque tumores patitur: Vidimus id in cadavere humano, in quod ad Atrophiam omnia, excepto hepate sano, vergebant, flaccidis pulmonibus & marmoris instar variegatis, bubonis in inguine, gangrænae in pede, & aliis pessimi habitus indicis, sana erat altera glandula lactea, rubra altera, quasi inflammata & phlegmonodes: unde hepar quidem sanum & nul æ metastasæ lacteæ, at thoracicae lacteæ non ita plene augmentantes chylo. *Thomas Bartholinus Historia Anatom. de lacteis Thoracicis cap. 9.**

Pancreas ad instar aliarum glandularum Scirrhosum omnino evadere posse dubitare desii, postquam in puero 9. annorum, Atrophia extincta, illius constitutionis id reperi: Hoc tamen addere convenit, non omnes ejus partes æquali ratione induratas fuisse, cum tres quatuorve adhuc extarent, intestina vicinissima, vix à statu naturali recedentes. *Gerardus Blasius Observ. Anatom. pag. 127. Obs. Med. 23. part. 1.*

Anno 1595. Ernestus Archidux, Belgicarum Provinciarum Prorex, obiit nocte intercedente 20. & 21. Mensis Februarii die, anno ætatis 42.

Ejus cadavere aperto, Cor, Pulmo, Jecur nihil vitii præ se ferebant: In lumbis tantum mediocri magnitudinis calculus repertus est, & in Renem altero vermis oblongus & vivus, qui visceris illius parenchyma superesse diu non potuerit. *D. M. Janssonius Mercurii Gallo-Belgici Tom. 2.*

Jurisconsultus Parisiensis sicca tussi vexatus, Macie universali affectus & diarrhoea diuturna, post repetitas purgationes & venæ-sectiones me accersiri jubet. Eum attentè considero, & post colloquium aliquo usque protractum, decumbere jubeo quo latera dextrum præsertim, commodè pertractare liceret, suspicatus aliquid in jecore vitii. Admotam manu, indolentem tumorem percipio nucis juglandis magnitudine, (sed forti digitorum impressione & profunda, proque partis sensus tolerantia) infra costas nothas in jecoris regione. Prognostico emissio, asserui tumorem illum ad capitis magnitudinem perventurum, imò majorem, quòd eo loco situs esset, quo intus nequicquam reniteretur, ad extra verò augmento prohiberetur à caligariis cingulo & thorace. Ulteriorem sanguinis missionem prohibeo, eo quòd judicarem vitam tandiu productam iri quamdiu sanguinis penuria non adesset. Opinionem & prognosticam meam impugnavit veni-

seca, qui imaginariū esse tumorem objiciebant, iterumque venæ sectionibus ægrum vexabant. Post dies quindecim iterum advocor, atque ægrum in deteriorē statum deductum video, tumorem auctum & digitis palpantibus manifestum, globuli sphaeristici magnitudinem æquantem. Mortem prædico, Chirurgi verò revocati, agnito tumore, sanguinis missionem perperam iterum instituunt, sed paulò post mors succedit.

Apertum cadaver fuit à Riolano Chirurgo, qui solus, consultatione habita cum tribus Medicis ac duobus Chirurgis ampullatis, contendebat tumorem neque mesenterium neque pancreas obsidere, sed musculorum cuiusdam viscera colligantium adnatum esse, si enim aiebat, situm in pancreate aut mesenterio obtineret, ad motum corporis huc illuc nutaret, illius inclinationem sequutus, alvi excrementa cohiberet, quæ liquida & inconcocta dejiciebat æger: Obviam ergo illi secanti se obrulit tumor pendulus & annexus lateris dextri musculis lumbarebus, magnitudine capitis vitulini, cui plurimæ adnatæ erant cystides, aliæ materia polti simili refertæ, aliæ sebaceæ, aliæ lardum, aliæ mei referentæ, aliæ erant duræ, variae consistentiæ & coloris ab invicem secretæ. Totum corpus exangue erat, sed plurima aqua reperta, ad mensuras duas Parisienses. *David Lagneau lib. de sanguinis missione p. m. 385.*

Puer duorum annorum erat macie ita confectus, ut vix cutis hæreret ossibus: Ad latus sinistrum, in muscululo mastoideo exulceratio erat, quæ usque ad ipsam jugularem venam penetraverat, eamque corrodo sic extenuaverat, ut puris subtilior materia percolasse per eam videretur: non exiguam namque ejus copiam sanguini permixtam in dextro cordis ventriculo, corde altis sano & integro, inveni; quam, ut dixi, transcolatione eo pervenisse suspicatus sum: sed unde puris ejusdem crassiusculi, bene cocti, copia, item magna è regione in dextro latere, ad eundem musculum, intus & foris sanum, penetraverit, ego divinando assequi non potui: Lien præterea induratus erat & magnus, pendebat enim uncias septem & tres uncias quartas: Hepar contra, consumpto fere parenchymate, nonnisi quinque uncias & quadrantem ponderabat: biliosa id plenum erat materia, quæ propter obstructionem ductus communis in illum redundaverat; *bilis interim drachmas undecim [magnum pro ea ætate pondus] exæquabat: Pancreas magnum erat & scirrhosum, quod in chronicis morbis sæpe contingere observavi: Succus etiam tam acidus, ut in duodeno bili admixtus, tamen adhuc insigniter eum saporem retineret; hac aciditate sua ita ventriculum & intestina perederat, ut dum inflare ea vellem, ad minimam distentionem rumpebantur: Non immerito igitur Clar. Franc. de le Boë Sylvius in Praxi sua plurimum morborum causas refert a hac succi illius aciditate. Theod. Kerckringius observ. Anat. 65.*

Venit mihi in memoriam apertio Virginis in Nosocomio Leydensi, quæ cum macie contabescens occubisset, proscripta ad ferrum Do. Sylvii, abdomen ostendit lardum pinguedine, visceribus interea proximis nutrimenti inopia fatiscens & contractis. *Olaus Borrichius observ. 92. Actor. Baribolini ann. 1671. & 72.*

Fateor plerisque Medicorum ignorasse ossa, quantumvis solida, quasi phlegmone & apostemate quoque cortipi posse. Quicquid enim nutritur, crescit, augmentatur aut influxus recipit, id quoque putrescere & apostemate aliquando turgere fatemur: Proinde *Avicenna & Galenus*, suo periculo edoctus, apostemate quoque distendi asserunt: Et Hippocr. empyemate os sacrum computrescere quoque novit, cujus putredine & incredibili doloris ty-

rannide duos, Nob. *Wurmhauser* in Neoburgo, & *Joan. Castnerum*, afflictum & diu maceratos tandem contabescere & mori hisce oculis vidi. *Langius Epist. 42. Tom. 1.*

Joan. le Fuzelier Tabida matre notus, eo modo, eoque morbo & eodem tempore interiit quo ejus mater. In pulmonibus nihil commemorabile reperitur quod morbum attulerit. Mirum quod ante mortem ei contigit; Decem antequam è vivis excederet diebus tumidum corpus fuit, Tumor fugax erat, repetebat ex intervallis. Unde hoc? Leucæ videbantur esse; Tale quid in morbis funestis contingere solere agnovit *Hippocras*, 2. prorrh. Leucæ, ait, oboriuntur (supple in morituris) in morbis funestissimis, cujusmodi est Phthisis. *Ballonius Par. rad. 39.*

Anno 1562. In mulieris cujusdam consistentis ætatis, quæ ad tantam maciem redacta erat, ut vix cutis & ossibus hæreret, corpore quatuor lumbricos teretes spithamæ unius longitudine, in ipsum truncum venæ portæ se insinualle, ac toti corpori alimenti aditum obstruxisse observavi. *Ex observationibus Adriani Spigelii.*

Quatuordecim annorum Virguncula à quatuor annis tabe incepit laborare, postea tussi & febricula correpta est: functionibus quotidianis obeundis satis vigilax. Cibi & potus valde appetens, per sesqui mensum ante obitum decumbens, moritur.

Mesenterium scirrhis ac steatomatibus duris undique plenum, præsertim circa vasa sanguinea: quædam ovi aspersi magnitudinem superabant, alia nucem moschatam excedebant. Cibi ut comesti erant impermixti excreti fuerunt, ramosus calculus ponderis sesquicilicii, in dextro pulmone abscessus foetidus, membrana inclusus fuit: inciso tumore tanta puris copia effluxit ut dodrantem bis æquaret. Porro pulmones scirrhis ac steatomatibus referti. Cor molle & flaccidum: cætera satis sana. *Steph. Blancard. Anatom. pract. rational. pag. 153.*

Morbo admodum intricato quædam mulier correpta fuit; nunc enim palpitatione cordis, nunc dolore & torminibus ventris vexabatur; interim appetitus non multum prostratus fuit, ita ut pro more alimenta sumeret, quibus tamen parum nutriebatur. Tussicula quin etiam, palpitatione cordis, & difficultate respirandi laborabat. Cum circiter annos quatuor vitam sanè calamitosam vixisset, ac scelesti fere instar extenuata esset, paulatim stupore & frigore in sinistra manu, præcipue circa extremitates digitorum, correpta est: Symptomata tamen hæc ab initio tam exigua erant, vix ut percipi possent: nec aderat tumor, multo minus inflammatio, imò nec dolor ullus. Interea tamen extremitates digitorum & tota manus paulatim & absque dolore sphacelata & penitus emortua est. Postea brachium ad cubitum usque simul & digiti carbonum instar nigri erant, frigidissimi, & ita extenuati, ut ossa vix tenuissima cute obtegerentur, nulla tamen aderat inflammatio, neque dolor; brachium postea feliciter supra cubitum amputatum est: nihilominus tamen circa undecimam horam post brachii abscissionem, gangræna denud truncum invasit, ita ut paucis post diebus è vita discederet.

Cadavere dissecto, abdomen serosi humoris plenum & extensum erat. Mesenterium steatomatis multis scatebat. Sub vena portæ, & quidem in ipso pancreate scirrhosus admodum magnus conspiciebatur. Hepar durum pallidum, ac si elixatum fuisset, apparebat. Pulmo dextra parte materia purulenta ac foetida, sinistra verò humore seroso imbutus erat. Per totam pulmonis substantiam scirrhii plurimi, colore lividi, in quibus materia nigra, atramenti instar, contenta fuerat, conspiciebantur. *Lapides*

pides plurimi hinc inde per pulmonem diversi coloris, parvi tamen omnes reperiebantur. Cor sanguine planè exhaustum, extenuatum; ideoque valde diminutum & parvum erat. Vena pulmonalis in monstruosam amplitudinem extensa erat: nam humore aquoso fuit impleta.

Ægram hanc sanguinem habuisse admodum crassum, ex gangræna satis liquet: non enim ex inflammatione ortum habuit, sed ex sanguine in manu coagulato. Est mihi adhuc cognata, quæ ante aliquot annos sanguinem suum seroso lacte aliisque acetariis ita corruperat, ut postea in febrem inciderit, ex cujus frigore, quo incipiebat, non tantùm unguet nigredine commaculabantur, sed iste color per integrum annum sub unguibus latebat: unde igitur iste color? nisi à sanguine, ibidem loci coagulato. Scribit *Thucydides*, cum pestis Athenis læviret, præter alia symptomata etiam summas manus, summosque pedes invasisse: quibus nonnulli amissis liberabantur. Quomodo hoc aliter factum fuisset, nisi ex sanguine coagulato & corrupto; in manibus pedibusque resistente: & hoc accidit iis, quibus frigidi temperamenti sunt. Revera nutritionis particeps esse non potuit, quoniam viscera abdominis omnia obstructa erant, imò ob Hepatis duritiem & scirrhositatem, bilis deficiebat, quæ toti sanguini balsamum existit, eique fluiditatem, corporique optimam dispositionem procurat: effluvia etiam à corpore decedentia maxima ex parte à bilis copia dependent. Deficiente quoque bile, chylus manet crassus & viscidus, scirrhositatesque mesenterii glandulis, lienis item, Hepatis, pulmonis, aliarumque partium adfert: pulmonibus hoc modo obstructis, respiratio impedita fuit, ex humorum acrimonia, eorumque vellicatione tussis excitata, pulmonumque *trabes*, qui & *phthisis* appellatur. Serositates ex sinistra pulmonum parte, necnon ex vena pulmonali, vasis lymphaticis ruptæ fuerunt. Vena isthæc laxioris texturæ est; non ex una membrana, ut veteres voluerunt; verum industria hujus seculi Anatomicorum, eam ex variis tunicis constare, detexit. Hæc venæ pulmonalis tunica admodum laxa, & à reliquo vase soluta existit, in tantum ut ubivis aperta per totum inflari, & quasi distinctam esset, plurimum extendi possit; unde suspicari licuit, hoc ductu peculiari lympham à glandulis substratis secretam reduci: verùm obortâ obstructione, eam immensum usque posse distendi, ut in hoc cadavere liquet. Hinc facile percipiendum est, unde cordis *palpitatio originem* traxerit, nempe ab obstructa vena pulmonali: nam in Hydrope hoc, adeo ejus capacitas coarctabatur, ut sanguini per eam viâ denegata fuerit, tum resistere coactus cor se immodicè movere debuit. Omnis enim palpitatio fit à causa obstructente circa cor: quotquot mihi contingere cadavera, semper vel Polypum, vel sanguinem coagulatum, vermes, ossificationes, aut simile quid reperi. *Idem pag. 225.*

Atrophia in quâ principalium viscerum corruptio & consumptio. Ex Clarissim. Alphonsò Khoni, Miscellaneor. Curiosor. Decur. 3. Anno 5. & 6.

VIR quidem Spectatissimus, quinquagesimum quintum agens annum, corpore gracili & texturâ tenui, temperamentò cholericò præditus, motû & exercitatione corporis variâ per totum vitæ curriculum gaudens, ob valdè biliosam constitu-

tionem irâ & exandescentiâ, levem quandoque ob causam sæpius exardescens, per annos 20. integros, tussis ferè continuâ, cum frequenti materiæ biliosæ & viscidæ ejectione correptus, annuq̄ ante obitum spatiò in atrophiâ incidit, cui, vocatus, aliquot appropriata exhibui remedia, quorum usû meliùs quidem habere cæpit, verùm à variis in victûs ratione commissis erroribus, recidivam valdè nocivam paulò post patitur, cum magnâ pectoris angustia & cordis anxietate; tussis continuâ permolestâ, sinque urgente, cum doloribus nephriticis, quibus tandem convulsionès epilepticæ subsequuntur. Hisce affectibus mixtis, tam horrida & amygdaliata cum seminibus frigidis, ad sitim sedandam, caloremque præternaturalem & effervescentiam nimiam infringendam, quàm precipitantia ex ebore sine igne calcinatò, corallis rubris præparatis, ocul. caner. cinnabar. nat. & antimon. cum pulvere marchion. epilept. &c. magno fuere usû; quibus subinde antiscorbutica admiscebantur: Lactis quoque caprini serum cum herbis antiscorbuticis destillatum, fuit propinatum, & talibus, Divinâ favore gratiâ, paulatim vires colligere, & convalescere cæpit, ita ut per aliquot septimanas in publicum prodire, suisque negotiis satis vacasse potuerit. Quoniam autem universum corpus, ob multum variis insultus morbosos, tussisque continuâ pertinacissimam nullis remediis cedentem, adeò enervatum, fractum, debilitatum & consumptum fuit, ut caro vix ossibus hæserit, paulò post denuò magnâ virium prostratione, insigni pectoris angustia & cordis anxietate, cum oris & faucium siccitate, ac manifestâ omnium membrorum consumptione, corripiebatur; simul quoque à vaporibus, ex ventriculò, ceu olâ fervescente, rursùm per œsophagum ascendentibus, lingua & fauces fordiosæ & albidæ lentore validè obducæ fuerunt, ut per convenientiâ gargarismata, diurnâ nocturnaque absterfione opus, ne fauces à viscosâ & biliosâ materiâ coalescerent, quam quasi continuò ductâ in magnâ quantitate, & difficili ob lentorem contactu exptuebat. Ob hanc causam per aliquot dies, præter juscula & liquores confortantes nihil deglutire poterat, & hos quidem haud absque difficultate: Omnium denique rerum fastidium subsequerebatur, ut etiam suavissima averfatus, doct tandem post aliquot dierum subsequutam diarrhœam, humidò radicali penitus absorptò, spiritûque vitali exhaustò, luminis instar extinctus, & è viâ vis sublatus fuerit. Cadavere aperto, mesenterium totum ferè exsiccatum, vasaque ipsius gypsea quasi materiâ oppilata observavimus; hinc tunc nutritio transitus præclusus, & atrophia subsequuta: Hepatis pars potior putrilagiosa erat, & vesicula fellea enormis magnitudinis; Lien ex toto putridus deprehendebatur, & valdè parvus; Pancreas totum ferè erat consumptum; Venter totum magnitudinem renis non excedebat; Cor parvum, planè exsiccatum ac exsuccum, & quod mirandum, loco carnis parenchymaticæ, filarientis & fibris mirè invicem contextis & circumvolutis, se se repræsentabat; Pulmones in utraque parte semipuridi, & dorsi vertebris tam validè affixi erant, ut vix avelli potuerint; magna insuper puris & pituitæ viscidæ copia circumdati: Hinc non mirum quòd vir hic per tot annos pertinacissima tussis divexatus fuerit; cumque nullum vel purulentæ, vel sanguine tinctæ materiæ vestigium cum quotidie expectorata in magnâ satis quantitate viscidâ pituitâ, se se exhibuerit; satis exinde liquet pulmonum ulcus locum habere posse, quantumvis æger nullum vel pus, vel sanguinem per os excernat. Ulteriùs in ægroto hoc notatū dignum quòd

quoddam per totum morbi decursum pulsus & urina in tam bono, ac naturali statu fuerint deprehensi, prout in hominibus optima sanitate frucentibus, observantur.

ATRITI & ATRITE

Vid.

IMPERFORATI

ATRICES

Vid.

CONDYLOMATA

ATTONITUS MORBUS

Vid.

APOPLEXIA.

AUDITUS LÆSIONES.

Ubi scilicet

1. De Bombis Aurium ex Clariss. Menjotii Dissertationibus Pathologicis.
2. De Tinnitu Aurium, Obauditione, & Surditate ex aliis agit.

Clariss. Menjotii de Bombis Aurium, Dissertatio Pathologica.

AER auribus implantatus isque, si Philosopho fides, ἡμφορῶν, sedes ac domicilium ἔχει, non modò purus verùm etiam immotus esse cupit; si puritas ejus inquinetur, ut Nautis, Piscatoribus cæterisque θαλασσοπόροις, homines efficit surdastros; si turbetur illius tranquillitas, Fiunt sollicita pleneque sonoris aures, licet foris omnia taceant.

Hoc symptoma ἠχρονὸν, ἀπακουσίαν & ἀκούσμα Græcis dicitur, Latine quibusdam obauditione, ac nonnullis aurium tonitru. Averroës auditum phantasticum, id est falsum & apparentem appellat.

Super hæc Averroës ἀκουστικὴν notandum est, mediantibus sonorum simulacris in gremio memoriæ reconditis, delirantem phantasiam posse in medio silentio præsentis sonos temerè sibi imaginari; sic Theophilus Medicus apud Galenum aulados in domus angulo adesse pro certo affirmabat, die nocteque sine intermissione tibiã canentes; Talis etiam fuit nobilis ille Argivus apud Horatium:

*Qui se credebat miras audire tragedos
In vacuo lætus sessor, plausorque theatro.*

Sed monendum est quoque sensus externos è contrario nunquam operari, remotis suis objectis, proindeque auditum in hoc affectu non depravari circa sensibile proprium, quia interni soni actu ac positive τὸ ἀκουστικὸν afficiunt: At solummodò decipi circa sensibile commune, sive locum illorum sonituum quos audiendi facultas externæ auditioni assefacta, tanquam exteriores sentit, licet reuera interiores sint; ita ut tamen erratum illud ab interno ac superiore sensu corrigatur; sic oculus in ἀποπληξίᾳ, aut

præternaturali colore tingitur, aut anathymias suffunditur; sed non cernit κατ' ἀδύθειαν, dum vel contagia sua palloribus omnia pingit, colorem quo ipse inficitur, quasi exterus esset, apprehendens; vel corpuscula in spatio à cornea ad crystalloïdena natantia foris obversari existimat. Nares quoque ozænicæ, aut fordidum gerentes polypum, non illuduntur, dum sibi met semper putidulæ sunt; nec lingua aberrat, fellei succi quo fucatur amaritiam gustans; sed olfactus gustusque corruptio in eo consistit, quod oblata odorabilia utut suavolentia, pro foetidis; & admota sapida etiam mellitissima, pro amaris absurdè habeantur. Cæterum inter horum sensuum ludificationes aliquid interest: oculus enim ea, quæ intra se continentur, intueri nequit, nisi visa extra se posita unà conspiciat; clausis siquidem palpebris, ac deficiente lucis adminiculo, visus occidit; sed aurium bombi, olidarum narium foetor, & linguæ amaritudo absque externo sono, odore ac sapore percipiuntur. Hicque iterum observanda est olfactus gustusque ab auditu differentia, scilicet quòd neque nares in domestici putoris odorazione, neque lingua in amaroris quo imbuta est, intellectu fallantur, suæque hæc interna objecta, extranea esse judicent, sine externi alieni odoris aut saporis adventu: contra verò aurium boatus, etiam absente exteriori sono, peregrinus putetur.

Suoque sonitu tintinant aures à flatulentis spiritibus aut vaporibus inclusis: non enim tinnimenta à flatibus sunt, ex angustis aurium, in loci amplitudinem foras exturbatis; quia si apponatur tinnulis auribus vel cerei ardentis flammula, vel lanæ medulla vel plumula mollior, vel gossypii minutatim carminatæ flocculos, nequaquam moventur, quæ tamen motitari necesse esset, aurâ quâdam sensibili ex aurium latebris erumpente. Itaque intra auris internæ cavernulas ventulos coërceri credibilis est, ubi vel sua sponte, vel ab expultrice potentia exagitati, congenitum aërem commovent, tympanumque ferientes ipsam inflant ac extrorsum protrudunt; cum ex adverso soni qui naturæ lege forinsecus allabuntur; illud introrsum compulserint.

Propter hanc ἀντίθεσιν sonus internus externi admissionem disturbat; ac licet ille in se parvulus sit, quia parti inest cerebro propinqua, potiorémque audientis animæ vim ad se trahit, velut magnus ællimatur, huncque quamvis paulò fortiosem extenuat. Omne namque ἀντίθετον debet esse ἀνωτὸν, hoc est denudatum qualitate quam recipit, secus ut fert effatum vetus; & quasi in trivis decantatum, *Intus existens prohibet alienum*; quamobrem observavit Aristoteles oscitantes obtusè audire, quod nempe plurimum spiritus inter oscitandum exsufflati per canaliculum cartilagineum, palato ac secundo auris ductu ubi aër innatus habitat communem, intrò ad aures perreptet, qui ἀνωτὸν contraerberat ac exteriorem sonum repercutit; unde oscitanti non licet aures inscalpere, auctore eodem Philosopho, quia auriscalpium renitentem ac pulsam versus exteriora membranam perfacile læserit. Ut nihil dicamus de mugitu intra oris fornicem in oscitationibus concitato, auditum interurbante; quare attentè audituri, ut venatores, spiritum cohibent, quoniam, ait Aristoteles, *Exflatio strepitus quidam est*; ipsa quoque inspiratio sono non caret; sed hic longè est submissior quàm in expiratione: eò quod aër exspiratus non modò ob admixta fuliginosa cordis excrementa, crassior sit; sed etiam in fauces, palatum, cæterasque oris partes vehementer impingens magis resonet.

Quamquam autem soni à foris venientes, ab internis aurium rugitibus eludantur; illi tamen si magno molimine atque affatim ingruant, interiores sibilos possunt evertere: nam, ut scribit Aristoteles, *Aurium sonitus sedatur, ac non strepitum*, quia sonus externus interi-

intensissimus, internum multò remissorem repellit, ac flatuosam substantiam intus murmurantem per meatum quem ab intima aure ad palati testudinem protendi dicebamus, vi foras elidit; imo quoque attractis ad aures & vitalibus & animalibus spiritibus, ipsas adeo calefacit, ut conclusos halitus dissipent.

Vapores soniferi vel in labyrinthis aurium conclave localem obtinent generationem ex *ἀραιῶν* humoris præsertim pituitosi eò collecti, à quibus affectus creatur idiopathicus, nullas dans naturæ indicias; tamen nunc severior, nunc indulgentior sit: vel aliunde obrepunt, nimirum aut à toto corpore, ut in criticis coarctibus, & febrilium paroxysmorum initis, aut à præcordiis, puta liene, ut in melancholiâ hypochondriacâ; utero, ut in hysterica passione; ventriculo, ut vomentibus; item vino madidis, ac hellebonibus, ob cruditatem; nec non picrôcholis diuinam invidiam expertis accidit; aut denique à cerebro mittuntur, tuncque sonoræ aures, morborum capitis vel imminuentium sunt præiudicia, vel jam præsentium indices; ita in lue Venerea strepitant aures: compressis quoque naribus canoræ sunt, ac e quem è cerebro per nares expelli oporteret, negatâ portâ, ad aures delato.

Non desunt qui insipienter ab humoribus aures perstreperere, nisi vel mediâ, quatenus *ἀπομακρύνεται*; vel per accidens, quod itinera obsepiendo, flatuum exitum remorentur; nihilominus tamen quemdam *ὀσμῶν* sensum, ab aquoso humore intra ossis petrosi parietes reciprocante, proximè ac per se induci posse non videtur improbabile.

A sexcentis insuper causis susurrant aures; ac primò auris arteriola vel à vicini tumoris compressione, vel à copioso atque calidiore quem complectitur sanguine, validius mota, aërem insitum jactando, internum sonitum provocat, ut in phreneticis atque maniacis. Aurium etiam ulcere haud ritè coalescente, nudata eadem arteria evidentiùs micat, non aliter ac emaciatas membris evenit, in quibus nulla caro interjacet obscurans arteriæ percussam. Igitur si perennet aurium fremitus cum à materia *καρπιδία* quæ evanida est, oriri nequeat, hanc ab arteriæ auriculariæ vibratiore assultu pronasci suspicio esse debet, *ὅστις τὸ ἄκουσθαι*, inquit Hippocrates, *τὸν φρεσίων ἀποστέρων ἢ πάλαιον ἢ νεώτερον, strepunt aures venulis*, id est arteriolis, *πυλῶνibus & quassatis*.

Præter eâ vermiculi *ἀπομακρύνονται & φέρονται* in introitu auris corneolo geniti, icô tympano strepitum cient. Deinde si auris vestibulum sit *καὶ ἐκκενθέν*, hoc est à retentorum fordicularum coitu ocludatur, vel aliis præpediatur obicibus, ut suppresso ac in crassato pure, sanguinis thrombo, tuberculo, lapillis, aut quibusvis aliis rebus quæ imprudentibus in aurem irrepunt; arcetur quidem *τὸ ἄκουσθαι* externa; sed internis confusisque bombis aures inquietantur, perinde ac si manu obturaretur auris ostium: vapores enim quorum jugis est foras com meatus, invento obstaculo, patiuntur repulsam, ac in cuniculoso auris alveolo volutati & quasi *ἐκκενθέν*, mussantem strepitum edunt. Neque mirum est tantum exhalationum copiam ex aurium antris continenter emitti; nam si per occulta cutis foramina, assidua sit & larga transpiratio, quantò profusior *ἀπομακρύνονται* per patulas aures fieri consentaneum est?

Tandem causæ violentæ ut capitis plagæ & horridi frigores aërem connaturalem ultra modum incitando, aurium clangores excitant; sed temporarios (nisi forte vapores aut flatus affectum solventes ad aures depulsi fuerint) quia desinente causarum impetu, aër ille motionis impatiens ex se tranquillatur; quo pacto componitur vertigo, cessante corporis cyclophoriâ, quæ in undosam, vorticofumque motum spiritus animales rotaverat.

His causis vulgò adjiciunt cum Galeno *ἀπομακρύνονται & φέρονται*. Verùm cum auditum quantumvis acutum sonis internis tangi sit *ἀδύνατον*, si hi nulli sint, haud secus ac acerrimus visus, sine ero extante oculo, mendacibus imagunculis non deluditur: idcirco quibusdam visum fuit ut externus aër erroneis atomis nusquam expertus est, etsi præ minutie in radiis solaribus sint tantùm aspectabiles; ita eundem aërem quantumlibet placida fruatur malaciâ, perpetua tamen teneri fluctuatione quanquam exiguissimâ, & quæ non nisi à valde exquisitâ audiendi virtute discernatur: sed quamvis compertum esset nunquam dari perfectum aëris fluxum, aucta tamen ad summum auditus acuties, morbosa dici non debet; sicut neque oculi præter naturam se haberent, etiam posito quod vagantia per aërem insectilia corpora, absque radiorum solis illustratione possent contueri.

Aliis igitur placet à fumis dum è meandris aurium in cognatum sibi externum aërem sine morâ eluclantur, minutulos sonos naturaliter citari; sed contra, fuliginis istas, si liberè evolent nec egressu intercludantur, insonas esse supra probavimus.

Sunt qui autem constatum aërem, ut pote naturâ suâ pertenuem, ac maximè mobilem, à spiritu animali appellente, aut perenni cerebri *ἀπομακρύνονται* tremulo motu, quamvis levissimo indefinenter concuti. Veruntamen cum ex naturæ lege cæteri omnes sensus nulla sua objecta intra se contineant; quæ esset ratio unum auditus organum proprio sensibili, sono nempe, naturaliter non destitui? Proindeque ne vel minimum quidem murmurillum; auri secundum naturam inesse, sed aërem ei immersum planè esse *ἀδύνατον* arbitramur; auditus verò acumen agnoscimus tanquam causam aurium tintinnientium; sed adjuvantem duntaxat, quatenus leviusculus quisque ac neglectissimus aurium sonitus statim exauditur: ita oculi exilem quâ offuscatur nebula aspicientis perspicacitas, causa est phantasmatum subsidiaria. Sed satisfaciendum est experientiae quam Galenus ad stabilimen suæ opinionis allegavit; videlicet quemdam aurium tintinnitum vexatum postquam auricularibus remediis incidentibus, attenuantibus, ac discotientibus perpetam usus esset, etsi apoplegmatismis, aliisque præidiis toti capiti fuisset quoque prospectum, tandem admixtis narcoticis auditum obtundentibus, scilicet mandragoræ & papaveris succo perfanatum esse, quia juxta rationem Galeni, non à flatibus; sed ab auditus acritudine affectio procreabatur. Cui experimento respondemus stupefacientia profuisse vel per accidens inducto sensus torpore qui omnis molestiæ cæcumen est & quasi fascinus; vel etiam per se represso æstu vaporum aut humorum in auribus ferventium, à quibus aurium bombos per sepe oriri liquet.

Ὀσμῶν autem consequitur vel spirituum *ἀπομακρύνονται* ac potissimum aëris vernaculi subtilitatem à calore plerumque profectum, quâ promptè impellitur; vel tympani tenuitatem aut ejusdem ariditatem, similiter ac coria militibus tympanis instrata quò magis tenduntur, eò baculis complosa altius insonant; *Nullum enim humidum*, inquit Hippocrates, *sonum facit; sed sicca tantum; quæ verò sonum faciunt, ea etiam auditum: vel nervi qui ad aures fertur, ratiorem texturam: quandoque etiam hinc nervus ludente naturâ multiplicatur, ut in Cardinale Richelio, qui audiendi excellentiâ ad miraculum donatus, ter geminum utrinque gestare deprehensus est auditorium nervum. Postremò vis audiendi viger, si spirati aurium loculi à primâ typhâ; aut plus justò tortuosi sint, in quibus proinde, ut in lituis, sonus varia reflexione reboat; aut solitò arctiores, non verò patientiores, ut plerique opinantur, *ἀπομακρύνονται ἢ ἐκκενθέν*, inquit Aristoteles; sic nativâ *ἐκκενθέν*; id est pupillæ par-*

vitas visui commodat, & venatici canes, quibus natus resimatus est, odorâ vi pollent, captantque discrimina odorum, quos olfactus humanus non attingit: contra homo cæterorum animalium est minime ob apertas nimis narium semitas, ut legere est apud Aristotelem in problematis.

Cespitavit igitur Avicenna, dum in hocce morbo auditus imbecillitatem criminatus est, propterea quod, inquit, languida facultas à sensibilibus, etiam pusillis, sit facile alterabilis: nam sensus duabus constat partibus, alteratione organi ab objecto, & alterationis hujus dignatione, quæ sensus essentiam constituit: Illa inter passiones refertur, ad quam debilia corpora forsitan paratiora esse non negamus: Hæc verò actio est, ac idcirco à robustiore instrumento melius obitur; quis, quæso hominem lycæum, auritum, nare sagacem, gustu eximium, ac tactu præstantem, exinde quod minimis sensibilibus capiatur, sensuum impotentiam laborare rectè dixerit? Ergo si culpanda veniat bombosarum aurium infirmitas, ea est in virtute illarum naturali sive coëctrice, ob quam vapores flatulentos coacervant, sive expulsoria quæ eosdem affluentes non retrudunt.

Sonitantium aurium varietas pendet 1. A viarum latitudine vel angustia. 2. Ex consistentiâ materiæ plus minusve crassioris. 3. Ex illius abundantia vel paucitate. 4. Ex ipsius cursu continuo aut interrupto. Ultimò ex ejusdem celeri vel lentâ allisione, sive ob majorem vel minorem expulsivæ facultatis contentionem, sive etiam quod materia proprio nisu potentius aut lenius ad elabendum insiliat. Igitur humoris pituitosi collisio susurrum facit aquæ molliter defluentis, auresque reddit, si ita loqui liceat *αεὶ φλοῖβος*, id est undisonas: cassiores flatus spatiosiore loco convoluti, pleniusque irrupentes, bombum edunt graviusculum; sic dictum vel à confusa colloquutionum plurimorum hominum voce, vel à sono apum, vel à rauco cornuum murmure, unde fortassis Galli vocant, *Cornement d'oreilles*: tenuiores cum impetu duro aurem longiore tinnitu instar pulsatae campanulae aut crotali everberant: tenuissimè leniter illabentes, clarum acutumque sibilum, serpentum, vel locustarum vocis æmulum reddunt, quem *συσερμῶν* nuncupant, licet hæc nomina plerumque confundantur. Dialecto & *βραχυλογίᾳ* alter ille Hippocrates, Aretæus, personantium aurium diversitatem his verbis eleganter expressit. *ἃς βομβῆν ὡς πρόβατον κενναχρῶν ποσειδῶν, ἢ ἢ ἀνῆμος ἰσίοισιν ἰγκυβερνῆν, ἢ αὐλῶν ἢ ἐπὶ σφύγγων ἐνοπῆ, ἢ τεσσμοῦ ἀμῆξος ἰαχῆ.* Aures obmurmurant instar delabentium cum strepitu fluminum, aut tanquam ventus vela gubernans, aut sibilum fistularumve cantus, aut veluti stridoris, sive potius stridentis, plaustris sonus. Imò cum enarratae causæ multifariam conjungi possint, earumque gradus sicut innumeris infinitæ quoque sibilum aurium differentia emergunt; & speciatim ex flatuum humorumque conjugio, ut in serpentinis atque flexuosis intestinorum heliçibus, sic in anfractibus aurium graves sonitus suscitantur, *βραχυλογίᾳ* dicti sicut per *ἰσομασπείᾳ* vocabulo.

Aurium bombus importunus est; sed per se indolens, quoniam internæ aurium cameræ ossi petroso insculptæ destituuntur omento cæteris ossibus imposito, hoc est periossio, quod à flatuum copia comprimi, vel ab iisdem sub ipso sese illatebrantibus tendi & ab osse subdito disparari queat. Tinnientes aures solis, fas sit ita dicere, *ἐπιτιμῶδες* conscia sunt; ac juxta Hippocraticam prognosin, in morbis acutis *ἀναδρομῶν* materiæ ad cerebrum deaunciant, quæ si per hæmorrhagiam *ἀναρρομῶν* habeat, bonum; alioquin vel delirium, vel etiam lethum intonat. In febribus præcipuè pestiferis, repleto cerebro, aures sæpenumerò obstrere experimento ratum est. Crepitantes aures ut apoplexiam, epilepsiam, cæteros-

que comatosos cerebri morbos præcurrunt, sic in eorum decremento fausti sunt ominis; cerebri namque sese explicantis, ac humores quibus inebriabatur in status attenuantis, triumphum denotant: *Leibargi mentis composes facti, de cervicis dolore sonisque aures rapim pervadentibus conqueruntur.* Echo sive aër resonus diuac perpetim aures offendens raro curatur; sed sæpiusculè surditatis est præludium: fit enim ab humore in auribus congesto, cujus quantitas sensim augetur, donec penitus exturdet. Convalescentibus ac post immoderatas vacuationes, ut oculi vertigine tentantur, ita aures bombilare solent: Nam membræ sensibus dicata, à morbis *αυροίττωρα*, id est defæcata, ac proinde *ἰσίοισιν*, interdum relinquuntur; deinde exhaustæ partes, ob caloris paupertatem, & locotum vacuitatem, flatus permultos accumulanti. *Absentes tinnitu aurium præsentire sermones de se, receptum est*, inquit Plinius; ita ut qui laudatur absens, ei auris dextra mullitet, qui vituperatur, sinistra.

*Garrula, quid totis resonas mihi noctibus auris;
Nescio quem dicis nunc meminisse mei.*

Sed ista medica non sunt, imo potius fabulosa, ac superstitiosa; itaque manum de tabulâ. *Hactenus Menorius, ad alia jam veniamus.*

Antequam de *Tinnitu Aurium, Obauditione & Surditate* agamus, non inutile fuerit si Auditus rationes naturales, organaque illi inservientia, paucis explicemus.

Aër tremulo atque undoso motu à corpore sonoro actus, ab auricularum externarum mechanica anfractuosa & flexuosis eminentiis donata, congregatur, ita ut ejus ad interiora impressio intendatur; hinc per antrum seu meatum auditorium, membrana, glandulis cerumen naturaliter vomentibus strata ex parte objectum in angustum coactus, & ab ejusdem inæqualitatibus & curvaturis novas reflexiones ac refractiones, quibus vim majorem rursus acquirit, subiens, ad tympani pelliculam flexibilem, Myringem vocant, inferiori, seu interiori prædicti meatus extremitati subtensam, pergit, illamque variè agit ac commovet; qui motus non tantum aëri in cavitate tympani concluso, illucque per canalem inde ad foramina narium interna decurrit, remem, adspertato, communicatur, sed etiam ossiculis pone tympani membranam sitis, quæ malleum, incudem, stapedem ac os orbiculare vocant; quibus mediantibus, membranula duplex, scilicet alia quæ foramen rotundum, alia quæ ovale claudit utrumque labyrintho, ultimoque ejus recessu cochleæ dicto, præfixum, succutitur, sicque per vibrationes in labyrinthi anfractibus continuatas impulsio ad usque nervorum auditoriorum ramulos ibidem multipliciter implantatos devenit, per eosque ad cerebrum usque pergit variorum sonorum sensationis occasionem animæ exhibiturus.

Tinnitus itaque aurium fiet, si per particulas è glandulis in membrana partem meatus auditorii obvestiente positas, vel aliunde, scilicet verbi gratia, abscessu vicino, aut aggesta fluxionis materia affluentes; fermentatio oriatur, aëri contento, imprimendo cuidam fremitui, unde tympani membrana leviter quatitur, apta; vel etiam si particulae fermentescibiles per aquæ ductum in tympani cavum ruant, aut arteriosa quævis demum de causa validius pulsset, quæ aërem conclusum jactent; vel si idem motus in ipso Labyrintho imò nervi auditorii substantia, aut spiritibus per ipsum decurrentibus à sero peregrino aut succo nerveo degeneri inductus, adsit. Idem facient vermes in aure geniti suis succussionibus, violentæ capitis plagæ & horridi frago-

res &c. Obauditio verò fiet si deficiat auricula exterior sono excipiendo destinata; vel ex parte meatus auditorius obturetur, tum per corpora extranea, tum per cerumen aggestum, tum per turgentes membranæ propriæ glandulas; vel tympani membrana crassior atque humidior fuerit, imò in eo tensionis gradu non reperiatur, qui variis aëris vibrationibus excipiendis sit accommodus; vel aër tympani crassus & quasi nebulosus existat, qui propterea vibrationes ab aëre exteriori advenientes, exquisitè non satis transmittat, quin potius variè easdem alteret; vel si mobilitas in ossiculis tympani, cordarumque musculosarum ipsa agentium non ea sit quæ feriendis membranulis, foraminibus ovali & rotundo affixis, necessaria est; vel si nervus auditorius ex parte obstruatur, aut in aliquibus deficiat cavitas labyrinthi: Surditas ab iisdem causis quas in obauditione jam enarravimus, orietur, si modò illæ graviore fuerint; imò si particulæ illic tantùm fermentescentes, hinc corrosivum quid acquirant quò varias organi partes lacerent & destruant.

Signa variarum auditus affectionum non opus est ut hic expendamus, ad prognosim itaque continuò procedamus.

Tinnitus aurium febribus quibuscunque superveniens materiae ut plurimum ad cerebrum *diapophysin* denunciat, febre autem curata, idem hic sine usu medicamentorum curatur. Idem affectus ut apoplexiam, epilepsiam aliosque comatosos cerebri morbos præcedit, sic in eorum decremento faulli est omnis, si quidem resolutionem materiae morbum facientis denotat. Convalescentibus, ac post immoderatas vacationes, ut oculi vertigine tentantur, ita aures bombilare solent, nam exhaustæ partes status facilè accumulanti. Inveteratus aurium tinnitus, scilicet qui per biennium duravit, vix curari potest; uti etiam tinnitus ex frequenti percussione in caput & tempora, propter internam lacerationem.

Surditas ab ortu rarò imò rarissimè curatur, iisdem nihilominus loco aurium inserviunt oculi. Sic D. Wallis Mathematicus Oxoniensis duos Nobiles Anglos ab ortu surdos instituit solo labiorum motu, ut loquentes intelligerent & accuratè responderent: Sic etiam Digby lib. de immortalitate animæ refert de quodam Nobili Hispano, qui ab ortu surdus, ut ne bombardam auribus adnotam atque explosam perciperet, simulque linguæ usu privabatur: quem nihilo minus dexteritas atque industria Sacerdotis cujusdam eò perduxit, ut post multos annos cum stupore omnium distincta admodum proferret verba, aliosque secum colloqueat (solo aspectu) perfectè intelligeret, ut per integrum diem in crebro hominum contubernio versatus, illorum ne verbum quidem non apprehenderet, atque appositè cunctis responderet.

Surditas & Obauditio à vitio membranæ tympani confirmato vix curatur; si enim à tensione sua naturali remittat, idque multo perdatet tempore non facilè ad statum reduceretur, sed tantum sic affecti, sub quovis strepitu majore, membranam prædictam violentiori ad interiora impulsione aliquomodo tendente, mediocrem sonum percipient, quo nullatenus afficiuntur extra hos strepitus constituti: Exempla quatuor sic affectorum refert Bohnius Circulo suo Anatomico physiologico, bina ex Willisio, tertium & quartum ex Transaction. Philos. Angl. perita. Prius sceminae est quæ surda quidem, quamdiu nihilominus in conclavi tympani bellici sonus ejus circumstrepebat, adstantium alloqui distinctè capiebat, cessante verò immaniore isto strepitu statim obsurdescebat, cujus propterea maritus tympanistam pro servo

Tom. I.

domestico conducebat, ut illo mediatore colloquia interdum cum uxore haberet. Alterum surdasteri maris erat, qui prope campanile degens, quoties plures campanæ simul resonarent, vocem quamvis facilè & clarè audiebat, tacentibus illis secus. Tertium in Nobili à nativitate surdo observabatur, cui pariter temporaria ejusmodi medela solatio erat, sc. quandiu tympanum prope ipsum violentiùs pulsaretur, à tergo submissiùs loquentium voces percipiebat, nec tamen clamantes strepitu illo cessante. Eiusdem quoque generis studiosus quidam erat, qui surdaster omnia distinctè & commodè audiebat, quando in rheda velata per plateas velociùs vehebatur, & cum amicis assidentibus colloquebatur.

Surditas in febribus superveniens urinâ existente crudâ delirium grave portendit, sin verò in acutis & malignis febribus cum signis coctionis conjuncta sæpius boni est ominis, & ipsi interdum aut hæmorrhagiæ narium, aut dejectiones biliosæ superveniunt. Delirium surditati superveniens insaultius multo quid denotat, quàm surditas superveniens delirio; præcipuè si delirium hoc cum anxietate, vigiliis ac vomitu jungatur. Quibus surditas cum gravitate capitis & hypochondriorum tensione, ac oculorum splendoribus adest, iis hæmorrhagiæ narium indicatur.

Curationes, Consultationes, ac Observationes ex variis.

Curationes.

Tinnitus Aurium.

In tinnitu præstat vapor Absinthii & Verbenaë ex lacte; ut

℞. absinthii crudim. ꝑ. decoque in lacte vaccino; postea det tritorium, quod commodè orificium ollæ illius decocti claudat, immittatur vapor decocti adhuc ferventis in aurem, abstersâ aure & purgata gestetur gossipium, quod aliquandiu cum mofchata fuit conjunctum (moschus nimirum capituli amicus) imprimis viris, mulieribus verò ratione uteri minus tutus est. In tinnitu, sonitu, strepitu, sibilo multùm præstat panis recens coctus minor, statim ex cibano sumptus, & inferiore crustâ ablata, immissoque Sp. V. bono, si ad aurem applicetur (interjecto circulo ligneo crassiore ad evitandam partis exustionem) ut vapor ille intrò recipi possit. N. B. continuetur curatio, donec cedat malum. Possunt etiam adhiberi sternutatoria præmissis universalibus. Johann. Hartmann. in Pract. Chymiatric.

Obauditio.

In obauditione item fluctuatione, immittantur auri ol. amygdalarum amararum gutt. ij. iij. quæ postea emittantur: ab oleo Juniperi abstinendum. Post universalia instituantur satus, præsertim ex corroborantibus caput, qualis est decoctum absinthii, verbenæ, in lacte vel etiam cum pane calente cum & sine sp. v. (si affectus lenior) foris ut antea applicato. Tandem, si non solvatur in B. immittatur in aurem turunda ex radice raphani affabre sculpta & per dies aliquot in sp. Vini macerata, ac in B. inter sudandum, in aurem immissa. Si neque hoc modo solvatur, eadem turunda tandem maceretur in oleo scemniculi stillat. & eodem modo in Balneis usurpetur. Auri instilletur sæpe oleum carvi & instatur post aures. Idem ibidem.

Observatâ victus ratione, sæpe corpus infuso seana purge-

F f

purge-

pargetur; cum fenna omnium sensuum organa præcipue mundet, infusum ita fiat.

℞. Passul. ʒj. galang. incis. ʒj. decoq. in aq. puræ q. s. pro duabus dosibus. Infund. fl. bor-ag. viol. ana p. j. fol. fennæ elect. ʒj. stent in infusione per noctem, & mane calefiat, ac pro duabus potionibus exprimatur.

℞. Expressionis ʒiij. Syr. ros. solut. ʒj. mann. Calabra. ʒvj. m. f. sic pro uno & altero haustu. Caput deinde hoc apoplegmatismo expurgetur.

℞. Kolmarin. organ. salv. rutæ, ana m. f. rosar. rubr. ʒß. rad. zinzib. incis. ʒß. pyrethr. ʒiij. coq. in ʒj. ad medicamentis consumptionem. Colat. adde aceti rosac. acerrimi ʒj. detur pro gargarismo quo mane os abluat. Isto modo evacuato capite, decoque in aqua & vino organum, atque in decocto calido, spongia madefacta & expressa auris affectæ adhibeatur. Injiciatur deinde par calamum una vel altera gutta aq. Cardui hoc modo destillata.

℞. Folior. cardui mundator. & siccor. m. j. aspergantur spiritu vini, & in vas vitreum quod hoc-ciam appellant, imponantur; atque aq. Cardui q. s. affundantur; supposito que alembico vitreo destilletur in arena, destillatum in vitro clauso servetur, cum uti voluerit, parum de eo in argenteo cochleari calefiat, injectum auribus in adversam partem caput declinet exiguo tempore, deinceps rursus elabi sinat, aurem perpetuo lanâ xylinâ quæ odorem vel ex moscho, vel ambra contraxerit, concepta muniat: caput non refrigeret, & ne auribus ventus molestus sit caveat, cum auris mundaanda est non confricat auriscalpio, sed linteolum molle intum instar turundæ imponat, atque hoc modo mundet. *Joh. Crato Consil. 2. lib. 4.*

Surditas.

Ad surditatem & tinnitum valent succus raphani, pinguedo anguillæ, axungia talpæ, oleum amygdalarum amararum, pinguedo serpentis, succus expressus ex cepa imbuta sp. vini & sub cineribus cocta. Item

℞. Cepam magnam rubram in medio cavatam, cujus cavitatem reple oleo rutæ, addendo pulverem cyperi, bacc. lauri, anisi, cumini ana ʒj. Castor. pulverisat. ʒß. bulliant omnia super prunas ardentes, postea exprimantur, serventur in phiola, de qua stillentur aliquot guttæ in aures manè & vesperi claudendo cottone moschato. In surditate non connata præmissis universalibus mirabiliter operatur essentia fellis humani cum sp. V. extracta [diu durat] & simili ratione cum turundis Raphani inter sudandum applicata: tamen à proprietate innata in hoc casu præstat fel perdicum, si cum oleo succini albi ana mixtum in aures guttatim immittatur (dos. gutt. iij. iij. ad plurimum) hæc verò aliquoties sunt repetenda. *Joann. Harsmann. in Practic. Chymiatric.*

Succus hederæ depuratus cum vino albo potenti instillatos mirificè prodest, ut & absinthium cum aqua marina decoctum, ac pet arundinem pro fomento adhibitur. Ova quoque formicarum contrita & cum succo cepæ in aures infusa, quam vetustissimam etiam surditatem persanant: item & caprillum fel vel leporis fel recens cum pari mellis portione mixtum, & in cepæ corio tepesactum, & in aures immissum auditum mirificè restituit: quæ omnia topica crassos & vitiosos humores, in auribus organo surditatem causantes incidunt, secant & attenuant. Convenit etiam ligni guajaci decoctum per triginta dies: quo tempore theriacæ vel mithridatis interdum ʒj. nonnunquam conserv. betonic. aut flor. salviæ ʒß. alternis saltem diebus dormituro exhibeatur. *Joan. Zeechius Consult. 58.*

℞. Menth. salv. puleg. rosismar. chamæmel. mille-

fol. cent. minor. abrotan. ana m. j. bulliant in vino albo generoso ad tertæ partis consumptionem, & cum ita dormitum calefiat, inde per infundibulum suscipiatur fumus intra aurem per spatium dimidiæ horæ, & prædictæ herbæ bene calidæ ad aures internis admoveantur. *Rodericus à Fonseca tom. 2. Consult. 58.*

Judæus quidam Empiricus cuidam medicamenta suppeditavit, quæ cum ego satis probem, volui studiosis ea communicare. Ea hæc sunt; Conficiatur lixivium ut fieri solet ex cinere juniperi, & fluviæ aqua, lixivii capiat ʒj. cui infundantur per viginti quatuor horas serpill. flor. chamæmel. absinth. matricar. ana m. ʒ. baccar. lauri, rad. ireos, ana ʒj. rad. asari ʒß. contusa infundantur. Deinde eo lixivio abluat caput aliquoties.

℞. Succu potrorum, succu absinthii, ol. amygdal. amar. petrol. ana ʒß. m. Deinde ea mixturâ impleantur cepæ duæ excavatæ, ac earundem cortice tectæ; atque ita sub cineribus calidis coquantur. Coctis his succus exprimatur, qui sæpe in aures instilletur.

℞. Aceti acerrimi ʒiij. stercor. columb. rec. q. s. mixta hæc indantur in ollam novam, coq. ad mediet. consumptionem. Deinde coopertam ollam crusta panis larga in medio perforata, & imposito aptè emboto, auri subiciat; atque inde exhalantem vaporem in aures excipiat, vesperi iturus dormitum, continuet ad duodecim dies, & quaternis quibusque medicamentum reiteretur. Hæc medicamenta post ritè purgatum corpus administrantur. *Reinerus Solenander Consil. 4. Sect. j.*

Non subucebo quod experimento multorum probatum reperio, nimirum surdos non parum beneficii suscepisse ex hoc præsidio, quod recipit aquæ stillatitiæ ex renibus arietis nuper ab ariete extractis & minutim incisæ, cum pari portione aquæ vitæ: si guttulas aliquot noctu ante cenam in aures instillaveris, & gossipio foramen auditorium obturaveris, quod si simul cum renibus aliquid florum capitalium instillaveris, non errabis, item magni solet esse momenti in aures injicere instillationem ex ligno guajaco, flor. stœchados, majoranæ, anisi ac rutæ. *Ludovicus Mercatus Consult. 16.*

Non est melius hic remedium, quam ambra, imprimis, ubi est defectus spirituum animalium. Debet dari in magna copia, vel per se, vel essentia. Item species diambriæ cum aq. cardui benedict. prodest quoque essentia castorei, absinthii spir. otoligicus & acosticus ambratus. In memorabilibus Camerarii existat oleum, quod præparatur ex verbis reperitis in corticibus ligni quercini. It. Essent. fellis hominis, Lucii piscis, Axungia serpentis, Castoris, Aq. picarum cum castoreo. Conferunt etiam aq. card. benedict. rectificata, manè & vesperi infusa: It. aq. salviæ rectificata & eodem modo usurpata. It. raphanus excavatus impleatur aq. majoran. addatur momentum salis, subterretur & aqua collecta instilletur. Item panis recens cum cumino sufficienter coctus. Item

℞. Pulp. colocynthidos ʒj. ol. lil. albor. ol. de castoreo ana ʒß. vin. aib. ʒvj. Coque ad vini consumptionem, & guttulatim in aures immittatur. Item propria urina frequenter exterius adhibita pro lavamento. Aqua etiam ex ovibus formicarum prodest.

℞. Sem. carvi ʒij. Bacc. laur. N. j. flor. chamomill. fol. rotis marin. herb. salviæ ana m. ij. Coq. in f. q. v. & evaporet in aures aliquoties singulis diebus. *Joan. Michael. in Prax. clinic. general.*

Surditatis causa vel in exteriori, vel in interiori Auris parte querenda est.

Si causâ sit in parte exteriori, surditas non integra est,

est, sed auditus tantum gravior sit. Ad hujusmodi surditatem amovendam, abluatur sine violentia via quæ usque ad tympanum pertingit, vino Malvatico, Cretico seu Hispanico calentibus, quò sordes omnes auri exteriori inhaerentes eluantur.

Immo licet causa sit in parte interiore, tamen cum ad topica devenire tempestivum sit, primò ab omnibus contentis expurgandus est meatus auditorius, quo medicamentorum vis ad aurem internam melius pertingat.

In causa autem interna, ante topicorum usum, de generali (immo & particulari) evacuatione primò deliberandum est. Nam cum humores pituitosi nervum auditorium vel obstruunt vel comprimunt, plerumque sint surditatis causæ internæ, humores isti viis aptis diligenter expurgandi sunt.

Potio igitur seq. primò exhibeatur. ℞. sarsaparill. ℥iij. fol. betonic. chamæpit. ana m. s. summit. floridar. p. j. flor. herb. paralyf. p. ij. sem. anif. & coriand. ana ℥ss. crem. tart. ℥ij. fol. senn. munda. minut. incisor. vino albo nutrit. ℥v. f. omnium decoctio & colatura, in qua ad dosin aptam reducta dissolv. syr. Augustan. de rhabarb. & ros. pallid. cum agaric. mann. Calabr. ana ℥ss. sp. vitrioli gut. iv. m℥. f. potio danda in aurora hor. iij. ante jusculum cum debito regimine.

Vel pil. seq. ℞. mass. pil. sine quibus, cochiar. aggregativ. ana ℥ij. f. massa, de qua cap. ℥j. pro doli, idque post primum somnum, levi cenâ præcedente, cum debita custodia, dilato ad 3. horas jusculo. Cap. primò has pilulas ter, interpositis duobus diebus inter singulas doses, vel etiam tribus pro ratione operationis.

Ita purgato corpore, exsiccationi cerebri sedulo incumbendum est; humoris item pituitosi derivationi. Quibus indicationibus satisfaciunt usus quotidianus gargarismorum, frictions capitis matutinae retrorsum cum seculis factis pulveribus salviae, majoranae, rad. cyperi, rasur. guajaci, lign. Rhod. bacc. laur. junp. additis speciebus aromaticis in mediocri quantitate, succino multo, & pulvere violato qui cæterorum basis esse debet: suffitus item siccantes operimentorum capitis nec non per eisdem aëris cubiuli correctio. Proderunt balsama ex oleis chemicis salviae, majoranae, rorismar. præsertim vero succini, quæ unguento aurantium & butyro nuc. moschat. excipiantur, ad inungendas nares interiores & capitis rasi suturas, idque mane post frictionem prædictam. Non inutilia erunt Sternuatoria, sed blanda admodum sine elleboro & euphorbio. Sufficiens primò aurantium vel citri cortices extimis naribus inditi, aut asari folia convoluta. Noxia omnis vehemens capitis concussio, quæ non nisi quando impactum aliquid magno conatu excutiendum est, locum habere videtur. Melius erit partem hanc principem à superfluitatibus quotidiano proventu succrescentibus exhaurire per derivationem, quam egregie præstabit fontanella duæ utrinque ad spinæ latera prope superiorem homoplatæ angulum excitatæ, quæ pluribus immixtis piscis continuo apertæ teneantur.

Bona sit villis ratio, moderatè calefaciens & siccans: & præscribatur potus dieteticus seu cerevilia medicata ex sarsaparill. rad. chinae, ligno lentisci, salsif. betonica, plurima chamæpit. summit. rorismar. flor. tilia & herb. paralyf. nuc. moschat. &c. quæ omnia vel decoquantur vel pendent in zytho recent. coct. qui liquor defæcatus per fermentationem sufficientem lagenis lapideis recondatur ad usum.

Post sordes meatui auditorio inhaerentes ablatas, excipiantur decocti convenientis cephalici & nervalis, vel ex lagena, vel ex tubo ligneo canali ex æoli-

Tom. I.

pila prominenti affixo. Prostant etiam suffitus sicci sordis auribus insufflati, ut ex tabaco ipsove sulphure si magnum hæreat pertinacius.

Postea liquores seq. auribus instillentur. ℞. succi porri ℥ij. succi allii & cepæ ana ℥j. fellis anguilla ℥ij. spiritus vini optimi ℥x. misceantur & digerantur per aliquot dies, mox f. per chartam colatura. Hujus liquoris quotidie aliquid instilletur auribus, quæ claudantur postea bombace permixto paucò Zibetho. Vel ℞. rad. enul. siccar. & brion. ana ℥ij. cortic. Winteran. ℥ss. fol. sicc. majoran. saliv. ana ℥ij. flor. lavendul. & stœchad. Arab. ana p. j. cinnam. interior. cubeb. cardamom. caryophyll. ana ℥j. spir. vini opt. q. s. ut supernatet mater. un. digit. f. digestio in arena per biduum, mox colatura, cui indatur nodulus continens amb. gris. gr. viij. mosch. gr. iv. zibeth. gr. ij. Utatur instillando in aurem mane & vespere guttam unam & alteram, aures obturando bombace eodem liquore imbuto & leviter expresso.

Vel ℞. zibeth. gr. iv. moschi gr. ij. olei stillatit. saliv. & rorismar. ana gutt. iv. m℥. atque hæc mixtura imbibatur bombax quo obturentur aures.

Interim alvus servetur laxa injecto subinde enemate. Vel quarto quoque die sum. ℥ij. massæ seq. horis duabus post levem cenam sine custodia. ℞. mastich. ℥j. majoran. sicc. ℥ss. aloës rosar. ℥ss. specierum hier. pier. ℥ij. f. omnium pulvis subtilissimus, excipiendus succo caulium viridium probè saccharato; f. massa pilular.

Si ex horum omnium usu auditus non recuperetur, æger conferat se ad thermas sulphureas (quales sunt Bathonienses) passurus strenuam & longam capitis irrigationem ex alto cum aqua sulphurea: hinc enim spes est ut impactus humor liqueatur, & spiritui animali detur per auditus organum comineatus liber.

Nota. Si membrana tympani rumpatur, surditas inde pendens est incurabilis: ut & ea quæ à nativitate est. Theod. de Mayerne in Praxi.

Consultationes.

Tinnitus aurium.

Aurium tinnitu multis abhinc annis divexatus Nobiliss. Adolescens vigesimum septimum annum agens, temperamenti totius & jecoris ad calidum & humidum vergentis, capitis verò calidioris ac valde humidi, studiis atque applicationibus deditus; & quamvis Gal. asseruerit quod hujusmodi affectus causæ cognitio adeo statim haberi non possit, cum prægresso morbo non nunquam succedat, & quandoque fiat ex cruditatibus, vino, vomitu, medicamentis, non nunquam etiam à stultitia materia, vel ab exquisito auditu, ut imaginariæ suffusiones in oculis fieri solent; attamen in hoc casu facilis, imò manifesta mihi videtur causæ cognitio cum capitis temperamentum præhumidum primo aspectu nobis ostendant ejusdem magnitudo reliquo corpori non adeo proportionata, præterea fertis capillorum copia ac longitudo, crudorum excrementorum abundantia, & ipsius capitis nonnunquam gravedo atque præter naturam quædam obtusitas, ex quibus sicut redundantem in capite humiditatem in aures transmissam, causam mediatam hujus tinnitus fuisse & esse existimo, ita reliquas omnes à Galeno loco citato recensitas excludi posse credo; non enim prægressis febribus successit, nec vino, aut cruditatibus, minus medicamentis narcoticis: sicut excluditur exquisitus sensus auditus, quoniam adesset capitis siccitas; nec à solo vapore, quoniam non adeo diuturno tempore perseverasset. Fit igitur à materia vaporosa tanquam à causa immediata, sed à minera humida ut à

Ff 2 media

mediata causa suscitata, dum calor natus ipsius partis continuè in humidam materiam agens, ut dissolvat, eandem in halitus elevat, qui aëri implantato in interiori concavitate ossis petrosi quieto manenti commisti, eundem agitando, apparentem sonitum, hoc est, à nullo externo objecto ad aures delatum simulant, sicque quodammodo etiam auditum impediunt, cum ut dicebat Celsus, ubi aures intra seipsas sonant, externum sonum recipere nequeant; & quamvis caput idiopathicè & essentialiter affectum esse non sit dubitandum, attamen propter magnam consensum quem cum ventriculo habet per nervos copiosos sextæ conjugationis, ventriculorum quoque ipsi capiti nonnihil contribuere non est negandum, ut propterea à copia ciborum, vel potu abundantanti, ab exercitio, ventriculo repleto, vel ab applicationibus, caput ipsum facile compatiatur, imò & ab ascendentibus evaporationibus spiritus in auribus magis agitentur, & tinnitus adaugentur.

Est affectus ille non spernendus, cum jam diuturnus & confirmatus sit, & causam antecedentem foventem, validam atque naturalem habeat, humidam scilicet capitis intemperiem, cui caliditas quoque affociatur tanta quidem, quæ liquare ac fundere humiditatem potest, at non que eidem dominari & absorbere valeat; & eò considerabilior evadit in hac ætate que neque puerilis, neque senilis est; surditatem enim minari solet, cum adauctâ fluxione meatus auditorius obstruitur, aut nervus auditorius, à quinto pari descendens, comprimitur, vel à viscida materia dura membrana, meatum investiens, oblituitur atque obtunditur.

Quare quamprimum à medica auxilia est confugiendum, ut præfens tinnitus auferatur, & surditas arceatur, præterquam quod à præfenti humida capitis intemperie non pauci alii affectus sobolescere possent. Medicæ autem intentiones esse debent, humiditatem in auribus existentem exiccare statimque discutere. Secundò capitis humidam intemperiem, utpote partis mandantis corrigere. Tertio totum expurgare. Quarto primas vias expiare, hac lege ut quod fuit primum in intentione, debeat esse ultimum in executione.

Et à fonte Chirurgico aliqua sanguinis missio ex Jecoraria dextra est depromenda, si non ratione capitis & auris, saltem ratione totius & jecoris, ut facilius calorifica & exiccantia medicamenta administranda tollerari possint.

Ex pharmaceutico fonte reliqua sunt desumenda medica præsidia, ut jam dictis intentionibus medicis satisfaciamus, & primò Leniens exhibeatur ex manna clarif. & syr. ros. solutivo, vel ex cassia, electuario leni, & tartaro. Primum Præparans quinque aut sex diebus summo mane assumendum, sit oxymel ad ℥ij. exigua aqua flor. citri dissolutum; mox leniens medicamentum, ut supra, repetatur. Inde ad ulteriorem præparationem deveniendum oxymelite simpl. & syr. de betonic. in decoct. cichor. borrag. agrimon. melissæ, salviæ & betonic. in qua octo aut decem diebus insistendum; deinde Purgans exhibeatur ex elect. lenit. diacath. vel diaphenic. paratum. Vel ex infus. agarici, rhab. senæ & cinnamomi, addito syr. vel mell. ros. solutivo, quibus superhibenda præberi poterit aqua hordei ad ℔ij. vel mulsâ diluta, aqua hordei parata.

Hæc absolutâ primarum viarum ac venosi generis expurgatione, expurgandum erit quoque caput, quod præstari poterit pilulis capit. cochis præparatis: additis quoque aureis & massicinis, tribus saltem vicibus quarto quoque die assumendis; intermediis verò diebus Præparans erit exhibendum

ex decoct. cichor. betonic. salviæ, stœchad. & majoranæ, addito oxymel. compos. syr. de betonic. & de stœchade. Interim ejusdem capitis expurgatio Masticatoris quoque erit procuranda, ex pulvere pyrethri, Gingib. nucæ myristica, massiche & cera parandis, maximus enim extat consensus & communicatio oris cum auribus. Ita purgato capite, humida ejusdem intemperies est corrigenda & exiccanda, quod egregiè præstabit Decoctum sudorificum ita parandum.

℥. Sarsaparill. elect. lign. visc. quercin. veri ana ℥j. lign. ros. marin. santal. alb. infus. per horas 24. deinde bull. ad consumpt. dimidii, facta verò colat. servetur ad usum pro duabus vicibus, matutino tempore hora una ante ingressum hypocausti assumenda, addendo gutt. ij. aut iij. quintæ essentia: ros. marini; in cujus usu perseveret supra triginta, imò usque ad quadraginta dies: deinde residuis adde aquam quæ bull. ad consumpt. tertiæ, addito colaturæ saccharo, ut fiat potio consueta. Decimo quoque die præbenda est potio ex mann. clarific. & victus ratio debet esse attenuans, licet non adeo tenuis; etenim præter panem biscoctum, passulas & nucleos pineos, concedatur tertio aut quarto quoque die caro assa palumbi ex turre, aut pulli junioris, aut vituli, mane tantum in prandio, cum omnimoda tamen à vino abstinentia.

Dum jam dicta omnia sunt, post totius absolutam expurgationem localia auribus admodum possunt; inter quæ commendant acetum cum nitro & melle Oribanius atque Trallianus; Castoreum, crocum & nitrum cum aceto Paulus & Aëtius; Oleum de colocynthide & succum cyclamin. Dioscorides; nos verò tale experti sumus efficacissimum remedium.

℥. Ol. amygd. amar. ℥ij. succi raphani ℥j. fell. capr. ℥b. pulp. colocynthid. ℥j. m. macerentur in vasculo terreo vitreato cooperto per noctem, deinde bull. ad consumpt. succi & f. fortis expressio panno lineo raro, quo madefacta turunda bombycina, in auribus noctu de more detineatur.

Sed quoniam hæc nonnisi ineunte vere peragenda erunt, ideo interim aliquo leviori Topico uti poterit, ita parando.

℥. Cepam vulgarem excavatam & oleo amygd. amarar. repletam, in vasculo terreo repositam, & oleo addatur pulvis cymini, bulliat autem quousque Decocta sit ipsa cepa; deinde f. fortis omnium expressio, & turunda hac expressione irbuta in auribus noctu detineatur.

Jam dictis omnibus cautio in victus ratione erit addenda, ita ut Nobiliss. Patiens caveat à diuturna mora propè ignem, sub radiis solaribus, neque caput ventis & aëris inclementiæ exponat; abstineat à vaporosis omnibus, præsertim humidis, & super omnia à lacticiis omnibus; à lactuca, ab apio, feniculo, vinis generosis, ab edulis crassis atque difficilis concoctionis: ab exercitiis tum animi, tum corporis, ventriculo plene existente, & alacri animo vivat. Joann. Raymund. Fortis Consult. Tom. 2. Cent. j.

Vir triginta duos annos natus postquam diu craspula se fatigasset, incidit in tinnitum aurium, quem postea, jam à sex mensibus infecutus est sinistrae auris, primò gravis auditus, & deinde surditas. Huc jam accessit tinnitus & gravitas auris dextræ.

Afficitur in hoc ægro utraque auris secundum nervos auditorios; quòd ex sorditate, gravitate auditus, & tinnitu aurium est manifestum. Morbus sinistrae auris est obstructio vel compressio nervi auditorii ab humore pituitoso facta: quæ auditus privationem ibi inducens, surditas dicitur. Dextræ verò auris

auris morbus est intemperies humida, crassa & statulenta nervi auditorii; quæ imminutum auditum, & tinnitus sonum, in ea excitans, gravis auditus & tinnitus aurium nuncupatur.

Causa procatartica horum morborum est crapula, quæ hic vir se diu fatigavit. Inde enim cruditas, & deinde pituitosi in toto corpore humores ex cruditate fuerunt geniti, qui in vasis cerebri contenti causam antecedentem; ex vasis verò in nervos & vicinas aurium partes postea effusi, continentem horum morborum, & symptomatum constituant causam. Dum enim humores isti propter crassitiam suam, & debilitatum cerebri calorem, in statum circa nervum auditorium convertebantur, impingebant illi vehementius in nervi istius fibrillas, atque etiam in tympanum, atque hinc motu suo excitabant tinnitus sensationem: si verò postea leviter circa aurem sinistram incrassati, & in nervorum sinistras auris cavitates impacti, primum nervorum fibrillas leviter ibi compresserunt, & obturarunt; atque hinc ortus est gravis sinistræ auris auditus: ab iis verò, postea ibidem magis auditus & incrassatis, tanta nervi auditorii compressio & obstructio est orta, quæ motum omnem, à sono nervis impressum, ad cerebrum deferri impediens, surditatem in ista aure excitavit. Humoribus verò ad nervum auditorium dextræ auris delatis, ibique partim in status convertis, & in nervi istius fibrillas vehementius impingentibus, tinnitus; in nervum verò nonnihil impactis, & fibrillis nervi iis nonnihil compressis vel obstructis, gravis auditus dextræ auris etiam supervenit.

Quoniam hic affectus jam sex duravit menses, & paulatim incrementum sumsit, metus est, ne ob durationem istam moram, materia ita nervo auditorio sinistro sit affixa, ut nunquam inde tolli possit, & surditas ibi maneat perpetua. Et quia cerebrum hic valde est affectum, metuendum, ne auditus humoribus, surditas etiam dextram aurem occupet.

Quia tamen hæc prædictio non est necessaria; ideoque Curationem inchoandam existimo. Eaque consistet in causæ procatarticæ, antecedentis, & continentis ablatione, intempericque per contraria correctione. Primò itaque purgetur æger bis terve his pilulis.

℞. Pilul. cochiar. sine quibus esse nolo an. ℞. scammon. g. 12. cum syr. ros. sol. q. s. F. pilulæ Num. v. mane sumendæ, & singulis etiam mensibus admoveantur tribus diebus continuis cucurbitulæ sine scarificatione post aures ab auribus revellantur, & ex iis educantur. Utatur etiam mane & vesperi lotionibus pedum, cum camomill. melilot. majoranæ, hyssopi, & rorismarini decocto instituti. Nocturno verò tempore talem cucupham capiti imponat.

℞. Rad. irid. flor. ℞. calam. atomat. cyperi, acori an. ʒj. folior. siccor. majoranæ, melissæ, salviæ, roris marini an. m. s. flor. stoechad. arab. spic. nard. an. p. j. cinnamomi, macis, caryophyll. benzoini an. ʒss. Omnia in pulverem redacta excipiantur cotone moschato, & cum panno serico interposito F. e. a. Cucupha, noctu gestanda. Interdium sub pileo in capite gerat cucupham ex corio Hispanico; quales jam in frequenti usu esse inter juvenes & senes observamus. Mane jejunos, & vesperi sub horam quartam, hoc utatur masticatorio.

℞. Rad. pyrethri, angelicæ, zedoariæ ana ʒj. sem. staphid. agræ, sinapi nucis moschatae, fol. fenn. an. ʒss. pulveriscentur & addatur parùm mastiches, ac cum ceræ q. s. formentur Globuli masticatorii: de quibus masticetur unus prono capite, frequenter exspuendo. Noctu dormitum iturus auribus hanc aquam

Tom. I.

indat.

℞. Aq. fenicul. sem. carvi post olei extractionem remaneatis ana ʒj. spir. juniper. ʒss. Misce, & de hoc liquore instillet aliquantulum in aures, addendo semper guttam telles carpionum, & postea sinat effluere, ac deinde indat auribus cottonem, in quo moschus fuit servatus, vel in quo moschi pulvis est dispersus. Manè suffitum etiam auribus excipiat per infundibulum, ex hoc calido decocto.

℞. Fol. lauri, rutæ, origani, hyssopi, majoranæ ana m. j. absinth. mentasti an. m. s. flor. stoechad. celticæ m. j. Baccar. lauri, juniperi ana ʒss. sem. anis. feniculi carvi, cymini an. ʒj. Decoquantur in vino alb. q. s. ad tert. part. consumptionem; & halitus calidus aure per infundibulum excipiantur.

In aère versetur calido & sicco. Victus sit tenuis, & paucus; & famem aliquando sustineat. Vitet repletionem, & omnes cibos crassos & tenaces, qualis caseus & legumina. Cibi condiantur semine anisi, feniculi, cymini, petroselini. Potus sit vinum & cerevisia mediocis. Exercitium sit moderatum. *Henr. Reg. apud Theodor. Craanen in Observ. Medic.*

Hypochondriacus queritur de tinnitu aurium, putat se audire sonitum campanæ, vel strepitum aquæ; quandoque cessat, sed subito recurrit.

Hypochondriacus queritur de tinnitu aurium, & putat se audire sonitum campanæ ab humorum inordinata fermentatione; hypochondriaci etenim sanguine gaudent fermentescibili. Causa est visciditas flatibus generandis apta, & variis obstructionibus conficiendis idonea. Hinc conveniunt stomachi acidum absorbentia, qualia sunt omnia anti hypochondriaca. Sal volatile C. C. bis vel ter sumi potest in Septimana in prandio. Sic sudorifera hic erunt insignis effectus: Enemata etiam possunt applicari cum emolumento. Externè sal rostitus auribus applicetur. Scarificatio aurium singulis mensibus instituat, ut & v. sectio in pollice pedis, vel manus, ac vesicatoriam item noctæ applicetur. *Joan. Jac. Waldschmidt, in Prax. Med. ration.*

Obauditio.

Nobilis puer annorum 12. hæreditario catarrho obnoxius, incompositaque victus ratione usus, annis elapsis surdus evasit. Verùm medicis remediis adhibitis imminutus est affectus, ita ut nunc surditas ter dici possit, magisque læditur quoad aurem sinistram, idque ex confluxu catarrhi ad aures, tympanum humectantis, atque ita repercussionem aëris impediens.

De sanitate perfecta spes luculenta est: quod conjectare licet ex juvenamento à medicamentis etiam non admodum validis suscepto, reliquis sensibus satis bene se habentibus. Adde quod epileptici juvenamentum ex mutatione aëris, & ætatis suscipiunt, multo magis hic affectus, qui levior longè est.

Primò itaque purgandum est totum corpus, tunc caput; fluxio divertenda, materia fluxa resolvenda, & tandem cerebrum exsiccandum, & roborandum. Venæ sectio in hac tenella ætate non permittitur; cum imprimis morbus sit potius frigidus. Neque opus erit hirudinibus. Fonticulus, purgato toto corpore, inuratur brachio sinistro: quem si respuat, recuperatâ sanitate, occludere poterit. Non est opus alio fonticulo. Contumaci tamen existente affectu, injuri etiam posset coxæ dextræ; & tandem occipitio. Frictiones, & ligaturæ, tanquam revulsorium præsidium locum habent: sicut tempore matutino, & vespertino etiam, potissimum post somnum, cum linteo aspero suffitio thure, mastiche, &c.

Ff 3 In

In corporis purgatione cogitandum est qua arte decipiatur puer. Secus enim respuerit medicamenta, cum adhorreat à dulcibus. Effet ad rem manna cum jure: sed non admittet. Si assuesceret pilulis cum panatella, essent ex usu pil. mastichinæ, de Aloe, Alephanginæ &c. Si non possit, vel abhorreat, pilulis addetur Diacydonium, cum senna vel cremor Tartari cum jure gallinæ, vel Galli antiqui. Ex usu essent etiam Beta, Caricæ, pruna, &c. Si magna copia sumantur, addito saccharo non depurato, vel melle; verum ab his fortasse gustus abhorrebit. Præparatio fiet oxymel. s. syr. de betonica. &c. Si hæc non admittat, detur decoctum ex betonica, seminibus citri, rore marino, calendula, floribus borraginis, & violarum: vel præparantium loco, victus erit, qui corpus ad purgationem disponat: quales erunt cappareus cum aceto, feniculum, asparagi &c. Purgatio erit instituenda blandioribus, non dulcibus, neque ingrati saporis. Ad rem erunt mechoacanna, jalappa, sal, & cremor Tartari, pulvis myrobalsanorum, turbiti &c. Ex aliquo horum parandi erunt morselli, cum jure, exempli causa: si sumatur scrup. j. mechoacan. vel jalappæ, cum portione agarici trochiscati, & saccharo in aliqua aqua soluto ex qua paratur morsellus, à quo jusculum aliquod sumat, vel sic medicamentum in simplici jusculo exhibeatur, vel cum conserva cydoniorum, ros. aut viol. &c. Secundo purgetur corpus, iterum præparatione præmissa, jure alterato flor. rorismar. flor. lavendul. & cardui benedicti. Præterea purgantibus erit utendum pro diversione: Diarthea enim tollit sordiditatem. Capitis evacuatio potius per os, quam per nares erit tentanda, propter meatum illum ab auribus ad palatum pertinentem. Hæc erunt modò leviora, modò generosiora. Validiora hyeme ex mastiche nempe atrita dentibus, cortices aurantiorum, limonum, frustum feniculi, vel semina ejusdem linteo inclusa madefacto aceto; vel parandum erit ex nuce moschata, origano & alijs masticatorum. Præterea attingi poterunt radices faurium gossipio madefacto aqua bis destillata ex carduo benedicto, & origano, ita ut repetatur destillatio, affusis facibus. Interim etiam per nares aliqua evacuatio tentanda est: abstinendo tamen à pulveribus, & validioribus omnibus, quæ sternutamentum excitare possunt, sufficit attractio succi betæ, parietariæ &c. Quod si ex succorum attractione contingeret sternutamentum, indantur potius cortices aurantiorum vel citriorum & limonum, & intus extraque oleo amygd. dulcium inungantur nares. His peractis de majori capitis exsiccatione erit cogitandum: quod præstabit aquæ Thermales interius sumptæ. A quibus tamen abstinere consultius censeo, cum quia non poterit sufficientem earum copiam perducere, tum quia validius sunt remedium, quam hæc ætas ferre possit. His præferrem decoctum columbæ turricolæ paratum ex salsa, china, & sassafras. Sed præ cæteris probatur viscus quercinus, & buxus, addendo etiam alia cephalica, flores scilicet rosis marini, calendulam, salviam, betonicam, quibus addantur sonchus, & cichorium. Detur hoc decoctum horis matutinis, à quo in lecto bene tegatur ad sudorem usque. Pro insensibili capitis evacuatione, exterius erit perfundendum caput lixivio alterato betonica, rore marino, & lavendula, vel aquis Thermalibus, ex quibus etiam fiet stillicidium supra suturam coronalem, & in occipitio, nec non totum corpus in ipsis immergetur. Aquæ sint non adeo calidæ, quales Aponcenses, neque emollientes quales sunt B. Helenæ: præferantur potius Lastrenses, & D. Petri. Tandem suffumigium per tubulum in aures, & potissimum in sinistram erit admittendum, paratum ex aquis Apo-

nenibus, vel decocto ex vino albo, cum aceto, & radicibus cucumeris sylvestris, bryoniæ, & cyclaminis, addita betonica, suffitus etiam per os duci poterit ex thure, & mastiche, addito pulv. ros. & santalorum. Capillis inspergantur pulveres exsiccantes ex floribus lavendulæ, & calendula; addit rosas siccas, & portione agarici trochiscati. Vel pileolus paratur intersutus, supposito gossipio, ex pulveribus Xitoloos, betonica, & rorismarini, cum portione agarici trochiscati. Item duci poterit supra caput cochlear cum carbonibus: qua ratione à pannis cera cluci solet supposita charta. In aures instillentur Aquæ Cardui benedicti, & origani, Oleum amygd. amarar. cum sp. rorismarini. Allium coctum sub cineribus ex usu est. Ut & pinguedo illius Avis, quæ Strabulo dicitur, vel pinguedo anguillæ, quæ ita solet parari. Sumitur Anguilla, & aromatibus conditur, postea assatur, & pinguedo manans ad usum colligitur. Tandem caput erit intrinsecus corroborandum, conserva Anthos, betonica, & florum lavendulæ, æstivo tempore, addita paucâ conservâ rosaceæ. Vel fiant morselli ex speciebus Diambæ, Diamoschi, Diamargarit. frig. cum corall. & saccharo in aqua borraginis, & betonicae soluto.

In victu abstineat à piscibus, fructibus dulcioribus, acetariis, & lactuca potissimum. Abstineat ab usu vini copiosi & generosi. Si posset omnino ab eo abstinere, consultius esset, cujus loco uti posset mulsâ aliqua medicata. Ventos fugiat, & potissimum Austrinos, præsertim capite aperto. Exercitia valida vitet, imprimis partium superiorum. Quotidie alvus respondeat, vel sponte vel cum aliquo Diacydonio præparato. Aërem mutet in sicciorem. Hæc dicta volui in salutem Illustrissimi Patientis. *Benedicti. Silvatic. Consil. & Respons. Medic. Centur. 2.*

Auditus difficultas post Morbum Hungaricum.

Puer duodecimum annorum laboravit ante triennium morbo Hungarico, hunc excepit auditus difficultas in hunc usque diem durans, ut ea etiam quæ proferantur à præceptoribus vix audiat.

Solent Febres malignæ judicari per sordiditatem, dum pori à fermento peregrino maligno obstruantur. Et hic quidem non est absque periculo, quoniam non tantum diu duravit, sed & obstructio fortis est, & totalis ferè. Conveniunt verò 1. Purgantia v. g.

℞. Extract. diacartham. ℥j. solve cum aq. ferpill. adde rhabarb. pulv. gr. viij. syr. diafer. Andera. ʒss. Misc. pro dosi. Dehinc sudorifera non negligantur, inter quæ conducunt Decoctum lignorum, &c. Pro corroboratione detur Spir. cephalicus, Tinctur. succin. Sp. formicar. Aq. Anhaltina interne, ad gutt. 12. vel 15. Externa non sint nimis acria, neque crassa, nec frigida aut calida, sed temperata. Commendantur verò Aq. Reg. Hungar. Aq. card. bened. de recenti herba ter vel plus destillata, cum gossipio auribus indita, vel item Spir. Tartari sassafratus. Vel & panis recens ex fornace extractus & cum aqua Anhaltina aspersus & applicatus. Moschata quoque non sunt infimæ fortis auribus immissa. Vel Aq. acouistica Myns. aut formicar. ob sal eorum volatile quod magnanimam efficit. Crato commendat axungiam serpentis, cum aq. card. bened. destill. & immisam. Pediluvia item non negligantur, & Potus Cofse diligenti sit in usa. Si omnis cura frustra adhibetur; videndum an mediante cornu audire patiens queat, quia per id propter flexuosum aëris motum surdastri sæpe optimè audiunt. *Joan. Waldschmidt in Prax. Med. ration.*

Audi;

Auditus gravitas post multos catarrhos.

Mulier 36. annorum, temperamento pituitoso prædita, præterita hyemæ catarrhis subinde laboravit, à quibus tamen circa principium mensis Februarii prorsus immunis evasit, sed tunc per paucos dies de leviori gravativo capitis dolore conquesta fuit, qui brevi evanuit, subsequente magno aurium tinnitu, cum tanta auditus gravitate, ut vix altos clamores audire posset, quæ auditus gravitas cum tinnitu jam per tres menses continuos remansit. Reliquo alioqui corpore bene valet, & menstrua statis periodis fluunt.

1. Afficitur in hac ægra instrumentum auditus secundum partem anteriorem.

2. Affectus duplex est: Auditus gravitas, & Aurium tinnitus. Illa est auditus imminutus ac difficilis, quo non nisi magni soni ab objectis externis moti audiuntur, leves verò non percipiuntur. Hic est sonitus molestus inter ipsas aures, à nullo externo objecto excitatus.

3. Gravis auditus causa est humor pituitosus versus utriusque auris interiora decumbens, & partim nervum acousticum compressione angustando sufficientem spirituum animalium influxum ad auris interiora prohibens: partim tympani liberum motum impediens. Hinc enim fit ut leves soni tympanum impeditum & inclusum aërem congenitum vix moveant, isque ex illis motus ob spirituum paucitatem non percipiatur, nec sensorio communi communicetur: fortes verò soni tympanum & inclusum aërem fortius quidem commoveant, sed motus tamen, ob spirituum paucitatem & nervi acoustici angustiam, tantum leviter sensorio communi communicatus percipiatur.

4. Tinnitus seu sibilus aurium fit à spiritibus vitalibus arteriolas aurium interiores transeuntibus, atque motu suo proximè vicinum, auri interiori inclusum, aërem congenitum simul etiam moventibus; cujus motus cum ob locum continentem à pituita, quæ versus aurium interiora decubuit, angustatum, liberè fieri nequeat, hinc dictus aër commotus continuo in tympanum impingit, ab eoque repercussus, in forma levis sibili seu tinnitu sensorio communi offertur.

5. Per tres circiter menses perdurarunt hi affectus, partim quia à pituitoso totius corporis temperamento fovetur causa proxima: partim quia pituita illa in parte affecta hærens ob crassitatem & frigiditatem ægrè dissipatur.

6. Licet hi affectus per se non magnum vitæ periculum minentur, attamen metuendum ne ingravescentes, tandem in absolutam & incurabilem surditatem desinant. Nam pituitosus humor, qui ad auditus organum decubuit, paulatim augeri poterit, & dissipatis tenuioribus partibus, adeo incrassescere, ut postea nullis remediis attenuari & rursus discuti queat. Si tamen curatio quamprimum instituat, spes est illum dissipatum iri posse, quia paucus est, ut ex eo liquet, quòd nullus adfit dolor sensitivus nec auditus omninò perierit.

7. Corpus igitur singulis septimanis semel aut bis purgetur cum pilulis cochis vel aureis, pulvere diaturhith, electuario hiera, aut diaphanico, vel infusione ex agarico, jalappa, aliisque phlegmagogis.

8. Ad totius corporis pituitam imminuendam, convenient decocta fassa-parilla, fassafras, & guajaci, quibus cephalica calida sub finem decoctionis adjicienda. Humores verò in cerebri ventriculis contenti evacuabuntur massicatoriis, erhinis & sternutatoriis. Deinde ad capitis corroborationem præscri-

benda erunt apozemata & condita cephalica modicè calefacientia.

9. Ad dissipandas reliquias in capite & parte affecta residuas, conveniet fomentum ex cephalicis calidis ac discutientibus (betonica, roremarino, majorana, salvia, calamenta, thymo, chama-melo, &c.) confectum, & cum magna spongia, vel panno laneo sæpius calidè capiti admotum: Post cujus usum capilli mappis calidis sunt exsiccandi, & caput contegendum cucuphà ex cephalicis calefacientibus confutà.

10. Postea ad incidendos, attenuandos ac dissipandos pituitosos humores in auditus organo contentos præparabitur hujusmodi decoctum.

℞. Rad. raphan. tylyestr. ℥iij. herb. thymi, betonicae, hyslopi, majoranæ, roris marini, serpilli, fol. lauri, flor. chamomill. meliloti, ana m. j. sem. cumini, carvi, levistici, fœnicul. an. ℥ss. aquæ q. s. fiat s. a. decoctio. Inter coquendum, per infundibuli ollæ impositi tubulum vapor calidus modò in unam, modo in alteram aurem admittatur, ac postea cum spongiis decocto immeris aures fomententur. Post fomentationem verò cum petiis ex bombace immittantur in aures duæ guttulæ olei anisi, fœniculi aut carvi.

11. Plurimum etiam proderit hoc cataplasma; inter duo linteamina utriusque auri nocturnis temporibus calidè impositum.

℞. Herb. majoranæ, salvie, flor. Chamomill. meliloti, an. m. j. sem. nasturtii, cumini, fœnicul. ana ℥ss. pulveriscentur, adde bulbos cæparum mediocrem num. j. farinæ sem. fœnuigr. ℥j. aquæ q. s. coquantur paulisper, & addendo olei anethini, amygdalarum amararum, an. ℥j. f. s. art. cataplasma.

12. De die poterit loco cataplasmatibus utriusque auri calidè admoveri talis sacculus siccus.

℞. Herb. majoran. m. j. roris marini, flor. chamomill. an. m. s. sem. cumini, fœniculi, carvi, levistici, an. ℥ij. ex his concisis & grosso modo contusis, fiant s. art. in serico duo sacculi intersui.

13. Si horum remedium usus aliquandiu continuatus manifestum levamen non inducat, multum proderit fonticulos in cervice & brachiis excitare, ut pituitosa materia versus aures decumbere solita, per alias vias deduci & evacuari possit.

14. In victu sit aër modicè calidus, & vitetur turbulentus ac ventosus, imprimis aquiloneus. Cibi sint boni succi & facilis digestionis, conditi cum majorana, foliis lauri, serpillo, roremarino, betonica, seminibus carminativis, nuce moschata, & similibus. Potus sit vinum tenue, & cerevisia mediocris notæ ac bene defœcata. Caveat sibi ægra ab omnibus iis quæ caput replent, ut raphano, inapi, allio, cæpis, vino generoso, nimia quantitate sumpto, spiritu vini, &c. Etiam à repletionem, tam in cibo quàm in potu. Somnus non sit nimis, & corpus mediocriter exerceatur. Alvus si spontè quotidie non respondeat, arte laxa servetur. Fugiantur vehementiora animi pathemata. *Isbrand. de Diemerbroeck de morb. capit. Medicat. 20.*

Surditas.

Admodum Reverendus Pater annum agens vigesimum quintum, temperamenti secundum totum ad calidum & siccum vergentis, mediocris habitus, calidioris verò jecoris, sicut caput habens præcalidum & humidum, ideoque excrementis abundans, quæ olim per nares copiosa excernebantur, moxque suppressa, assiduis studiis deditus, quintus jam agitur annus quo sinistrae auris dolore correptus fuit, cui post aliquot dies successit excretio copiosæ

Ff 4 mate

materiæ magna ex parte purulentæ & foetidæ: qua excretionem remissus fuit dolor, perseverante tamen materiæ non quidem ad eodè purulentæ seu cathartali naturæ, modò albæ, modò flavæ: cuius expurgatio per aurem modò major, modò minor semper huc usque perseveravit atque perseverat, non solum cum diminutione, verùm tandem cum totali auditus abolitione, quæ ab eodem Reverendo Patre observata non fuit, nisi anno elapso; dum dextera quoque auris eadem symptomata pati cœpit, & auditus quoque in illa diminuit. Illud interim observatum fuit, quod præterito Autumno post abundantem in aure sinistra materiæ excretionem confertim secutam, auditum ferè ex toto recuperaverat, quem tamen post tres aut quatuor dies rursus amisit. Modo sicut omnino surdus in sinistra, ita surdaster in aure dextera remansit, & de agendis pro salute consultit.

Surditas itaque absoluta in aure sinistra, & imminuta in aure dextera quæ Obauditio, sive Barycoja à Gal. dicta fuit, cum perpetua materiæ fluxione, sunt affectus quibus divexatur Reverendus Pater, symptomata audientis actionis abolitæ & imminutæ læsæ, nec non in excretis immodicè fluentibus, quantitate peccantibus: quæ symptomata à symptomate alio originem habuere, nempe à dolore: sicut omnia postea à morbo in aucta magnitudine, à tumore nimirum in aure sinistra, eoque inflammatorio, non per congestionem, sed per humorum affluxum excitato; qui tumor quidem in interiori concavitate ossis petrosi, ubi manet aer quietus implantatus, adestque nervus auditorius, qui in interiori parte, simul cum dura membrana meatum investit, & auditum perficit: etenim in illo casu acutissimo dolori continua quoque, ac vehementissima febris accedit, difficilis atque periculosa, non rarò & delirium, & mortem inferens, idque quoniam ut ait Gal. in Com. ibi reperitur nervus auditorius cerebro proximus: unde revertebat Hippoc. *Juvenes septima occidit, & citius si cum delirio, seniores autem tardius.* Igitur infra meatum auditorium tumor fuit olim excitatus, & spatio aliquot dierum suppuratus atque abruptus; cuius occasione attracta & retenta fuere alia capitis excrementa, quibus imbuta dura membrana tympani, sicque madida reddita, non amplius sonora, sonos externos unà cum aere implantato recipere, nec cerebro communicare valet, unde surditas: quam non parùm fovere credimus ulcus ab abscessu disrupto relictum, sicut utramque affectum à perpetua destillatione à cerebro intemperato manante, & foveri & conservari credimus: caput enim jam valdè excrementosum quod per nares olim exonerari solebat, suppressa per nares evacuatione, ad sinistram primò, mox etiam ad dexteram aurem excrementa transmittere cœpit, & adhuc mittit; à quibus partim & auris dexterae interna tunica madefacta, partim meatu ipso auditorio semiostructo, tandem postremo hoc anno auditus ipse non parùm imminutus est. Et quamvis caput essentialiter à propria humida & calida naturali intemperie affectum semper fuerit, imbecillius tamen ab applicationibus in studiis semper est redditum, & ad suscipiendos à jecore per venosum genus tum vapores calidos, tum ichores biliosos, qui propria ipsius capitis excrementa & adaugere, & calidiora atque flaviora reddere, simulque liquare ac fundere, sicque ad fluxionem aptiora facere valent.

Surditas est affectus qui rarò Curationem admittit, præsertim ubi consummata fuerit, obauditio verò in surditatem terminare solet: & augetur difficultas in casu nostro ab ulcere in sinistra relicto. Attamen cum Patiens sit juvenis, neque huc usque majora & propria expertus fuerit remedia; era-

dicativa atque generosa; Purgatione proximo Vere perficienda, salus desperanda non est, quæ Purgatio infra erit describenda; & interim aliqua quoque agenda ad affectus incrementum inhibendum, aut saltem remorandum.

Quatuor igitur usque ad festa Paschalia ante exactam Purgationem tunc temporis incundam, sunt in usum ducenda. Primum erit Leniens aliquod familiare bis in mense assumendum ad evaporationes à capite divertendas, quod esse poterit.

℞. Elect. lenit. ℥vj. aloës rosat. ℥j. magister. Mechocacan. gr. viij. m. f. boli duabus horis ante cibum sumendi.

Secundum erit alterans quotidie prima mensa hauriendum, ut jecoris calor contemperetur, & erit jus carnis endivia alteratum.

Tertium erit Errhinum sive Nasarium matutinis horis per nares more tabaci attrahendum, ad hoc ut materia ad nares tanquam ad proprium emunctorium revocetur, sicque ab auribus divertatur, cuiusmodi esse poterit.

℞. Pulv. majoran. rad. ireos Florent. an. ℥ij. m. pro Errhino.

Quartum erit Topicum in aures introducendum; quod primò incidentem & detergentem, deinde exiccantem facultatem obtineat, ut humor in auribus existens attenuetur, detergatur, & tandem ulcus exiccetur. Introducatur igitur turunda oxymelite squillit. intincta, præsertim noctis tempore: non enim sunt infundenda medicamenta, ne violenter tangatur meatus auditorius, ut admonet Gal. sed turunda aut specillo lana obvoluto sunt introducenda. Aliquot verò transectis diebus, paretur tale medicamentum modo jam dicto in usum ducendum.

℞. Ol. amygd. amar. ℥j. fellis capræ ℥ss. succi raphani ℥ss. pulv. cymini ℥j. m. ref. ad ignem, & intincta turunda in aures introducatur. Vel

℞. Cæpam vulgarem, excavetur & pulvere cymini impleatur, deinde coquatur, & forti expressione succus extrahatur, turunda modo jam dicto in usum ducendus. Neque verendus est usus validorum medicamentorum: etenim vehementissima medicamenta tolerant aures, ut docet Galenus.

Tandem pro ulceris exiccatione nullum præstantius excogitavit remedium ipse Gal. quam ferri scorium tritam, & sub radiis solaribus acerrimo aceto lævigatam. Tinctura quoque corallorum cum sale eorundem, efficax erit.

Sed fontem mali tollere oportet, in quem finem Vere proximo primæ viæ erunt expiandæ. Secundò Totum venosum genus expurgandum. Tertio purgandum corpus. Quarto ejusdem intemperies, humida præsertim, corrigenda, atque tandem Topica auribus admovenda.

Et si primò Chirurgica remedia consideremus, necessaria erit sanguinis missio ex Mediana dextera, imò repetenda erit vel ex sinistra, vel ex hæmorrhoidibus. Si Cauteria gestet in brachio & coxa, pro nunc custodienda. Ex Pharmacia reliqua sunt remedia depromenda, & primò Leniens erit.

℞. Pot. ex man. clarif. ℥vj. aq. flor. citr. parùm; m. pro potu. Præparans sit huiusmodi.

℞. Oxym. simpl. ℥ij. mell. ros. simpl. aq. florum citri ana ℥j. m. & sic pro aliis quinque. Deinde repetatur præscripta; otio. Ut secunda incatur præparatio.

℞. Succu depur. & per arenam trajecti cichor. borrag. beton. an. ℥j. sol. tartar. fixi gr. x. decoct. cichor. soachi, beton. agrim. pentaphyl. meliss. ℥v. m. pro syr. & sic pro aliis septem. Inde purgentur humores in toto infusione rhab. agar. fol. sennæ, & cinnamom. integri, addito syr. & mell. ros. solutivo; vel electuario lenit. de succo ros. & diaphanic.

phænic. quibus superbibat aquam Nocer. ad ℥ij. vel iij.

Purgato toto, debet quoque expurgari caput pilulis cochiis, aureis, & aggregat. ana ℥β. quibus pariter superbibat aquam Nocer. aut hordeaceam; quæ pilulæ quoniam bis aut ter quarto quoque die sunt repetendæ, ideo intermedis diebus præbeantur succi jam præscripti, in decoct. cichor. beton. salviæ, majoran. & stœchados. Et eodem tempore matutinis horis caput erit quoque purgandum erthinis aut masticatoriis. Errhinum ita parandum.

℞. Pulv. majoranæ, ireos Florent. ana ℥ij. nigell. ℥j. m. Masticatorium ita.

℞. Pulv. gingib. pyrethri ana ℥j. mastic. ℥β. sacchar. ℥ij. ceræ q. s. & f. globuli.

Purgato toto & capite, ejusdem humida intemperies corrigenda sudorifico Decocto in hunc modum parando.

℞. Ligni visci querc. veri, medull. guajaci, sal. sepearill. elect. lig. rosar. an. ℥j. aq. comm. lib. 4. m. f. infus. per horas 24. deinde bull. ad consumpt. dimid. & colatur. servetur pro tribus vicibus, horâ unâ ante ingressum hypocausti sumenda. In cujus sudorifici Decocti usu quadraginta diebus insistendum, & decimo quoque die potio ex manna clarif. præbenda. Pro potu verò consueto aqua hunc in modum paratur.

℞. Residuum, aq. com. lib. 15. m. bull. ad consumpt. tertiar, in sine verò ebullit. add. cinnam. integr. ℥ij. bull. parum, & colaturæ adhuc ferventi adde sacchari albi ad gustum Pat. pro potu consueto. Victus autem ratio sit mediocris inter tenuem & crassam, attenuans tamen & exiccans. Absoluto sudore conservæ capitales erunt in usum ducendæ, è flor. rosar. ros. mar. beton. salviæ, additis guttis quintæ essentiaë rosmarini; imò Confectio in rotulis ex quinta essentia ros. mar. sacchar. dissolvendo in aq. cinnamom. parari poterit, nocta in ore detinenda. Tandem Topicum in aures introducendum mediante turunda bombycina in parte superiori eodem insticta, ita paratum.

℞. Pomum colocynthid. in summitate incisum excavatum, & impletum oleo amygdalar. amar. aquæ vitæ, caryophyllor. ana ℥j. fellis caprin. ℥β. m. bull. lento igne in vase terreo ad consumpt. aquæ, deinde f. omnium fortis expressio, cui add. moschi gr. v. & servetur ad usum.

His autem omnibus congruam vivendi rationem propositis intentionibus proportione respondentem, Excellentiss. Viro Adstanti addendam relinquimus. *Joann. Raymund. Fortis Consult. cent. 1. Tom. 2.*

Tomitus Aurium pro Clarissimo quodam Viro Senæ, ad Amicum Medicum.

Scribis ad litteras tuas respondeo, charissime Affinis, quod sperabam de præcipuo negotio tuo, quod mihi in paucis curæ est, certò aliquid ad te scripturum; interim de Domini Patientis adversa valetudine sententiam meam paucis tibi exponam. Laborat bonus Senex intemperie cerebri humidâ, atque ad frigiditatem inclinante, cum materia pituitosa admodum multa, ob caloris nativi inopiam, coctionisque imperfectionem in capite conservata; huius verò partem aliquam ad auditus instrumenta affluere, crassisque excitatis vaporibus sensitivam facultatem eludere, tinnitus ille auris diuturnus abundè declarat. Occasionem mali præbuerunt cum multa alia, tum verò potissimum nativa capitis humi-

ditas, studia ac scriptiones intempestivæ, victus liberalior, corporis otium.

Quæ abs te ad affectum hunc profligandum adhibita fuerunt remedia, probo omnia vehementer; quòd verò morbus extirpari hætenus non potuerit; id ejus magnitudini ac diuturnitati tribuendum est; quàm enim contumax & prope indomitum hoc mali genus esse solet, præsertim ubi inveterascit, satis superque experientia docet, & docti Viri, qui id post biennium insanabile putant, scripto reliquerunt. Desistendum tamen à remediis nequaquam censeo, si modò Clarissimo Viro (ut puto) integrum sit, optimis Consiliis obtemperare, nihilque intentatum relinquere, quòd vel sanitati eum restituere, vel à sorditate aliisque gravioribus malis præservare queat.

Inter præsidia verò, quæ hoc tempore, quo corpus ritè medicamentis vacuatum est, adhiberi possent, potissimum mihi probaretur cauterium brachio ad musculum deltoideum impressum, ope septici medicamenti sine dolore factum; repetendam tamen priùs phlebotomiam, proxima cum non successerit, atque uncias sex vel septem sanguinis emittendum censeo; tunc præmissis item scarificationibus, & vesicatoriis per cantharides, si modò his usus jam ante non sit, ad fonticulum properandum erit. Errhina ex Succo Betæ cum Aqua Majoranæ expresso, vel pulvis in eum usum paratus placet.

In aurem ad emolliendam crassitiem, quam induisse suspicor materiam, per infundibulum admittat vaporem Olei Nucum calefactum, dentibus tunc mandens vel fabam, vel pisa dura, quo auditus organa magis dilatentur, atque mox Olei Naphthæ seu Petrolei dicti per alembicum destillati, quòd ad te mitto, guttas aliquot in aurem infundat, gossipio, in quo Moscus vel Ambra conservabatur, occludendam, adfertor ad nos oleum hoc ex cœnobio Tegernsee divi Quirini vulgò nuncupatum.

Si morbus hic non cedat auxiliis, proximo Vere, apparato priùs corpore, sudoriferam curationem suadeo, de qua tunc temporis (Deo volente) vel coram, vel per litteras, egere licebit, vale.

P. S. Mulieri, in Aula Bavarica, post multa Medicorum remedia frustra adhibita, auditum amisit. restituit Succus Majoranæ auribus insillatus, *Monachii 19. Septembr. 1611.*

THOMAS MERMANNUS.

Scholia Clariff. Franc. Ignatii Thiermairii.
Curiosa agitur questio, cur, aurium sordes, si dulcescant, lethale sit? & cur ille naturaliter existant amara? Adduntur dem Tomitus aurium causa, differentia, & remedia aliqua.

Thomæ Mermanni, olim Archiatri Bavaricè celeberrimi, non abs causa in Prodromo hoc nostro Consiliorum memini; non quidem eo animo, quòd Viri illius Consilia Medica (quorum plura quàm decem, magno cum labore, hinc inde conquesta, partim è Germano in Latinum idioma à me translata retineo) hoc transcribere mihi animus sit: cum illa separatim edere, datâ occasione, cogitem; sed quòd tanti Viri & Medici in hoc Prodromo Consiliorum neququam oblivisci voluerim, nec debuerim: utpotè qui inter Archiatros Bavaricos maximi semper

per fuerit habitus, Vir magnis Principibus notus, & præcipuis suo tempore Medicis, Hieronymo Mercuriali potissimum, amicitia litteraria conjunctissimus.

Cæterum Tinnitus aurium, meo quidem iudicio, non malè comparari potest oculorum affectui, suffusio dictæ: nam quemadmodum qui suffusionem per consensum, aut saltem recentè molestant, experitur, putat, se extra oculos muscas lineas & pulices videre, ita etiam qui tinnitu aurium turbatur, sonitum quendam reverrà se audire, falsò existimat. Utriusque symptomatis ratio est, quia potentia objectum aggreditur, absque eo, quòd medium ritè sit dispositum: dum enim halitus per interiorè regionem ad oculos usque penetraverint, visionem quidem pariunt, sed falsam ac depravatam; pari ratione, si halimosa acereave substantia intrinsecus ad nervum auditorium pervenerint, falsam repræsentant soni imaginem; atque hunc errorem Alfaravius aurium tonitrum, Averroes verò 4. Coll. 28. auditum appellavit phantasticum. Sanè auditum phantasticum & nunquam antea auditum narrat Dygby de Immortali Anim. Rat. Lib. 1. C. 28. de Nobili quodam Hispano, qui sonum oculis percipiebat. Eiusdem ferè farinae est, quòd rusticus quidam, oculo ex casu & vulnere orbus, eò quidem resitutus est, ut saltem per nares species visibiles transirent, atque naso pro oculis uteretur, cujus beneficio objecta omnia distinctè discerneret: testis est, & quidem oculatus Henricus Smetius Medicus & Professor Heidelbergensis, ut ex ipsius Lib. 5. Miscellaneorum Epistola 13. ad longum videre est.

Rariora isthac exempla in memoriam mihi revocant, quæ non ita dudum de aurium excrementorum dulcedine & amaritie disputavi, materiã uti parùm obviã, ita scitu non injucundã. Occasionem differendi dederat Jacobi Sauteri Medici Physici Horbenfis libellus Germanicè scriptus, De necessaria omnium circumstantiarum informatione, quam Patiens Medico absenti per alios oretenus, seu per literas, insinuare debeat. Inter cætera, quæ Medico pro informatione proponenda docet, connumerat satis curiosè & hoc: An scilicet aurium excrementa non amplius amara, sed dulcia facta sint? Mira sanè & gustui parùm grata observatio, nec omnibus digna lactuca labris; digna tamen, quæ ulteriore inquisitione ac curiosã diligentia examineur. Fateor; aliquamdiu hæsitavi, quid ille Author cum hac rarò obviã sententia sibi vellet, præcipuè cum illam enumeraret inter periculiosiora ac lethalia decumbentium signa. Tandem dubium hoc plenè solvit Hippocrates, illiusque doctissimi interpretes Galenus & Vallesius in suis ad Hippocratem Commentariis. Hippocrates Lib. Epidem. 6. Sect. 5. ferè circa medium aperitè ait, Homini bus sordes in auribus, dulcis quidem lethalis, amara verò minimè. Galenus in Commentario ad hunc locum, inquit: Fortassis quispiam agrotus ipse auris sordem degustare sustinuerit, Medico autem id præcipere, turpe ac detestabile fuerit. Clarum est autem, non alio tempore aurium sordem fieri dulcem posse, quàm quo cerebrum agrotat: naturaliter enim amara videtur; atque adeò ipsam dulcem, liquecente cerebro, fieri dicunt. Vallesius hoc ipso in Commentario ad Hippocratem, Galei opinionem fusiùs quidem explanat, sed sententiam hanc paulò aliter distinguit. Nimia, ait, diligentia videtur hoc: turpe enim esse videtur, excrementa lingua admovere, ut ex eorum saporibus, accipias significationes, neque quispiam, qui non sit sordidissimus, eò usque procedat.

Causam autem reddit Galenus, dicens, non aliter fieri eas sordes dulces, quàm liquecente cerebro; liquefcit verò, cum putrescit, ac corrumpitur; nisi tamen quid sanguinis cum ipsis sordibus commisceatur; ita enim dulcescent cum minori malo, sanguine verò dempto, ea dulcedo sordis fuerit lethale signum; quam fortasse gustare tentabit aliquis, aut agrotus ipse suam, aut mariti uxor, aut filii mater, aut alius, qui sit agroti amantissimus: vincit enim amor, ut alia omnia, etiam tedium. Quod de commixtione sanguinis cum aurium sordibus hic refert Vallesius, improbable non est, quin id aliquando fieri possit, fiatque; atque adeo illo in casu minus sublit periculi. Quòd verò Galenus & Vallesius adeò admittunt, quasi turpe ac detestabile fuerit aurium sordes & excrementa degustare; equidem non crediderim, Hippocratem Virum tam gravem, tam magnis apud suos cultum honoribus, hoc officium apud agrotos, aut per se aut per amicos, ut putat Vallesius, præstitisse; verò similis mihi est, Medicos antiquos excrementa omnia agrotorum, per mancipia servosque degustari curasse.

Quod attinet interpretationem Galeni, quem secutus est Vallesius II. cc. nempe quòd aurium sordes ex cerebri liquefactione dulcescant, ego quidem non impugno; miror tamen præclarissimos Viros nullam aliam assignasse hujus mortiferæ dulcedinis causam, præcipuè cum, liquecente cerebro, multa alia longè gravissima habentis animalicæ facultatis symptomata nimis quàm manifestè appareant; ita ut ad aurium sordes, & ad tam incondita signa recurrere, minimè fuerit necessum. Proinde rectius Hippocratem hoc loci interpretabimur, & dicemus: aurium sordes si dulcescant, hoc est, si consueta amaritudine destituantur, lethale signum valetudinis præbere, eã prorsus ratione, qua urinæ albicantes in febribus acutis, inflammationem cerebri, phrenitidemque vel præsentem, vel mox futuram significat. Ita enim comparatus est Naturæ archæus, ut, quamdiu robore nativo pollet, excrementa omnia (quæ sæpè pravitate aliqua indicibili inquinata sunt) ad loca convenientia & emunctoria consueta, per vias sibi naturales, deponat. Quæ depositio seu expurgatio, nisi semper & ubique fiat, ipsaque excrementa, ac præsertim biliosa, ad interna principalia viscera, quale cerebrum est, remeant & subsistant; tum enim verò lethaliter succumbentis Naturæ, & non expellentis sibi infestissima, certum semper erit argumentum.

Dices, cur aurium sordes naturaliter amaræ sunt? an quia excrementa ferè omnia per assationem bilefcunt, amarescunt, prout ex Medicis multi sentiunt? sed, cum aurium sordes, cerebri dicant excrementum; qualis, quæso, in cerebro, parte adeò temperata, humida potius, vel respectivè frigida, aut ipsis in auribus parte omnino ossæ, allatio, combustio? An igitur ut voluit Aristoteles Problem. Natur. Sect. 32. Problem. 4. amaræ sunt sordes aurium, quia putri sudore contrahuntur, qui salus amarisque est? sed, quæ causa tandem erit putredinis in corpore sano, in excremento naturaliter cumularo? nonne biliosus & amarus succus, qualem aurium sordes verissimè repræsentant, alvina excrementa [quibus à vesicula fellea per porum biliarium transmissus commiscetur] à corruptione & putredine præservare dicitur? nonne bilis videtur corporum opobalsamum, cum resistat corruptioni, & causa sit, ut magni Viri volunt, cur Leones, in quibus abundat, tam diu vivant? An denique amarorem

rorem contrahunt prædictæ sordes, ut habet Rasis apud Fesum in Hippocratem loco supra citato, ob vapores biliosos, qui sua levitate in cerebrum feruntur, ac ad aures præcipitantur? Fateor; non absurda aded est hæc Rasis sententia; ac licet non ignorem, multos ex modernis Anatomicis, nullum ad caput vaporibus transitum, nisi per venosum genus admittere; de qua re alibi fusè disputavi: nihil tamen hic morandum cenleo: sive enim per incognitos meatus, sive per venosum solummodò genus, biliosus hic vapor, vel etiam biliosus humor, ad aures deponatur, non absurda, inquam, hæc Veterum censeretur opinio. Enim verò ita comparata esse videtur solers Naturæ sagacitas, ut singuli quatuor principales humani corporis humores, singula in capite possideant aperta quatuor spiracula: os, scilicet, nares, oculos, & aures. Abundans sanguineus cruor per nares convenientissimè exoneratur: nimius melancholicus succus bilisque atra per oculos manifestè evaporat, vix enim aliunde magis, quam ex oculis infana melancholicorum spectra transparent: copiosius phlegma per fauces, os, quotidie expurgatur: ita demum & flavæ bilis amarities per aurium meatus transpirat. Neque hæc mea est solummodò opinio: hoc idem sensibile Veteres, Galenus, vel qualiscunque fuerit Author Libri illius de Natura & Ordine cuiuslibet corporis, clarissimis verbis fatetur. Omnes, inquit, quatuor humores habent respiraciones suas per singulas partes corporis: sanguis per nares: cholera rubra per aures: cholera nigra per oculos: phlegma per os. Sed redeamus, unde digressi sumus, ad aurium tinnitum.

Differentias hujus affectus, distinctè, si quis alius, recensuit & explicavit Reinerus Solenander Consiliorum Medicinalium Sect. 1, Consil. 4. quò Lectorem remittimus. Interim certum est, quòd malum sit contumax, & frequenter in omnimodam surditatem abeat; præcipuè si frigida intemperies humorisque crassities morbum introduxit, aut fovet. Fit quidem hoc malum aliquando ex calida intemperie, quatenus apparet ex multis Hippocratis Aphorismis: Quibus in febribus aures obsurdescunt, inquit Hipp. 4. Aphorism. 60. & item 4. Aphorism. 28. Quibus biliosæ dejectiones sunt, hæc, obortâ surditate, cessant, & quibus adest surditas, his exortis, biliosis dejectionibus fitur. Sed iste affectus ferè in acutis febribus fieri solet, & exiguum temporis perdurat. Equidem crediderim, sæpissimè frigidam quidem materiam crassam, lentam ad auditus sensoria à cerebro detradi, calidam tamen viscerum inferiorum intemperiem, exhalationemque, non minus arteriarum aures hinc inde transeuntium fervorem, materiam istam frigidam crassam lentam nervum auditorium vel etiam membraneum tympanum obsidentem agitare, ac flatuosum inde spiritum excitare. Hinc non immeritò viscera inferiora aliquando prius respicienda veniunt, fero, acidulis, & similibus alteranda. Quin imò depravata hæc auditus actio seu tinnitus aurium non rarò ex nimio sensus acumine, seu, quòd idem est, ex sola exquisita acrimonia audiendi fieri solet. ut Galenus Lib. 3. de Compos. Med. secundum locos Cap. 19. fatetur. Quod haud aliter, meâ quidem opinione, contingit, quam fieri videmus in iis, qui ex nimia ingenii acumine ac subtilitate inquietâ idearum varietate perpetuò luxuriant & agitantur, nunquam in rebus solidis, ad rectum & maturum iudicium pertinentibus, admodum firmi. Porro probè advertendum est, quòd pauci præter Diomedem Cornarium Con-

silio 10. notârunt, fieri defectuosos in auditu à nativitate aliquos, ob partum difficilem: ubi scilicet ex conatu & compressione, infans nervi auditorii distorquentur, vel auditus ossa & meatus compressione arctati destruantur.

Remedia pro causarum diversitate utique variant, tum causis calidis tum frigidis accommodanda. In causa calida prodest sequens liquor.

℞. Succo Solani,

Lactuce,

Mucilaginis Psyllii,

Olei Violacei an. ℥ss.

Succi Hyoscyami,

Vini albi dilatoris an. ℥ij.

Coquantur ad Vini consumptionem in duplici vase; colentur.

Instillentur auribus paucae guttæ tepidæ, deinde obturentur gossipio. Verùm te admonitum volo, in febribus malignis, quibus, ut supra diximus, aurium tinnitus & difficultas supervenit, vel etiam parotides succrescunt, nunquam repellentibus utaris. Profant solummodo isthæc in aurium intemperie calida, vel potius in sensu auditus nimis perspicaci, & magis quam decet exquisito, à calidioribus spiritibus dependente. In causa frigida, infinita ferè sunt, quæ proponuntur, eligamus nos meliora, & magis probata: ex omnibus sequentis compositionis insignem utilitatem percepit idem Solenander loco supra citato.

℞. Olei veteris ℥ij.

Porrorum,

Ol. Amygd. dulc.

Amarar. an. ℥j.

Succi Rutæ,

Raphani an. ℥ss.

Vini malvatici ℥ss.

Bulliant in ampulla vitæa ad Succo & Vini propè consumptionem, deinde adde

Spica Nardi,

Coloquintidis,

Castorei,

Malticis pulverisatorum an. gra. ij.

Posteâ, occlusâ ampullâ, bulliant in duplici vase, quòd Balneum Mariæ vocant, per horas tres. Auferantur ab igne, & in alio vase ferventur ad solis æstum per paucos dies; donec liquor clarescat, postea colentur per linteum subtile, & exprimatur, & adde

Moschi gra. iß.

Dissolvatur optimè, & servetur in usus.

Temperatius est quòd sequitur.

℞. Lumbricorum terrestrium,

Ovar. Formicar. an. ℥ss.

Fol. Rutæ ℥vj.

Ol. Amygd. dulc.

Amarar. an. ℥ij.

Anethini ℥ij.

Succi Absynthii ℥j.

Bulliant simul usque ad consumptionem

Succi, colentur.

De colatura unge partem externam auris; & in gossipio guttas aliquot auri immitte.

Succus ex Ovis Formicarum ex ressus valde commendatur; item Fel Leporinum pari pondere cum Melle virgineo mixtum. Tulpius Observat. Lib. 4. Cap. 15. nihil utilius esse ait, quam Vinam Leporinam sive scorsim, sive cum Spiritu Vini auribus calidè instillatam. Forestus Oleum de Pice proponit cum Oleo Amygdalarum amararum, tanquam optimum etiam in inveterato tinnitu aurium, imò & cerebrum roborans

reine.

remedium. Alii Saccum Raphani cum Oleo Amygdalarum amararum & pauco Sale laudant. Sequens ex Sacco Raphani medicamen mihi olim pro secreto traditum est: Excava Radicem Raphani in terra adhuc hærentem, imple Melle optimo, & si haberi potest, novo; post tege Raphanum suo capitello, & firma tribus ligneis clavis, ne pulvis vel imber incidat, &c. relinque in terra per 24. horas, vel triduum circiter; mel convertetur interim in aquam, quâ uteris. Raymundus Joan. Fortis efficacissimum in surditate expertus est. Accipit Pomum Colocynthidis in summitate incisum, mox excavatum, & Oleo Amygdalarum amar. impletum, addendo Pulveris Cimini ʒij. & Moschi gra. ij. & in cineribus calidis parum bulliant, & macerentur per noctem, deinde fiat fortis expressio, & turunda hîc imbuta auribus immittatur. Crato nihil ex omnibus medicamentis, quæ expertus est, se conducibilis compeisse, fatetur, quàm quod sequitur. Accipit Fol. Card. benedict. cum summitatibus Miiij. conquassata in mortario macerat in Aquæ Card. ben. ʒij. per viginti quatuor horas, deinde destillat & elicit liquorem, in hoc lintecolum vel gossipium imbutum surdastri auribus immittit. Platerus, Horstius, aliique Panem ex Farina factum, & cum Semine Cumini sub eum, auri laboranti adhuc calentem adhibent. Timæus Balsamum Mindereri seu Essentiam illius (intellego ego Aquam Acousticam Mindereri in dispensatorio descriptam) mira in auditu gravitate præstitisse narrat, *Casu 32. Lib. 1. de Affectibus Capitis.* Augustinus Thonæus *Observ. Lib. 2. Spiritus Cephalici Anhaltini* deprehendit effectum multò præstantiorem in cerebro corroborando, & vaporosa ac flatulenta materia resolvenda, quàm Oleorum stillatiorum, quæ nimio calore sæpius efficiunt. Spiritus autem Anhaltini descriptionem talem mihi olim exhibuit Pharmacopœus quidam peritus, Saxo.

℥. Ligni Aloës ʒij.

Caryophyll.

Nucis moscat.

Galang.

Cubebæ.

Cinnamom. an. ʒij.

Croci integri ʒij.

Sem. Fœnic.

Baccarum Lauri an. ʒij.

Olibani ʒb.

Masticæ ʒij.

Moschi optimi gra. vj.

Spiritus Vini opt. rectif. ʒiij.

Terebinth. Venet. clar. ʒij.

Destillantur secundum artem in B. M. lento igne.

Alia si desiderat topica, utpote suffitus, fomentationes, &c. consulantur Præctici passim. Interim de cautela adhibendorum topicorum in aurium affectibus observanda, rectè & plura ex aliis conscripsit Arnoldus Welcardus *Cap. 5. de affectibus Aurium.* Prudenter quoque, hac ipsa in materia, Tyrones admonet Fabricius Hildanus *Cent. 5. Obser. 25.* Certum est, si emplastris, suffumigationibus, & aliis extrâ applicitis curam perficere potes, securiorem nactus es viam; etenim quæ intra aures mittuntur, vix unquam bene, propter loci anfractus, extrahi possunt; unde quæ in principio juvant, si putrescere contingat, in sine nocent. Quæ propter quidquid auribus curandis destinatur, turundis vel gossipio admiscendum erit, quod si verò liquor aliquis per incuriam instillatus fuerit, & eximi debeat, per

per spongiolam madefactam aquâ Betonicæ, vel Card. bened. iterumque expressam, id peragatur: hoc enim modo spongia, quidquid liquidum est, attrahet, & absorbebit, sed frequenter mutanda & levanda est spongia. Vide Hildanus *l. c.*

Non rarò defectum auditus supplet Natura: sunt enim, qui ex solo labiorum motu secum loquentium percipiunt, quæ dicunt, & ad interrogata, etiã submissa voce facta, respondent. Novus, inquit Gaspar Schott in *Physica sua Curiosa Lib. 3. Cap. 33. §. 3. in Sicilia virum doctissimum è Societate nostra, qui surdus erat penitus, & tamen promptissime de quavis re, tam cum nostris, quàm cum externis agebat, tamen nullum perciperet verbum, dummodo labiorum motum loquentium videret. Hujus rei experimentum manifestum tunc vidi, cum virum alium, ejus rei experimentum capere volentem perspexi diu cum illo colloqui, nullo prolato verbo, sed sermone tantum lingue, ac labiorum motu efformato. Idem notatum fuit in Patre Paulo Layman, viro æque pio ac docto, olim Parentis mei in Philosophia Professoris; qui cum fistula aenea incauta explosione prope aures illius facta, in solenni quadam processione, vim audiendi prope omnem amisisset; assidua postea oris loquentium observatione didicit visu percipere, quod non poterat auditu. Similia etiã apud nos observata esse scio: rara tamen sunt.*

Propterea Instrumentum fabricant Hispani ad acutiùs audiendum, ut notat Heisterus *Lib. 1. de Affect. Capitis*, quod Sarbatana dicitur, ex argento vel cupro, idque, si defectum in auribus habent, secum gestant, ut Myopes ocularia seu perspicilla: est autem infundibuli instar, cujus amplorem partem obijciunt secum loquentibus, angustiores auribus propriis applicant, hætenus Heisterus. Pulchra sanè & utilis inventio! Utinam, inquires, hæc ars ulterius progrediretur! & novus aliquis Galilæus, qui plures ante annos, novo tubo optico, in Lunæ concavum usque, armavit oculos; auditus quoque sensum, auriculari tubo, longius, & usque ad Solis (astrorum Regis) æstus, irasve, ac præcipuè subdoli Mercuri, multosæque Veneris, Astralem suam Principem perpetuò circumvolitantium, inaudire liceret furtivas delationes. Hæc fortassis optarent aliqui; verum haud alii, quàm malè sibi conscii: nemo enim, qui semper bene vivit, diu malè audit.

Observationes.

Tinnitus Aurium.

Quidam naturæ melancholicæ, 50. annorum, per aliquot septimanas, perquam molestio aurium tinnimento exagitatus, paucorum dierum spatio liberatus aliquot guttis spirit. cephalic. Anhalt. cum bombace intertis: deprehendi illius effectum multò præstantiorem in cerebro roborando, & flatulenta ac vaporosa materia resolvenda, quàm oleorum stillatiorum, quæ nimio calore magis efficiunt. Thonæus *lib. 2. Observ. ult.*

Tinnitu aurium alios sine dolore, alios cum dolore laborantes, etiã inter hos senem sexagenarium à tribus hebdomadis surdastram levavi præmissis potu decocti trifolii fibrini, oleo trifolii destillato, gossipio ad aliquot guttas excepto, & auri indito, quanquam fatear me in hoc affectu oletum C. C. efficacius deprehendisse. Faber quidam lignarius 30. annorum ad Michaelis festum 1674. dolore levissimo auri dextræ corripiebatur, qui tamen mox evanuit, effluente

fluente nihilominus magna parisi foetidi & siniei vi. Nullus unquam capitis dolor præcesserat, nullus parotidum tumor. Auditus interim plane hac in aure sublatus. Nulla hætenus res ei commoda fuit præter frequentem fumum tubulo tabaci in morem haustum trifolii fibrini, hujusque ut & Cornu Cervi destillatum oleum gossipio aure exceptum, post diligentem mundificationem per linteum aqua trifolii fibrini calida imbutum, porumque ordinarium cerevisiæ cui trifolium fibrinum infusum esset, ut illi principio Aprilis 1675. præceperam. *D. Joëlis Langelotti.*

Obauditio.

Pro auditûs difficultate jussi eum aquam ex fellibus auribus indere eaque interiora madefacere, nec diutius retinere, sed postquam effluxit aures bombyce moschatâ obuiare. Aqua ex fellibus deterfiva ita paratur.

℞. Rad. raphan. porr. cepar. an. ʒj. cyclamin. ʒss. helleb. alb. ʒj. fol. origan. sic. ʒij. rutæ, majoran. an. ʒij. flor. lavend. ʒj. sem. fenicul. cumin. an. ʒi. bacc. laur. numero 15. contusis adde fellis vaccin. ʒj. (forte ʒj.) vin. alb. q. s. ad pulvem formand. destill. in B. M. & servetur aqua. Suffitum etiam excipiat ex decocto bacc. lauri, sem. carvi, rad. caryophill. iridis, fol. rutæ, salv. beton. myrrhidis spondylii an. cum vino. *Felix Platerus Observ. lib. j. pag. 125.*

Dolore dentium intolerabili pridem cruciabatür Dn. Erasmus Vindingius, Vir magnorum meritorum, qui neque noctu inducias dabat. Cum alia remedia frustrarentur spem nec levarent dolores, consilium in arena cepit. Media nocte lecto se propiciens, dormientibus famulis, exiliendo ad mensam corpus agitavit concussitque propulitque ex loco suo dolorem vel doloris causam, statimque levato dolore ad quietem compositus, ex eo tempore ab isto symptomate immunis fuit. Nuper idem consilium Joanni Trochilli Procuratori Urbis de auditûs difficultate conquerenti suavit felici quoque successu. Sciticeet subsultu illo corporis, seu, ut cum *Plauto* loquar, insultura & delultura, pellitur loco noxia materia, quæ vel dentes vel aures occupat. Non ignotum antiquis remediū hoc genus. Testis est *Oribasius L. B. Collect. Med. c. 31.* qui ex Antyllo refert, exilire accommodat in esse diuturnis morbis capitis, thoraci, materiæ quæ ad partes superiores propensa fertur; saltationem quoque ad nates, qua Lacanæ mulieres utebantur, caput purgare & siccare. Differre verò monet exilire à saltando: nam exilire esse cursui simile, quum eodem in loco corpus manet, poplites inflectendo & circumvehendo, saltum verò esse fermè crurum continuum. At subsultus quo Vindingius noster Magnus suam odontalgiam discussit, pedibus sursum deorsum in eodem loco motis, corpus quoque deorsum sursumque concussit, & quæ dentes occupaverat, materia deorsum quoque propulit. Ita & discussit ex auribus sive stans sive obstruentes humores. Affinis huic est curatio; quæ quoscunque corporis dolores exteriores & tumores, pugnis vehementioribus parti dolenti impactis domare amicū alium vidi, ut quasi fustibus molliores fiant magis, quàm ullis emplastris. Quæ de subsultu dixi, propriis Magni Vindingii nostri verbis confirmabo, sicut ipse consignavit. Ita verò ille.

Ante annos plus minùs quindecim postquam stato tempore cubitum iveram, aliquantum obdormiveram, acutissimus dentium dolor mihi somnum excussit, duravitque is aliquot horas, rumpo tandem patientiam: de lecto surgo, & me propinquæ men-

Tom. I.

stræ applico, & pulvinum in tenebris forte repetam nudis pedibus subdo, & manuum, quibus nesciam apprehendi, ope subtili e incipio toto corpore, pulvino pedibus inoffens: coepit sensim remittere dolor: postquam me ita ad octavam horæ partem exercueram, redeo cubitum & mox lenis sopor occupat artos, nec ultum disculso somno sensi dolorem.

Accidit his diebus notissimum in hac urbe casum Patronum Joannem Torchilli f. agentem causam apud constitutos à Rege Judices M. Wibe & me ob defluxum humorum ad aures difficillimè audivisse quæ vel ab adversæ partis Patrono vel à Judicibus dicebantur: cum dimitterentur disceptantes apud nos quæstus est se hoc aurium vitio plus ulos mentes laborasse. Rediit in memoriam quo modo ante annos quindecim dolorem dentium repulisset: putavique eodem modo audiendi difficultatem ex humorum in aures defluxu ortam tolli posse. Docui eum rationem à me initam. Peruit consilio & cum iterum apud nos in eadem causa post aliquot dies compareret, ea audiendi facultate præditum deprehendimus ut quacunque vel ab adversa parte, vel testibus, vel judicibus dicerentur haud difficulter auditu perciperet, sine ulla vocis intentione. *Georgiofredi Christiani Wincleri.*

Juvenis studiosus à septennio aure dextera difficulter, & aliquando vix audit. Cura ejus sic fuit instituta. Primò purgatus fuit pilulis anethinis, post scarificationes factæ sunt circa scapulas & cucu biuila admota. Postea usus est hoc topico, quod

℞. Spir. formicar. tartar. rectif. salafati an. ʒss. extr. castor. ʒj. ol. succin. seu spiritus gutt. x. m. Mixturem cum bombace exceptam intrudat in aurem, & illibi per diem & noctem servet, applicato semper pressius linteamine intensè calefacto, pro imposita medicina in actum transpirationis intimioris promovenda. *B. M. à Bernitz Fasse Medic. Tit. 9.*

Surditas.

Adolescens quatuordecim annorum Lendenariensis me convenit, qui ab utero matris laborabat obstructione alterius auris, à carne quadam densa, nonnihil tamen circum circa erosa, quæ assidue ichorem purulentum cum fæore effundebat, totumque meatum auditorium obstruebat, usque ad membranam tympani. Facta expiatione totius corporis, deveni ad operationem Chirurgicam, parato instrumento instar velsellæ intus cavo, prout Aquapendens ad polypos extrahendos effinxit, quo seramento sæpius in aurem immisso, sensim ac sensim fere totam carnem luxuriantem eduxi; atque alio postmodum cadente, per canulam insinuatam, particulas carnis superstites inussi, adhibitis medicamentis crustis remouentibus; tum exsiccantibus induxi cicatricem, sanitateque ægrum restitui, auditu incolumi, qui antea abolutus fuerat. *Petrus de Marchettis Obs. 28.*

Cum satis purgata esset mulier quædam surditate laborans, vetula quædam illi consulit, ut granum unum vel alterum moschi opt. in bombace misceret, & auri perpetuò imponeret. Hoc remedio præter omnium spem ab omni surditate liberata est. Ego multos quidem, quibus auris sanie longo tempore maderet, curavi sola imposita bombice vel cotone, in quo moschus reservatur, quod & aurem exsiccat, & simul surditatem tollit. Mulier quædam oleo murino (mures enim rec. natos sine pilis macebat oleo) utebatur cum miraculo ad aurium surditatem. *Gisbertus Hofstius* aquam ex illis distillabat & eam in aures immittebat. Arculanus medicus suo tempore insignis in nono ad Almanforem scribit

G g

mosc

molochum cottone involutum, & in aurem positum egregiam praerogativam habere in curando surditatem; sed in mulieribus juvenulis suffocationi uteri obnoxiiis neq. aquam convenit. *Petrus Forestus Obs. 15. & schol. lib. 12. de Aurium Morbis.*

Judaeus quidam Empiricus surdo medicamenta quaedam suppeditavit; quae cum ego satis probem, volui studiosis ea communicare. Ea haec sunt. Confiatur lixivium ut fieri solet ex cinere junperi, & fluviali aqua; lixivii capiat ℥. 12. cui infundantur per viginti quatuor horas serpill. flor. chamæm. absinth. matricar. an. m. β. baccar. lauri, rad. areos an. ʒj. rad. asari ʒiβ. contusa infundantur. Deinde eo lixivio abluat caput aliquoties.

℞. Succo porrorum, succi absinth. ol. amygd. amar. petrolei an. ʒβ. m. Deinde ea mixtura impleantur cepæ duæ excavatae ac earundem cortice resectæ; atque ita sub cineribus calidis coquantur. Coctis iis succus exprimat, qui saepe in aures instilletur.

℞. Aceti acerrimi ℥j. stercor. columb. rec. q. s. mixta hæc indantur in ollam novam, coq. ad mediet. consumptionem. Deinde coopertam ollam crusta panis larga in medio perforata, & impolito apte emboto, auri subjiciat; atque inde exhalantem vaporem in aures excipiat, vesperi uturus dormitum, continuet ad duodecim dies, & quateris quibusque medicamentum reiteretur. Hæc medicamenta post ritè purgatum corpus admittentur. *Reinerus Solenander Consil. 4. Sect. 1.*

Plurima gravis auditus sunt remedia, neque semper obtemperat uni, sed ex deterfo ritè tympano, & infuso liquore status discutiente, maximum plerumque percipitur emolumentum. Nihil utilius urinæ leporina, sive seorsim seu cum spiritu vini aurius calidè instillata: cujus frequentior usus multis opitulatus fuit, & quidem præcipuè Proximetæ cuidam Amstelredamensi, qui eo surditatis jam devenerat, ut necesse foret, palimpsesto, sive cartæ deletili inscribere, si quid illi verbis communicatum velles. *Nicolaus Tulpius Obs. 15. lib. 4.*

Thonerus p. 117. obs. gloriatur, se Ecclesiasten ex febre continua per metastasin materiae, auditus difficultate laborantem sola aqua Anhaltina cum bombace auribus immissa, curasse. De successu etiam haud dubito, si materia non sit copiosa & si potius vaporosa, quam insigni tenacitate & crassitie pollens. Si enim hæc consistentia prædita nervum auditorium occupet & à calore p. n. induretur, haud ita facilè tollitur, sed medico multum negotii facit, ut sequenti observatione patebit.

Præfectus quidam aliquot pagorum laborabat febre continua maligna cum pleuritide spuria, quibus idoneis remediis sublatis, febris lenta cum totali auditus abolitione sequebatur, ita ut maximos clamores & penetrantissimos sonitus, ne minima quidem parte perciperet, Crisim hanc esse imperfectam sive metastasin materiae, nullus dubitavi. Cùm autem de cephalalgia & dolore aurium simul conquere-retur, abscessus futuros existimavi & discutientia dolores mitigantibus additis applicavi. Quibus quidem dolores evanescere, sed surditas perseverabat cum febricula lenta. Corpus purgavi decenter alterantibus subsequenter. Febris cessabat, omnia munia exequi potuit, sanus alioqui præter auditum. Fotus applicavimus, cucurbitulas dorso & brachiis affiximus, caput decoctis herbarum lavavimus; aurium cavitati aquam Anhaltinam & alia discutientia indidimus, & sexcenta alia tentavimus omnia sine levamine. Tandem fumum tabaci ordiavimus & cucurbitulas post aures affiximus, quibus tandem perfectæ sanitati restitutus est. *Gotofredi Christiani Wincleri,*

Clarissimus Dominus D. Gablovitzki, ser. piè defuncti Episcopi, Caroli Ferdinandi, Princ. Polon. & Sacc. Medicus ordinarius, in symptomata surditate, cum dolore Sac. Reg. Mai. Anno 1648. mense Januario, auri sinistrae superveniente, commendabat colocinthidis pomum, cum calefacto oleo amygdalarum amararum bene imprægnatum, post fortissimè exprellum. De expresso hoc oleo colocynthinato cum bombace excepto, ponatur in aurem bis vel ter indies. Ex consilio autem DD. Cnoessellii observavi, auditum S. Reg. Mai. brevi post restitutum fuisse, spir. tartar. salaftrato, leviter tepesfacto, & bombace excepto, atque in auremposito, suppositis statim lintheaminibus probè calefactis ad extra per dimidiam horam. Anno 1649. rediit dolor, cum surditate, strepitu & fluxu excrementoso, ubi *Cl. Cnoessellius* denuò præscriptum remedium repetiit, sed absque levamine, unde & balsamum hoc adhibuit, quod

℞. Spir. tartar. rectificatiss. salaftrati, elixir propriè sine spir. tartar. an. ʒβ. ol. hypericonis, succin. an. ʒβ. simili dicto modo fuit adhibitum, & S. R. Majestas ex reiterato usu per tres dies iterum convaleuit. *M. B. à Bernitz fasc. med. Tit. 19.*

Medicus noster, ac Chirurgus *Cornel. Solingius* nuper mecum literas quasdam communicabat ad ipsum à fratre *Hercule Solingio* Gorcomini Eyl, alias *Andel Workomium* inter, & *Hoesdam* ad aggerem sitto, rusticus quidam 40. annorum nomine *Gisbertus*, natus in civitate *Campensi* habitavit, qui illuc anno 1666. mutus, & surdus cum campania quadam (ut solent ejusmodi homines) ad colligendas elemosinas advenerat. Quem, cùm laboriosus esset admodum v. dua quaedam, etiam surdas tra, misericordia ducta hospitio excepit, ita ut eo usque tempore res perageret rusticus, in quibus diligentem se, soleremque præstitit. Postquam verò ibidem per biennium laboribus infudisset, ac aliquando fossam quandam foderet, contigit, ut inter operandum campanæ audierit sonum, quod digitorum suorum allisione sodalibus suis satis indicabat, & ab eo usque tempore auditum conservavit integrum. Duodecim autem post annis die 12. April. 1680. cum consortio cuidam iote fuisset *Dominica* palmarum, ancilla heræ qui famulabatur, lecto ipsam incubere ita pro more domum clausit, lectumque petiit. Ille verò multa demum nocte reversus, januam reperit clausam, quapropter vicini sui domum adiit, à quo commodiore tunc temporis lecto destitutus ad scenile dimissus est rogatusque fuit, uti mata è domesticos excitaret secuturo die, qui Lunæ esset, multo mane mercatum auditores *Gorcomiensis*. *Gisbertus* ergo in prædicto scenili decumbens vocem quandam, uti postea retulit, audiit vel forsitan sibi audire visus est, vel somniavit, clamantem: surge, *Gisberte* & loquere! ipse ergo surgens mox vicini domum adiit, cujus ostio frustra ter pulsato, Heræ fores pulsavit; unde ancilla surgens rogabat, quisnam adesset, cui ille: ego sum *Gisbertus*, Deus mihi linguae restituit usum: quod minus credens ancilla, dissolutionisque vitæ homines ad se se suspicata, qui domum ingredi conarentur, januam non aperuit. Coactus ergo fuit *Gisbertus* vicini sui domum repetere, cujus uxor, quæ interea surrexerat, uti se itineri accingeret *Gorcomiensis*, strepitum quendam ante fores audiit, quapropter accurrens quis esset, rogavit; *Gisbertum* autem se nominantem illa accedens cognoscensque exclamavit: Tune ades, *Gisberte*, & loqueris? Ille autem non sine amplexu respondit: Deus mihi loquelam restituit, ipsi sit honos, & gloria. Unde mulier stupefacta primò quidem loqui non poterat, sed tamen parumper ad se rediens, quo pacto loquendi recuperasset usum, rogavit, quare ipse quicquid sibi acci-

accidisset, narravit. Adventante autem, quo uxor discederet, tempore, *Gisbertus* maritum adiit, eique rem significavit: omnium autem primò mulier ista se ad meas (ita scribit *Hercules Solingius*) contulit ædes, ut nonnulla emeret. Dum autem nos simul (ita pergit) pranderemus, intravit & *Gisbertus*, quem quidem unà ad prandium invitabam, sed verucundior ille (uti videbatur) abnuit. Interroganti igitur mihi, quid ni Juvenis ille ad comedendum accederet, vicini uxor, tui, dixit, causa pudore afficitur, ac mox singula exposuit, quæ ipse etiam confirmavit referens, quomodo primò in pagum pervenisset. Famulam autem quâ cum simul diu habitarat, postea uxorem duxit, sed cum ipsa diu in matrimonio non vixit, toto isto tempore, va-

letudinarius admodum. Uxore itaque sine liberis relicta, satis cessit anno 1681. mense Martio. Quæ relatio (ut ait *Hercules Solingius*) non tantum verissima est, sed & centenis aliis testimoniis, siquidem opus foret, confirmari posset. *Cornel. Stals part. Cent. 2. Observationum, p. 35.*

AURIUM MORBI.

Vid. in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

AXILLARUM FOETOR.

Vid. in *Bibliothecâ Chirurgicâ*, sub titulâ FOETOR.

Finis Libri Primi.





JOH. JAC. MANGETI M. D.
BIBLIOTHECÆ
MEDICO-PRACTICÆ,
LIBER SECUNDUS.

De Affectibus à Literâ B. incipientibus.

BALBUTIES.

Vid.

LINGUÆ VITIA.

BARYCHOYA.

Vid.

OBAUDITIO.

in Audit. Lesion.

BATRACHIUM.

Vid.

RANULA.

BATTARISMUS.

Vid.

BALBUTIES in LINGUÆ

Vitiis.

B E R I B E R I.



ST Paralysis quædam species apud Indos familiaris, qua affecti genibus veluti nictando & elevando crura non aliter quàm per saltus progrediuntur. Mulierem hic habemus eo allicitam morbo, diceres machinam arte confectam quæ vi elastica subinde moveatur. De illo jam olim Erasistratus; sic autem *Jacob. Bon-tius Histor. natural. & medic. Ind. Orient. lib. 2. cap. 1.*

Affectus quidam admodum molestus homines infestat, qui ab incolis *Beriberi* (quod ovem sonat) vocatur. Credo quia, quos malum istud invasit, nictando genibus & elevando crura tanquam oves ingrediantur. Estque species paralyseos, seu potius tremoris: nam motum sensumque manuum, ac pedum, immò verò aliquando totius corporis depravat, & tremere facit. Causa hujus morbi præcipua est crassus & lentus humor pituitosus, qui nocturnis temporibus, præsertim pluvio celo (pluviæ autem assiduæ cadunt ab initio Novemb. usque ad Maii initium) nervos corripit, dum nimirum homines diurnis caloribus defatigati, noctu omne tegmen & lodices à se rejiciunt; unde facillimè, jam in cerebro præcipuè genitus, nervos iste humor phlegmaticus invadit. Nam noctes in his locis comparatione caloris diurni, frigide appellari

possunt. In hoc casu artus prolongantur, non contrahuntur, insinuante se inter juncturas phlegmate, ita ut nervi & ligamenta inde laxentur. Quamvis autem hoc malum plerumque per gradus & pedentim homines invadat, tamen aliquando valde subitum est, dum nimirum homines æstu defatigati, potum ex palma Indica copiosè & assatim ingerunt non secus ac in Patria diebus canicularibus aliquando vidimus fieri, cum quibus cursu, aut alio aliquo vehementi motu, calefactus, potum cerevisiæ aut lactis pressi, nimis avidè haurit, ita ut inde sæpè summum vitæ discrimen, immò ipsam mortem incurrat. Porro signa hujus mali aspectu obvia sunt. Adest enim spontanea corporis universi lassitudo; motus & sensus, præcipuè manuum & pedum, depravatur, hebescitque; atque in iis plerumque sentitur titillatio talis quædam, qualis in Patria, frigida, & hyemali tempestate, manuum ac pedum digitos corripit, nisi, quòd hic tantus dolor non adsit. Tum etiam vox aliquando ita impeditur, ut æger vix articulatè loqui possit quod mihi ipsi accidit, dum hoc morbo laboranti vocis sonus per integram mensem tam exilis esset, ut me vel proximè assidentes vix intelligerent. Adsunt præter hæc aliquando multò plura signa & symptomata, quæ tamen omnia tenacem & frigidum humorem sapiunt, sed præcipua enarrasse sufficiat. Accingamus ad curationem itaque, quæ plerumque in longum trahi-

trahitur; dum nempe humor iste lentus & frigidus ægrè discutitur: per se tamen, ut plurimum, lethalis non est: nisi musculos pectoris & thoracis invaserit, & hoc modo spiritus ac vocis viam intercludat. Verùm hoc imprimis curandum est, ne (si ullo modo fieri possit) te lecto affigas decumbendo: sed vel ambulando, vel equitando, vel simili aliquo motu valdiore, omni conatu te exerceas: currere quidem impossibile est. Frictiones quoque fortes & dolorificæ summè necessariæ sunt, quas commodè hic servi Bengaleses, ac mulieres Malaycæ adhibent. Nam nostra gens tali exercitio non assuevit, ut nec balneis, quæ hic frequentia sunt. Fomenta atque infusiones conficiunt ex herba nobili *Logondi* dicta, quæ folio quidem Persicariam refert, estque odoris suavis & aromatici. Certè nobis non tantùm usum chamomeli & meliori præbet, sed discutiendi & resolvendi viribus, iis, meo quidem iudicio præstat. Pedes & manus præterea inungendi sunt oleis caryophyllorum & macis, sed mixtis oleo rosaceo: nam sola adhibita nimis caustica sunt, & cutem facillimè eroderent. Habemus præter hæc nobilem *Naphthæ* speciem allatam ex Sumatra Javæ regno è regione in conspectu sita; quam *Miniach Tam nab* Indi vocant, oleum terræ significans; quod non secus ac nobis cognita naphtha, quod oleum petræ vocamus, è terra erumpat, vel ex rupibus in subjecta flumina præcipiteur. Hoc oleum à Barbaris in tanto pretio habetur, ut rex Achinensis, qui potentissimus istius insulæ est Tyannus, sub capitali poena istud devehî inde prohibeat: ita ut incolæ, nocte intempesta, si quæ nostra, aut Anglorum navis, eorum littoribus adpellat, ad nos istud furim deferant. Hoc oleum partibus affectis illitam, miraculi instar ægros consolatur. Odore est potèrò gravi: tamen non fastidioso.

Sed cum hic morbus sit chronicus & longi temporis, nihil æquè prodest quàm decocta ex radicibus chinæ, sarsaparillæ ac ligno guajacò; quæ blando & amico nostro corpori calore, frigidos istos & crassos humores, per sudores & urinas egregiè discutiant & evacuant. Interpositis tamen subinde commodis per alvum evacuationibus, inter quas principem locum obtinet extractum quod hic conficimus ex aloë & gutta Cambodia dicta vulgè, corruptè apud nos gutta gamba.

Sanguinem mittere nefas: non enim plethora, sed cacochymia in vitio est, & quis sanguinem fontem caloris & thesaurum vitæ non esse intelligit? Hujus affectus reliquæ porrò commodè discutuntur theriaca, mithridatio, &c. sudorem & urinam moventibus, ac nervos roborantibus medicamentis. Reliquas hujus mali molestias opportuna exercitatio, & valida naturæ vis sanabunt.

Observationes.

Justus Auceps Juvenis peregrinandi cupidus, peregrinatio jam tum præcipuè Orientis tractu, subsistit tandem in regione Choromandella, ubi sol tanto interdum aestuat ardore, ut indigenæ ejus vitandi causa, cogantur maximam diem partem transigere in balneis frigidis. Quem exurentem fervorem utique declinaturus hic juvenis id negotii famulis suis dedit, ut se plumbo impositum, cotidie, idque sub die, ac aère patente, frigidâ assatim perfunderent. Quod certè irriguæ, ac intempestivæ lavationis genus, admodum profuit, ut potius multum nocuerit. At juvenile vitium est animo non

Tom. I.

posse imperare. Obsipata itaque cute, & humoribus ab inordinato frigore impendio nimis in nervos repercussis, contraxit illam paralytici speciem, quam India *Beriberi* sive *Ovem* vocat, quæ morbus, ut minimum habet periculi, curatur tamen difficillimè; uti suo exemplo docuit hic adolescens: qui propterea cum ipso domum reversus, nobis animum dedit inquirendi in naturam hujus morbi.

Quem animadvertimus tantùm discrepare à perfecta, quantum convenire cum imperfecta paralyti. Corpus quippe erat quidem hebes ac languidum, artulque inertes ac desides, nequiquam tamen omnino motu destituti. Et quamvis ægro minime integrum fuerit cibum capere, nedum deambulare, lieuit tamen ipsi in sedili sedere, obscurum aliquem edere motum, imò in stupidis membris interdum persentiscere vagum, ac aberrantem illum titillationis sensum qui solet præcedere spiritus animales in nervos influxuros, ac jam jam per exigua eorumdem foraminula transitum quaesituros.

A qua utique imperfecta nervorum resolutione haud quaquam etiam dispar fuit curandi ratio. Convalescente ægro non minùs prosperè remediis patriæ familiaribus, ac si illis ipsis usus fuisset, quæ morbo huic speciatim præscribit, qui Indiarum Præfetto à medicinis fuit Jacob. Bontius methodi med. cap. i. ne quidem deficiente nobis pretioso illo terræ oleo, quod *Miniach Timnah* Indis vocatur, & in insula Sumatra, cui præest rex Achinensis, ad instar olei petræ ex rupibus destillat. Cujus Indici olei frequens periculum à nobis factum, tum in frigidis affectibus, nervis ac muscolis penitus infidentibus, tum etiam in suffocationibus uterinis, quibus non minùs opis adfert, quàm oleum arte chymica è succino elicatum. Evacuandis autem pituitosis succis (in quibus potissima hujus morbi causa) operam imprimis navarunt, cum cathartica convenientia, tum lignum guajacum, salsafra ac radix china; & extrinsecus unguentum, partim ex oleo terræ, partim verò ex oleis castorei, cære, nucis myrificæ, caryophyllor. piperis, ac ligni rhodii; quorum omnium legitimo usu, non tam confirmatus, quàm in pristinum valetudinis statum, integrè restitutus fuit. *Nicol. Tulp. Observ. lib. 4.*

Beriberi Spurium.

Verum depingit Tulpus *Observ. lib. 4. cap. 5.* spiritum hoc nocentius quò gravius affligit. Expertus illud est nuper *Daniel Wichelhuysen* Batavus, quem funestum hoc malum tandem peremit. Is quinquagenario proximus, post sedecim annos in India Orientali exactos redux, apud nos consedit negotiationi Eoæ manum & consilia accommodaturus. Vix mensem hic transegerat, cum obstinata correptus urinæ suppressione, vesicâ simul stupente, & tradò in societatem ob musculum communem podice. Transit & in crus sinistrum stupor, & ad ultimam pedis tensionem molestam exporrigit. Paucis post diebus notatur & in regione cordis dolor exquisitissimus, non ille cor ipsam divexans, sed inter musculos pectorales & sternum cum summo cruciatu obambulans. Inter hæc mala destitutus consilium postulat. Mihi statim visa illa *curiositas* & rara & periculosa. Credita initio vesicæ ægritudo, suppressio urinæ & narcosis cruris, à calculo per musculum plos transeunte pendere, dolor autem pectoris à flatibus. Sed dum in eo sum, ut istuc curam veram, crus sinistrum paralyti tentatur, & mox dextram quoque simul cum vesica & podice, ascenditque malum illud & stupor partium ad

Gg 3

usque

utque diaphragma. Superiora vera nisi quod ex intervallo redirent immodici dolores musculorum circa cor, quos cum mihi describere frequenter pararet, ut erat vir sagax, & qui sensa animi clarissime alioquin expromebat, agnovit præ varietate motuum, & inusitata doloris novitate, victum sese quominus ægritudinis illius morem modumque lingua expediret, innuens tamen subinde vellicari partes diversis motibus, & tandem contrahi tanquam in nodum, cum interim exterius nullus tumor, nullus præter naturam calor appareret. Sed & suffocationis quædam species identidem, maxime noctu, admonebat ex flatibus haud dubie impetuosus, qui tamen soluto paroxysmo erumpere nusquam. Cætera se bene satis habebant à capite ad usque diaphragma, ratio constabat, de ventriculi appetitu nulla querimonia. Illud gravissimum quod in progressu morbi spontè semper profueret urina, ægro invito, & alvus constipata, vel ægerrimè admotis clysteribus, quicquam excrementorum profunderet sine sensu ægrè. Sæpè enim ignarus in propriis volubatur purgamentis, unde nates tribus locis subitò gangræna correptæ, quidquid etiam contra hiteretur solers Chirurgus *Nicolaus Boius*, ad cicatricem nulla arte revocari poterant. Neque viva natiæ caro sentiebat scalpelli ictum, ne quidem ad ipsa coccygis ossa, nam & ibi gangræna nidulabatur. Tentata in solatium mali varia purgantia, sudorifera, ipecifica, salia volatilia, spiritus, unguenta, fomenta, alia non quidem nullo fructu, sed tamen non satis optato. Et quidem purgantia faciebant officium, quoties si us corporis exitum permitteret excrementis, alioquin quanquam alia in intestina copiosè satis confluerent, non stimulabant ægrum, emortua parte per quam prodirent. Ab urinae aspergine liberabat eum appensa vesica bubula labrò ligneo præmunita, nam coriaceum sacculum priùs adhibitum penetrarat liquor mordax. Sudor à decocto lignorum guajaci &c. prolicitus & sepe cum euphoria. Propositum balnei usum impediterat gangræna. A cucurbitula circa pectus abhorrens, vesicatorium admittebat, unde per biduum musculorum ibi quies sequuta, sed quæ dolore post graviore pensaretur. Quid multis? tantum effecere purgantia & decoctum guajaci, ut ægro ipsi (me adhuc dubio) spes sanitatis affulgeret, narranti redire in crus sinistram paulatim titillationes internas, & motus non obscuri indicia. Dum hæc aguntur, nescio quis Auster empiricam aniculam in cubiculum ejus me inconsulto, introducit. Illa pelliceri statim sanitatem, & unguentorum suorum præstantiam in cælum tollere. Credulus æger, qui à me audierat festinandum lenè, aniculæ celeritatem auxilii sui jactanti præbuit aures. Inaugitur, fricatur, spe inflatur ad aliquot dies, me mea quotidie inculcante pharmaca, & medicatricis illius ignarò. Tandem æger plenior spe felicitis eventus, aperit mihi incognitum secretum; advenire bis in die feminam in curanda paralyssi mirificam & crura sua atque femora ad horas tres inungere singulari quodam unguento, nec illo unius generis, perfricatur enim aliò genua, aliò crura, femora denique aliò, istam varietatem temperamentorum omnibus medicis incognitam brevi admiranda præstitoram. Dum in laudibus empyricæ prolixus est, observo angustias pectoris, & anhelitum ægri concitiorum, subjungoque ita curam gerendam curam ut malum in pectus non regurgitet. Sed cum is periculi securus, plus tribueret vocibus medicatricis inæptæ, quam meo præfugio, ablati ipso non invito ab ulteriori vibratione, & ille intra triduum ad plures migravit. *Thom. Bartholin.*

BLACCIÆ.

Vid.

MORBILLI.

BLESTITAS.

Vid.

LINGUÆ VITIA.

BOMBI AURIUM.

Vid.

AUDIITUS LÆSIONES.

BORBORIGMUS.

Vid.

FLATUS.

BOTIUM.

Vid.

BRONCHOCELE.

BOVINA AFFECTIO.

Est morbus bobus utriusque sexus satis familiaris; nec illis solis, sed etiam, Leonibus variisque aliis quadrupedibus, avibus item, piscibus &c. ut observat Clar. Rhedi in suo de Viventibus in Viventibus tractatu italicè conscripto. In eo autem vermis longior cutem inter & carnem perambulans, illam sæpè perforat, eadem ratione qua comedones & crinones qui infantibus tam graves & molesti sunt.

BRANCHOS.

Vid.

CATHARRUS.

BRADUPEPSIA.

Vid.

DIGESTIONIS LÆSIONES.

BRONCHOCELE.

Vid. in *Bibliothecâ Chirurgicâ.*

BULIMUS ET

APPETENTIA CANINA.

De Bulimò, & Appetentiâ Caninâ, hanc habet Dissertationem Pathologicam Clariss. Menjotius.

Exempla traduntur hominum, vel assuetudine, vel naturâ, nempe ob vastam ventriculi capacitatem,

citatem, sed maximè ob jecoris magnitudinem & caliditatem, gulosissimorum, quibus porcus Troianus vix pro uno ferculo sufficeret. Tales olim fuere Bœoti *ρασείμαροι* mentem in ventre infodientes, piscique Aetioo consimiles, qui unus inter animalia, cor in alvo gerere dicitur. Ita Rex Ponti Mithridates institutis præmiis *πολυφαγίας καὶ πολυποσίας* in utrisque victoriam reportavit; & Metacides infiniti fere cibi potusque capax fuit. Inter *ρασείμαροι* eximii etiam extiterè, Milo, Gnatho atque Philoxenus qui gruis *φαιγγα* à Diis exoptabat. Sed præ cæteris, Vitellius *τῆς κελιάς μαρόμνος*, rabidâque ingluvie infamis audit; heluo non profunda modo, inquit Tranquillus, sed intempestiva quoque ac sordida gula, qui ne in sacrificio quidem unquam aut uinere ullo temperavit, quin inter altaria ibidem statim viscus, & farrâ panem raptâ à foco manderet, circaque viarum propinâ fumantia obsonia vel pridiana atque semesa. Præterea luronæ, ingeniosi escariæ voluptatis Architecti, variorum miltuum illecebris atque lenociniis mechanicam sibi concient esuriem vitii annumerandam animi intemperantis, magis quàm corporis intemperati, etfi cruditatum indeque pullulantium morborum seminarium sit. Nunc verò non belluinam τὰν *ρασείμαρον* edacitatem excuimus Aephagiæ, vel, ut ludebat Comicus, *Sanctæ Saturisati* litantium, sed immanem esuriginem quæ corporea est ac morbosa affectio.

Id morbi à nonnullis malè vocatur *ἄσπις*, neque enim hæc vox *ἄσπις* acutum appetitum exprimit, sed *ἄσπις* ἐπιδύσιν acidam eructationem. A vetere glossarum Collectore dicitur *furcilla*, à Græcis *λυσίδια* ac frequentius *κυνόρθη* fames lupina vel canina, à cognatione cum lupis atque canibus, ob intestinâ minùs tortuosa τῆς *βελίας* deditis: item *φάρμακα* quod nomen sine modò exedentium est, & aliàs *ulcerum*, ait Plinius. Nonnunquam est cum *κίμων* sine adjuncto appellat Hippocrates; vulgo autem *βόσκινα* & *βόλιμα* nuncupatur, ingens fames veluti æquans bovis staturam. βὸς enim apud Græcos particula est *ἄπτατος*, sic *βόπαιδος* sunt pueri adultiores, iamque exoleti, & *μαίσκε* *βόσκονα* vocitantur, & *κάρβη* sive Larus dicitur *βόσκα* atque Herculi dicatus ob voracitatem, & equus Alexandri *βελίφαλος* non ab obtutu torvo atque aperto, secus *βόσκων* dici debuisset; non à bovini capitis figurâ; non ab insigni taurini capitis armo impressi, quomodo *Κοπεσάριος* dicti sunt equi litterâ K inultâ notati; sed propter capitis ampliudinem, quantumvis rei equariæ periti, capitis parvitatem in equis commendat; Eoque sensu τὸ *βόσκον* pariter ac τὸ *βό* denotat τὴν *μέγα* seu in fine seu in principio dictionis, ut *κρινάσκος* silicernium, *ἰσπύσκον* scortum turpissimum; ac illa ipsa vox plantarum nomen elaturis præposita, harum inter congeneres proceritatem apud Botanicos significat, ut Hippocelinum, Hippolapathum. Incitè igitur nonnulli τὸν *βόλιμον* famem bovillam vel vaccinam latinè reddiderunt, ac si boves huic morbo essent obnoxii.

Neque hîc omittendum nomine τὸ *βόλιμον* maximam ac publicam annonæ caritatem propriè designari, quam *Ἄολος* pro β usurpantes *βόλιμον* quasi *πολύλιμον* nuncupabant, indeque vocabulum ad immodestam famem deflectisse, haud secùs ac nauseare dicti sunt primùm quibus inter navigandum stomachus langueret, deincepsque quibusvis vomiturientibus verbum istud tributum est, autore Plutarcho in symposiis: ubi etiam mentem nem facit cuiusdam sacrificii (cui nomen *βόλιμος ἑξέλασος*) à principe Magistratu propalam, à cæteris verò privatim perpetrati, in quo mancipium viticæis ferulis cæsum eliminabatur, additis his verbis *ἔγω βόλιμος, ἔγω δὲ πλεον* καὶ *ἕστιον*; bulino enim prout inopia est, divitiis;

Tom. 6

prout ægritudo, sanitatem meritò opponerent; ac utramque servus verberatus nempe quæ servus paupertatem; quæ verberatus dolorem ac invaletudinem graphicè satis exprimebat.

Quamquam appetitus caninus atque bulimus promiscuè interdum accipiantur, reapse tamen longissimè discrepant. Etenim in appetitu canino implacatæ semper viget flamma gulæ, cum subitâ cibatorum in ventrem ceu in barathrum jugiter conjectorum aut vomitione aut dejectione, verùm asque animi deliquio. Bulimus verò *ἀσπικίης* expertus est, quin potius cibo propulsatur etiam pauxillo; tandemque in *ἀσπικίης* degenerat, nec vomitum, sed leipothymiam habet comitem; unde Arabes famem syncopalem nominant. Imo plerique bulimum de immittî fame dici inficiantur, licet nomen hanc sonet, sed de syncope impotentem famem subsequente, quæ fuit etiam opinio Galeni. Demùm appetitus caninus atque bulimus, ut symptomatis sic & causis dissentiant: hic enim unicam agnoscit *ἀσπικίης*, videlicet frigus externum; ille verò vel ab acidis humoribus ori ventriculi impactis, vel à summâ partium omnium exolutione, suam ducit originem, ut jam dicetur.

Itaque quale *πρόσπε* in renibus est diabetes, tale in stomacho est *κυνόρθη*, nimirùm *Insatiabilis edendi libido*, per quam cibi avidè devorati statim aut vomitu refunduntur, aut per alvum detruduntur. Nam cum causa appetitum accersens nullâ unquam indulgeat intermissione, ac alimentorum degulorum ponderi par non sit ventriculus, æger esitat vomitaturque perpetuò circuitu; nec sit *ἐπιδύσιν* *ἰμυτιδόν*, ut exprobrabat Pompejus ingrato Marcellino quem ditaverat, sed simul esuritor est atque vomitor.

Libidines moventur in cibos prodigè vel propriâ ventriculi labe, cujus officium humorem acetosum exorbitat, vel culpâ unive si corporis plurimam perpetentis dissolutionem. Quibus namque his de causis primò & per se vehementer lacessitur facultas sensitiva oris ventriculi, ac per connexionem quandam atque indivisam veluti concomitantiam tractus extra limites appetitus, incensè atque acriter atque inflammantier cibos concupiscit, cujus proinde noxa non primaria, sed secundaria atque accidentalis putari debet.

Acetosus iste humor vel est acida pituita ob ventriculi *κυνόρθη* coacervata, vel sax melancholica quæ sive quantitate exuperans, sive excellentiore acore satiata, à liene per vas breve ad ventrem relegatur. Quæres cur igitur bulimiâ laborantes, aced vegetentur? Respondemus aliud esse bulimiam, aliud appetitum caninum, ac τὴν *βελιμώτητα* non quatenus famelicos, sed quatenus defectos acetò refici, eoque non tam sumptò quàm olfactò, nec ratione aciditatis, quâ lentam cibi cupiditatem potius sollicitari indubiatum est; sed ob superfluitem è vino, cujus cadaver existit, vim cardiacam quâ valet *ἰμυτιδόν* καὶ *τὸν*, & quidem eò promptius, quò propter tenuitatem substantiæ celerimè distribuitur.

Acidum ergo excrementum astrictis arrosisque ventriculi tunicis morbidam molestiam concitat, naturali venarum suctui analogam; indeque ludificata appetitiva facultas similiter ac in legitimâ fame, sed multò effrenatius & quasi *ἰκέρων* fer ur in cibos, non autem in potum, propter frigus humoris, si fides adhibeatur Galeno, qui acida omnia habuit pro frigidis.

Nos verò dicimus primò acida quævis, verbi gratiâ, spiritum sulphuris & vitrioli, ut de aceto aiebat Philosophus, etiam quâ talia esse *δυσμετρικα*, nec tamen sitifera, sed *ἀδύα*; quod aciditatis proprium sit bilem suis genitricem figere atque *καταναύειν* sive deprimere. Quapropter sicuti secundùm Hippocratem

G g 4

cratem

cracem morborum causæ, ita eorundem remedia, non modo ad calidum, frigidum, humidum & ficcum referri debent; sed præcipuè ad amarum, salum, dulce, acidum, acerbum, insipidum, quod *μαλαρόν* dicitur, & alia sexcenta. Qua Hippocratis autoritate [ut dicam *αἱ ἐν σπλάγχνοις*] Chymici abutuntur pro stabilendis suis principiis; nam vult tantummodo Præceptor hæc ad primas solum, at præsertim ad secundas, tertias, quartasque qualitates attendendum esse, imò his utpote efficacioribus principatum deberi. Dicimus secundo à succis acetosis ventrem fodicari more famis non sitis, hancque morsus diversitatem soli naturæ notam esse, cum Galenus ipse severè increpaverit temeritatem Archigenis, quòd speciales singularum partium dolores explanare tentaverit: minusculas enim differentias potis non est accuratè percipere, *τὸ ἀεὶ ἐστὶν ἐν τῷ κατὰ φύσιν*.

Ventriculi porro tunicas astringi simul arrodique necesse est, secus styptica quæ solummodò astringunt, & acria quæ simpliciter vellicant, appetentiam quidem movebunt, sed minimè ferocem atque rabiosam. Docuit Aretæus melancholiam esse pervigilem, ac idcirco voracem, ex decreto Hippocratis. At quis non videt à bile flavâ non minus quàm à melancholâ somnum convelli, & tamen appetentiam nihilò secius ab illâ pessundari? deinde hic agitur de fame non vulgari atque usitatâ, verùm inclemente & veluti Erisichthoniâ, quæ causam vigiliis potentiorè hæud dubiè exposulat.

Scribunt Neoterici succum acidum prægnantem esse Vitriolatis spiritibus, qui intra mediocritatem flantes, fermentatoriâ indole alimentorum confectioem debito tempore peragunt: ubi autem activiores uberioreve evaserunt, hominem reddunt *ἄεθρον*, dum scilicet rabiem suam, ut loquuntur, exaltati & quodammodo insaturabiles facti, derepente ac uno ferme momento ad instar aquarum fortium metalla dissolventium, cibos quantumvis *ὑπερπυρρῶς* conterunt resolvuntque; ita ut semper locus sit inanis edendo, nullaque aut manca admodum factâ nutritione, appetitus propter jacturam corporis minimè reparatam, enormiter adaugeat. Verùm an credibile est à spiritibus ejusmodi *ἄεθρον* atque mordacibus illibatâ ventriculi substantiâ, cibos atteri? Deinde alimenta in hocce affectu non confestim vel potius nullatenus consumi, ipsorum superna rejectio, aut inferna dejectio luculenter demonstrat, ut taceamus fermentationem & coctionem à pyrotechnicis malè confundi, sicuti suo loco probabitur.

Causam alteram caninæ famis dicebamus esse, per multam totius corporis exinanitionem, ob quam membra repletionis cupidissima, alimentum adhuc incoctum fortiter ac præproperè abripiunt à ventriculò, neque tamen eo nutriuntur partim quod crudius sit, partim quod ante omnem assimilationem à calore membrorum extraneo discutatur.

Exhauritur universum corpus vel à prædatrice suâ caliditate, vel propter retentivis potentia: imbecillitatem, quâ quicquid alimenti ad partes allabitur, consentiente rariore corporis texturâ, seu latenter, seu sensibiliter per sudores dilabitur. Causis membra suo refectu defraudantibus adscribitur quoque lumbricus latus, tænia dictus, potiorè, teste Galeno, chyli partem absorbens, ut solemnè cujusdam mulieris historia comprobavit Trallianus. Non desunt tamen qui contendant tæniam hæud esse vivum vermem, nec proinde chylo pasci, quamvis ex terrâ hujus corruptione ortum sumat. Hæc lis

alterius est loci; nunc verò sufficit, quæcunque de causa chylus corpori surripiatur, partibus nutritiva spoliatis, *λαφυμὸν* inferri.

Veruntamea cum vomitus vel secessus ciborum affatim usque immisforum, signum sit *τῶν κοροήτων* inseparabile, ut apud omnes in confesso est; jure potest dubitari, An immensa esuritia nata pro corporis egestate, canina dici mereatur, cum alimenta propter rapidam *ὑπερκοροήτων* nec sursum nec deorsum exigantur, alvique materiæ defectu pigrescat, docente ipsomet Galeno.

Sed præter essentielle illud discrimen inter famem immoderatam quæ ab acido humore, & eam quæ à partium indigentia procreatur, gemina iterum differentia observari digna est. Primum quidem in appetentiâ acetosi succi sobole, ob humoris indefinenter mordicantis stimulum, ventriculus quamquam saginâ refertus perpetuò hiat latratu, & quasi

— *Appositis queritur jejunia mensis, Inque epulis epulas querit.*

sicut hydropici aquarum multitudine inundati, ditâ siti nihilominus cruciantur: In fame verò ab exhausto prognatâ, vis appetens inducias dat saltem Isthmiacas, ac tandiu feriat, quoad venter perstat ciborum ingestorum mole turgidus. Præterea in priorè appetitu, præit fames animalis ventriculi, huicque succedit naturalis membrorum fames, propter confestam alimentorum per os vel anum exclusionem; at in posteriore præcedit naturalis partium fames, hæcque famem ventris animale mix excusat.

Advertendum autem quemadmodum altus diuturnusque somnus excipiens perennes vigiliis, atroces dolores, ac superfluas evacuationes minimè cataphoricus est, quod somni copiam æquet dormiendi necessitas; quomodo Philistes dicitur *ἄσπαστος*, *ἢ τὸ δὴ vim verbi decurtante*: ita quoque dari famem mediam & limitaneam inter naturalem ac morbosam, quæ non ut illa mediocri cibo conquiescit, neque ut hæc adeo est *ἀμύγη* atque *μακροδύνη* ut ventrem defatiget edulis suffrutum ac distentum, sed quæ alimentis paulò crebrius & pleniore manu porrectis expletur: qualis est appetitus convalescentium respondens corporis penuriam, vimque ventriculi coctricem non magnopere excedens. Etenim ut febrientes non famescunt, sed sitiunt; sic à morbo resurgentes non siti, sed fame urgentur. Atque hæc de canino appetitu, jam de bulimo.

Describitur bulimus, *Prægnâs appetentia, sed paucis alimentis sedabilis, ab extremo ambientis algore prognata, in cibi fastidium ac leiporhymiam brevi desinit.*

Eò morbo Brutus quondam correptus fuit Dyrarchiò Apolloniam per altas nives proficiscens, militisque pane ab urbis hostiæ excubitoribus impetratò, Dacem suam jam *ἀφροδίτη* atque seminecem refocillarunt. Cyri quoque militibus per largam nivem iter agentibus contigit *βυλιμὸν*: nec immeritò Pœtæ, jejunæ fami, oras Scythiæ glacialis assignaverunt; at non constat de modo quo aëris frigiditas creat *βυλιμὸν*.

Er-sistratus apud Gellium rationes sibi incomperatas esse non dissimulavit, cur bulimus in diebus frigidissimis, multò facilius accidat, quàm dum serenum est atque placidum. Sed Plutarchus duplicem attulit causam; primò nativum calorem ab externo frigore ad intima coactum pabuli depopularetem, in qua eadem sententia fuit Aristoteles. Altera causa & quam Plutarchus alibi fusiùs exposuit, est subtilis

mole

mordaxque halitus à nive tanquam hujus æther ramentumque tenuissimum emissus facultate pollens secandi ac dividendi non carnem tantum, sed argentea etiam vasa ac ænea; nix namque ab eis non continetur, verum exterior illorum superficies obducitur tenui humore glaciei simili, quem nivis spiritus reliquit per metalli poros occultè egrediens. Sicut ergo constat haustam nivem esse *ἄψευδον*, ita niveus vapor acutus ac *φλογοειδής*, ignis instar dissecando atque pervadendo, urit extimas eorum partes qui per nives ambulant; dumque cutis plurimum rarefcit, calor foras dispersus ab occurrentis nivose exhalationis frigore extinguitur, cum rorida sudatiuncula, viriumque excidio; maximè si corpore per motum calefacto, multus calor sese foras proripiat. Cæterum quòd frigiditas non densandi modò corpora, sed liquandi quoque facultatem possideat, vel inde confirmat Plutarchus, quòd acribus durisque hyemibus cotes plumbeæ liquefcant; habetque Chymicos *συμφυωδῆς*, qui salem nitrosum in nivè detexerunt, non modò ex nativà ejus figurà, quæ similiter ac in nitro, sexangularis est; ac potissimum ex lætà illà fecunditate quâ instar pinguis simi agros beat, etiam septentrionales ac per se infertiles. Nam quamvis Chymici statuunt nitrum esse frigidum, ut patet è crystallo minerali; ac febrium intermittentium rigores soleant referre ad actualem nitri frigiditatem, sicut ipsarum ardores ad sulphur inflammatum, qualitatem tamen *καυστικῆς* frigori commixtam non possunt in nitro non admittere, secus aquarum fortium compositionem nequaquam ingrederetur. Quare Hippocrates Scytharum albedinem à frigore peruri, fulvamque fieri testatus est. Theophrastus herbarum flores ac tenella germina à ventis frigidis aduri annotavit, præsertimque vitem *ἀγρίπλαστῆν* à frigore postveniente calcinari non rarò evenit. Ita Cicero, *pernoctant*, inquit, *venatores in nive, in montibus uri se patiuntur*. Eiusdem veritatis fidem faciunt Historici, Justinus Scythas continuis uri frigoribus, Tacitus ambustos mulorum artus vi frigoris, Xenophon spirante Aquilone homines & adustos fuisse & concretos memorizæ prodiderunt. Agmen claudant Poëtæ; cecinit Virgilius, *Boreæ penetrabile frigus adurit*, Lucanus *Urebant montana nives*, & Carus Physico poëta omnibus philosophantibus verè carus, *Nix acri concreta prinidâ*. Aristoteles frigus per accidens calorisque percussu interdum calefacere scripsit atque comburere. Sed contrà, calor à circumobstante frigore ad præcordia quidem potest retroagi, *ventres*, inquit Hippocrates, *hyeme sunt calidissimi*: At nemo cum ratione dixerit intrà artus, multoque minus intrà cutem animalium ac plantarum gemulas, dum à summo frigore proximè continguntur, calorem comprimi atque glomerari, proindeque ambustionem à præcutà frigiditate, non ex eventu, sed per se ac immediatè, non quatenus frigus est *ὑποκρουστικόν*, sed quatenus *penetrabile*, ut aiebat Poëta, fieri necesse est.

Sed revertamur ad Plutarchum nostrum asserentem non solum homines, sed equos etiam atque asinos bulimo afflicti, potissimum cum mala gestant vel caricas. Cleomenes, ut bulimum desinibat stomachi affectionem leipopsychiæ parentem, verum absque famis œstromaniâ (alioquin, ait, modico pane nunquam fugaretur bulimus, sed esculentis copiosis opus esset ad proportionem appetitus) ita hujuscè effectus causam rejiciebat in odorem istorum fructuum, non qui reddat corpus indigum; quomodo enim merus odor membra omnia tantopere devastare posset? sed qui *καρδιωγμὸν τῆς καὶ διαλογμὸν*, hoc est dolorem quandam in ore ven-

triculi & exagitationem, proindeque animi deliquium excitet. Plutarchus verò aliter sentit, nimirum è malis atque caricis aliquid vibrari, quò jumentorum tenuetur ac diffletur calor: Ut enim, inquit, alia aliis naturaliter recreantur, sic quoque offenduntur.

Hancce Plutarchi doctrinam prolixum esset sigillatim expendere; nobisque verisimilius videtur bulimum oboriri, actu refrigeratò ob longiorem in frigidissimo aëre moram ventriculi osculò, partim à tantulâ inspirati aëris portione subinde ad ipsum deductâ, pariter ac aliquid potus descedit in asperam arteriam; partim ab aëre viâ transpirationis ad illud permeante, præsertim cùm modicâ carne contactum sit; partim etiam quoniam nudum & immateriale frigus, penetratà cute *διειρησέν* ac intrò sese insinuat; à valentissimâ namque frigore non fit antiperistalsis, quod nulla sit analogia inter qualitatem circumdantem & circumdatam, sed *κατὰ τὴν συνωχίαν* interiora simul cum exterioribus frigescent, ita ut interdum mors obrepit. Igitur ope introacti frigoris, expresso, ut quibusdam lubet, succo ventriculi nutritio; vera masculaque fames commovetur, tenui tamen cibatu placanda, ob peculiarem unius ventriculi inopiam; vel potius compresso strictoque ventris orificio, sensus quidam suctionis æmulus, hincque fame spuria, tametsi asperissima emergit.

Ne mireris autem sævi realisque frigoris introrumpentis appulsum à ventriculo citra *νικησὶν* tolerari, cum glacies innoxie deglutiantur. Imo notandum non à frigore modò aëris, sed quoque à succis actu argentibus in ventre congestis *βουλιμωδῆν ἐξέδωκεν* pronasci posse; ventriculo nempe ob certam materiæ dispositionem humores gignente semetipsò frigidiores, ut patet ex generatione vitreæ pituitæ in visceribus; sic ferventissima bilis persæpe succrescit in jecore à quâ ipsum magis incandescit; idque demonstravit Galenus exemplo cujusdam domus in Mysia, quæ ob sterqus columbinum & resinam, solaribus radiis conflagavit.

Igitur à validissima ac *νικησὶν* frigiditate, primùm fames confurgit ad immodicum modum insolens; moxque stupefacto ventriculo transitus fit ad uno extremo ad aliud, nempe ab effusâ *ἐπιρῆσιν* ad *ἀσπρησιν*, quam assediuntur imbecillitas & tortio ventriculi, foedus corporis color, artuum tremor, vocis exilitas, pulsus tardus & humilis, casus virtutum omnium, ac præsertim animæ defectiones.

Bulimus Galeno est symptoma *ἐσθίας τῆς ἀμα καὶ ἀπνίας καὶ κατὰ ψύχην* orificii ventriculi. Qui hanc passionem surgere autumant per *παρὰ φύσιν* & *διήρησιν* vi circumstantis frigiditatis, scribunt à calore concentrato depasci alimentum, indeque juxta ordinem verborum Galeni, orificio ventris primò indigentiam, deinde debilitatem, tandemque refrigerium ex caloris nativi ruinâ induci. Nos autem qui ventris osculum censemus actu frigescere, *ὑπεροχίαν* in textu Galenico adesse opinamur, stomachumque primùm refrigeriò, postmodum si negetur passus exinanitione, ac postremò atoniâ teneri.

Causa adjuvans *τῆς βουλιμωδίας* est mucosæ pituitæ ventris parietes naturaliter illinentis sive à falsis obsoniis, sive ab amaris pharmacis deterfi; quâ adeo evenitur sensus ventriculi, ut minimo negotio carpatur.

Nec est quod prætereamus (adeo scriptores de naturâ bulimi discordant) celeberrimis quibusdam viris placere, membra in hoc affectu profusum substantiæ suæ effluxum patientis, violenter nimis trahere è ventriculo, qui simul ac primùm cœptus est insurgere ad appetendum; prostratis viribus ad leiposythymiam usque concidit, ob gravissimam divulsionem

dem rapaciore fultu illtam. Ac idcirco ut *κωροπείζα* est appetitus ventriculi absque fame membrorum: *βουλιμὸς* ex opposito definiunt famem membrorum sine appetitu ventriculi; vel, ut habet Avicenna cum satietate Ventriculi, non quod revera satiatus sit, sed quod veluti satur esset, ad corporis inanitionem præ languore obstupescat.

Appetitus *κωροπείζα* insolita est horrendaque affectio, pro diversis sui gradibus facilius agriusve consanescens. Nam ubi quis, inquit Galenus, duplum confuetorum alimentorum assumpserit, neque corpus ali videatur, idque citra alvi fluorem, non solum privati, sed Medici quoque, hunc affectum parvi pendunt. Cum verò triplum ingerit, idoneis auxiliis liberari potest; priusquam scilicet ad quadruplum aut quintuplum perveniat.

Mori esuriendi semper (annon potius legendum esuriendo) inexplebili aviditate, animalium uni homini, sit Plinius. Quibus verbis docet appetitum caninum soli homini lethalem esse, cum alia quædam animalia naturaliter sint famis immodica, ut corvi, lupi, canes, unde proverbium, *canis ad vomitum*: item aviculæ Asiæ, Seleucides dictæ, quæ locustis vescentes celeriter excernunt: ac potissimum avis Charadrius sive Rupex & vorans & evestigio deponens alvi proluviem: unde Charadrii vita fertur paroemiace de voragine ac gurgite *κακοπυροχέτης* qui ventrem saburrat identidem, atque exonerare satagit, ut denuò eum offerat.

Canina adpetentia insuperabilem vomendi consuetudinem interdum affert, ac in hydropem coeliacosque fluxus tandem facessit. Deterior est si generalem confectetur corporis deprædationem; at minus periculosa, si fiat ab acido humore, quamvis forsitan ardentius bacchetur: hujus enim tyrannidem edulia pinguis & oleaginea compefcunt, suo unguine atque viscedine humoris feritatem lenientia.

Bulimus, propter affectam leipopsychiam, malum est perniciosum, nempe si alimenta præsto non fuerint, quibus rege positas resumat vires; bulimo namque paucis cibis promptissime subvenit, quod facultas *τῆς καρδίας* intrinsecè vegeta, ac violentia duntaxat ac impetu extrariæ causæ è naturali statu lapsa, vel levissimo subsidio facite resurgat, ut probavit Aristoteles exemplo trementium præ metu atque pallentium, qui periculo defuncti illico sibi reduntur.

Prudenter ergo quicumque Africam & Asiam peragant, ubi oppida longo intervallo diffusa sunt, quoniam altissimorum montium juga superando, nivium algoribus vexantur, ad bulimi prophylaxin præpotare consueverunt, cibisque sese onerare; ac officiosè Veteres in gratiam peregrinantium viatorum quædam eaque *ἀντιβουλιμια* eaque *ἀσβεστια* passim conscripserunt. Inter herbas exiguo gultu sitim amolientes, simulque amorem edendi obturantes, duæ laudantur à Plinio Scythice & Hippice. Plutarchus tam in jumentis, quam in hominibus panem celebravit, cui tamen vinum præfertur; non modo enim naturæ studet, urgentibus symptomatis fami nimirum ac præsertim leipothymicæ satisfaciendo, sed primitivæ quoque medetur passioni, delendo frigiditatem ventris o i forinsecus impressam: *κλιδὸς*, inquit Hippocrates, id est *βόλινον* solvi vini potio, *δύσπηξ* dicta quod corpus munit, eique sit mltar thoracis adversus insultum ingruentium morborum. Sed præcipuum *τῆς βουλιμίας* solatium, est *ἀκράτωμα* offula panis vino meraco intincta, ad modum spongiæ meri è ventriculo præcipitem elapsam commodè retardans: famis verò caninæ ratio planè est adversa, etenim si ab acidita-

te susciteur, merum acescet in ventriculo; si sequatur egregiè magnum corporis effluxum, non nisi præsumpto cibo vinum concedendum est, alioquin nervosum genus lædendo jejunis officiet. Sed hæc redundant ad praxin, itaque superseamur, ne nimium extra oleas. *Hællenus Menjotius*.

Indicationes curativæ in Appetentia Canina sunt acidum infringere, tum per diætam, tum per medicamenta; cruditates aggestas expurgare; Obstructiones reserare; Ventriculum & intestina roborare. In Bulimo nihil aliud agendum venit, quàm leipothymicæ ipsius confectancæ alimentis vi cardiaca præditis promptè mederi.

De Curatione ipsa non habemus quæ superaddamus iis quæ jam adjicienda veniunt: aut quæ in hæc eadem Bibliothecâ ex Etmullerò videri poterunt, sub titulò *Fames Lassa*.

Curationes, Consultationes, & Observationes ex variis.

Curationes.

Curatio Clariss. Job. Hartmanni.

Appetentiam caninam (hujus causa bilis præfina seu succus vitriolatus in ventriculo, non ergo imperandus est vomitus, ne moto humore sequatur Cholera, nec dandi sunt succi vitriolati acidi, ne malum augeatur) tollit Essentia melissæ cum sp. vini extracta; cujus dos. cochl. j. misce cum aliquot gut. olei carvi, præmittenda tamen sunt universalia, quæ succum vitriolatum seu bilem minuunt & per inferiora deducunt. Sic extractum Rhabbarbari, mechoacantæ, It. panchymagogen vegetabile maximè hic laudantur. Vitelli ovorum qui indurati, sæpius comesti à specifica proprietate *κωροπείζας* solvunt. *Hællenus Joann. Hartmann. in Prax. Chymiatricæ*.

Curatio Clariss. Lazari Riverii.

Villanovanus refert quendam hoc affectu percitum, panem calentem, amurca olei imbutum comedisse & mulierem bovis liquatum adipem, cum pari calentis olei quantitate, duabus vicibus bibisse; & in tantum cibi fastidium utrumque incidisse, ut nihil per 5. dies comederint, & à priori affectu liberati sint: Narcotica medicamenta sensum ventriculi nimis exquisitum obtundendo, famem illam caninam possunt imminuere. Inter ea thériaca recens magis est ex usu, quia præter vim narcoticam, humorum etiam malignam qualitatem, quæ à nonnullis in hoc affectu subesse creditur, virtute alexiteriâ corrigere valet. Narcotica tamen raro & non nisi summa urgente necessitate usurpanda sunt. Ambra grisea ad v. vel vj. gr. cum ovo sorbili sumpta non solum ventriculum roborat, sed etiam proprietate specifica huic prodesse creditur. *Hællenus Lazarus Riverius cap. 21 lib. 9. prax. Med.*

Curatio Clariss. Francisci Sylvii.

Curabitur fames aucta exhibendo ea quæ acidum succum in corpore temperant, infringunt, & emendant, ejusdemque augmentum præveniunt: potentissimè succum acidum infringunt salia lixi-

lixivialia, tum fixa, tum volatilia, ut & alia alte utro abundantia, corallia, margaritæ, oculi cancrorum, creta, lapis hæmatites, succinum, chalybis limatura, & similia. Eundem succum acidum, obtundunt pinguia & oleosa omnia. Eum pariter temperat spiritus volatilis ex vino, aliisve paratus, cum denique diluunt & enervant aquea quævis copiosè usurpata, abstinendum ab usu acidorum. Exempli loco sunt sequentia.

℞. Corall. rubr. marg. præp. an. ℥j. cretæ alb. ℥ss. sacchar. alb. ℥ij. M. F. pulvis in vj. doses dividend. & bis in die tribus saltem quatuorve post cibum assumptum horis ex vini potentioris cochleari assumendus, cui forma liquida magis arridet, capiat subinde sequentis misturæ cochleari unum.

℞. Aq. menth. ℥ij. sq. cochlear. tinctur. cinnamomi cum spiritu vini rectificato per infusionem paratæ an. ℥ss. syr. absinth. ℥j. m.

Vel. ℞. ol. macis, granorum juniperi an. ℥j. m. in vitro. Hujus olei guttas ij. vel iij. sumat æger aliquoties in die, ex vini malvatici, alteriusve generosi, aut præmissæ misturæ cochleari. Utatur quoque fame auctâ pressus jusculis tum pinguioribus, tum ad gelatinæ consistentiam proximè accedentibus, nulloque acido conditis: nulla hic purgantia præscribo, quoniam nulla sunt hætenus mihi nota, quæ humores acidos edocant blandè. *Franciscus Sylvius, rap. 2. lib. 1. Prax. Med.*

Curatio Clariff. Joh. Michaelis

Zacutus narrat vini generosi potu plurimos caninâ appetentiâ laborantes curatos esse. Fames canina ob lumbricum 12. cubitorum concitata est, teste Eodem. Succus nasurtii aquatici matutino tempore per aliquot dies sumptus certissimè ventriculi vermes enecat. Si ergo est à vermibus, conveniunt medicamenta præcipitantia & narcotica. Vinum salviæ specificè prodest. It. essentia melissæ, pillule hieræpicæ. Externè valet aloë & fel tauri in pulvis forma. Essent. absinth. *Hællenus Joann. Michael. in Prax. Clinic. general.*

Curatio Clariff. Hermann. Nicol. Grimm.

In appetentia nimia. ℞. Conserv. Rosar. ℥j. tartar. chalybeat. ℥j. fæcul. aronis, ocul. cancror. an. ℥ss. m. f. conditum. Dosis ℥j. manè & vesperi.

Vel ℞. Conserv. Rosarum ℥j. chalyb. præp. ocul. cancr. an. ℥j. sal. absinth. ℥. m. f. bolus. Dosis, sit præcedenti similis, seu

℞. Tartar. chalybeati, corall. rubr. margarit. præp. an. gr. 10. C. C. ust. ℥ss. m. f. pulvis pro una dosi.

Vel ℞. Cremor. tartar. ℥j. lapid. hæmatit. ℥ss. ocul. cancr. cretæ alb. an. ℥j. sal. fraxini gr. 15. m. f. pulvis pro 3. dosibus. *In India.*

℞. Terræ rubr. martis ℥j. lap. frigid. citrin. percar. præp. an. ℥j. m. f. pulvis pro 2. dosibus.

Vel ℞. Conserv. Rosarum ℥j. terræ rubr. martialis ℥j. lap. percar. præp. matr. perlat. præp. an. ℥ss. m. Dosis manè & vesperi ℥j. ad ℥ij. *Hællenus Hermann. Nicol. Grimm in Compend. Medic. chymic.*

Consultationes.

Bulimos verus.

Tabellarius quidam per dispositos equos algidioribus ac fervidioribus anni temporibus, diu noctinque

iter faciens, annum agens 40. temperamenti totius & jecoris calidi & sicci, gracilis habitus, cum hyeme præterita, loca montosa, frigida, atque nivosa peragrasset, matutinis horis, frigidissimo flante Aquilone, perfrigerationis sensum in visceribus percepit, simulque cibum capiendi vehementi desiderio correptus, præ fame animo defecit, quin imò cum alimenta præsto non essent, paulo post rusticum quoddam tugurium ingressus in lypothymiam incidit, qua, ut ipse ait, periisset, nisi Rusticus hospes aceto cum aqua frigida inspersisset, & vinum in os infudisset, ignique statim etiam admovisset, moxque, vel ipso invito, & alimenta respuente, vino, lacte, & ovis vires instaurasset. Quoniam autem hoc malignum non semel Pat. corripuit, adeo ut solita itinera non amplius ingredi audeat, consilium ideo nostrum & auxilium petit.

Affectus, quo Tabellarius iste correptus est, ex ingenti vehementique fame, lypothymia, seu animi defectu syncopi proximo, & anorexia, seu ciborum averfatione constare videtur, etenim ab initio vehemens cibi desiderium suboritur à quo animo liquitur, mox restitutus cibum prorsus averfatur. Quare Bulimos appellandus, quem magnam famem nuncupavit Paulus, Tral. & Aët. Gal. verò dixit, nil aliud esse quàm animæ defectum, & Actuarius Bulimo detentos cibum averfari asseruit.

Malum hoc plerique medicorum cum fame canina solent confundere, cum tamen ipsum definiat Gal. quod sit, *Casus potentie ex frigidityte exteriori, qui à fame quidem inchoavit, sed non habet eam amplius adjunctam.* Ideo subdit *A fame Canina Flipp. differt.*

Fit autem hoc modo. Dum ab externa intensa ambientis frigidityte per os attracta, & per cutis etiam porositates insinuata ventriculus facilè refrigeratur, ut pote pars non carnosa, sed frigida & membranosa, ab hac frigidityte initio nondum immodica, os ventriculi condensante, constringente, vellicante & irritante, vehemens excitatur ciborum appetentia, at in progressu eadem invalescente & præcellente, calor ipse extinguatur, unde non solum perit appetitus, verùm & animi defectus ac lypothymia subsequuntur. Ex quibus apparet, quod in principio convenit quidem cum Canina fame, cum ambo ab ingenti appetitù incipiant, in canina tamen fame perdurante, cessante verò in bulimo, prout illa in Diartheam, vel vomitum desinit, hic autem in animi defectum & lypothymiam, cujus causa à Professoribus in alimenti inopiam refertur solet. Hinc dicebat Avic. *bulimos est famem membrorum, cum satietate stomachi, sicque membra semper famelica, & nutrimento indiga sunt, cum tamen stomachus illud ipsum respuat.* Attamen quoniam brevi adeo inedia tempore, membris omnibus alimentum deficere impossibile est, ac proinde corpus ad lypothymiam & animi defectionem perducitur, verissimilius propterea nobis videtur, quod ore ventriculi vehementer perfrigerato & affecto, illico cor in consensum trahatur. Nulla quippe pars nostri corporis æquè ac os ventriculi in consensum ducit utrumque principium, nimirum cor & cerebrum.

Neque audiendus Arist. cui subscripserunt quoque Avic. & Tral. mox & Altimarus, & Mercurialis, Bulimi causam calidam esse statuentes, quod tanta frigidityte in nobis dari non possit ab ambiente frigido inducitur, sed à calefacto ventriculo ex frigido ambiens, atque à calore dissipato, in nitium fieri, exinanitoque ventriculo impotentiam succedere, qua

qua dissipantur ac resolvantur spiritus, unde tandem frigiditas, non est, inquam, cum magnis istis sectatoribus Arist. audiendus, hujusmodi nempe antiperistasis in corpore exangui, frigido ac membranofo admitti non potest, satis tamen hoc nobis sit, quod & ipsi frigiditatem in hoc affectu concedant atque adeo cum Gal. & Aetio conveniant. Neque subtrahendus error Trall. de suo Bulimo in illa muliere quæ cum multa atque immodica assumeret ac concoqueret, nunquam tamen saturabatur, quæ erosionem in ventriculo passa, assumpta hiera vermem insignis longitudinis eiecit, à quo immoderata appetentia cessavit. Bulimos namque affectus ille non fuit, quia nunquam in animi defectum vel lipothymiam incidit mulier; nec forsitan canina fames, quia neque vomitus, neque alvi dejectio subsequerentur, sed Animal ut omnia alimenta absumens, citra ullam ventriculi læsionem, Mulierem ad cibum capiendum compellebat.

Affectus hic gravissimus est, parùm enim abest à caliditatis extinctione, unde quamplurimis in locis desertis Bulimo correpti, momento temporis perierunt, quod evenisset quoque Patienti nostro, si procul ab incolis, ac proinde ab auxiliis in hoc malum incidisset. Neque adeo facilem futuram censeamus expectitam præservationem, prout incertam admodum curationem omninamur.

Certa tamen evadere poterit præservatio, ab itineribus per loca frigidissima atque nivosa abstinere, alioquin cum gracilis corporis sit, rarique habitus, forsitan etiam ventriculus exquisito sensu præditus, verendum foret ne quoties incensæ ambientis frigiditas ingrueret in bulimum incurreret. Nihilominus, ut ipsi morem geramus præservationis gratiã primò, mox & curationis, aliqua præscribemus.

Primò itaque iter futurus, ventriculum Oloris aut Mergi pelle, aut sacco ex plumis Perdiciis & anseris præmuniat, nec jejunè frigidissimo aëri itinere se exponat, Ore caryophyll. aut frostulum nucis Myrsicæ continuò verset, atque dentibus terat. Vaiculum vitreum aut terreum, Aqua vitæ Juniper. aut Caryoph. plenum secum portet, ut urgente necessitate ejusdem haustu recreetur; ita enim ab ambientis frigiditate ventriculo tutato, famem arcebit, & potissimùm animi defectum.

Pro curatione verò omnium primò ab animi defectu Pat. revocandus. Secundò præsentissimum auxilium à cibus statim petendum ex Aetio. Tertiò ventriculus & totum calefaciendus. Ac tandem appetitus excitandus.

Quibus explendis intentionibus jubet Gal. ut omninò totum corpus calefiat prope ignem illud fricando atque fovendo. Secundò, ut vinum exhibeatur. Et tandem cibi calefacientes ingerantur. Nec ullo modo audiendus Trall. qui frigidam exhibet, quod cum Arist. credat bulimi causam calidam esse. Statim itaque frictions, calefactiones, extremarum partium vincula, Capillorum vellicationes, mox odoramenta præcipiunt Aetius & Paul. ex decoctione Pulegii in aceto, & pane calido, vel ex carne suilla assata, omnia tamen desumpta ab ipso Gal. Et licet odores nutrire posse negatum fuerit ab Arist. oppositæ tamen sententiæ fuerunt Hipp. & Gal. cum eo, licet ita conciliari possint, quod scilicet si pro simplici qualitate odorabili odor sumatur, non nutrit; nutrit autem si pro vaporosa substantia ab odoriferis corporibus effluente usurpetur, cum enim qualitas odora sit accidens, nutrire non potest, nutritio namque fit ex rebus corporeis, quia est evacuati repletio, evacuatum

autem corporeum est. Conciliantur quin etiam, si dicamus cum Hipp. & Gal. odores spiritus tantùm alere, non autem solidas partes, quod solum negavit Arist.

Restitutus autem Pat. solidioribus nutriendus, jure scilicet carniùm, vino, ovis forbilibus, & iis quibus modica quantitate vis plurima inest. Vinum sit dilutum, meracum enim corpora exinanita atque imbecilla ad convulsiones ac deliria perducit. Utcumque autem nutrito Patiente, aliqua calefacientia, tum interna, tum externa administranda veniunt. Intrinsicus convenit aliquod cochlear Aq. Cinnamom. Elix. vitæ in Aq. tot. Cit. Scorzon. vel cord. prima Sax. Parandæ quoque, & pro usu præsto habendæ Confect. Rotul. ex Oleo Anis. Caryophyl. Cinnamom. Cort. Citr. Extrinsecus fovendus ventriculus decoct. Menthæ, Absynth. Caryophyl. Cinnamom. vel saltem inungendus oleo nucis Moschatæ. Tandem ad appetitum restituendum plurima existunt, verùm vi peculiari præstis pollet in hoc affectu acetum squill. in aq. bugloss. & quia afferunt Chymici, Bulimum fieri ex succi Vitriolati defectu, adeo abs re non fuerit, ad acida vitriolata confugere, ut est spir. vitriol. philosoph. in vino granatoium, vel cum tinctur. ros. exhibitus.

Victus rationem quod attinet, Cibi sint facilis coctionis, atque distributionis, ut citò nutriant, Tralliani missò consilio, qui alimenta difficilis concoctionis proponit, à causa calida bulimum fieri falsò persuasus. Et quia *Eorum quæ velociter nutriunt, veloces quoque sunt excretiones*: ideo *Et quibus semel, aut bis, & quibus plura ne an pauciora offerre oporteat*, considerandum. Unde Galen. in Com. monet, quod in defectu spirituum, parùm & sæpe cibus sit offerendus. Quæ pauca, tum pro præservatione, tum pro curatione satis. Joann. Raymund. *Foris Consult. & Respons. Medic. T. 1. Cent. 2.*

Appetentia Canina legitima.

Reverendiss. Canonicus 30. annorum temperamenti totius & jecosis calidi & siccî, ventriculi verò frigidi, gracilis & rari habitus, copiosis cibus, fructibusque & potibus nive refrigeratis semper usus, cum multis abhinc annis vorax quodammodo factus fuerit, & frequentibus Diarrhœis obnoxius, tandem anno abhinc, licet abundè, quinimo consueto plenius & avidius cibos assumat, nunquam tamen satiatur. Quod si aliquando plurimo alimentò famem compescere tentet, in tantam ventriculi anxietatem delabitur ut vomere cogatur. Quamobrem, ut ab hac insigni molestia atque incommodo vindicetur, medicam petit auxilium.

Fames morbofa, qua Reverendiss. Vir laborat ad amissim à Galeno describitur titulo Caninæ famis, & definitur ab eodem quod sit, *Vehemens & indefinens ciborum appetentia, proveniens vel ab indefinenti sensu suctionis, vel ab alimenti defectu*. Læditur os ventriculi, in quo fit appetitus, & licet Plantis quoque ventriculum non habentibus, competat fames, est tamen in his opus naturale, proveniens à suctione per partes facta, donec deventum fuerit ad ipsas radices, quæ postea appetitu Animal non egent, ut indigentia prospiciatur præsentem scilicet alimento, Animalibus verò præter opus naturale, quod suctione fit, sensu quoque ejusdem suctionis fuit opus, appetitu videlicet Animal, ut distans alimentum exquireretur, quod animale opus Appetitus propriè, sicut naturale Fames appellatur.

In

In casu itaque nostro indefinens est Appetitus hic Animalis, in ore ventriculi excitatus, non sine tamen præcedente nimia vasorum suctione. Quare utraque causa à Gal. jam recensita, ad hanc Caninam famem excitandam dubio procul concurrunt. Et primò quidem alimenti defectus, quoniam utpote temperamenti calidi & sicci rarique habitus, plurimum Pat. resolvitur, unde perpetua totius exinanitio, & inde necessaria suction, dum venæ majores à venis partium exugant, donec ad os ventriculi deveniatur, in quo tandem perficitur suctionis sensus, qui hoc casu adaugetur à copiosiori succi acidi portione, & continuus redditur ab intemperie frigida ipsius ventriculi, quæ constringendo, vacuando, vellicando perpetuò irrita sensum suctionis & appetitum ipsum Animalem, unde in Arte Med. dicebat, quod frigidior natura ventriculi, ad appetendum quidem plurimum viget, ad concoquendum autem minimè. Quæ quidem intemperies naturalis eidem fuit, multum tamen adaucta, tum à copia prægressa ciborum, unde frequentes contingebant Diarrhœæ, tum verò maximè è gelidorum fructuum atque potionum consueto usu. Neque obstat quod temperatus ventriculus magis concoquat & appetat, quàm calidus & frigidus, ut Gal. asseruit, tunc enim de naturali appetitu, & concoctione loquutus fuit. Nec rariter quod scribit Avic. *Et quandoquidem accidit appetitus Caninus, propter caliditatem superfluum in ore stomachi resolvablem & restorationem requirentem, ob quas os ventriculi quasi semper famelicum fit*; Etenim caliditas hæc non concurrat, ut causa proxima Canini appetitus, sed ut remota, quatenus frigiditatem inducit: sicut enim dum caliditas tenuius humidum resolvit, siccitas superest, sitim excitat; ita dum resolvit humidum crassius, frigiditas inducitur, famis causa.

Verùm quoniam copiosa adeo alimenta, nec ventriculus conficere potest, nec iis corpus universum eget, ideo necesse est, ut more Canum Pat. ad vomitum se convertat, sicut superioribus annis per alvum exonerabatur non secus ac Seleucidæ Aviculæ, in Asia, Locustas comedentes eisdemque per alvum excrementes.

Affectus equidem non spernendus, etenim diuturnus calorem nativum adeo labefactat ut Concoctrice & Retentrice debilitatis in Hydropem, aut Coeliacam passionem tandem desinat, & nisi cibis succurratur, in hac potissimum calida & sicca temperatura, facile febres accendantur, quin imò si Pat. pravis utatur alimentis, febres pestiferæ, vel cutanei molestissimi affectus suboriantur. Et licet Virum hunc Reverendiss. hujusmodi affectu liberare non adeo facile fuerit, cum præternaturales, novas etiam morbosas radices egerit, quia tamen Medicis mandatis obtemperaturus est, salus speranda.

Cujus gratia causas contraria sunt opponenda, totius enim habitus quodammodo densandus, & intemperies frigida ventriculi corrigenda, quæ quoniam non sine acidæ pituitæ ope affectum hunc excitat, ideo hæc prius deturbanda, mox intemperies emendanda, atque tandem à proprietate juventia in usum revocanda.

Quibus explendis intentionibus, à fonte Chirurgico desumendæ inunctiones totius corporis densantes, ex Ol. Ros. & Viol. frequenter repetendæ.

Ex Pharmaceutico primò ratione acidæ materiæ, Lenientia, Præparantia, & purgantia conveniunt. Leniens sit Elect. Lenit. cum Hiera, vel mel. ros. sol. cum cremor. tartar. Præparans sine diluto, ut diutius in ventriculo moretur sic paretur.

℞. Mell. Ros. simp. Oxym. simp. Aq. vitæ Caryophil. an. ʒj. m. pro syr. & sic pro aliis.

Vel

℞. Oxym. simp. Aq. cinnamom. an. ʒj. Salis menthæ gr. vj. m. pro syr. Purgans validum non sit, cum materia expurganda in ventriculo hæreat, unde nil Hiera picra præstantius quæ humores impactos dissolvit, expurgat, ventriculum calefacit, exsiccatur & roborat. Quare

℞. Spec. hier. simp. ʒj. f. Elect. lenit. ʒvj. m. f. b.

Vel

℞. Pil. de hier. cum agaric. ʒj. Aloeph. ʒss. m. reformentur pilulæ, cum vino aromat. & aur. Quod si fortasse hæc acidæ materiæ præparatio non sufficiat, prout nec expurgatio, repetatur hac ratione.

℞. Oxymel. squill. Syr. de Præssio, de Mentha. Aq. vitæ Caryophil. an. ʒj. m. pro syr. & sic pro aliis, quibus expurgatio Hiera picra, vel pil. succi cedat.

Frigidam autem ventriculi intemperiem corrigunt Diacyminum, Elect. Agreg. Avic. de Scoria ferri Haly, Theriaca ex Serapione, Diatriopip. quo Gal. Septuagenarium spatium unius hebdomadæ sanavit. Verùm Hippocr. meraci vini potum proponit, dicens, quod *Famem thorexis solvit*. Quod genus remedii admittitur quoque in Com. à Gal. Efficacius autem reddi poterit vinum ipsum, si piper, aut spica nardi eidem addatur, & jejuno ventriculo calidum acervatim præbeatur, statimque cibaria pingua & oleosa exhibeantur. Extrinsicus quoque intemperiem frigidam corrigere poterit stillicidium ex Oleis, hoc casu parandum, prout in corporibus obesis, Aquis sulphureis. Itaque

℞. Olei Amygd. dul. Amar. an. ℥iij. Mastich. ℥j. vin. malvatici ℥iij. Nucum Myrist. contus. n. ij. Cin. nam. integr. ʒss. Macis, Caryoph. an. ʒij. Fol. Menthæ rec. m. j. m. bulliant omnia ad consumptionem vini, & facta fort. express. servetur pro stillicid. 20. saltem diebus administrando. Reliquo verò tempore, illini poterit os Ventriculi ol. M. Ducis Etruriæ, vel etiam Nucis Moschatæ per expressionem parato.

Tandem aliqua à proprietate juventia non omitenda. Ita Caro Glirium à proprietate nauseam provocat, Essentia item melissæ cum Spir. vini extr. ad cochlear, vinum pariter Salvia tum.

Quibus omnibus congrua addenda victus ratio, qua primo gelidi potus omnino mittendi. Servanda quoque propria ciborum quantitas, Gal. consueta cibos, duplos & triplos permittit, eisdemque difficilis resolutionis proponit, cujusmodi sunt caro suilla, Cochleæ, cancri, oryza cum lacte, Caseus, Pulvis ex farina triticea; Ratio est, quia, *Eorum quæ velociter nutriunt, veloces quoque sunt excretiones*. Foveri autem potest affectus hic ab Aqua, & Vigiliis, hinc, *Aqua edax, Vigilia vorax*. Illa, quia refrigerando & exprimendo appetentiam generat & adauget, hæc verò, quia corpus digerit atque resol-

resolvit, ut Gal. in Com. Quæ pro hujus affectus curatione sufficiant. *Idem Ibidem.*

Appetentia Canina.

Juvenis 26. annorum, melancholicus, post longam multorum acidorum usum, incidit in ingentem famem, quâ quotidie sexies, septies & amplius cibum copiosum sumere cogitur. Post cibi sumptionem sæpe ventriculi sequitur dolor; quem deinde vel vomitus, vel magis alvi fluxus, lipothymiam sæpius inducens, sequi solet.

Afficitur in hoc ægro ventriculus; quod ex ingenti illa fame, item ex ejus dolore, nec non ex vomitu, est manifestum. Afficiuntur quoque intestina, quod ex alvi fluxu, & cor, quod ex lipothymia insequente patet.

Morbus, quo hic æger torquetur, est intemperies quædam acida & valde acris ventriculi, quæ illam ingentem famem, tam copiosam frequentemque ciborum sumptionem, & ventriculi dolorem, vomitum, alvi magnum fluxum, & lipothymiam inducentem, producit, *Fames canina* vulgò appellari solet.

Causa procacitica hujus morbi fuit diutius ille copiosorum acidorum alimentorum usus. Hinc verò copiosi acidi humores in corpore geniti, & cum sanguine per illud diffusi, antecedentem hujus morbi constituerunt causam. Pars verò eorum copiosè & perpetuò ad ventriculum delata, eumque acore & acrimoniâ suâ magnâ vellicans, facit ingentem illam tam copiosè & frequenter sumendi alimenti imaginationem. Cùm verò illud assumptum rectè à ventriculo non concoquatur, & magnam acrimoniam præternaturalem adipiscatur, hinc oritur ventriculi morsus, spiritusque ita ex illa morsus vellicatione determinantur, ut illi fluentes, modò in ventriculi & intestinorum obliquè ascendentes fibras, vomitum: modò in obliquè descendentes, alvi fluxum, & lipothymiam, per spirituum & utilium humorum dissipationem & evacuationem, in hoc ægro pariant. Atque ita existit acidus ille humor, in ventriculo genitus, vel ad ventriculum delatus, continens hujus morbi, & remota symptomatum ejus causa.

Morbus hic valde periculosus est. Ab eo enim sæpe cæliaca affectio, vel hydrops oriri solet; & quia hic adest lipothymia, metus est, ne æger subito extinguatur.

Curatio itaque acceleranda: eaque in caustarum & intemperiei ablatione, bonæ temperiei reductione, consistet. Primò itaque præscribatur tale vomitorium.

℞. Conserv. fol. asari ℥j. vin. alb. ℥iij. contundantur in mortario marmoreo, & exprimatur postea liquor, cui adde aq. cinnam. ℥6. F. Vomitorium.

Vel

℞. Salis vitrioli albi ℥8. aq. decoct. hordei ℥ij. oxymell. simp. ℥6. M. pro Vomitorio: Postea utatur tali Apozemate.

℞. Rad. acoti ℥6. rad. Heleni ℥iij. Cort. citr. aurantior. an. ℥6. herb. menth. salv. puleg. rorismarin. m. j. absinth. m. ℥. sem. anis. foenicul. coriandr. carvi. an. j. Decoq. in Vini Gallici q. s. ad lib. In colatura dissolve syr. de mentha ℥ij. Aq. cinnam. ℥j. M. F. Apozema. De quo sumat æger haustum medicrem, bis terve in die. Subinde etiam purgetur tali-

bus pilulis.

℞. Pil. de hiera ℥j. rhabarb. ℥6. cum syr. de mentha. F. Pilulæ No. v. vel vj. Postea utatur tali condito.

℞. Conserv. rosarum ℥iij. Diacydon. ℥j. nuces moschat. cond. No. ij. Corall. rubr. præpar. ℥j. Spec. arom. ros. Caryophyll. incis. an. ℥iij. Cum syr. cydoniorum F. Conditum. De quo æger aliquoties in die sumat magnitudinem castaneæ majoris.

Si æger in paroxysmum lipothymiae incidat, ad se erit revocandus exhibitio cochleari aq. cinnam. odore panis vino madidi, & similia. In ingenti ventriculi morsu exhiberi potest theriaca, vel Mithridatium, requies Nicolai, vel simile.

In victus ratione Aër sit temperatus; æger quiescat & diutius dormiat. Cibi sint, qui tardè coquantur & distribuuntur, quales sunt cochlear, cancri, caro suilla, & bubula, oryza, & similia. Vinum & omnia attenuantia vitentur. *Henric. Regius apud Theod. Craanen.*

Bulimus verus.

Juvenis 28. annorum, qui toto corpore sanus, sed nonnihil melancholicus esse videtur, & duris, salis, acidisque alimentis oblectatur, nonnunquam repente maxima atque intelorabili fame corripitur, & nisi mox vinum aut cerevisiam fortiorem largo haustu bis terve bibat, ac nonnihil panis alteriusque cibi comedat, de visus aliqua obscuritate, cum levi vertigine conjuncta, conqueritur, adeoque protinus debilitatur, ut se sustinere nequies in lipothymiam incidat: è qua ad se nonnihil reversus, vino & pane dato iterum reficitur, ac post refectionem aliquot diebus ab illa fame immuvis manet. Hic affectus interdum tempore matutino, cùm æger jejunos est, interdum horâ unâ aut alterâ post pastam ventriculo nondum inanito, eum invadit subito; nullâ præcedente nausea, nullo comitante vomitu.

Afficitur in hoc ægro ventriculus secundum partem superiorem, appellaturque ejus affectus *Bulimus*, qui est, maxima fames præter naturam, hominem subito invadens, cum debilitate & lipothymia.

Causa remota fuit melancholica corporis dispositio, & talis diæta quæ lienis coctionem nonnihil vitavit, sicque multos acres acidosque humores, à liene malè coctos (antecedentem causam constituentes) in corpore genuit, qui inde ad ventriculum delati, ejusque superiori parti prope stomachum adherentes, eam peculiari modo vellicarunt, & acida quadam intemperie ac constrictione famem vehementem induxerunt, sicque causa continens evaserunt.

Lipothymia subsequitur, viriumque prostratio, propter eximium consensum stomachi cum corde & cerebro, per nervos sextæ conjugationis, seu vagos, qui multiplici ramificatione stomacho ac superiori parti ventriculi inseruntur, hincque iis circa stomachum malè affectis, mox per sympathiam afficiuntur cerebrum & cor. Hoc, quia ab eodem pari vago suos nervulos habet, & quàm proximè stomacho incumbit. Illud, quia ex eo nervi illi vagi progrediuntur, quorum mala circa stomachum affectione cerebro communicata, mox spirituum animalium motus & è cerebro effluxus turbatur, atque inordinatus fit, unde visus aliqua obscuritas & levis quædam vertigo obo-

oboritur; ac propter spiritus eandem ob causam pauciores in musculos influentes, corpus tremit, ægerque se sustinere vix potens, interdum concidit. Adde, quod propter eundem inordinatum & pauciores spirituum animalium influxum, etiam cor debilitetur & inordinatè moveatur, sanguinemque arteriosum pauciores & inordinatè ad cerebrum transmittat, unde & illud non convenienter dilatatum pauciores spiritus gignit, atque ex se propellit.

Æquè paucis horis post pastum, atque jejuno stomacho invadit hic affectus, quia quocumque tempore subacidus ille succus in ventriculum influit, & superiorem ejus partem vellicat, ingens illa fames oboritur. Succum autem illum aliquandiu post pastum influentem, non protinus ab alimentis in ventriculo contentis obtundi, sed iis sæpe innatare, sicque superiorem ventriculi partem vellicare, imo nonnunquam cum aliqua nausea ad os ascendere, docet usus.

Vino generoso aut cerevisia optima roboratur æger; affectusque mox mitigatur, quia talis potus spiritus, cum vitales, tum animales reficit, & humorem acidum ventriculi tunicis adhaerentem diluit, imo & digerit ac concoquit, suaque admissione acerbam ejus vim refringit, unde fit ut semel sic sedata fames non statim redeat, sed aliquot dierum spatium opus sit, antequam alius similis collectus humor ad ventriculum feratur, eumque vellicet ut antè.

Nullis hic opus est signis diagnosticis, cum affectus se ipsum prodatur, & ex ægri relatu sciri possit. De eventu autem statuendum, quod periculosus existat, & metuendum sit, ne aliquando hac fame tali loco corripitur æger, quo potus & cibus ad manum haberi non potest, atque sic horum defectu graviore lipothymia prostratus extinguitur.

Ea propter curatio quamprimum instituenda, jubendumque ut æger nusquam foras procedat, nisi pane vino generoso comitante, ut hostis subito invadentis vires talibus armis mox infringere, suasque collabentes vires protinus reficere possit.

Præterea corpus subinde clementer purgandum cum elect. hier. picr. pilulis Russi, aliisque similibus, abstinendo à valde fortioribus. Si tamen æger facilis sit ad vomitum, non inutiliter exhibebitur vomitorium ex asaro.

Ad ventriculi & lienis corroborationem, ac coctionis emendationem præscribendum apozema.

℞. Rad. tamarisci, capparium, helenii, an. ʒvj. galang. ʒß. herb. chamædryos, cuscute, eupatorii, scolopendriæ, melissæ, an. m. ʒj. fol. laur. m. ʒ. cort. aurantior. ʒß. bacc. juniper. ʒvj. sem. fœnicul. ʒiiss. passul. corinth. ʒiiss. aquæ & vini, an. Fiat s. art. apozem. ad lib. iß. Eundem in finem etiam præscribendum conditum.

℞. Specier. diamb. diarrhodonis abb. an. ʒ. j. rad. helenii, & cort. aurantior. condit. conserv. anthos, & flor. salviæ, an. ʒß. syrupi helenii q. s. fiat s. art. conditum.

In victu prohibenda alimenta duræ digestionis, salsa, acida, & acria; & præscribendi cibi eupepti, ut carnes vervecinæ, agninæ, vitulinæ, gallinæ, cuniculi, pisces saxatiles, &c. quorum juscula condienda sunt cum cherefolio, borragine, melissa, rosmarino, betonica, semine ani-

si & fœniculi, nucis moschata, gariophyllis, raphano rustico, &c. Potus sit minimè acidus, se subdulcis, ut cerevisia bene defœcata, unius aut duarum septimanarum, & vinum mediocre. Versetur æger in aère lucido, minimè nebuloso; corpus mediocriter exerceat, nec somno nimis indulgeat, fugiatque iram & quælibet tristitia animi pathemata. *Librand. de Diemerbroeck de affectibus imi ventris. Medic. 1.*

Appetentia Canina.

Juvenula 30. annorum, melancholica, subtristis, cibos salios, fumo siccatos, acres, acidos, aliosque duræ digestionis edere consueta, per integrum annum ingenti fame laboravit, sine lipothymia. Quælibet edulia ingenti copia avidissimè comedit, & mediocriter potum superbibat: repleto ventriculo fames non omnino cessat, sed aliquanto mitior evadit. Paulò post pastum omnia assumpta rursus evomit, quæ isto exiguo temporis intervallo adeò acida in ventriculo evaserunt, ut adstantibus valde acidum nidorem offerant, & ægra dicat illa sapore succi limonum aciditatem superare. His ejectis præ ingenti fame mox iterum edere cogitur, assumpta paulò post rursus evomendo. Atque dies noctesque modo edere; modo vomere posset, nisi res angustiior domi subinde molestissimam abstinentiam & dolorosam famis perceptionem injungeret. Interim paulatim emaciatur ægra.

Affectus hujus ægræ est *Canina appetentia*, id est, *maxima fames*, sine lipothymia, ab acida inferioris ventriculi intemperie procedens, quæ alimenta copiosa avidissimè assumuntur, ac non diu post rursus evomuntur, raro per inferiora deturbantur, & iterum alia comeduntur, sine insigni famis imminutione.

Differt à bulimo, quod in hoc adfit virium prostratio sine vomitu, sed multoties cum lipothymia, in illo vomitus, sine insigni debilitatione.

Afficitur in hac ægra ventriculus, imprimis secundum inferiorem partem: ejusque affectus ex relatu ægræ satis cognoscitur.

Causa continens est humor acidus ac viscidus, vitio lienis genitus, & in ventriculum infusus, ejusque tunicæ rugosæ inferiore parte firmiter inhaerens, qui aciditate sua ventriculum simili intemperie afficiens ac peculiari modo vellicans, inducit appetitum vehementem ad sumenda alimenta in molestæ vellicationis remedium. Quibus cum ab eodem humore etiam valde acida constitutio imprimatur (sicut vinum quod in aceti vas infusum statim acefcit) sicque vellicatio molestior fiat, mox è cerebro copiosis spiritibus ad ventriculi inferiores fibras determinatis, fit inferiorum tunicarum ventriculi contractio, sicque opere musculorum abdominis valida contentorum expulsio seu evomitio; qua quia dictus acidus humor ventriculi tunicis firmiter impactus, nec dissolvitur, nec eicitur, imò potius à liene fovetur, fit ut post vomitum eadem ingens fames adhuc infestet & perduret.

Non adjungitur lipothymia, quia inferioris partis ventriculi non est eximius consensus cum corde & cerebro.

Quia hæc vehemens fames cum vomitione conjuncta, nutritionem debitam fieri impedit, non parvus atrophix, ac tandem dejectionis virium metus incumbit.

In curatione corpus subinde evacuandum, cum aloë, hiera picra, infuso agarici aliisque amaris: item vom-

vomitibus bis terve promovendus cum foliis asari.

Postea deveniendum ad talia, quæ lienem & ventriculum corroborant & abstergunt, coctionesque promovendo acidas cruditates consumunt, qualia sunt illa modo ad bulimum præscripta, aliaque similia, ut & similis diæta, qualis bulimo dicata. *Idem Ibidem.*

Observatio unica.

Vir ferè octogenarius, staturæ proceræ, gracilis; attamen corporis & animi viribus in hac ætate mirè vegetus, atque liberrimi genii, tum temporis, anno circiter 1632. conjugio tertio iterato liberos adhuc gignens, tanta ciborum aviditate gestit, ut sæpius jurulentum cum cepis, anguriis, foliis

porraceis, brassicæ capitatæ vel caulifloræ, & radicibus petroselinæ simul more Gallico incoctum acetarium, bonam partem petasunculi in oblonga ac tenuia frustra cocti, & siccharo conspersi, borellos aliquot lucanicos, alaudas aliquot sive anatem sylvaticam palustrem, atque arum aginum in unico prandio omnia, magno cum appetitu, sine ulla stomachi noxa, simulque panis triticeæ portionem magnam perefitaret, potus verò non valdè avidus fuit. *Helvigiur.*

BUTIGA

Vid.

GUTTA ROSACEA.

GUTTA RUBEA.

Finis Libri Secundi.



JOH.

11. T - VIII = 920. -

